ALLEGATIONUM FISCALIUM PARS PRIMA,

AUCTORE D.D.

JOAN. BAPT. LARREA,

EQUITE ORDINIS D. JACOBI,

JURISCONSULTO HISPANO,

OLIM APUD SALMANTICENSES COLLEGII Majoris Conchensis Alumno, & Vespertinæ legum Cathedræ Proprietario Interprete;

REGALIS PATRIMONII FISCI PATRONO:

Nunc verò à Consiliis Potentissimi Hispaniarum Regis PHILIPPI IV. in Supremo Castellæ Justitiæ Senatu.

CUM INDICE JURIUM QUÆ EXPLICANTUR,

Alteroque Allegationum & Quæstionum, ac tertio tandem Rerum & Verborum locupletissimo.

EDITIO POSTREMA AB AUCTORE RECOGNITA, ET EMENDATA.



LUGDUNI,

Sumptibus PETRI BORDE, JOANNIS, & PETRI ARNAUD.

M. DC. XCIX.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA



LUGDUNI

LECTOREM SALUTO.

HÆc quæ de Allegationibus Fiſcalibus in lucem edimus (AMICE LECTOR) tuæ cenſuræ, ut nuper Deciſiones Granatenſes, ſubjicimus, & offero ſpongiam, ut ſi quid tibi non placeat, obliteres: nam ut lepidè quondam dicebat Hiſpanus Epigrammatiſta de ſuis libellis,

Sunt bona, ſunt quædam mediocria, ſunt mala plura,
Quæ legis hîc; aliter non fit, Avite, liber.

Cùm ergo in hoc nihil bonum eſſe cenſeam, majori egeo benignitate legentis: illud autem potes æquo animo amplecti, quia quæ ad jura Patrimonii Regii, & ejus Senatum pertinent, à nullo alio ſcripta; ut quaſi primò hoc pelagus naviganti ſcopulos avertas, defectus diſſimules, & viam ſternas aliis, qui altiùs de iſtis quæſtionibus edicant. Ita voveo, & ſpero, ut quo affectu Deciſiones noſtras admiſiſti, Allegationibus Fiſcalibus ſuffrageris. Vale.

CENSURA

LICENTIATI D. FRANCISCI DE VALDESPINO, in Supremis Hiſpaniæ Tribunalibus Practicæ Juriſprudentiæ Conſultoris, & cauſarum Patroni.

DE mandato Licentiati D. Laurentii de Yturriçara, in hoc Toletano Archiepiſcopatu pro Sereniſſimo infante Cardinali Vicarius Generalis, hos libros *Allegationum Fiſcalium*, quos aliis duobus Deciſionum Granatenſium modò addit Joannes Baptiſta de Larrea, legi & perlegi attentè, non quia neceſſarium putarem ut tanti viri ſcripta approbarentur, cujus auctoritas demittendi potiùs oculos quàm erigendi ſupercilia dat copiam; ſed quia ad id cogebat & ſanctiſſimæ ceremoniæ præſcriptum, & præcipienti debita obedientia, & in ipſo præcepto gratia. Inveni tamen quod prædixeram priùs; Opus, inquam, in cujus laudem nec adulatio quid effingat inveniet, nec veritas habebit quo vincatur; ipſos mendacii terminos egreſſum, plenas laudum catervas exhauſturum. Decurrit in dicendo gravis, in allegando eruditus, in arguendo acutus, in defendendo tenax, & ſuper omnia in judicando rectiſſimus. Quiſquis hactenus veritatem quærebat, quiſquis dubitaverat priùs, huc huc accedat, obſecro; inveniet illam velis atque involucris depuratam, rationi planè conſonam, placentem mentibus, amiciſſimam animis; & rurſus lucem à tenebris diviſam. Legiſlatorum mentem calluiſſe parum eſt, habuiſſe verius & vel animum, vel judicium unum: eviſcerat obſcura, & quæ magis recondita patefacit. Quid magis mirer? aut tantæ eruditionis indaginem, & appoſitiſſimum cuilibet loco ſenſum; aut affluentiam propriam, & profundiſſimum diſcurſum de ſuo? Vincere alienis armis alii judicant minus: vincere propriis ſolùm applaudunt magis. Dubitarem, ſi neceſſarium foret; arma enim extera minùs cognita ſunt, nos eis minùs aſſueti. Foret in teſtem David in armis Saülis timens, in funda propria victor de Gigante. Quidquid autem de hoc ſit, ego in his allegationibus id miror, uti aliena Doctorum teſtimonia tan-

quam propria tractentur, & ea expeditione quasi de proprio fluerent: propria verò argumenta sic evincant, quasi portarent secum omnium Doctorum calculos, approbationem omnium, & quasi statam sine dubiis legem. In alienis pugnare quasi in propriis, in propriis quasi per omnes vincere, id magis in hoc libro mirandum censeo, quem Schola jam de justitia petit, quem judico dignissimum luce, & quem secum studiosus non potest non portare. Matriti die 18. Maii, anno Domini 1641.

Licenciado D. FRANCISCO DE VALDESPINO.

APPROBATIO.

NOS JOANNES CLAUDIUS DEVILLE, in Sacrâ Theologiâ Magister, in Ecclesia Sanctæ Crucis Lugdunensis Custos, & in hac Diœcesi Vicarius Generalis Substitutus, fidem facimus omnia in hac *Allegationum Fiscalium Parte prima, Authore D. Doctore Joanne Baptista Larrea Ordinis D. Jacobi*, contenta Sanctæ, Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ Ecclesiæ sacris documentis esse conformia, nihilque Christianis moribus absonum contineri. Lugduni die 25. Julii 1642.

Consensus Procuratoris Regii.

VIsa D. Vicarii Generalis Substituti Approbatione, pro Rege non intercedo quin Liber, cujus in prædicta Approbatione mentio fit, typis mandetur sumptibus PETRI PROST, cum prohibitionibus in hoc casu consuetis. Lugduni die 29. Julii 1642.

I. PROST.

PERMISSIO.

VIso Procuratoris Regis consensu, fiat ut petitur. Datum Lugduni die 29. Julii, anno Domini 1642.

DESEVE.

Summa Privilegii Regis Christianissimi.

LUDOVICUS XIV. Dei gratiâ Galliarum, & Navarræ Rex Christianissimus singulari Privilegio sanxit, ne quis per universos Regnorum suorum fines intra decem annos à die finitæ impressionis computandos imprimat, seu typis excudendos curet, aut venales habeat Libros, qui inscribuntur, *Joannis Baptistæ Larrea Decisiones Granatenses, & Allegationes Fiscales*, præter PHILIPPUM BORDE, Bibliopolam Lugdunensem, aut illos quibus ipsemet concesserit: Prohibuit insuper eadem authoritate Regia omnibus suis subditis eosdem libros extra Regni sui limites imprimendos curare, vel quempiam, ubicumque fuerit, ad id agendum impellere, ac instigare, sine consensu dicti PHILIPPI BORDE; idque omne sub confiscatione Librorum, aliisque pœnis contra delinquentes expressis, uti latiùs patet in Litteris datis Parisiis die 6. Januarii 1668.

Ex mandato Regis Signatum DENIS.

Quievit hujus Editionis ultima pralum die 7. Januarii 1699.

SERIES

SERIES ALLEGATIONUM, ET QUÆSTIONUM, Quæ in hac prima Parte continentur.

ALLEGATIO PRIMA.

De Fiſcalis munere.

Quæſtio. DE officio Patroni Fiſci, quàm excellens & honorandum ſit. pag. 4

ALLEGATIO II.

De recuſatione Fiſcalis.

Quæſt. An Fiſcalis poſſit recuſari, & quibus ex cauſis. p. 10

ALLEGATIO III.

Principis contractus quando poſſint reformari.

Quæſt. Princeps quomodo teneatur ex ſuis contractibus, vel poſſit aliquatenus ab eis recedere, vel reformare. p. 15

ALLEGATIO IV.

Legum abrogatio non fit ex contractu Principis contra eas.

Quæſt. Princeps an videatur facere diſpenſationem, vel abrogationem legum, quando contra leges contrahit, & quomodo ea facta induci poſſit, vel non. p. 21.

ALLEGATIO V.

De gabellarum ſummaria reſtitutione facienda in articulo del cobro.

Quæſt. De gabellis vulgò apud nos *Alcavalas*, injuſtè à privatis ſummariè Principi reſtituendis: pro explicatione legis 26. *tit.* 18. *lib.* 6. legis 18. *tit.* 8. *lib.* 9. *recopil.* p. 28

ALLEGATIO VI.

Differentia judicii petitorii & poſſeſſorii in vectigalibus.

Quæſt. In vectigalibus cauſa poſſeſſionis diſcuſſa, & reo, à quo Fiſcus petebat, abſoluto, an obſtet, vel producat contra Fiſcum exceptionem rei judicatæ in judicio proprietatis ad obtinenda prædicta vectigalia. p. 32

ALLEGATIO VII.

Vectigalium judicium, etiamſi vectigalia privato fuerint vendita, in Senatu Regalis Patrimonii agendum.

Quæſt. Vectigalibus caſtri ejus Domino venditis, & controverſiâ exorta cum incolis, an ſolvere debeant vectigalia in Caſtro de mercibus quas extraxerint & alibi vendiderint? litè inſtituta in Senatu Patrimonii Regii, an illius juriſdictio poſſit declinari, quaſi ad Regis patrimonium non pertineant ejus Caſtri vectigalia jam vendita: pro explicatione legis 5. *tit.* 17. & legis 2. & 4. *tit.* 20. *lib.* 9. *recopilat.* p. 36

ALLEGATIO VIII.

Vectigalia Regia vindicanda à Magnatibus Caſtellæ, nec excuſandi Regis permiſſione.

Quæſt. De Magnatibus Regnorum Caſtellæ, quos dicimus *Grandes*: de illorum origine & dignitate; & eis non prodeſſe tolerantiam, ſeu permiſſionem Regis, qua ſe defendunt in detentione gabellarum, ne de illis ſine ſpeciali Regis permiſſu adversùs eos actio à Fiſci Patrono intentetur: ad explicationem legis 2. *tit.* 15. *lib.* 4. *recop.* p. 44

ALLEGATIO IX.

Magnates quibus modis uſurparunt vectigalia Regis.

Quæſt. Magnates Regnorum Caſtellæ, qui detinent vectigalia Regis, variis de cauſis ea occuparunt, & ideò audiendi non ſunt, ſi ſolùm ex tolerantia Principum ſe defendant: pro explicatione legis 2. *tit.* 15. *lib.* 4. *recopil.* p. 57

ALLEGATIO X.

Gabellæ contra Regem niſi titulo expreſſo adquiri non poſſunt, etiam in oppidis aggregatis his Regnis.

Quæſt. Gabellas non poſſe contra Regem adquiri niſi titulo expreſſo, cum ſolemnitatibus legis 2. *lib.* 15. *tit.* 4. *recopil.* & legis 1. *tit.* 18. *lib.* 9. etiam procedere in oppidis quæ ex aliis Regnis, videlicet Luſitano, & Caſtellæ, aggregata & unita fuere. p. 64

ALLEGATIO XI.

Gabellarum exemptio quomodo regulariter interpretanda.

Quæſt. Privilegia non ſolvendi gabellas aliquibus oppidis conceſſa, quomodo ſint intelligenda: pro interpretatione legis 11. *tit.* 18. *lib.* 9. *recopil.* p. 71

ALLEGATIO XII.

De privilegiis exemptionis Regis Henrici, & eorum revocatione.

Quæſt. Privilegia exemptionis gabellarum conceſſa à Rege Henrico IV. anno 1642. an revocata & nulla cenſeantur ex revocatione quam fecit omnium ſuarum conceſſionum: pro explicatione legum 4. & 17. *tit.* 10. *lib.* 5. & legis 39. *tit.* 18. *lib.* 9. *recop.* p. 76

ALLEGATIO XIII.

Vectigalia debent expreſsè donari, aliàs non comprehenduntur donatione generali.

Quæſt. Vendito, vel donato Caſtro cum omni territorio, tamen vectigalia quæ fuerint Principis, non comprehendi, ut ex hoc titulo emptor vel donatarius retinere poſſit. p. 84

ALLEGATIO XIV.

Venditio ejus quod donatum fuit, non poteſt extendi ultra id quod donatione comprehenſum eſt.

Quæſt. Si ex Regis donatione obtinens juriſdictionem alicujus oppidi, id vendiderit cum omni jure quod habebat, pertinentiis & redditibus, his verbis, *Rentas, pechos, y derechos*; eo prætextu vectigalia non poſſe detineri ab emptore, etſi venditor perceperit, niſi ſpeciali Principis reſcripto competant. p. 93

ALLEGATIO XV.

Præſcriptio immemorialis poteſt à Principe prohiberi in vectigalibus.

Quæſt. Præſcriptio immemorialis an rectè poſſit à Principe prohiberi in vectigalium acquiſitione; & an prohibitio comprehendat tam futuram, quàm præteritam præſcriptionem: ad explicationem legis 2. *tit.* 15. *lib.* 4. *recop.* p. 97

Series Allegationum.

ALLEGATIO XVI.

Præscriptio non procedit nisi in jure causato.

Quæst. De eadem re quando immemorialis procedere non possit in Tertiis, eo quòd tertiæ nunquam separatæ sint à decimis, & ideò non possessæ ut præscribantur: pro explicatione legis 2. *tit.* 21. *lib.* 9. *Recopilat.* p.106

ALLEGATIO XVII.

Vectigalium conductio respicit jus & spem ea percipiendi.

Quæst. Contra gabellarios, pro explicatione & justitia legum 2. & 3. *tit.* 9. *lib.* 9. *Recopil.* p.114

ALLEGATIO XVIII.

De remissione mercedis conductionis vectigalium, propter impedimenta.

Quæst. De impedimentis quæ conductores vectigalium solent opponere à Principe fieri, quominus gabellis fruantur, ut fiat remissio pensionis; & quomodo id accipiendum, ad explicationem legum 2. & 3. *tit.* 9. *lib.* 9. *Recop.* p.123

ALLEGATIO XIX.

De impedimentis ex maris navigatione in conductione vectigalium mercium quæ navibus transportantur.

Quæst. De impedimento quod objiciebat conductor vectigalium, cùm ex maris navigatione deberentur portoria, à piratis impediri merces transportari, & ideò pensionis remissionem esse faciendam, quia Princeps mare liberum dedit. p.130

ALLEGATIO XX.

Remissio pensionis quomodo facienda gabellario, vel interesse farciendum.

Quæst. Quando ex facto Principis vectigalium perceptio impeditur, vel diminuitur, vtrùm debeat Princeps solùm gabellario diminuere pensionem, aut ejus partem, vel etiam omne interesse quod posset lucrari, satisfacere. p.135

ALLEGATIO XXI.

Exequutionem adversus Publicanum non excludit exceptio remissionis pensionis.

Quæst. Publicanus conductor gabellarum ad solvendam pensionem obligatus, an possit adversus eum exequutio procedere, etiamsi ex aliquibus causis pensionem esse minuendam allegaverit. p.141

ALLEGATIO XXII.

De novis venditionibus reddituum regalium.

Quæst. Novæ venditiones ex redditibus regalibus, id est *juros*, quomodo fiant, & an ex eis pignora anteriora & hypothecæ extinguantur. p.148

ALLEGATIO XXIII.

Quæst. Rex si censum, id est *juro*, de suis redditibus constituerit in certa fructuum, frumenti, olei, aut similium quantitate pro pecunia solvenda, an justè constitutio in favorem privati procedat: pro explicatione legis 4. *tit.* 15. *lib.* 5. *Recop.* p.167

ALLEGATIO XXIV.

Nullitas census facit nullos redditus, ita ut debeant in sortem imputari.

Quæst. Census qui contra leges est constitutus ultra pretium à legibus taxatum, si posteà in judicio ad legitimum modum redactus, vel nullus declaratus sit, redditus percepti sunt restituendi, ut compulsentur cum sorte principali: pro explicatione legum 4. 5. 6. & 7. *tit.* 15. *lib.* 5. *Recop.* p.181

ALLEGATIO XXV.

De venditione census reddituum Regalium, ut non possit fieri minori pretio quàm legibus taxato.

Quæst. Princeps an possit annuos redditus super suis vectigalibus & gabellis, quos dicimus *juros*, minori pretio vendere quàm quod à legibus taxatum fuit, ad census privatorum constituendos: pro explicatione legis 6. *tit.* 15. *lib.* 5. *Recop.* p.185

ALLEGATIO XXVI.

De transactione litis vectigalium non impleta.

Quæst. Transactione facta de jure fiscali circa id quod sine privilegio Principis obtineri non potest, ut vectigalium exactio, si ille qui transegerit, fisco non solverit, vel solvere non potuerit quod transactione comprehensum fuerit, an illa rescindenda ut lis possit instaurari, & fiscus transigens prima actione agere, vel solùm agendum sit pro pecunia promissa. p.191

ALLEGATIO XXVII.

Causa Tertiarum quo judicio expedienda.

Quæst. De jurisdictione Senatus Regalis Patrimonii circa exemptos & Ecclesiasticos quando impedierint administrationem Regii Patrimonii; & pro recuperatione Tertiarum quæ Regibus nostris à Summis Pontificibus concessæ sunt: ad explicationem legis 2. *tit.* 2. & legis 1. *tit.* 21. *lib.* 9. *Recop.* p.202

ALLEGATIO XXVIII.

Tertias præscribere non potest qui non jure proprio, sed alieno possidet.

Quæst. De Tertiis, & quando in eis contra Regem præscriptio non procedat, etiam immemorialis, si ex Regis concessione percipiantur: ad explicationem legis 1. *tit.* 21. *lib.* 9. *Recop.* p.210

ALLEGATIO XXIX.

De præmio licitationis vectigalium.

Quæst. Præmium, quod dicimus *prometido*, quando à conductoribus reddituum Regalium lucrari possit: pro explicatione legis 6. *tit.* 9. & legis 7. 9. & 10. *tit.* 11. & legis 1. *tit.* 13. *lib.* 9. *Recop.* p.217

ALLEGATIO XXX.

Augmentum à Principe factum post conductionem vectigalium non est applicandum gabellario.

Quæst. Conductis Siffis & vectigalibus, si intra tempus conductionis ea augeantur à Principe, an ad eum illa pertineant, vel ad conductorem: pro explicatione legis 1. *tit.* 22. *lib.* 9. *Recop.* p.224

ALLEGATIO XXXI.

De pacto augmenti vectigalium in eorum conductione.

Quæst. Pactum quod à vectigalium conductoribus apponi solet, quod si vectigalia augerentur, cederent in utilitatem gabellarii, quomodo pro fisco interpretandum. p.230

ALLEGATIO XXXII.

De læsione in vectigalibus ex augmento facto post conductionem.

Quæst. Fiscus si conduxerit vectigalia ad plures annos, an ex augmento post contractum possit læsio in pretio considerari. p.237

ALLEGATIO XXXIII.

De augmento secundæ locationis vectigalium.

Quæst. Damnum quod potest imminere fisco ex locatione secunda vectigalium, propter defectum primi conductoris, verè sustinere & sarcire debet gabellarius, cujus periculo fit secunda locatio, ut illius augmentum percipere possit. p.243

ALLEGATIO XXXIV.

Fidejussor semel fisco obligatus, nisi expressè liberetur, aliis etiam pro eadem re fidejussoribus datis, non liberatur.

Quæst. Administrator qui duorum millium aureorum satisdationem dare debebat, fidejussoribus datis, & exhibito instrumento fidejussionis in Senatu, eam minùs idoneam dixi, & Senatus decrevit ut ampliùs caveret, his verbis, *de mas fianças*, ex quo fecit depositum pro cautione duorum millium aureorum. Cùm ad finem administrationis ex ea tria millia aureorum deberentur, intendit ultra depositum, à fidejussoribus mille recuperari: illi cdntrà se esse liberatos

ratos dicebant, quia omnis ſatiſdationis quantitas depoſita fuerat. p.248

ALLEGATIO XXXV.

Metus allegatio, quam ſolent mulieres conductorum vectigalium objicere obligationi Fiſcali, quomodo excludenda.

Quæſt. De obligatione quam ſolent cum maritis publicanis uxores facere, vel cum adminiſtratoribus bonorum fiſci, ut vectigalia prætextu conductionis vel adminiſtrationis recipiant, & poſteà metus exceptionem, ſeu indotationem adversùs obligationem objiciunt, quomodo id procedat, & cautè admittendum ut excludatur. p.255

ALLEGATIO XXXVI.

Solutio in adminiſtratione Regalis Patrimonii ad relationem cum juramento, debet eſſe realiter facta.

Quæſt. Si Theſaurarius Regius in relatione jurata, quæ cum pœna tripli dari ſolet in Senatu Regiarum calculationum, ſi declaraverit aliquam quantitatem ſolutam, quam verè non ſolverat, quanvis creditor eam recepiſſe enunciavit, & illi chirographum de ſolvenda ſuo nomine fecit Theſaurarius, utrùm pœna tripli poſſit condemnari: pro explicatione legis 18. *tit.5. lib.9. Recop.* p.266

ALLEGATIO XXXVII.

Tripli pœna cui ex duobus Fiſcalibus competat.

Quæſt. De condemnatione tripli, ut fieri ſolet in Conſilio Regalis Patrimonii, juxta diſpoſitionem legis 18. *tit.5. lib.9. Recopil.* an ejus lucrum competat illi qui primus cauſam propoſuit, vel ei qui poſteà cauſam finivit. p.272

ALLEGATIO XXXVIII.

De triplo, & an ad ejus pœnam requiratur dolus.

Quæſt. Utrùm ad pœnam dupli, & tripli, de qua *in d. l.18. tit.5. lib.9. Recop.* exigatur conſtare de fraude & dolo ejus qui Regii Patrimonii rationem reddit, & juratam relationem dare tenetur; vel ſufficiat quantitatem in rationibus omiſſam. p.277

ALLEGATIO XXXIX.

Nominator tenetur ad pœnam dupli, & in triplum pro ſubſtituto.

Quæſt. Theſaurarius qui aliquem nominavit ad officii exercitium, ſi nominatus fraudem committat in rationibus reddendis, ita ut ad duplum condemnetur, ſi nulla bona fuerint nominati, an poſſit pœna ex officii valore, in cujus exercitio deliquit, exigi. p.281

ALLEGATIO XL.

Solutio ex cauſa publica fieri poteſt alterius rei quàm promiſſæ.

Quæſt. Quando aliud pro alio, invito creditore ſolvi poſſit à Principe in conſignationibus quæ negotiatoribus ſunt delegatæ. p.285

ALLEGATIO XLI.

Creditor ab uſuris & intereſſe excludendus, qui pignore uſus eſt, vel illud vendidit.

Quæſt. Negotiator cui pro pignore, vadimonio, vel depoſito, quod dicimus *reſguardo*, pecunia data fuit, ſi ea uteretur, an debeat uſuras, vel ſaltem pro illa quantitate illas non percipere à Regali Patrimonio. p.295

ALLEGATIO XLII.

Sumptuum appellatione, quando Princeps pro eo factos ſatisfacit, veniunt damna, ut non poſſint ultrà à fiſco recuperari.

Quæſt. Donatio à Principe facta ob benemerita, ſervitia & ſumptus quos fecit aliquis in Principis mandato, an excludat, vel includat damna quæ in ſuis bonis pro mandato exequendo mandatarius allegaverit habuiſſe. p.304

ALLEGATIO XLIII.

De indulto, quando non comprehendat bonorum reſtitutionem.

Quæſt. Utrùm reſcriptum gratiæ, quo aliquis indultatur ad pœnam, ſit referendum ad bonorum reſtitutionem, quæ à fiſco in aliquem fuerint alienata. p.309

ALLEGATIO XLIV.

Emptor quando teneatur ſtare colono in emptione rei fiſcalis.

Quæſt. Fiſci re vendita, an emptor teneatur ſtare colono vel conductori; & an quando emptor offert intereſſe quod fiſco, ſi conductor non expelleretur, contingere poſſet, conductio reſolvatur ex venditione. p.315

ALLEGATIO XLV.

De retractu juriſdictionis.

Quæſt. Utrùm vendita juriſdictione, concedatur retractus populo petenti, oblato eodem pretio, quod dicimus *tanteo*, ut aliis ementibus præferatur. p.319

ALLEGATIO XLVI.

Bona ut dicantur ſolarii quas requirant qualitates.

Quæſt. De bonis quæ dicimus *ſolariegos*, quomodo probandum habere eam qualitatem, ut quoties bona delinquentium à Principe confiſcantur, non pertineant ad fiſcum, ſed ad Dominum juriſdictionis, cui ſubditi ſunt vaſſalli. p.326

ALLEGATIO XLVII.

Crimen repetundarum quando procedat in Judice, & Officiali qui cum effectu non recepit.

Quæſt. De crimine repetundarum, & an locum habeat quando convenit Magiſtratus aliquid ei dandum eſſe pro juſtitiæ adminiſtratione, ſi cum effectu non recepiſſet: pro explicatione legis 1. *tit.6. lib.3.* & legis 1. *tit.* 21. *lib.9. Recop.* quæ loquitur de Calculatoribus & aliis Officialibus Senatus Regalis Patrimonii. p.334

ALLEGATIO XLVIII.

De probatione criminis repetundarum.

Quæſt. Probatio quæ ſufficiat ad crimen repetundarum: pro explicatione legis *6. tit.9. lib.3. Recop.* p.344

ALLEGATIO XLIX.

De ſponſa decedente ante nubilem ætatem, num poſſit pro uxore haberi.

Quæſt. De ſucceſſione inter virum & uxorem circa Commendas Indiarum & reſcripta Regia, quæ requirunt ſex menſium cohabitationem, quomodo accipiendum, & an locum habeat in ſponſa quæ deceſſit ante matrimonii conſummationem, vel nubilem ætatem. p.355

ALLEGATIO L.

Curſoris Majoris officium Regnorum Hiſpaniæ Regali Patrimonio applicandum.

Quæſt. Pro Rege noſtro Hiſpano, & jure quod habet ad officium publici Curſoris Regnorum Hiſpaniæ, in valida conceſſione quam ejus fecit, & circa magnam litem quæ de hac re pendet: Supremi Regalis Patrimonii Senatus fundamentis, quæ ad hoc à fiſci Patrono expenſa ſunt, in epitomen redactis, alia nova pro Rege noſtro latè adducuntur. p.370

ALLEGATIO LI.

Fiſcalis præcedit in omnibus Notarios à ſecretis Regis.

Quæſt. Fiſci Patronus ratione juris & conſuetudinis an ſine dubio præcedere debeat Notarium à ſecretis in omnibus, & in Senatu in quo aſſident. p.388

ALLEGATIO LII.

De dignitate & præcedentia Senatorum Conſilii Regalis Patrimonii.

Quæſt. De præcedentia inter Senatores togatos Supremi

Series Allegationum.

premi Consilii Patrimonii Regii, & Prætores Curiæ, qui vulgò dicuntur *Alcaides de Corte.* p.398

ALLEGATIO LIII.

Reformatio privilegiorum circa vectigalia ad Senatum Regalis Patrimonii pertinet.

Quæst. De controversia jurisdictionis circa ea quæ pertinent ad Supremum Senatum Regii Patrimonii quoad reformationem privilegiorum exemptionis vectigalium. p.406

ALLEGATIO LIV.

Gabella solvenda est de rebus quæ venduntur ad bellum.

Quæst. Utrùm gabella debeatur de rebus quæ ad exercitum venditæ transportantur : pro explicatione legis 38. *tit.* 18. *lib.* 9. *Recop.* p.408

ALLEGATIO LV.

Gabella debetur ex venditione mixtarum potionum cum aqua.

Quæst. Utrùm ex venditione aquæ mulsæ, seu hydromelis, quam dicimus *Aloxa*, gabella debeatur. p.410

ALLEGATIO LVI.

Vectigal imponi posse in mercede transportationis epistolarum.

Quæst. An possit Princeps, & ejus nomine Comitia Generalia indicere tributum in mercede transportationis epistolarum, quæ à Cursore majori transportantur, suppositâ concessione illius officii à Rege facta, de qua in allegatione quinquagesima disputavimus. p.413

ALLEGATIO LVII.

Libertatem Ecclesiasticam non lædi, rerum quas vendunt Ecclesiastici, gabellam solvi ab emptore laïco.

Quæst. An quoties ex statuto gabella inter venditorem & emptorem solvenda divideretur, si laïcus emeret ab Ecclesiasticis, qui exempti sunt à gabellis ex ventione bonorum suorum, an hoc casu possit ab emptore exigi dimidium gabellæ : pro explicatione legum 3. & 4. *tit.* 17. *lib.* 9. & legis 5. *tit.* 18. *eodem lib. Recopilat.* p.417

ALLEGATIO LVIII.

Concessio facta à Summo Pontifice ad petitionem Regis, non debet detrahere juri Regali, nisi Rex remittat.

Quæst. Regi concessis decimis in aliquo territorio, & postea ad Regis instantiam exemptio generalis decimarum concessa Religiosis an comprehendat etiam, ut non solvant decimas in eo territorio, in quo decimæ antea Regi concessæ fuerant, si in eo Religiosi bona habuerint ex quibus fructus percipiunt. p.422

ALLEGATIO LIX.

Tributorum ratio.

Quæst. De tributis quando justè Princeps ea imponere possit. p.428

ALLEGATIO LX.

Principis assertioni standum circa necessitatem publicam.

Quæst. De necessitate ut nova tributa concedantur, quomodo examinanda, & an sufficiat Principem asserere tributis egere, ut ei concedantur. p.435

ALLEGATIO LXI.

Provincias & Regna extera, quæ subjacent Hispaniæ, defendere pertinet ad urgentem necessitatem.

Quæst. An quoties invaduntur regna, quæ subjacent Monarchiæ Hispaniæ, eorum defensio ex necessitate urgenti & extrema sit habenda, ut possint imponi vectigalia, quæ aliàs justè non imponerentur. p.438

ALLEGATIO LXII.

Vassalli quando ad bellum debeant Regem sequi.

Quæst. An si Rex Hispaniæ ad bellum personaliter procederet, & proficisceretur, teneantur vassalli illum comitari, & cujus expensis. p.444

ALLEGATIO LXIII.

De obedientia Regibus debita à vassallis.

Quæst. Regibus quomodo debeant in mandatis justis obedire vassalli, & qua pœna inobedientes puniantur. p.451

ALLEGATIO LXIV.

Inobedientiæ crimen potest Rex vindicare in vassallo etiam exempto.

Quæst. Inobedientiæ vindictam Princeps an sumere possit de vassallo etiam exempto, prætextu privilegii Ordinum militarium Hispaniæ. p.461

ALLEGATIO LXV.

Conjurationis sola scientia punienda, nisi detegatur.

Quæst. in conjuratione seditionis, qui ejus scientiam habuit, & non revelavit Principi, vel ab eo interrogatus illam negavit, qua pœna puniendus. p.472

ALLEGATIO LXVI.

Indicia in conspiratione quando sufficiant ad pœnam ordinariam.

Quæst. De indiciis quibus probatur conspiratio contra Principem, & quando sufficiant indicia ad pœnam ordinariam. p.493

PROOE



PROOEMIUM DE FISCO.

1 *Fisci Etymologia.*

2 *Fiscus est repositorium pecuniæ Principis quæ ad publicum statum pertinet.*
Ærarii & Fisci differentia.

3 *Fiscus an differat à Patrimonio privato Principis?*

4 *Fiscus propriè est Principis Supremi.*

5 *Domini Vassallorum impropriè fiscum habent.*
Episcopus ex consuetudine potest habere fiscum.

6 *Domini Vassallorum non possunt facere bonorum confiscationem.*
Sententiæ Iudicum Domini Vassallorum quæ Cameræ Domini pœnas applicarunt revocantur in Cancellariis, facta applicatione Regiæ Cameræ

7 *Fisci opes oportet augeri.*
Pecuniæ sunt reipublicæ nervi.
L. 1. §. in causa de quæstionibus.
Camera Domini Vassallorum non gaudet privilegio Fisci.
L. non puto 10. ff. de jure fisci.

8 *Probatio fisci quando est dubia judicandum contra fiscum.*
Imperatores Trajanus, Hadrianus & Justinianus contra fiscum responderunt.

9 *Philippus II. Hispaniarum Rex senatibus edixit in dubio contra illum judicari debere.*

10 *Author allegationes quas pro Regali patrimonio in ejus senatu edixit in lucem edit.*

1 FIscus sive à fiscis, id est, *sportulis*, quas ex viminibus, & virgis Agricolæ conficiebant, ut ex Virgilio, Catone, Plinio, Columella, Varrone, Cælio Rodiginio, & aliis probavit Garonius de *Iure fisci, c. 1. n. 6.* quibus deferebantur & recipiebantur pecuniæ, ut ex Cicerone, Seneca, Vvolfango, Lazio, Petro Gregorio, Fungero, Guterrio, & pluribus probavit D. Amaya ad *tit. C. de Iure fisci lib. 10. in rubrica n. 3.* Vel fiscus, ut *fixus* dicatur, quia semper manet, & solvendo sit, juxta glossam *in rubrica C. de de Iure fisci*, Bald. *vol. 1. cons. 271. n. 7.* Guido Papæ *dec. 453.* ex Bartolo, Peregr. *de jure fisci lib. 1. tit. 1. n. 34.* & ideo fixum vectigal quod prædiis impositum, & ibi fixum, & ex eis solvendum, ex Durantio Caselio *lib. 1. var. c. 8.* notavit Osvald. ad Donellum *l. 5. comm. c. 44. in not. lit. B.* Seu fiscus ut viscus censeatur cum opes hominum capiat; tradit D. Solorz *de Indiar. guber. tom. 2. lib. 4. c. 1. n. 82.*

2 Est igitur fiscus repositorium pecuniæ quæ ad Principem pertinet, ad statum publicum sustinendum, ut notavit Peregrin. *ubi proximè n. 31* Et ideo etiam Camera Principis dicitur juxta prædicta, quia ut tradit Amaya *ubi proximè* ex D. Isidoro, Platea, Beroaldo, Asconio, & Dorleans, cum marsupia ad Pecuniam non sufficiunt, loculis & arcis uti cœptum, & fiscus ab origine fiscellarum dictus, cujus & ærarii quod pertinet ad pecuniam populi, differentia constat ex Valençuela *ad rub. Cod. de jure fisci n. 21.* D. Isidor. *lib. 6. origin. c. 17.* Alexand. ab Alexandro, *l. 2. genialium, c. 2.* ibi Tiraquell. Dempter. ad Rosinum *lib. 7. antiquit. c 31.* D. Alfaro *de officio fiscalis glos. 9. n. 4.* Amaya & Garonius *ubi proximè*, ille *n. 10.* hic verò *n. 4. & 14.* qui alios & plura referunt.

An fiscus à Principis privato patrimonio differat? 3
Plures differre tenuerunt, ut ex *l. bene à Zenone, C. de quadrien. præscriptione* notavit Afflictis *de jure Protomiseos*, §. 9. *num. 21.* & inde ex Baldo, Angelo & Laudensi tradit Peregrin. *d. tit. 1. num. 29* quæ fisci sunt Principis censentur, sed non é cõtra, Bobadil. *lib. 5. politiæ, cap. 6. n. lit. B.* & hoc patrimonium rei privatæ & dominicæ dicebatur, ut post Accursium, Bartolum, Peregrinum, Cujacium, Bullengerum, Pancirolum; Salmasium, & Guterrium, pluribus comprobans juribus tradit Amaya, n. 17. qui contra plurium receptam traditionem hoc privatũ Principis patrimoniũ fisci privilegio uti admittit *n. 19.* & *20.*

Unde fit ut fiscus propriè sit Regis & Principis supremi, cùm de regalibus censeatur fiscum & Cameram habere, ut probavit Avilesius *in c. 2. Prætorum, 1. p.* verbo *Camera*, facit *lex. 2. §. hoc interdicto ff. ne quid in loco publico, leg. simile ff. ad Municipalem*, Platea *n. 8.* Lucas de Peña *in rubrica C. de jure fisci lib. 10.* Bossius *in praxi tit. de fisco n. 1.* Petrus Gregorius, *lib. 31. c. 31. n. 4. & 6.* Peregr. *lib. 1. de Iure fisci tit. 2. n. 1.* ex Joanne Andrea, Baldo, Cavallo, Affl cto Laudensi, Castallo, Belluga, Sixtino, & aliis Mastrillus *lib. 3. de Magistratibus c 10. n. 2.* 4

Et quamvis aliqui censuerunt dominos vassallorum posse fiscum habere, ut ex Guidone Papæ & Avendano tradit Bobadilla *lib. 2. Politiæ c. 16. n. 65.* idque quando privilegio vel præscriptione à dominis vassallorum adquisitum, ut ex Platea *in leg. 1. C. de bonis vacantibus* Ioan. Garcia *de expensis, c. 21. n. 21.* Mastrillus *d. c. 10. n. 8. & 9.* ubi tradit abusivè & impropriè Baronum & dominorum dici fiscum. Ex consuetudine posse induci, ut Episcopi fiscum habeant, ex Peregrino, Filiucio, Constantio, Petro Gregorio, Barbosa, & Bobadilla tradit D. Amaya dicta rubrica, C. *de Iure Fisci num. 25.* 5

Verùm domini vassallorum etsi suæ Cameræ appli- 6

care valeant pœnas criminales, tamen non poſſunt facere confiſcationem bonorum, quia id ſolum competit Principibus vel Civitatibus, quæ ſuperiorem non recognoſcunt, ex Baldo, Valençuela, D. Amaya, *n.*24. ex Guidone Papæ Boherio, Puteo, Avendano, Salcedo, & Petro Gregorio, Bobadilla, *dict. lib.*2. *Polit. c.*16. *n.*110. Sin verò ad Cancellariam deferatur appellatio ſententiæ judicum domini Vaſſallorum, tunc ſi confirmatio ſequuta ſit ex praxi recepta, quâ pluribus annis in Cancellaria Granatenſi uſus ſum, admiſſum, applicationem pœnæ Regali fiſco fieri & revocari, quæ facta Cameræ domini Vaſſallorum, & eodem modo ei non competunt, ſed Regi condemnationes quas fecerint Judices delegati, qui à ſupremo noſtro Senatu mittuntur ad oppida Baronum, vel ipſi Judices eorum quando contra aliquos procederent, ſpeciali ſenatus delegatione; & de utraque praxi teſtatur Bobadilla *dict. c.*6. *n.*112. 113.

7 Sed tamen cùm opus fiſci Regii valde conducat augeri, quia pecunias eſſe Reipublicæ nervos traditur *in leg.*1. §. *in cauſa*, *ff. de quæſtionibus junctis*, quæ latè novimus 1. *p. deciſ. Granatenſi* 12. *n.*61. ideo plura privilegia Regis fiſco conceſſa, de quibus *Allegat.*1. & *Allegat.* 51. quibus privilegiis non gaudent Cameræ dominorum Vaſſallorum, cùm in eis ceſſet ratio publicæ utilitatis, ut notavit Bobadilla *d c.*16. *n.*114.

8 Verùm adhuc traditur in *leg. non puto*, 10. *ff. de jure fiſci*, in dubio contra fiſcum eſſe reſpondendum & Judicandum, de ejus explicatione dubitarunt plures, Cumanus, Jaſon, Socinus, Ripa, Angelus, Aretinus, Felinus, Decius, Hippolitus, Alexander, Alciatus, Corraſinus, & alii quos refert Covar. *lib.*1. *Var. c.*16. *n.*1. & per totum Peregrinus *de Iure fiſci lib.*6. *tit.*6. *n.*22. & 23. qui ad idem adducit Bartolum, Dinum, Mateſilanum Cephalum, & alios videndi Neguſantius *de pignoribus*, 4. *membro* 2. *p. n.*17. Novellus *de dote* 9. *in princ. privilegio* 1. Cagnolus *ad l.*5. *Cod. de edendo n.*66. Natta *conſ.*314. *n.*13. Claudius *cantiuncula de officio judicis cap.*17. *n.*31. ex Plinio, Capitolino, Eutropio, Cælio Rodiginio, Guillelmo, Benedicto Zaſſio, & aliis Simancas *de Catholicis inſtit.*11. *n.*54. ubi tradit Trajanum, Hadrianum, & Juſtinianum contra fiſcum reſpondiſſe.

9 Et melior eſt interpretatio quam probat Peregrinus, ubi proximè, quoties dubia fuerit fiſci probatio & ut de illius jure certo non liqueat, tunc contra fiſcum judicandum, quaſi Principes niſi juſtum & & certum lucrum fiſci appetere non debeant, ut Trajano traditur in ejus Panegyrico ibi: *Quæ præcipua gloria tua eſt ſæpius vincitur fiſcus, cujus mala cauſa nunquam eſt niſi ſub bono Principe*; & ut alia plura omittam, imitatus ex noſtris Regibus, Philipp. II. qui Hiſpanorũ ſecundus Trajanus virtute, juſtitia, & prudentiâ, nam cùm anno 1570. eſſet in villa del Eſcurial, & illud adiret Doctor Velaſco Conſilii ſupremi & Cameræ ſenator, ut conſuleret de cauſa quæ maximè augeret ejus Regale Patrimonium, reſpondit Rex ſapientiſſimus & juſtus: *Doctor, ſemper in cura habe & renuntia ſenatui, in dubio ſemper contra me judicandum*; refert Porrenus de dictis Philippi II. *c.*10. *verſ. Eſtando.* O pulchrum dictum! utinam Principes hodie imitarentur.

10 Cura enim & defenſio fiſci, ejus privilegia & jura tueri ad Fiſcalem, id eſt Patronum fiſci pertinet de quo *in ſequenti allegat.*1. & *allegat.*51. *p* 2. & cùm ex vectigalibus fiſcus conſtet & juribus Regalibus, ideo pro eis allegationes quas in Regalis Patrimonii ſenatu, & Indiarum, & aliis conſeſſibus pro fiſco ediximus, in lucem edimus.

ALLEGATIO. I.

De Fiſcalis munere.

1 *Fiſcalem primus elegit Imperator Hadrianus.*
D. Amaya adducitur reprehendens Levinum Terentium.

2 *Fiſcales alii Imperatores crearunt.*
Fiſcales olim ad biennium eligebantur, hodie perpetui.
l. binos C. de advocat. diver judic.

3 *Fiſci utilitas publica eſt.*
Pecuniæ fiſcalis neceſſitas.
*l.*1. §. *in cauſa*, *ff. de quæſtionibus.*
Annibal coactus deſerere Italiam ex pecuniæ indigentia.

4 *Pecuniâ plures vicerunt quam ferro.*
Tributa neceſſaria ut Reſpublica ſuſtineatur.

5 *Lex Papia inducta propter neceſſitatem ærarii ceſſante bello abolita.*
l. unica in principio C. de caduc. tollend.
Tributa juſta non reſpiciunt donationem Principi factam, ſed debitum.

6 *Fiſcus in quo differat ab ærario.*
Ærarium reſpicit pecuniam publicam populi, non Principis.
Nero Imperator prohibitus à ſenatu tributa remittere.

7 *Seditiones plures ex indigentia ærarii.*
Milites quibus ſtipendia non ſolvuntur ad ſeditionem parati.
Auguſtus ærarium militare ſeparari à reliquis pecuniis inſtituit.

8 *Regalia defendere, augere, & tueri ad fiſci Patronum pertinet.*
*l.*12. *tit.*18. *p.*4
Regalium alienationem qui conſulit, proditionis crimen incurrit.
Delictorum vindicta pertinet ad publicam utilitatem.
l. ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil.
*l.*1. *tit.*12. *lib.* 2. *Recopil.*

9 *Fiſcalis poteſt ſe introducere in qualibet cauſa criminali, maximè ubi eſt pœna Cameræ.*
*l.*18. *tit.*7. *lib.*2. *Recopil.*
*l.*3. & 6. *tit.*13. *lib.*2.

10 *Fiſcalis non malum neceſſarium, ſed bonum utile dicendum.*

11 *Fiſcalis officii magna auctoritas & neceſſitas.*
Conſiliarius Regis dicitur fiſcalis.
*l.*5. *tit.*9 *p.*2.

12 *Fiſcalis ſenatus Regalis Patrimonii ex Regis reſcripto dicitur de conſilio Patrimonii.*
Fiſcalem qui occidit, quia officium gerit, crimine læſæ Majeſtatis tenetur.
l. quiſquis C. ad l. Iul. Majeſtat.
*l.*1. *verſ. cujuſque opera, ff. eodẽ l.*1. *tit.*2. *p.*7.

13 *Fiſcalis Principis pars cenſetur.*

14 *Fiſcalis ut judex conſideratur in judicando quæ lites ſint omittendæ, vel proſequi debeat.*
*Fiſcalis inſtar tutoris diligenter ſe gerat: l. quoties §. nec utique & § ſicut, ff. de admin. tutor. & num.*16.
*l. fin. C. de bonis vacant lib.*10.
*l. juſtas C. de jure fiſci lib.*10.
*l. univerſi C. ubi cauſæ fiſcales & n.*16.

15 *Fiſcalis an poſſit agnoſcere bonam fidem.*

*l.*11.

l.11.tit.13.lib.2.Recopil. & n.18.
l.20.tit.5.dict.lib.2.
l.20 tit.20.lib.2.Recopil.

16 *Fiscalis debet veritatem præferre fisco.*
l.fisci 3.C.de advoc.fisci.
l.non est.ff.de legat.2.
l.qui solidum 78.§.etiam,ff.de leg.2.
l.emptorem in principio,ff.de action.empt.
l.fistulas 78.§.1.de contr.empt.
l.properandum,§.fin.C.de Iudiciis.
l.1.C.de officio ejus qui vicem,& n.18.
l.1.C.de curios.& station.lib.12.

17 *D.Paulus ad Thessalonicens.expenditur.*
Item in Epist.ad Roman.

18 *L.qui pœna,§.Diuus,ff.de manumiss.*
l.1.§ lege Iulia,ff.de testam.

19 *Fiscalis suffragium habebat.& in multis provinciis hodie habet.*
l.proximè,ff.de his quæ testam.deben.authent. de judicibus collat.6.

20 *Iudicum fratres & socii dicuntur fiscales.*

21 *Theodorici Regis de fiscalibus sententia.*

22 *Principes de fiscalibus maximè confidunt.*
Fiscalis constituitur à Principe procurator cum libera,et generali administratione.

23 *Fiscalis quasi habens generale mandatum potest transigere de causis fiscalibus.*
c.quia ad agendum de procurat.lib.6.
l.Procurat.cum libera,ff.de procurt.
l.12.tit.18 p.4.& n.24.
l.1.& 2.tit.12 lib.2.Recopil.

24 *Fiscalis potest intendere actionem quæ utilis fisco, etiamsi requirat speciale mandatum.*
l.1.tit.13.lib.2.Recop.
l.1.tit.2.§.3.lib.9.Recop.
l.1.tit.15.lib.4.Recop.
l.1.tit.10.lib.5.Recop.
Fiscalis etiamsi à Rege prohibeatur contra aliquê actionem intendere,poterit justam proponere.
l.Aurelius ff.de liber.legat.

25 *Fiscalis officium dignitas est.*
Fiscalis numeratur inter potentes.
l.quicumque 3.C.de litigiosis.
l.2.C.ne fiscus vel Respublica.
Fiscalis dicitur clarissimus.
l.laudabile C.de advocat.diver.judic.
l.restituendæ,C.eodem.
Fiscalis dicitur spectabilis.
l.in sacris, §.modum, C. de prox. sacro scrin. lib.12.

26 *Fiscalis est curator & Procurator Reipublicæ.*
l.si Pater tuus,C.ne de statu defunct.
l.Curator.3.C.de modo multar.
l.Procuratores 30.C.de Decurion.lib.10.
Principis representatio in solo fiscali fit.

27 *Fiscalis in supremis senatibus Dominus vocatur.*

28 *Fiscali plura privilegia concessa.*
Fiscalis non jurat de calumnia, nec in expensis damnatur.
l.12.tit.13.lib.2.Recopil.
l.22.tit.2.lib.3.Recopil.
Fiscalis debet esse præsens Iudicio fiscali, aliàs erit nullum.
l.3.§.Diuus ff.de Iure fisci.
l.2.C.si adversus fisc.

29 *Toga antiquitus & hodie fiscalibus concessa.*
l.fin.C de advocat.diversf.judic.
l.jubemus,C.eodem.

30 *Senatorum togæ apud Hispanos principium.*

31 *Auctoritas togæ apud antiquos.*

32 *Fiscales Reges soli nominant & sunt in supremis Tribunalibus.*
l.1 ff.de officio Procurat.Cæsaris.

De officio Patroni fisci quàm excellens & honorandum sit.

MVNERIS fisci Patroni & Advocati qui dicitur fiscalis, electionem fecit Imperator Hadrianus, ut notarunt Cassaneus *in catalogo gloriæ mundi, 7. p. consideratione 33. vers. Advocatus*, Budæus *in notat. ad Pandect. de officio Quæstoris, pag.241.* Ælius Spartian. *in Hadriani vita*, Peregrinus, & alii, quos refert D. Alfaro *de offic. fisc. gloss 9. num.30.* Gutterrius *de officio domus Augustæ,lib.3.cap.1.vers.fisci Patronus,*ex Cujacio,Brisonio,Petro Gregorio, Ioanne Garcia,Mastrillo,Escobar, & aliis, notavit D. Amaya in *tom.1. Voluminis ad tit. de Decurionibus ad leg. fin. c.3.n.4.* ubi notat lapsum Levinum Torrentium ad Suetonium in Claudium, *cap.12.* qui hoc tribuit Alexandro Severo. 1

Sed post Hadrianum Fiscales crearunt Gallienus, Constantinus, & Theodosius, legibus ad hoc editis, de quibus Orosius *in rubrica de officio Procur. Cæsar.Afflict.ad constit.lib.2.rubric.*58.Peregrin.*de jure fisci, lib.7. tit.2. n.1.* Præteius verbo *Patronus fisci,* Budæus, Octavianus, & alii,quos refert Mastrillus *lib.5.de Magistr.c.8.n.64.* antea verò solùm ad biennium eligebantur fisci Patroni *l.binos 10.C.de advocat. diversf. judic.* sed hodie in perpetuum eliguntur dum Principi placeat, ex Cujacio & Gothfredo & D.Alfaro probat D.Amaja,ubi proximè *n.21.* 2

Idque necessitate urgente factum fuit,ut fiscus,cujus utilitas publica est,crescceret,ut probarunt Aretinus *cons.83.n.7.*D.Valenzuela *cons.100.n.102.*D.Alfaro *d. gloss.9. n.12* Garonius *de jure & privilegio fisci,c.1.* ubi ex P. Greg. & Politicis probat,quia sine fisci augmento publicum statum sustinere Princeps non potest,nam ut aliàs dixit Vlpian. *l.1.§. in causa, ff.de quæstionibus,*ubi traditur *fisci tributa esse Reipublicæ nervos*, de cujus emendatione ex Fernando, & aliis, & de pecuniæ necessitate plura notavimus in decis.Granat *decis.22.n.61.& 62.*ultrà ex Cicerone, Mutiano, & Historiis probavit Carol.Scriban.*lib.1. de instit.Politico Christiana c.42.*ubi ærarii maximam curam injungit. Monimentum hoc Regnorum est, & quo validius sæpè, certiúsque quàm armis expugnetur hostis,& tradit Annibalem sibi pecuniis viam stravisse in Italiam, cujus defectu non militum queritur Annibalem coactum deserere Italiam. 3

Plures enim facilius vicerunt pecunia quàm ferro: potentior illa in suadelam omni ferro est,potentiorque in sequelam: magnam enim illa vim habet animos conciliandi, à qua re una civilium bellorum felices ac infelices exitus ferè pendent; paratæ nimirum sibi animos jam vicisse est,& à milite obedientia sperari non potest, si ærario exhausto stipendia deficiant:nam ut inquit Cornelius Tacitus *lib.4. Historiar. Nec quies gentium sine armis, nec arma sine stipendiis,nec stipendia sine tributis haberi queunt.* 4

Inde quæ propter inopiam ærarii,ut idem Tacitus tradit *lib.3. annalium*, lex Papia inducta, fuit meritò postea abolita, cessante belli necessitate, *l. unic. in princ.C.de caducis tollend.* nam quemadmodù necessariæ sunt fisco divitiæ, ita quæ debitæ solum petendæ,ut dicebat Theodoricus apud Cassiodorum *lib.1.* 5

var.epiſt.19. ibi: *Fiſci volumus legale cuſtodire compendium, quia noſtra clementia rebus propriis videtur eſſe contenta, & ſicut nullum gravare cupimus, ita debita noſtra perdere non debemus.* Et iterum ſubjungit rationem: *Indigentiam juſtè fugimus quæ ſuadet exceſſus, dum perniciosa res eſt in Imperante tenuitas: modus ubique laudandus eſt, nam cur aut vituperabilis negligentia in propriis deſinat, aut aliena cupiditas turpis abradat.* Et ut idem Theodoric. dicebat *l.4. Variarũ epiſtola 38. Cùm omnes Reipublicæ noſtræ partes æqualiter deſideremus augeri, crementa tamen fiſcalium tributorum juſtiſſimo ſunt penſanda judicio.* Inde tributa Principi deberi, nec tam eſſe donationem quam debitum, pro explicatione ejus D. Marci *c.12.* D. Lucæ *c.20. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari*, ex D. Paulo, Theophylacto, Chryſoſtomo, Leſſio, Vaſquez, & aliis noviſſimè probavit Pater Vaſquez *de optimo Principe lib.4. ad notat.15.n.2.& 3.*

6 Hanc ego neceſſitatem fiſci Patroni ultra augmentum ærarii (ſi fiſcum ab ærario diſtingui ex Plinio *in Panegyrico ad Trajanum*, Dione, Suetonio, Cornelio Tacito, Spartiano, Cælio Rodiginio, ut fiſcus ſit propriè Principis, ærarium verò publicum populi notavit Garonius *de jure fiſci c.1.n.26.& 27.* adde plura quæ notarunt D. Amaya ad rubricam *Cod. de jure fiſci n.14.* Carlevallus *de judiciis lib.1. tit.1. diſputatione 2. quæſt.6. ſect 9.n.701.* ex multis comprobavit Doringius in Bibliotheca verbo *ærarium.n.14.*) id etiam ſuadere videtur, quia niſi creſcerent fiſci divitiæ, totum Reipublicæ peſſum ruet, & idcirco de Nerone refert Cornelius Tacitus, cum humanitatis ſpecimen exhibere vellet, cuncta vectigalia ſubditis remittere decrevit, ſed à ſenatu prohibitus eſt. Nota verba Cornelii Taciti *lib.3. annalium* ibi: *Crebris populi flagitationibus, in modeſtis Publicanorum argumentis dubitaſſe Neronem, an cuncta vectigalia omitti juberet, idque pulcherrimum donum generi mortalium daret; ſed impetum ejus multum prius laudata magnitudine animi cohibuere ſenatores, diſſolutionem Imperii dicendo, ſi fructus quibus reſpublica ſuſtineretur diminuerentur.*

7 Idque juſtè & prudenter ille ſenatus ut alia plurima decrevit, nam ex ærarii indigentia vel illius mala adminiſtratione multoties ſeditiones in Reges exortæ & Imperiorum clades: nam milites quibus ſtipendia deficiunt vel differuntur, omnia ſibi licere putant, dum armati incedunt, & nihil intentatum, nil linquet inauſum miles fame oppreſſus, & ſtipendiis fraudatus, ideo Lamprid.us in Laudem Severi tradit in ejus vita ibi: *Milites non timuit quod in vitam ſuam nihil dici poſſet, quod unquam Tribuni vel Duces de ſtipendiis militum quidquam accepiſſent, dicens: miles non timet ſi veſtitus, armatus, calceatus & ſatur & habens aliquid in zonula: at mendicitas militaris ad omnem deſperationem vocat armatum.* Ideo Auguſtus prudentiſſimè ut refert Suetonius in ejus vita *c.99.* ſeorſum ærarium militare inſtituit, & ſine difficultate ſtipendia ſolvere conſtituit, ut conſtat ibi: *Quidquid autem ubique militum eſſet ad certam ſtipendiorum præmiorumque formulam adſtrinxit. Definitis pro gradu cujuſque & temporibus militiæ & commodis miſſionũ ne aut ætate aut inopia poſt miſſionem ſolicitari ad res novas poſſent, utque perpetuo ſine difficultate ſumptus ad tuendos eos proſequendoſque ſuppeteret, ærarium militare cum vectigalibus novis conſtituit.* Notavit Carolus Scribanius *dict. lib.1.c.42.* Adamus Conrzen *lib.8. Politicorum, c.7. §.7.* ubi plura de ærario & eorum augmento.

8 Sed generaliter muneris Patroni fiſci eſt, omnia Regalia Principis defendere & tueri, & ideo cauſas Regalium fiſcales eſſe latè probat D. Alfaro *de officio fiſcalis gloſſa 20. per tot.* Peregrinus *de Jure fiſci lib.1. tit.2. n.1.* ex Avileſſio pluribus relatis à Bobadilla Petro Gregorio & Maſtrillo, D. Amaya *in rubrica C. de jure fiſci n.24.* Et probatur *l.12. tit.18. p.4.* & maximè conducit regalium defenſio & conſervatio, quia qui alienationes Regaliũ conſulunt, proditionis crimen incurrere traditur, *l.5. tit.15. p.2.* ex qua & aliis tradit D. Solorcan. *de Indiar. guber. tom.2. lib.2.c.30. num.72.* Fiſcali igitur omnia regalia & quæ ad Principem ſpectant commiſſa, & ideo in officii ſui titulo traditur: *Podias pedir y demandar, acuſar y defender todas aquellas coſas, y cada una de ellas que cumplieren a mi ſervicio y Patrimonio Real y a la execucion de mi Juſticia, y a el acrecentamiento de mis rentas Reales.* Explicat de Alfaro *de officio fiſcal. gloſſ.19. in princ.* ubi ex Avileſſio & *l.6. tit.4. p.6.* omnia quæ pertinẽt ad Regem, vel ſicut Regem, vel ſicut Philippum, Fiſcalẽ defendere teneri tradit, & ideo fiſcales Procuratores generales dicuntur: Anton. Faber *in Cod. lib.1. tit.2. defin.49. n.7.* Et quod ad publicam utilitatem ſpectat, ut delicta puniri, *l. ita vulneratus, ff. ad legem Aquiliam*, pertinet ad officium Fiſcalis *l.1. tit.12. lib.1. Recop.* & ejus cauſæ publicæ dicuntur, ut ex Ripa & D. Covarr. D. Alfaro *gloſ.9. n.12.* Julius Clarus *lib.5. ſententiar. §. fin.q.3.n.6.* poſt Angelum Cumanum, Vitalinum & Gandinum Farinacius *1.p. praxi crim. tit. de inquiſit. q.1. n.10.* Caval. *caſu 114.*

Et poteſt ſe fiſcalis in omnibus cauſis criminali- 9
bus introducere, ut probavit Maſtrillus *deciſ.* 207. & *deciſ.* 214. & quamvis ex *l.18. tit.7. l.3. & 6. tit. 13. lib.2. Recop.* jubeatur fiſcalem non admittendum ubi pars pro ſuo intereſſe litem proſequitur, Joan. Garcia *de nobilitate, gloſ.3. n.27.* adhuc quando fuerit irrogata pœna Fiſcalis, quam dicimus de *Camera* ſemper poſſe Fiſcalem in judicio admitti, tenuerunt Guttierrez *lib.3. practicarum, q.21. n.17.* D. Alfaro *de officio Fiſcalis gloſ.17. n.4. cum ſequent. & n.17.* & quid operetur quoad judicium, in ſententia eſſe pœnam fiſcalem, Aviles. *c.2. Prator.* verbo *Camera*, Farinac. *lib.2. conſil.85.* Riccius *5.p. Collect 1806. & 1954.* & Salgado *de Regia protectione 2.p.c.7. n.25.*

Unde Fiſcalis officium verſabitur circa omnia 10
quæ Regem & bonum publicum, ſalutem, & quietem ſubditorum contingunt, & ideo non malum neceſſarium Fiſcalem, ut dixerunt Petrus Bellinus, D. Valenzuela, & Antonius Faber, quos refert D. Solorzanus *tom.2. lib.4. c.6.n.5.* ſed bonum utile & neceſſarium dicendum officium Fiſcalis.

Patronus enim fiſci ad tutelam ærarii, Regalium, & 11
ſalutis publicæ eligendus, ejus officii auctoritatem utilitatem & neceſſitatem oſtẽdit; nam fiſci Patronus & Advocatus à Conſiliis Principis dicitur: quia ſi Conſiliarius ille eſt, qui Regi ſalubria cõſulit & dirigit, *l.5. tit.9. partit.2.* Ariſtoteles *lib.3. Politicorum c.12.* Philon. *lib. de creatione Principis*, Herodotus *l.7.* Plato in Protagora, Iſocrates ad Nicoclẽ, Socrates ad Xenophontem, Simancas de republica, *l.7. c.4.cũ ſeqq.* & *lib.9.c.22.* Bartholomæus Philippus *in tractatu de Conſiliis & Conſiliariis, diſcurſu 6. cum ſeq.* quod nulli magis convenit quàm Advocato fiſci, ille enim conſulit neceſſaria Principi, & defendit, & non ſolùm dirigit, ſed ſuis ſtudiis & magno labore ad bonũ exitum perducit; ideò à conſiliis Principis Patronus fiſci dicendus, ut notarunt Antonius Rubeus *conſil.43.n.1.* Maſtrill. *dec.213. n.6.* Jaſon. *in prag. de Antefato, obſervat.3.n.7.* & *obſervat.21. n.3.* Petrus Greg. *lib.49. Syntagm. juris c.7.n.6.* & ex *Novella 82. D.* Amaya *ad l. fin. C. de decurion. c.3.n.35:*

Quod

Quod ſine dubio in Fiſcali concilii Regalis Patrimonii decretum eſt à Rege noſtro: nam in reſcripto ſpeciali expedito die 2. Iulii, anno 1626. juſſit Fiſcalibus titulum ſuæ dignitatis honorifico nomine Conſiliariorum expediri, & ita fit ut in eo dicatur Fiſcalem eſſe de Concilio, & adeo verum judicandum ut qui Patronum fiſci Concilii ſupremi occiderit, pœna læſæ Majeſtatis teneatur, ac ſi Conſiliarium occideret, quia pars Principis eſt, *l. quiſquis, Cod. ad legem Iuliam Majeſtatis, l. 1. verſ. cujuſque opera, ff. eod. l. 1.* & ibi gloſſa 13. *tit. 2. partit. 7.* Platea *in l. nemo C. de immunitatibus, lib. 12.* Iſernia *in titulo quæ ſint regalia*, in verbo *bona committentium crimen*, Capitius *deciſ. 130. num. 11.* Bartholomæus Philippus *in tractatu de Conſiliariis privilegio 8.* Boſſius *titulo de crimine læſæ Majeſtatis, num. 9 & 14.* Iulius Clarus *lib. 5 ſententiarum*, §. *læſæ Majeſtatis crimen, n. 12. & 13.*

13 Nam fiſci Patronus ſemper pars Principis cenſetur & conſiliarius, quia ejuſdem conſilii in quo aſſiſtit exiſtimetur, ut tradit Boherius *in tractatu de auctoritate Magni conſilii in principio*, D. Alfarus *de officio Fiſcalis, gloſſ. 31. n. 10.* & laudabile munus vocatur *in l. laudabile, C. de advocatis diverſ. judic.*

14 Sed & fiſci Patronus etiamſi non habeat ſuffragium deciſivum in cauſa quam patrocinatur, adhuc ut Iudex exiſtimatur in cauſa quam defendit Innocentius, & alii relati à Felino in *cap. cùm clamor, de teſtibus*, Iulius Clarus *lib. 5. receptarum ſententiarum* §. *fin., quæſt. 3. num. 6.* Bernardus Diaz *in practica criminali cap. 5.* Alfaro *vbi proximè gloſſa 9. num. 27. & gloſſa 27. num. 3. & 35.* cujus rei ratio eſt, nam conſideratur Fiſcalis judicium in litibus quas proſequi debet in eis quæ dirigere vel diſponere oporteat circa Regium Patrimonium, vel juſtitiæ adminiſtrationem, & Fiſcalis inſtar tutoris diligens eſſe debet, *l. quoties in princ. & §. nec utique, ff. de adminiſtratione tutorum*, nec ejus deſidia aliquod detrimentum fiſcum pati oportet, *l. fin. C. de bonis vacantibus lib. 10.* diligentiam verò, quæ juri congruat facere debet, *l. juſtos, C. de jure Fiſci, lib. 10.* & ſolum eas lites proſequi in quibus jus fiſco fuiſſe conſtiterit. *l. quoties, §. ſicut, de adminiſtratione tutorum*, ex Budeo, Peregrino & aliis: videndus Alfarus *dicta gloſſ. 9. num. 39.* & quod de Fiſcali injuſtè ſubditos vexante traditur ab eo & aliis vivum eſſe concremandum, ex *l. univerſi, C. ubi cauſæ Fiſcales*, quod etiam admittit D. Solorcanus *dicto tomo 2 lib. 4. cap. 6. num. 5.* ſed reprobat D. Amaya *in d. l. fin. C. de Decurion. cap. 3. n. 10. & in l. 4 num. 4. Cod. de exact. tribut. lib. 10.* interpretatur contra prædictos, *d. l. Vniverſi.*

15 Cui conſequens eſt ut videatur arbitrium & judicium habere fiſci Patronum, quia ex vera ſententia debet Fiſcalis non vexare litigatorem, ſed ubi fiſco jus non fuerit, agnoſcere bonam fidem oportet; nam quamvis Baldus loquens de Fiſcali & Officialibus publicis in *rubrica C. de conſtituta pecunia n. 14.* tradiderit, eos non poſſe agnoſcere bonam fidem, ſequitur Bertachinus verbo *Officialis fiſci, verſ. 7.* & denotat *l. 11. tit. 13. lib. 2. recopil.* ubi jubetur Fiſcalibus ut lites proſequantur uſque quo eis finem imponant, aut aliter jubeatur: faciunt *l. 26. tit. 5. l. 10. tit. 20. lib. 2. Recopil.*

16 Sed multo verius eſt Fiſcalem poſſe & debere agnoſcere bonam fidem, quippe valdè diſſonum foret ex dict. *l. Vniverſi*, ſecundum prædictorum ſententiam Fiſcalem injuſtè ſubditos vexantem vivum concremandum, & prohibere illi bonam fidem, veritatem & juſtitiam agnoſcere: & facit expreſſè *l. fiſci 2. C. de advocat. fiſci*, ubi jubetur calumnias vitare Fiſcalem, & cùm velut tutorem haberi notavimus *n. 14.* probati videtur, *l. quoties, §. nec itaque, ff. de adminiſtratione tutorum*, ibi: *Idcircòque ſi mala cauſa pupillaris eſt, denuntiare ſibi verum debet.* Et iterum iis verbis: *Nec enim prohibentur tutores bonâ fidem agnoſcere.* Vbi in notis tradit Gothofredus. *Præferre denique pupillo veritatem debet.* Quod etiam de Fiſcali dicendum: conducunt *l. non eſt, l. qui ſolidum 78. §. etiam, ff. de legat. 2. l. emptorem, in principio, ff. de actionibus empt. l. fiſtulas 78. §. 1. de contrahend. empt. l. properandum, §. fin. Cod. de judic. l. 1. C. de officio ejus qui vicem, l. 1. C. de curioſ. & ſtationar. libro 12.* & quæ notavit Antonius Faber *in C. tit. quibus res judicata non nocet, definit. 14 allegat. 8.* D. Alfarus *de officio fiſcalis, gloſſa 9. num. 39.*

Et D. Paulus ad Theſſalonicenſ. tradit: *Vt non citò* 17
moveamini à veſtro ſẽſu, neque terreamini. Et in Epiſt. ad Roman. ibi: *Sed reformamini in novitate ſenſus veſtri.* & S. Thomas *2. 2. quæſt. 104. art. 3. in corpore* rectè explicuit eis verbis: *In his quæ pertinent ad interiorem motũ voluntatis, homo non tenetur homini obedire, ſed Deo.* Et valdè notanda verba Senecæ *lib. 3. de beneficiis, cap. 10. Errat ſi quis exiſtimat ſervitutem in totum hominem deſcendere, pars melior ejus excepta eſt, corpora obnoxia ſunt & adſcripta dominis, mens quidem ſui juris, quæ à Deo libera & vaga eſt, ut ne ab eo quidem carcere, cui incluſa eſt, teneri queat, quo minus impetu ſuo utatur, & ingentia tangat, & in infinitum comes cœleſtibus exeat; corpus itaque eſt quod domino fortuna tradidit, hoc emit, hoc vendit, interior illa pars mancipio dari non poteſt, ab hac quidquid venit liberum eſt; non enim aut nos omnia jubere poſſumus, aut in omnia ſervi parere coguntur contra Rempublicam imperata non facient, nulli ſceleri manus commodabunt.* Quod ſimiliter Fiſcalibus dicendum eſt quod ſervis cum dominis non licet, nec pro Fiſco faciendum, quia Princeps non vult injuſte ſubditos vexari; & ita ego multoties in muneribus fiſci Patroni, quibus functus cùm cauſam fiſci non juſtam cognoverim, nihil contra me facere, vel dicere decreviſſe & reſpondere *me vidiſſe acta judicialia*, quo bonam fidem agnoſcebam.

Nec obſtat *d. l. 11. tit. 13. lib. 2. Recop.* ubi jubetur 18
Fiſcalibus lites proſequi uſque quo finiantur, vel aliter eis jubeatur, quaſi in eorum arbitrio non ſit, agnoſcere bonam fidem, quia facilè reſpondetur: nam defenſores Reipublicæ, ut ſunt Fiſcales ſolùm jubentur eas cauſas proſequi, *ſi modò adeſſe fiduciam negotio putant*; quæ ſunt verba textus *in l. 2. C. de officio ejus qui vicem alterius*, & juxta *d. l. 11.* tunc dicendum lites eſſe finitas, cùm earum juſtitia diſcuſſa cognoſcitur obtineri non poſſe, juxta *l. qui pœnâ, §. Diuus ff. de manumiſſion.* ibi: *vel eum proſpicere ut damnaretur*, facit *l. 2. §. lege Iulia, ff. de teſtament.* ibi: *judicatus vel convictus*, quaſi judicatus videatur qui non habere juſtitiam convictus; unde in eo quod eſt, bonam fidem agnoſcere, etiam Fiſcalis judicium oſtenditur, ut habeatur velut Judex.

Vlteriùs de jure communi conſtat fiſci Advocatum 19
ſuffragium in cauſa dare, *l. proximè, ff. de his quæ in teſtamento debentur*, ibi: *Calfurnius Longius Advocatus fiſci, dixit, non poteſt illud teſtamentum valere, quod hæredem non habet.* Idque inter judicantium ſententias affertur, & favet authentica de judicibus, *collat. 5. Novella 2. cap. 2. ad finem*, ubi Advocatus fiſci conſiliarius dicitur iis verbis: *Et Conſiliario utendum laudabili quatenus diſponere quæ ex legibus ſint, poſſint, id eſt Appiano viro ſpectabili & fiſci Advocato.* Et in Regnis Aragonum id obſervatur ut ſuffragium habeat fiſci Advocatus, ut tradit Jacobus Calius *in Margarita fiſcali, in præfatione, num. 4.*

qui refert conſtitutionem Barciñonenſem, quæ id diſponit, & poſt Senatorem qui relationem proceſſus facit, & primò ſuffragium & ſenſum animi ſui explicat, ſuffragium præſtat fiſcalis, & ita ſimiliter in Regno Galliæ judices ſunt Advocati fiſci, & quaſi Conſiliarii habentur, Petrus Gregorius *lib.1.Syntagm. juris,c.7.num.6.* ex Equinario, Varrone, Iulio Claro, Craveta, Peregrino, Bartholomæo, Philippo, & aliis, notavit D. Solorçanus *de Indiarum gubernatione tom.2. lib.4 cap.6. num.7.* & ex ordinationibus Cancellariarum in defectum judicum judices ſunt Fiſcales, & in Occidentalibus Indiis quando cauſæ remittuntur in diſcordia ſuffragiorum, in judicum defectu admittuntur fiſcales ad judicandum ſchedulas Regias: refert D. Solorcan. *dict. num.7.* Egoque in ſupremo conſilio juſtitiæ Caſtellæ, cùm lis de majoratu villæ de la Orcajada per tredecim Senatores in diſcordia remitteretur, cùm eſſem Fiſcalis Regalis Patrimonii Iudex electus fui à Rege noſtro, ut cum aliis Senatoribus cauſæ acta audirem, & judicio terminarem, ut ita factum eſt, me Iudice.

20 Ideo ſocii Iudicum & fratres appellantur Advocati fiſci, ut quiſque pro viribus juſtitiam adminiſtrare procuret, ut tradit Craveta *lib.1.conſil.168. num. fin.* Antonius Rubeus *conſ.86. num.1.* Præpoſitus *in cap. accuſatorum 2. quæſt.8. n.9.* ibi: *quod fiſcalis non eſt pars,ſed quaſi Iudex*: nam agit de ea,quæ ſunt de officio agenda à judice, & quaſi unum corpus cum eo conſtituit, & ea cauſa dicitur ſocius Iudicum, refert & ſequitur Bernardus Diaz *in pract. crim.c.5.* Azevedo *in l.3.tit.13.lib.2. Recept.* D. Alfaro *de officio Fiſcalis gloſſa 34.§.8. num.225.* latè Maſtrill. *deciſ.214. num.15.*

21 Cùi rei annectenda ſententia Theodorici Regis, qui denotat majus quàm Senatores, judicium habere Advocatum fiſci, cùm ejus arbitrio relictum ſit, quæ negotia Regalis patrimonii diſcutienda ſint, vel quæ omittenda, vel ſuſpendenda; & ut appareat excellentia muneris Patroni fiſci, & quantum ſapientia virtutibus & prudentia ille excellere debet; nota verba apud Caſſiodorum *lib.1. variarum, epiſtola 22.* ibi: *Sume igitur fiſci noſtri tuenda negotia, in utendis officii tui privilegiis prædeceſſorum exempla ſecuturus. Ita ergo per medium juſtitiæ tramitem moderatus incede,ut nec calumnia innocentes graves, nec juſtis petitionibus retentatores exoneres, illa enim vera lucra judicamus quæ integritate ſuffragante percipimus;non ergo quoties ſuperes,ſed quemadmodum vincas inquiramus, æquitatem nobis placiturus intende,non quæres de poteſtate noſtra,ſed potius de jure victoria,quanto laudabilius à parte fiſci perditur cum juſtitia non habetur; nam ſi dominus vincit, oppreſſionis invidia eſt, æquitas verò creditur, ſi ſupplicem ſuperare contingat; non ergo parvo periculo cauſas dicimus quando tunc fama noſtra proficit.cùm ſe commoditas injuſta ſubducit.Quapropter fuit interdum cauſa mala fiſci, ut bonus Princeps eſſe videatur,majori quippe compendio perdimus, quàm ſi nobis indebitè victoria ſuffragetur.*

22 Hinc apparet quantum Principes confidant fiſci Patronis, cum eis committant adminiſtrationem ac defenſionem juſtitiæ, protectionem ſui patrimonii,& recuperationem ejus,quæ ad illud pertinet, & conſervationem eorum quæ ad Statum Regalem ſpectant, conſtituens eum Procuratorem Generalem cum libera & generali adminiſtratione. Bartolus *in l.1. in princ. ff. de officio Procuratoris Cæſaris*, Laudenæs.*de fiſco.q.16.* Iaſon. *in l.2.§. creditum n.10. ff. ſi certum petatur*, Alfaro alios referens, *de officio Fiſcalis gloſſa 34. num.218. & 233.*

23 Et ideo quaſi habens mandatum generale, cum libera tranſigere poteſt de cauſis fiſcalibus, *cap. quia ad agendum, in fin.de procurat.lib.6.l. Procurator cum libera, ff. eod.* Barth. & Caſtrenſ. *in l.Præſes, Cod. de tranſact.* Corneus *conſil.189. num.1.* Alfaro *ubi proximè*,& hanc confidentiam expreſſit *l.12.tit.18.partit. 4. l.1. tit. 12.* Recop. ibi: *Porque los delitos no queden ſin caſtigo ni pena pro defecto de accuſacion, y porque el officio de nueſtro Procurador Fiſcal es de gran confiança, y quando bien ſe executa, ſe ſiguen de el grandes probechos aſſi en execucion de la dicha Iuſticia, como en prode la nueſtra hazienda,* & in *l.2.* quæ ſtatim ſequitur *dict. tit.12.* Reges noſtri Catholici tradunt ibi: *Porque ſegun la confiança que hazemos de los Procuradores Fiſcales que han de eſtar en cada una de las nueſtras Chancellerias, es muy cumplidero al ſervicio nueſtro, y a la execucon de la nueſtra Iuſticia.*

Sed Fiſcalis poteſt intendere quamlibet actionem, 24
quæ ſit utilis fiſco, etiam illam quæ acquirit ſpeciale mandatum, *l.12. tit.18. p.4.l.1.* & per totum *tit.13. lib.1.l.1.tit.2.§.3.lib.9.Recop.* nam & quilibet de populo ad exemplum popularis actionis poteſt ſine mandato intendere actionem pro fiſci utilitate, ut poſt alios reſolvit Peregrinus *de jure fiſci, lib.6. tit.2. n.3.*& faciunt *l.1.tit.15.lib.4 l.1.tit.10.lib.5. Recopil.* & ideo fiſcus poteſt intendere reſtitutionem ſine ſpeciali mandato, Afflict. *ad conſtit.Neapol.lib.2.rubr.39. de reſtit.Reipubl. n.2.* ubi additio *lit. E*, notat, quod Fiſcalis habet mandatum cum libera, imo etiamſi quis habeat titulum à Rege, & in eo decernetur Fiſcalem nihil contra eum petere, imo illi aſſiſtere, ex quo colligitur velle Principem mandato non uti contra illum, adhuc intelligitur de actione injuſta & affectata; non verò quando Fiſcalis juſtè actionem intenderet, quia adhuc poſſet tunc agere & uti mandato, argument,*l.Aurelius, ff.de liber.legat.* ubi communiter Doctores, Albericus *in l.nullus videtur, ff.de reſ. juriſd.* D. Covarr.*in cap.Rainaldus,§.1.n.18.de teſtamentis*, Corneus de Locato *4.p.q.14.n.36.*

Et eſt etiam Fiſcalis officium dignitas,Roman.*conſ.* 25
518. & gaudet omnibus privilegiis & prærogativis, quæ tenatoribus conceduntur, quia numeratur inter potentes Reipublicæ, *l.quicumque 3. C. de litigioſis, l.1.C.ne fiſcus, vel Reſpublica*, clariſſimus dicitur,*l. laudabile, l. reſtituendæ, C.de Advocat.diverſ.judic.* nominatur ſpectabilis, *l. in ſacris, §. modum, C. de prox.ſacror.ſcrin.lib.12.*& gaudet omnibus præeminentiis, quibus Senatores, in Senatu cum eis ſeder, toga utitur, & quando illis permiſſum, pulvinar ad pedes habet Fiſcalis,& omnia illorum privilegia,Garcia *de nobilitate, gloſſa 3.in princip. & gloſſ.35.n.42.* Peregrin.*de jure Fiſci, lib.7.tit.2.num.15.* Maſtrillus *de Magiſtratib. lib.5. cap.2. num.50. & 70.& cap.9. num.125.* D. Alfaro *gloſſa 16.17. & 31. num.5.11. 12. & gloſſa 34.* Gabriel Buratt. *in ſpeculo viſitat. cap.12.*

Fiſcalis repræſentat Regnum, & ideo procurator 26
Reipublicæ, & curator dicitur *in l. Si pater tuus 7. Cod. de ſtatu defunctor. leg. Procuratores 30. Cod. de Decurion. lib.10. leg. Curator. 3. C. de modo multar.* & ideo Procuratorem generalem Fiſcalem eſſe ex Anton.Fabro diximus ſuprà, *num.8.* & ejus cauſas eſſe publicas, & præferendas cauſis privatorum,Ripa in *leg. dotis, ff. ſoluto matrim. num.112. & 113.* D. Covarruvias *lib.1. Var. cap.16.* qui alios refert, adde Otalor. *de nobilitate, 1. parte, cap.1. num.12.& 2. part. cap.8. num.7. & 9.* Gutierrez *lib.3. practicar. c.19.num.26.* Seſſe *deciſ.4. ad finem.* Sed & Principis repræſentatio quamvis collegialiter fiat in toto Senatu, tamen in ſolo Fiſcali etiam fit,ut notarunt Afflict.

deciſ.

decis. 366. Cavedo 1. *part. decis.* 118. *num.* 4. Peregrinus *de jure Fisci, lib.* 7. *tit.* 2. *n.* 1. Boër. *decis.* 222. Mastrillius *de Magistratibus, lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 65. Cavalcan. *decis.* 41. *n.* 32. Restaurus de Imperatore, *quæstion.* 510. *casu* 247. qui inde tradunt, Regium Fiscalem dici, & notavit D. Alfaro *glossa* 31. *num.* 8. ex quo *num.* 10. notat minimam esse promotionem, si fiscalis in auditorem ejusdem audientiæ sumatur, cum auditores aliquando in Fiscales majorum audientiarum, vel Consiliorum promoveantur.

27 Et adeò honorandum est munus Fisci Patroni, ut consuetudine, & stylo Senatus, Curiæ Regis Dominus Fiscalis ab ipso Præside supremi Senatus Castellæ nominetur in Aulis Consilii; & in decretis, & sententiis in scriptis, cùm Fiscalis nominatur, dicitur Dominus, & eodem modo, ut consiliarii, judicatur ex suprà dictis, & quæ notarunt Rubeus *consil.* 86. *num.* 1. Mastril. *decis.* 214. *num.* 6. Petrus Gregorius *lib.* 47. *Syntagm. juris, cap.* 7. *n.* 6. adde D. Alfaro glossa 31. *n.* 4. quasi ex corpore Senatus, & socius Senatorum, sit fiscalis; Craveta *consil.* 168. *num. fin.* Boherius auctor magni Concilii, *num.* 136. Ant. Faber *in Cod. lib.* 1. *tit.* 6. *definitione unica, annotat.* 3. Bernardus Diaz *in praxi, c.* 3. Inde de Alfaro *glossa* 34. *num.* 215. sequutus Præpositum judicem esse tradit Fiscalem, & Rubeus *cons.* 86. *num.* 1. disputat, an debeat fiscalis præcedere Consiliarios noviores, & quando eis est adjunctus in judicando, ut eos præcedat Alfaro 2. *p. decis. Neapol.* verbo, *Fisci Patronus*, Petrus Gregor. *lib.* 49. *Syntagm. juris, cap.* 7. *num.* 6.

28 Unde meritò plura privilegia Fiscalibus conceduntur: nam nomine Regis juraut de calumnia, & quæcunque alia juramenta necessaria faciunt, Lucas de Peña *in l. justas, C. de delationibus, lib.* 10. Peregrinus alios allegans *lib.* 7. *de jure Fisci, tit.* 3. *n.* 7. quamvis secundùm magis communem opinionem non jurent de calumnia, *l.* 12. *tit.* 13. *lib.* 2. *l* 22 *tit.* 2. *lib.* 3. *Recopil.* nec in expensis damnantur, D. Solorzanus *dicto c.* 6. *n.* 127. In causa fiscali debet in judicio assistere Patronus Fisci, aliter nullum erit judicium, & sententia, *l.* 3. §. *Divus, ff. de jure Fisci, l.* 2. & ibi glossa fin. *C. si alterius Fiscum*, & quæ congessit D. Alfaro *de Officio Fiscalis, gloss.* 18. *num.* 15. & *glossa* 16. *privileg.* 65 *num* 210. & *glossa* 34. §. 8. *n.* 229. & *glossa* 9. *num.* 27. & septuaginta & tria privilegia Fisci, & ejus Patroni recensct D. Alfarus *glossa* 16. *per totum*, ex Lucano, Castrens. Saliceto, Azore, Afflicto Bosio, & Covarr. *de Fiscalibus privilegiis* memorat Baronius *de privilegiis fisci, cap.* 2.

29 Ulterius in omnibus, & per omnia Senatoribus adæquantur Fiscales in toga jure antiquo, *l. fin. C. de Advocatis diverf. judicum*: ibi, *Super togatis amplissimæ suæ Sedis*, & novioribus Regum Rescriptis, de quibus Ioannes Garcia de nobilitate, *glossa* 35. *n.* 44. & 45. & ad similitudinem *l. jubemus, Cod. eodem*, ibi: *nec ædiculas eorum metatorum onere molestari*, etiam apud nos hoc privilegium Advocatis Fisci concessum, & alia plura, de quibus Joannes Garcia *ubi proximè*, D. Amaya ad volumen *tom.* 1. *ad l. fin. C. de Decurionibus, cap.* 3. *per totum*: adde plura, quæ ex Conrado, Lancelloto, Barbosa, Sessè, Fabio de Anna, Cavello, Rebuffo, Lucano, Surdo, Afflicto, Gaillio, Greveo, & aliis pluribus præter suprà adductos notavit Dominus Solorçanus *dict. c.* 6. *per totum*, maximè *num.* 2 & 27.

30 Sed maxima ratione præcipuè inter alia Fiscalibus toga concessa, quia vestis diversa à communi usu gentium honorem, & dignitatem muneris ostentat, ut ait glossa *in l.* 1. *C. nulli licere in frænis, & equestribus, lib.* 11. Speculator *in titulo de Advocato*, Castaneus *in Catalogo gloriæ mundi*, 2. *part. concl.* 7. *post considerationem* 38. & ex baldo *& cap. si vero* 4. *de sententia excommunicat.* probavit D. Alfarus *de Officio Fiscalis, gloss.* 31. *n.* 7. ideo ne aliquod honoris adminiculũ dignitati Fisci Patroni deficeret, ut Rex noster Philippus II. anno 1578. decrevit Senatores omnes toga, & vestibus talaribus incedere, ut tradit Ludovicus Cabreta in ejus vita *lib.* 10. *cap.* 21. ubi causam refert, quia id decretum similiter in Regiis Fiscalibus admissum, & speciali decreto, & rescripto in Fiscalibus declaratum fuit, ut de eo testatur Joannes Garcia *de nobilit. glossa* 35. *num.* 42. & convenit quod tradit Alfarus *d. n.* 7. & quoad Fiscales Cancellariarum extat rescriptum in Ordinationibus Cancellariæ Granatens. *lib.* 2. *tit.* 8. *n.* 8.

31 De his autem togis, de auctoritate, & usu antiquo Suetonius in vita Cæsaris dictatoris, Cicero *Philippica* 3. Alex ab Alexan. *lib.* 5. *dierum genialium, cap.* 18. ubi plura adnotavit Tiraquellus. Adde Rosinum *lib.* 5. *antiquitatum Romanorum, cap.* 32. & quod ex Martiali, Juvenali, Horatio, Tibullo, Macrobio, Nonio, Barrone, Servio, Quintiliano, & aliis innumeris notavit Thomas de Emster *in Paralipomenis, dict. c.* 32. & omnia privilegia Fiscalium recensuerunt suprà relati.

32 Ex quibus consequitur quod etiam ad Fiscalis auctoritatem pertinet, ut solùm à Rege creari possint Fiscales, ut ex *l.* 1. *ff. de officio Procurat. Cæsaris* cum Afflicto, Peregrino, & Montaluo probavit D. Alfaro *de officio fiscal glos.* 1. *num.* 2. *ad fin.* & *gloss.* 31. *n.* 5. ubi adducit Restardum, & Arisminum Tepatum, & solos esse Fiscales in Supremis Regis Tribunalibus nec à Judicibus ordinariis generaliter posse constitui, sed cum casus exegerit solum ad certam causam deputari, idem D. Alfar. *gloss.* 10. & 11.

ALLEGATIO. II.

De recusatione Fiscalis.

1 *Fiscalis pars formalis est in causis ad ejus officium pertinentibus.*
Procurator generalis dicitur Fiscalis.

2 *Fiscalis in Castella votum non habet in causarum decisione.*
Fiscalis qui fuit si postea Senator fiat, non potest in ea causa judex esse.
l. 10. *tit.* 4. *p.* 3.
l. quisquis, C. de postulando.
l. nemo, 13. *C. de Assessoribus.*
l. 18. *tit.* 5. *lib.* 2. *Recopil.*

3 *Authent. ut deliberandi jus collat.* 9. *explicatur &c. num.* 5.

4 *Advocatus consultus de causa respondens non potest esse Iudex.*
l. ex illo C. de appellat.

5 *Advocatus alterius partis poterat à litigatoribus Iudex eligi.*
l. qui jurisdictioni, ff. de jurisdictione omnium judicum, concil. cum l. in privatis, ff. de Iudic.

6 *Fiscalis dicitur Iudex quoad honorem, quia ut Senatoribus ei debetur reverentia.*

7 *Iudiciis quasi contrahitur.*
Contrahentibus quando licet ad invicem se decipere.
l. 3. §. *Item scribit, de peculio.*
l. quoties cum l. sequenti de noxa.

l. in cauſa 17. §. *idem Pomponius, ff. de minor.*

2 *Fiſcalis diligentiſſimè lites proſequi debet.*
l. 2. 7. *&* 10. *tit.* 13. *P.* 20. *tit.* 20. *lib.* 2. *Recopil. l.* 2. *C. de delatoribus lib.* 10.
Fiſcalis Officium loco delatoris ſucceſſit.

9 *Fiſcalis officium ſanctum.*
Fiſcalis malum neceſſarium.

10 *Præſumitur pro quocumque Officiali rectè munus exercere, & maximè pro Fiſcali.*

11 *Fiſcalis non recuſatur in Neapoli, Sicilia, & Catalonia.*

12 *Fiſcalis non ſic facilè recuſandus ut recuſatur Judex.*

13 *Inimicitia magna inter Fiſcalem & litigantes eſt cauſa ut poſſit recuſari Fiſcalis.*
Advocatus partis adverſæ inimicus poteſt recuſari.
c. 2. *cum duobus ſequent.* 3. *q.* 5.
cap. omnes, cum oporteat, cap. qualiter, & quando, de accuſat.

14 *Injuria naſci non debet, unde jura naſcuntur.*
l. meminerint, C. unde vi.

15 *Injurias prætextu officii vindicare execrabile, Apum Rex ſine aculeo eſt.*

16 *Geneſis c.* 49. *explicatur.*

17 *Fiſcalis recuſatur quando juſtè poteſt timeri ejus inimicitia.*

18 *Inimicitia ex qua poteſt Fiſcalis recuſari debet originem trahere ex cauſa privata non ratione officii, quia contra aliquam cauſam proſecutus, cum hæc non culpabilis.*
l. 2. *C. de delatoribus. lib.* 10.

An fiſcalis poſſit recuſari, & quibus cauſis.

1 ET regularitet videtur dicendum hanc recuſationem non admittendam; quemadmodum enim non poteſt recuſari adverſarius ab eo cum quo litigat, ita Fiſci Patronus, qui nomine Regis cauſam proſequitur, & ejus Procurator dicitur, & in cauſis ad ejus munus pertinentibus, pars formalis exiſtimatur: Innocentius, Felinus, & alii *in c. cum clamor, de teſtibus. in c. de accuſat.* 2. *quæſt.* 8. Bernard. Diaz *in praxi crim. canon. c.* 5. D. Alfaro *de officio fiſcalis, gloſ.* 10. Anton. Fab. *in C. ad titulum, C. de Sacroſanct. Eccleſ. definitione* 49. *n.* 7. qui procuratorem generalem dixit Fiſcalem.

2 Præſertim quia ſolùm inſtructio cauſarum ad Fiſcalem perrinet, ejus verò deciſio judicibus & ſenatoribus reſervata apud nos, qui eo jure in Caſtella utimur ut Fiſcales votum non habeant in cauſarum deciſione, imò potiùs in ea cauſa, in qua pro fiſco advocationem ſuſceperunt, ſi poſtea ad munus ſenatorum aſſumantur non poterunt eſſe judices, *l.* 10. *tit.* 4. *part.* 3. *l. quiſquis, C. de poſtul. l. nemo* 13. *C. de aſſeſſor. l.* 18. *tit.* 5 *lib.* 2. *recopil.* Avileſ. *in c.* 3. *Prætorum. n.* 3. *cum ſeqq.* Gomez de Leon. *reſponſ.* 46. *n.* 5. Carraſco *ad leges recopil. c.* 9 *n.* 55. Montalvus *in l.* 4. *tit.* 9 *lib.* 1. *fori*, Gloſſ. *per Chriſt.* Thomas Sanch. *conſ. moral. lib.* 3. *cap unico, dub.* 26. *à n.* 1. Gregor. Lopez *dict. l.* 10. *non debe oir, alios referens*, Auguſtinus Barboſa *in collectanea, cap. poſtremo, de appellat. n.* 3. *&* 4. Donellus *lib.* 18. *comment. cap.* 3. ubi Oſuald. *lit. Nn. ex Lanfranco & aliis in fiſcali*, Maſtril. *deciſ.* 151. *n.* 53.

3 Nec aliquid contra movebit Auth. *Ut deliberandi jus etiam ad impubes, collatione* 9. ubi Joannes Provincialis Fiſci advocatus, qui reſponſum in cauſa dedit, Judex in ea fuit: quia ut ex eo textu conſtat ibi, in foro non advocavit, ſed ſolùm conſultus fuit, & reſponſum dedit, quod longè diverſum eſt à noſtro caſu, ut Fiſcalis qui cauſam in judicio defendit, in ea ſententiam proferat, quaſi pars non poſſit judex admitti.

Et quamvis Abbas *in cap. irrefragabili, de offic. ordin.* 4
voluit advocatum qui fuit conſultus in cauſa & dedit reſponſum, non poſſe in ea judicem eſſe tenet etiam Avileſ. *cap.* 3. *Prætor. n.* 3. Thom. Sanch. *lib.* 3. *reſponſ. moral. cap. unic. dub.* 26. *n.* 5. unde explicari debet, *l. ex illo* 13. *C. de appellat.* ubi Judex qui conſuluit de cauſa lite pendente, prohibetur judicem eſſe, quia animi ſui motum aperuit pluribus Giurba *deciſ.* 54. & Ricc. *Collect.* 1526.

Verumtamen id procedit ut poſſit Judex recuſari, 5
non verò ſi à partibus Judex eligatur, judicare non poſſit, cum alias pater, qui in cauſis filii omnino Judex eſſe prohibetur *l. qui juriſdictioni, ff. de juriſdict. omnium Iudicum*, tamen parte conſentiente in cauſis filii poterit judicare. Ita accipienda lex in privatis 77. *ff. de judic.* Et concilianda cum *d. l. qui juriſdictioni*, ut procedat in judicibus datis, qui ex conſenſu partis eligebantur, vel cùm pars contraria convenerit, ut pater judicet. Pro quo adde plura, quæ notarunt Pacius *cent.* 1. *quæſt.* 57. Genoa *legum concil. ad hæc jura.* Merla *in emporio juris, titulo de juriſdict. quæſt.* 17. *n.* 19. Donellus *lib.* 17. *comment. cap.* 25. ubi multis Oſſuald. *in not. lit. H*, & cum *in dict. auth.* à parte electus fuiſſet judex, qui reſponſum in cauſa dedit, ibi *controverſia judicem elegiſſe*, nihil contra prædictam reſolutionem obſtare poterit.

Unde quod tradit D. Alfaro *de officio fiſc. gloſſ.* 17. 6
num. 3. fiſcalem judicem vocans, ita accipiendum ut judex exiſtimandus & habendus ad honorem, dignitatem, & reverentiam, cum pars Senatus cui aſſidet credatur fiſcalis, & pluribus Regiis reſcriptis Senatoribus ſint adæquati, de quo latè egimus Allegatione præcedenti per totam, non verò ut judicare poſſint in in cauſis, in quibus fiſci partes egerunt ut ipſe D. Alfarus agnoſcit.

Deinde cùm in hoc caſu nihil circa ſententiam 7
pendeat à fiſci Patrono, nullo modo videtur ut ſuſpectum poſſe removeri, quia licet aliquibus cautelis juridicis uteretur, tamen cùm in judiciis quaſi contrahere videamur *l.* 3. §. *idem ſcribit, ff. de peculio*, ibi, *nam ſicut ſtipulatione contrahitur cum filio, ita judicio contrahi*, ubi notat Bart. & Gloſſ. verbo *judicio contrahi*, adducit *l. quoties, cum l. ſequenti, ff. de noxalibus*, & in contractibus permiſſum ſit contrahentibus adinvicem ſe decipere, *l. in cauſa* 17. §. *idem Pomponius, ff. de minoribus junctis*, quæ pro ejus explicatione notarunt Covarru. *lib.* 2. *var. reſol. cap.* 3. Cacheran. *deciſ. Pedemont.* 95. *n.* 1. Capra *regul.* 87. Miſinger. *cent.* 6. *obſerv.* 38. *n.* 5. Fachin. *lib.* 3. *controverſ. c.* 4. ex pinello, Merla *in emporio tit.* 5. *q.* 1. *n.* 56. videtur poſſe fiſcalē legalibus dilationibus, aut aliis modis uti, quæ licet gravare videantur collitigantem, queri tamen non poteſt, quia ſuo jure utitur, & ideo injuriam non facit, *l. & in majorib. C. de appellat. l.* 3. §. *penult. ff. de incendio ruin. & naufragio, l. ſi quis fumo*, §. 1. *ff. ad l. Aquil.* Bertachin. verbo *injuriam, n.* 70. *ad fin.*

Præterea ſi litigator vel reus faſtidiat nimiam dili- 8
gentiam, & ſedulitatem fiſcalis, ſciat ejus muneri injunctum, ut diligentiſſimè lites perſequatur, & nullam moram vel diſſimulationem contrahat in diſcutiendis, & perſequendis juribus Regalis patrimonii, *l.* 2. 7. *&* 10. *tit.* 13. *l.* 20. *tit.* 20. ibi: *Con toda diligencia, l.* 2. *Recopilat.*

*Recopilat.l.2.C.de delatorib.lib.*10.ibi; *manente officii ſolicitudine*, D. Alfarus *de officio fiſcalis, gloſſa* 9. *n.*33.& latè *gloſſa* 20. *per tot.*& in omnibus ordinationibus Cancellariarium & Senatuum Hiſpaniæ ſedulò id injungitur,adeò ut in ſupremis Conſiliis, niſi fiſcalis teſtimonium exhibeat, relationem cauſarum fiſcalium ad Senatum detuliſſe,ſalaria ei non ſoluuntur: & ſimiliter fiſcali muneri injunctum acriter delicta vindicare, & illorum punitionem & pœnas proſequi. Peregrin. *de jure fiſci lib* 5. *tit.*1. *num.*194. & in locum delatorum officium fiſcalis ſuccedere, ad quod pertinet delicta inquirere, inquiſita perſequi, & verificata petere, punire, ex Caſſaneo & Claudio Canzio probavit D. Alfarus *de officio fiſcalis, gloſſ* 10. *n.*1. & 2. Maſtrill. *deciſ.*207. *n.*7. *cum ſeqq.*

9 Et quidquid in hoc fiſcalis exequeretur, erſi nimis frigidè circa id ſe haberet, ejus obligationi cohæret: nam ejus munus inde *malum neceſſarium* dictum fuit ab Alexandro Severo, ut refert Lampridius in ejus vita, Bellinus de bello, 1. *p. tit.* 23. *n.*17. & ideo minus placidum & omnibus inviſum fiſcalem dixit Caſſaneus in conſuet. Burgundiæ, *rubrica* 2. *in princip. num.*4. ſed tamen quia criminum vindictam perſequitur, quæ ad publicam utilitatem pertinet, *l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquiliam*, Æneas Robert. *lib* 2. *rerum judicatarum, c.*19. ideo fiſcalis officium ſanctum dixerunt Belluga *in ſpecul. Princip. rub.*33. §. *rem non novam, n.*36. D. Valençuela *conſ.*39. *n.*6. & *conſil.*100. *n.*102. & in Allegatione præcedenti notavimus, non malum fiſcalis officium, ſed bonum utile

10 & neceſſarium dicendum.

Sed etiam pro quocumque officiali ſemper præſumendum, recte munus ſuum exercere, *l.*1. *C. de ſuſceptor.* & Anchar. *lib.*10. ex Bartolo, Cavalcano, Alciato, Seſſe, Mandello, & Teſtay, Maſtrillus *de Magiſtrat. lib* 6. *c.*10 *n.*3. & 4. *cum ſequentibus pluribus*, Menoch. *lib.*2. *de præſumpt.*85. maximè in fiſcali, qui nomine Regis omnia facit & diſponit, & plerumque cum ejus conſultatione & ſemper pro geſtis à Principe eſt præſumptio juris, ut iſtè quid fiat & juri congruat, ut poſt Alciatum & Gloſſ. *in l. relegati, C. de pœnis, cap. cùm à nobis, in fin. de teſtib. Clement. unica de probat.* Cinno Romano, Barbacia, Iaſone, Calcaneo, Grammatio, Nevicano, & aliis, latè probavit Menoch. *lib.*2. *præſumpt.*10. *per tot.*

11 Et ita multoties in Catalonia deciſum teſtatur Fontanella *deciſ.*30. *n.*4. & 5. ut fiſci Advocatus recuſari non poſſit, & refert Pegueram *deciſ.*33. 2. *p.* qui per tres Aulas ita deciſum tradit anno 1612. & Iacobus Laurentius *in tract. de judice ſuſcepto, c.*6. *n* 9. tradit Neapoli & cæteris in oppidis ejus Regni Advocatum & Procuratorem fiſci tanquam ſuſpectum ab inquiſito nullatenus recuſari poſſe, etiamſi contra eum urgeant indicia & probationes, diligenter & animosè perquirat, aliâ veriſimili cauſâ, cùm illud quod ad munus Procuratoris fiſci pertineant, exequatur. Et conducunt reſcripta Regia, quibus in Sicilia id prohiberi tradit Maſtrillus *deciſ.*214. *n.*1. *uſque* 12.

12 Verumtamen quamvis crediderim non ſic facilè poſſe ſuſpectum dici fiſci Patronum ut Senatorem & Iudicem, in quo quælibet cauſa quæ poſſit litigantem juſtè ſuſpectum reddere ſufficit ad recuſationem, juxta quæ notarunt plures quos retuli 1. *p. deciſ. Granat.*48. *per tot* quod in fiſci Patrono aliter procedit, quia ejus curæ & muneri injunctum defendere jura Regalis Patrimonii; quæ pertinent ad publicam utilitatem & regimen curare, vindictam delictorum perſequi, & inde ſi nimis acriter circa id ſe geſſerit, ſub obligationis complemento tribuendum, & non poteſt fiſcalis effugere ſuſpicionem ut velit contra litigantem, vel delinquentem cauſam judicari, cùm eam pro Rege aut vindicta publica intenderit; unde non oportet regulari cauſa ſuſpicionis circa illum ut in Iudice & Senatore procedit.

13 Sin verò gravis inimicitia inter fiſcalem & litigatorem, vel reum interceſſerit, ita ut ea propoſita & probata, juſtè timeri poſſit maximè vexandus à fiſcali, tunc illum poſſe recuſari admittendum eſt, quod comprobatur, quia Advocatus qui contra me adverſario patrocinium præſtat, ſi meus inimicus probetur, poteſt ab advocatione removeri, ne iratus nocere cupiat, aut læſus ulciſci ſe velit, ut argum. *cap.*2. cum duobus ſequentibus 3. *q.*5. *c. omnes, c. cùm oporteat, c. qualiter* 2. *de accuſat.* cum Speculatore & aliis probavit Alvar. Valaſc. 2. *tom. conſult.*124. *n.*4. & expreſsè removendum Advocatum, & id caveri oportere ne ille reis aſſignetur in ſancta Inquiſitione, probavit Peña *in directorio*, 3. *p. comment.*31. *tit. de recuſat.*

Quod equidem multò magis in Patrono Fiſci pro- 14
cedit, qui non ſolùm ſuis literis, & doctrina cauſam fovet, ſed etiam nomine Regis, & auctoritate, qui ſemper ægrè feret injurias irrogari, unde jura naſcuntur, *l. meminerint, C. unde vi, gloſſ. in l. ex hoc jure, ff. de juſtitia, & jure*, & Gloſſ. verb. *Senatus in l. Senatuſconſulto, ff. ad Silanianum*, & officio vindictam de inimicitia contra litigantem, vel reum ſumere Fiſcalem ſemper Princeps vetavit; quia id rectè regendæ rationis vigor expoſtulat, ne quis privata odia publicâ poteſtate vindicet adversùs leges ipſarum auxilio, ut tradit Simancas *lib.*10. *Epiſt.*47. & juxta Ciceronẽ in oratione in Verrem, *actione* 3. *nulla ſunt occultiores inſidiæ, quàm quæ latent in ſimulatione officii*, & ut Theodoricus Rex Ioanni Conſuli Campaniæ, qui eam querelam propoſuit à ſummo Præfecto muneris prætextu injurias vindicari, ad hoc reſcripſit apud Caſſiodor. *lib.*7. *Epiſt.*27. eis verbis: *Perinde diu, & variè perſecutione jactatus ad pietatis noſtræ remedia haud irritè convolaſti, aſſerens eminentiſſimam Præfecturam tibimet eſſe terrori, ne privata in te odia reſarciemur per publicam poteſtatem, ſed nos, qui donatas dignitates juſtitiæ parere cupimus, non dolori, contra illicitas præſumptiones noſtra te tuitione vallamus.* Et ideo Caſſiod. *lib.*4. *Epiſt.*10. eidem Ioanni reſcripta iterum tradit, ibi: *Fœdum eſt inter jura publica privatis odiis licentiam dare, nec ad arbitrium proprium judicandus eſt inconſultus fervor animorum: iniquum quippe nimis eſt, quod delectat iratum.*

Et nihil magis Deo inviſum eſt, quod maximè 15
vindicat, abuti publica poteſtate, ad injurias ulciſcendas, quaſi munus, quod inſtitutum ad delicta excludenda, illa includat, & iræ deſerviat, unde Senec. *lib.*1. *de clementia, c.*19. tradit, etiâſi iracundiſſimæ, & præ corporis captu pugnaciſſimæ ſint apes, & aculeos in vulnere relinquunt; Rex verò ipſarum ſine aculeo eſt. Nota ibi. *Noluit enim natura, nec ſæuum eſſe, nec ultionem magno conſtitutam petere, telumque detraxit, & iram ejus inermem reliquit*, quaſi nõ deberet, qui aliis ſuperior, illis eſſe nociuus. Et inde juxta Abulenſ. explicatur illud Geneſ. *c.*49. quod difficillimum Inter- 16
pretibus viſum fuit; quare Iacob Patriarcha in ultima voluntate prætermiſſis grandioribus natu filiis Ruben, Simeone, & Levi, Primogenituræ jus in Iudam tranſmiſit, & ultra cauſam, quam expreſſit de Ruben, quod cubile paternum impie aſcenderit, ejuſque ſtratum turpiter maculaverit, de Simeone & Levi, quod ambigitur, ſapienter explicavit Abul. *d. c.*49. quaſi dignitati Primogenituræ ut aliorũ fratrũ ſuperior, & validior eſſet, indignos & incapaces judica-

vit

vit filios, qui vindictæ avidæ, & sævæ ac pertinacis iræ fuerint, ut in Principis Sichem nece, & urbis Sichimitarum eversione patet, & denotant apertè verba Jacob. *dict. cap.* 19. ibi *Quia in furore suo occiderunt virum & in voluntate sua suffoderunt murum: maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum, quia dura.* Ut rectè explicat P. Velazquez de optimo Principe, *lib* 3. *adnotatione* 12. *num.* 7. ubi etiam adducit alios, & Virgilium *lib.* 12. *Æneidos*, qui inducit Jovem exprobrantem Junonem, & irridentem, quia vindictam foveret, cum esset Regina, & aliis superior, ibi:

Iratum tantos voluis sub pectore fluctus

Et quam exitiale nocumentum sit causam præbere ut muneris publici prætextu possit aliquis vindictam injuriarum vel æmulationem sumere, & quod ad utilitatem omnium inductum, ut Fiscalis officium, in ultionem privatam convertere in commune dispendium, æquitatis, & justitiæ jacturam, ex Baldo, Oldrabandino, Isocrate, Quintiliano, D Hieronymo, Roberto, Simanca, Arnisco, & aliis probavit D. Valençuela *tom.* 1. *cons.* 91. *num.* 28.

17 Hoc igitur ut vitari posset, congruè admittenda recusatio Fiscalis, quando probaretur inimicitiam justam à litigatore, vel eum timeri, ut posset damnum inferre; & eo casu recusationem Patroni Fisci procedere tenuerunt D. Alfaro *de officio Fiscalis, gloss.* 17. *n* 40. Carrascus ad leges *Recopil. c* 9. *de recus. n.* 43. & ex Boherio *decis.* 258. *n.* 8. Scipione, Robito, Cravera, Valasio, Jacobo Laurentio, Deciano, & aliis, in Neapoli, & Sicilia hanc recusationem admitti tradit Mastrillus *decis.* 214. *n.* 12. *cum seqq.* & post illum ex Paponio, & aliis novissimè tenet doctus Fontanella 1. *part. decis.* 30. *num.* 6. *cum seqq.* ex Antonio Mornaco, & aliis relatis noviter hanc eandem sententiam tenet Doctissimus Joannes de Solorçano 2. *tomo de Indiar. Gubernatione lib.* 4. *c.* 6. *n.* 21. *cum sequent.*

18 Sed limitandum est cum Mastrillo, *ubi proximè n.* 31. nisi orta fuisset inimicitia ratione officii, si ut Fisci Patronus contra recusantem, vel ejus consanguineos, Fisci partes sustinuisset, quia munus suum exequi debet fiscalis, & necessitate juris excusatur, ut illi non imputetur injuriam facere, *l.* 2. *C. de delatoribus lib.* 10. aliàs enim si ex privata causa inimicitia & æmulatio procedat inter fiscalem, & litigatorem, aut reum, ita ut justè timeri possit damnum esse inferendum, recusatio rectè procedet, quippe data est officialibus, & judicibus publica potestas, ut judicent non ut vindicent affectus, & criminum purgatio fiscali proposita non ultro data, & avertere plagam, non inferre, & nihil majori curâ vitari oportet quàm justitiæ regmine, & munere publico injuriam irrogari, quia sicut merum quod alioquin adversùs cicutam valet, si cicutæ admisceatur facit ut veneno resisti non possit, ob calorem meri ad cor celeriter penetrantis, ita officia publica quæ maxima æquitatis præsidia esse debent, si improbitati, & vindictæ deserviant, insanabile vulnus infligent, quia justitiæ antidotum, ut merum cicutæ, ita vindictæ & malitiæ officialis mederi non valet, quando potestas muneris in Reipublicæ, & subditorum perniciem exercetur, unde congruè medela recusationis in fiscali admittenda quando inimicitia probaretur.

ALLEGATIO III.

Principis contractus quando possint reformari.

1 *Princeps qui non recognoscit superiorem ex suo contractu efficaciter obligatur.*
l. digna vox, C. de legibus.

2 *Princeps si non obligaretur ex contractibus est extra omne commercium.*

3 *Leges subjecit Deus Principi non contractus.*
l. Princeps legibus, ff. de legibus.

4 *Dominium quamvis tollere possit Princeps, non verò tollere jus quæsitum ex suo contractu.*

5 *Concessiones Principis quæ transierunt in contractum tolli non possunt.*

6 *Princeps rescripto tollere non potest jus tertio quæsitum.*

7 *Principis contractus habent vim legis.*
l. 1. ff. de constit. Princip. &c. n. 30.
l. Cæsar. ff. de publican. & vectigal. &c. n. 30.
§ sed & quod Principi, instit. de jure naturali &c. num. 30.
l. pen. C. de donat. inter, &c. n. 31. 32.

8 *Princeps ex causa publicæ utilitatis potest lege generali jus tertio quæsitum tollere.*
Princeps præsumitur facere ex justa causa.
Principis assertioni credendum.
Clem. 1. *de probat.*

9 *Publica causa prævalet privata.*
l. jus publicum, ff. de pactis.
l. item si verberatum, ff. de rei vindicat. &c. num. 29.
l. venditar. §. si constat, ff. comm. præditor.
l. Lucius, ff. de Eviction.
l. eotem ferro, §. fin. ff. de publican. & vectigal.

10 *Publica utilitatis causa non solum Pontifici, sed etiam Episcopo permittitur facere statuta extra Canones.*

11 *Lege generali potest princeps contractum suum reformare.*

12 *Iuramentum omne videtur excipere auctoritatem legis.*

13 *Publica utilitas debet prævalere quando aliter provideri non potest.*

14 *Princeps ex causa publica, quæ de novo emergit, potest quod apparet iniquum, reformare.*
l. si hominem. ff. mandati.

15 *Princeps potest contractus ad æquitatem reducere,*
l. cùm quidam 17. *in principio, ff. de usuris.*

16 *Contractus potest informari ex eo quod evenerit cùm iniquus apparet.*

17 *Emphyteusis contractus potest reduci ad æquitatem.*

18 *Tributa reducenda ad æqualitatem ex varietate temporum.*
l. omne territorium. C. de censib. & censit. l. 11.
l. omnes, C. de operibus publicis.
l. 2. *de annonis & tribunis, lib.* 10.
l. pro locis, C. eodem.
l. firma, §. 1. *ff. de censibus.*

19 *Redditus & pensiones juxta tempus reducenda ad æqualitatem.*
cap. quanto, de censib. & c. num. 22.

20 *Clausula rebus sic stantibus intelligitur in contractibus Principum.*
l. quod Servius, ff. de cond. caus. dat.

21 *Leges*

21 *Leges intelliguntur prolatæ rebus ſic ſtantibus.*
c. non debet, de conſanguinit. & affinit.
l. in confirmando cum lege ſequenti, ff. de confirm. tutore.
l. de ætate, §. ex cauſa, ff. de interrogat.
l. ſerio, §. pen. ff. de annuis legat.
l. fiſtulas, §. frumenta, ff. de contrahenda emptione.

22 *Privilegium quod apparuerit nocivum & injuſtum debet irritari.*
c. ſuggeſtum de decimis.
l. 2. tit. 20. p. 1.
l. 43. tit. 18. p. 3.

23 *Redditus debent reduci ad legitimum modum inſpecto tempore ſolutionis cujuſque anni.*

24 *Princeps ſtudere debet, ut publica utilitas augeatur.*

25 *Rex debet vitare damna ſui Regni.*
c. 1. de officio delegati
Reformatio contractuum pluribus legibus continetur.
l. eos, C. de uſuris.
l. de his, C. eodem.
l. 4. & 6. tit. 15. lib. 5. Recopil.

26 *Princeps tenetur ſuis contractibus, niſi aliter perſuadeat publica utilitas, quæ principaliter interſit.*

27 *Princeps tenetur ſuis contractibus juſtis, non verò iniquis.*
l. non dubium, C. de legibus.
l. cùm lex 45. ff. de fidejuſſor.

28 *Contractus injuſti, & contra legem debent reformari.*
l. toties, §. ſi cui, ff. de pollicitationibus.
l. qui fundus, C. de omni agro deſerto l. 11.

29 *Princeps ex ſua voluntate non poteſt dominium privatis tollere, ſecùs ex publica utilitate.*
l. Lucius, ff. de evict.
l. 31. tit. 18. p. 3.
l. 2. tit. 1. p. 2.

30 *L. ſi ita quis, 135. §. ea lege, ff. de publicanis & vectigal.*
l. ea lege C. de condict. ob cauſ.
l. 1. §. ſi convenerit, ff. depoſiti.

31 *Principis contractus vim legis habet quando contrahit contra legem quæ illum non comprehendit.*

32 *Liberalitas eſt propria Principum.*

Princeps quomodo teneatur ſuis contractibus, vel poſſit aliquatenus ab eis recedere, vel eos reformare.

1 REGES, & Principes, qui non recognoſcunt Superiorem, efficaciter obligari ex contractu cum ſubditis inito, & firmius, arctiúſque eorum obligationem conſiderari, quia mutuæ fidei vindices, ut notatur *in l. digna vox, C. de legib.* probarunt Minchaca *lib. 1. controverſ. illuſtrium, c. 3. & 26. n. 16. & c. 45. num. 13.* D. Greg. Lopez Madera *lib. ſingular. animadverſionum juris civilis, c. 35.* ex Cavotio, Zaſio, Caſtalio, Gregorio, Petro Gregorio, & aliis, Oualdus *in notat.* ad Donellum *lib. 12. comment. c. 22. lit. O.*

2 Aliàs enim deterioris eſſet Principis conditio, quàm privati; quia ſi contractus obſervantia non tenetur, eſſet extra omne commercium, Baldus *in leg. Princeps 1. lectura, ff. de legibus.* Jaſon. *in leg. 1. ff. de pactis, num. 4.* Rolandus à Valle *vol. 3. conſ. 45. num. 10.* ibi, *quia hoc caſu Princeps, cùm ſit omnium Præſul, eſſet omnium exul*: Peregrinus *de jure Fiſci, lib. 1. tit. 3. num. 44 in fin.* Tapia *in deciſ. ſupremæ Conſilii 23. num. 103.* Rodulfinus *de abſoluta Principis poteſtate, cap. 6. n. 187.* Gloretius *1. reſponſo, 1. part. 2. num. 80.* Modicius *in §. lex eſt, dubitat. 77. num. 2. verſ. declara.*

3 Nam licet Imperatori, & ſupremo Principi Deus ſubjecerit leges, non tamen ſubjecit contractus, ex quibus obligatus eſt: Bald. *in cap. 1. de natura feudi, & in dicta leg. Princeps legibus, num. 2.* Caſtrenſis, *lib. 1. conſ. 317. num. 5.* Rolandus à Valle *conſ. 66. num. 33. uſque ad. 40. vol. 2.* Antonius Petra *de poteſtate Principis, cap. 32. n. 145.* nam ut tradit Baldus *lib. 1. conſ. 327 num. 4.* Princeps ſolùm debet habere unum calamum, & unam linguam, & illi convenit illud verbum: *ſemel loquutus eſt Deus*: ſequitur Surdus *conſ. 409. num. 96. & ſeqq.* Peregrin. *de jure fiſci dicto tit. 3. num. 19.* Paſchalius *de Patria poteſtate 1. p. c. 1. n. 44.*

4 Unde etiamſi lege generali adimere dominium Principi concedatur, tamen contractus ab ipſo Principe initus non poterit lege revocari, ut notarunt Anton. de Butrio *conſ. 59. n. 1. & 2.* & poſt Bart. *in l. omnes, num. 2. C. ſi contra jus vel utilitatem publicam*, Felin. *in cap. quoniam, num. 3. de conſtit.* Mandellus Albenſis *conſ. 185. num. 18. uſque ad 21.* pluribus relatis Craveta *vol 5. conſ. 935. num. 9.* Decius *conſ. 291. & 292.* & ex eodem Decio *conſ. 286.* notavit Laurent. Sylvanus *conſ. 66. n. 23. & 24.* Thuſcus *Practicarum, lit. P. concl. 686. num. 8* qui omnes diſtinguunt; ut quamvis ex cauſa publica poſſit Princeps dominium à ſubditis ſuis tollere argumento *leg. item ſi verberatum, ff. de rei vindicatione*; tamen non poterit tollere jus quæſitum ex ſuo contractu, quoniam Princeps auferendo dominium ſubdito, non venit contra fidem ſuam, vel promiſſa, ut quoties revocat ſuum contractum, & dominia fuerunt inventa à jure gentium ſecundario, ſed fidem ſervare eſt de jure gentium primario, ut diſtinguit Bart. *in leg. ſi id quod de condict. indebiti*, quamvis hanc diſtinctionem primævi, & ſecundarii juris gentium, vel naturalis, etſi admittere videatur Donellus *lib. 1. comment. cap. 7.* tamen improbarunt Corraſ. *lib. 6. Miſcellanearum, cap ultimo*, Eguinarius Baro *ad l. 1. de juſtitia, & jure ad fin.* Antonius Faber *in Juriſprudentia, tit. 2. part. 2. confutatione 1.* & videndus eſt D. Richardus *in §. jus autem, num. 4. & 5. inſtit. de jure naturali.*

5 Et Bartolus comprobat, quia ſervus eſt capax obligationis naturalis, & tamen non eſt capax dominii: & ideo colligit obligationem, quæ ex jure naturali, ad ſervandam potentiorem eſſe, ut tradit Paulus Caſtr. *dict. conſ. 317. num. 5.* qui inde colligit conceſſiones Principis, quæ tranſierunt in contractum ab eo tolli non poſſe, ut notatur *in leg. item eorum, §. Decuriones. ff. quod cujuſcumque Univerſitatis nomine*; & prædictam diſtinctionem aliis relatis probavit Anton. Petra *dict. cap. 32. num. 145. verſ. ad duodecimum.*

6 Et non poſſe Principem tollere jus tertio quæſitum probavit Jaſon. *in leg. Barbarius, n. 44. ff. de officio Prætoris*, idque nec reſcripto etiam nec lege fieri poſſe notarunt Felin *in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtitut. num. 45. verſ. ſecunda declaratio*, Afflict. *in pralud.*

præludiis ad conſtit. Neapolit. quæſt. 4. n. 7. & deciſ. 321. num. 6. Rochus de Curte *in cap. fin. de conſuet. fol. 46. col. 3.* juxta primam impreſſionem, Maſtrillus *de Magiſtratibus lib. 3. cap. 4. num. 355. & 356.* Rolandus *conſ. 69. ſub num 44. lib. 2.* Ponte *conſ. 31. num. 6. lib. 2.* Rodulfin. *de ſumma Principis poteſtate, c. 6. num. 165. verſ. contrarium, num. 166.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellariæ, gloſſa 36. num. 37. & 38.* Mata *ad cap. 38. Siciliæ, num 9. & 10. tom. 1.* Bimius *conſ. 214. num. 3. lib. 3.* Gratian. *tom. 5. cap. 991. num. 58.* Mandell. *conſ. 185. num. 19* Capiblanco de Baronibus *pragmat. 8 part. 1. num. 214.* D. Salgado *de Regia protectione, p. 3. c. 10. num. 92.*

7 Et juvat quoad validitatem contractus Principis, communiter notatur habere vim legis *leg. 1. de conſtit. Principum. §. ſed quod Principi inſtit. de jure naturali, leg. Cæſar, ff. de Publicanis, & vectigalibus, l. penultima, C. de donat. inter virum,* ex quibus in eis juribus tenuerunt Doctores, Menoch. *conſ. 1. n. 241.* Bartol. *in dicta leg. Cæſar.*, Jaſon. *in leg. civitas, n. 5. ff. ſi certum petat.* Alvarus *reſponſo 118. in fine* Carolus Ruinus *lib. 1. conſ. 99. num. 11.* Gratian. *diſp. cap. 310. num. 9.* & ex Gaillio *lib. 2. obſervatione 127 num. 8.* Valaſ. 10. & aliis notavit Oſualdus ad Donellum *lib. 13. comment. cap. 22. in notatis. lit. Z.*

8 Sed tamen quamvis prædicta in quibuſdam caſibus procedere poſſent, tamen generaliter dicendum eſt Principem ex juſta cauſa (quæ ſemper in Principe præſumitur, *gloſſ. fin. in l. relegati, ff. de pœnis*, Felinus *in cap. quæ in Eccleſiarum num. 66. de conſtitut.* Covarru. *in 4. 2. part. c. 6. §. 9. n. 10.* relati à Menoch. *lib. 2. de præſumpt. 10.* & à Mandello Albenſi *conſ. 433. num. 6.*) tollere poſſe contractum, & jus tertio quæſitum ex lege generali quæ reſpiciat bonum publicum Regni, & ſi illud ediceret Princeps in lege ſua, ejus aſſertioni credendum eſt, Clement. 1. *de probat.*

9 Quo caſu lex ſuſtinebitur, & contractum reformabit, & juri tertio quæſito poterit detrahere, cùm ſemper cauſa publica prævaleat privatæ, *l. jus publicum, ff. de pactis, & arg. legis item ſi verberatum, ff. de rei vindicatione, l. venditor, §. ſi conſtat, ff. communia prædiorum, l. Lucius, ff. de evictionibus, l. cotem ferro, §. fin. ff. de publicanis, & de vectigalibus,* tenuerunt in terminis Caſtrenſis, *in l. digna vox, C. de legib.* Aimon Craveta, *vol. 2. conſ. 276. num. 7.* Mandel. Albenſis *n. 1. conſ. 185. n. 17.* Rebuff. 2. *tom. ad conſtitutiones Regias, tit. de reſciſſione contractuum, articulo unico, gloſſa 1.* & fuit doctrina Bartol. in *l. Antiochenſium, ff. de privilegiis,* & notant omnes *in l. fin. C. ſi contra jus vel utilitatem publicam*, & innocent. *in cap. quæ in Eccleſiarum*, *de conſtit.* & poſt alios quos refert Monterus à Cueva *deciſ. 50. num. 2. 10. & 11.* & Jacob. Cancer. *lib. 3. variar. cap. 3. de privilegiis. n. 92. & 93.*

10 Idque in cauſa juſta, quæ principaliter publicum favorem reſpiciat, admittendum eſſe notarunt Alex. *conſ. 136. n. 12. vol. 1.* Mandellus Albenſis *conſ. 185. n. 17.* : *Sed opus eſt quod hujuſmodi juſta cauſa concernat favorem publicum, qui favor ſit evidens & probabilis*, puta pro pace civium, vel pro evitando ſcandalo, & pro aliqua hujuſmodi evidenti utilitate Cephal. *conſ. 302. n. 136. & 138. vol. 3.* Jaſon. *in §. & quid ſi tantùm, n. 82.* Fulgoſ. *conſ. 20. n. 7.* Sylveſter Aldob. 2. *conſ. 1. n. 126.* & ſequentibus pluribus allegatis Honded. *conſ. 86. n. 5. lib. 1.* Et quod ex evidenti & neceſſaria cauſa, non ſolùm ſummo Pontifici, ſed etiam Epiſcopo licitum ſit condere ſtatuta cõtra canones docet Panorm. *in cap. at ſi clerici, §. de adulteriis, n. 9.* Bart. *in l. omnes populi, n. 8. ff. de juſtitia & jure,* & relati à Joan. Guterrio *canonic. quæſt. c. 23. n. 18.* & in terminis pragmaticæ, & *cap. Curiarum* anni 1563. cum Medina, & aliis docet Lud. Mexia omnino videndus in pragmatica, Pariſ. *concluſ. 6. num. 80.*

11 Sed & lege generali quæ omnes comprehendat, nec reſpiciat præjudicium alicujus tertii, poſſe Principem reformare contractum ſuum, & detrahere juri tertii, etiamſi damnum non reſarciat, nec dato bono Cambio, tenuerunt Bartolus *in l. fin. num. 2. C. ſi contra jus, vel utilitatem publicam, & in l. toties, §. ſi cui, ff. de pollicitationibus*, Decius *in cap. quæ in Eccleſiarum, num. 21 de conſtitutionibus*, Aymon. Craveta *de antiq. tempor. 4. n. 210. verſ. ex alia etiam & n. 237. & 149. conſ. 135. n. 30. volum. 1.* Gocadin. *conſ. 5. num 21.* & alios plures relatos per Matienz. *in l. 7. gloſſa 5. tit. 7. lib. 5. recopil.* & ibi Azeved. *num. 7.*

12 Quod adeò verum eſt, ut habeat locum etiamſi Principis contractus eſſet juratus, quia in omni juramento cenſetur excepta authoritas legis non ſolùm canonicæ, ſed etiam civilis, quando adeſt publica utilitas, ut docet Alex. *conſ. 38. num. 11. vol. 3.* Jaſon. *in l. fin. num. 25. ff. qui ſatisdare cogantur,* & Joan. Gutierrez *in auth. ſacramenta puberum, n. 46.* quibus adde eundem Jaſon. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, n. 82. ff. de liberis & poſthum.* Fulgoſ. *conſ. 50. n. 7.* Cephal. volum. 3. *conſ. 302. n. 136. & 138.* Sylveſt. Aldrovaldin. *conſ. 1. n. 326. & 127.* Aimon. Craveta *volum. 2. conſ. 276. in Princip. & n. 7. verſ. ſecundò reſpondeo,* Capitius *deciſ. 51. num. 13. & 14. deciſ. 166. n. 5. & 6.* Anton. Petra *de poteſtate Principis 7. quæſt Principali, §. ſupereſt modo videre, n. 26. uſque ad 32.* Menoch. *conſ. 224. num. 34.* ubi tradit non obſervandum ſuperveniente legis authoritate vel utilitate publicâ, & quia juramentum rebus ſic ſtantibus emiſſum intelligitur, *cap. quemadmodum, de jurejurando,* ubi Auguſtinus Barboſa in ejus collectanea, adde Gratianum 3. *tom. diſcept. cap. 534.* num. 51.

13 Quod maximè & ſine dubio procedit, quando aliter ex publica utilitate provideri non poteſt, Imol. *in cap. quando. n. 3. de jurejurando,* Craveta *dict. conſ. 276. num. 7.* ibi: *Secundò reſpondeo, quod tunc demum poteſt Princeps jus alterius auferre ex cauſa publicæ utilitatis quando aliter providere non poteſt.* & Capitius *dicta deciſ. 51. num. 13. & 14.* ibi: *neque obſtat ſi dicatur fieri pro bono pacis, nam non poteſt auferri res mea pro bono pacis quando non conſtat potuiſſe alia bona facilè alienari, & pacem aliter haberi non poſſe.* Et idem tenuit Antonius Petra ubi proximè, & ex Bartolo, Baldo, Cuttio Seniori & Romano, ego notavi 1. *tomo in deciſ. Granatenſ. diſput. 30. num. 6.*

14 Idque majori ratione procedit, quando cauſæ quæ movere potuerunt Principem, ut contractum reformaret, vel juri tertii detraheret, de novo emergunt, & à Principe ignoratæ fuerunt, cùm feciſſet contractum, quia ex cauſa ſupervenienti rectè poterit Princeps, quod apparet iniquum reformare, vel contractum ex cauſa publicæ utilitatis, ut argumento textus *in l. ſi hominem, ff. mandati* tenuit Bart. ibi, idem Bart. *in l. ambitioſa. n. 11. ff. de decretis ab ordine faciendis.* Cephal. *conſ. 302. n. 138. & 139. volum. 3.* ibi: *Nec puto juſtam cauſam eſſe illam, quæ etiam ab initio tempore prima inveſtituræ vigebat.* Et ſtatim ibi: *Juſta autem cauſa foret, ſi eſſet nova, vel etiam antiqua, quam Dominus Marchio tunc ignoraſſet.* Jaſ. *conſil. 1. num. 29. & 30. volum. 1.* Oſaſcus

deciſ.

decis. 90 *n.* 15 ubi ex pluribus recenſet : *Quod princeps poteſt tollere per eum conceſſa etiam in vim contractus ex nova & juſta cauſa, debere tamen ejuſmodi cauſam eſſe novam vel antiquam, Princeps ignorare tempore factæ conceſſionis, quin imò talem eſſe oportere quod ſi Princeps ſciviſſet, veroſimiliter non fuiſſet conceſſurus*, per textum & gloſſam *in l. talem*, §. *fin. ff. de pactis.*

15 Vlterius facit ; nam multò magis Principi permittendum quod cuicumque judici permiſſum, imò ei injunctum eſt, ex muneris ſui obligatione contractus ad æquitatem reducere, *l. cùm quidam*, 17. *in princ. ff. de uſuris*, ubi quando pactum contrarium exiſtit, ait : *Præſidem provinciæ adi, qui ſtipulationem, de cujus iniquitate conqueſtus eſt, ad modum juſtæ exactionis rediget.*

16 Ex quibus verbis plures inferunt, & inter eos Theſaurus, quod reductio contractuum ad æquitatem facienda eſt per judicem & fore inſpiciendum, quod poſt contractum ſuccedit, ut injuſtitiam non contineat, & exemplum adducunt eis verbis : *Et hoc erit ſecundum fundamentum, quando furnarius promiſerit coquere panem pro familia unius, dato certo ſtipendio, quia ſi augeretur familia, non tenetur coquere panem pro illo ſtipendio, quia contractus redigendus eſt ad æquitatem*, ut in terminis tenet Pinell. *q.* 48. & alii, quos refert & ſequitur Iaſon. *in l. quominus*, *n.* 136. *& ſeq. ff. de fluminibus*, *& n.* 144. ponit regulam, quod ſermo generalis non trahitur ad futura, quando reſultat magnum præjudicium.

17 Quibus adde alia quæ circa id notavit Theſaurus, *deciſ.* 226. *per tot.* & facit ejuſdem *deciſ.* 120. ubi ex plurium authoritate & fundamento reſolvit, ut ſi emphyteuta etiamſi à principio contractu non gravaretur, tamen ſi ex temporis lapſu nimis gravatus appareat, contractus debet reduci ad æquitatem, quando tractu temporis contractus redditur iniquus, ex *d. l. cùm quidam*, & quod traditur in favorem emphyteutæ æqua ratione procedit circa dominum rei in emphyteuſim datæ propter naturam correlativorum, ex qua diſpoſitum quod in venditore vel locatore locum habet, ſimiliter in emptore vel conductore procedat, ut tenet *gloſſ. in l. ſi quis fundum. ff. locati*; & poſt alios Surdus *conſ.* 34 *n.* 25. *& 26. cum ſequent.* & D. Ioãnes del Caſtillo *lib.* 3. *controv. c.* 3. *n.* 50.

18 Et hujus rei ratio provenit, nam onera, tributa, & redditus augeri vel diminui oportet pro temporum varietate, *l. omne territorium, C. de cenſibus & cenſitoribus lib.* 11. *& in l. omnes, C. de operibus publicis, & l.* 2. *& l. pro locis, C. de annonis & tributis, lib.* 10. *l. forma*, §. 1. *ff. de cenſibus*, quæ ferè in terminis loquuntur ; nam ſi bona ex quibus, vel quorum cauſa redditus debentur diminuantur, etiam redditus diminui debent.

19 Et facit optimus textus in *cap. quanto, de cenſibus*; ubi Eccleſia obligata ad unam procurationem, ſingulis annis aucto numero fratrum, tenetur ad eandem procurationem, ſi illius quoque facultates auctæ ſunt, & in ſpecie poſt alios plures tradit idem Theſaurus *deciſ.* 259. *n.* 7. *&* 8. ubi in fine ejus deciſionis tradit ad æqualitatem & æquitatem eſſe penſiones reducendas, non obſtantibus pactionibus contrariis, quia temporum varietas id ſuadet. Vnde quod ex natura contractuum venit, multò magis debet Principi permitti ; cujus munus illud maximè reſpicit, ut contractus ad æquitatem & æqualitatem juſtam reducat, ut in tributis pluribus probavit Velaſquez *de optimo Principe lib.* 4. *adnot.* 15.

20 Denique, nam etſi ad ſui contractus obſervantiam Principes teneantur, id ſanè procedit rebus ſic extantibus ex vulgari Axiomate deducto, ex *l. Quod ſervus, ff. de condict. cauſ. dat.* ubi notant omnes, & in *l. quæro*, §. *inter locatorum, ff. locati*, & ita reſoluit Rolandus *vol.* 2. *conſ.* 1. *n.* 158. *&* 159. ubi adducit conſilium Ancharani, qui tradit ex nova cauſa ſupervenienti recedi à qualibet diſpoſitione, & tunc non dicitur fieri contra voluntatem quia ſi de tali ſtatus mutatione ille qui diſpoſuit cogit. ſſet, illud etiam feciſſet.

Quod etiam patet in legibus condendis, ut in *c.* 21
non debet de conſanguinitate, & affinitate, & in leg. in confirmando, cum *leg. ſequent. ff. de confirm. tutor.* etiãſi adſit juramentum, ut in *cap. quemadmodum de jurejurando*, & quia quæ de novo emergunt novo indigent auxilio, ut in *leg. de ætate*, § *ex cauſa ff. de interrog. act.* & Ancharanum ſequuntur Decius, Felin. Cravet. & Ruinus, quos refert, & ſequitur idem Roland. *dict. conſ.* 1. *n.* 161. qui addit *n.* 164. poſt Ripam *reſponſo* 7. ut quoties privilegium lædit tertium, vel enormiter ipſum concedentem, tunc reſoluitur, ut in *leg. ſerò*, §. *penult. ff. de annuis legatis*, & *leg fiſtulas*, §. *frumenta, ff. de contrahend. empt.* & addit *n.* 165. allegans Cravet. *conſil.* 95. *num.* 4. ſtatutum juratum, & longo tempore obſervatum pro ſolutione Thalearum debet intelligi, ſi cives in eodem ſtatu permaneant.

Et ſemper quicunque contractus, vel privile- 22
gium, quando apparuerit injuſtum, vel nociuum, debet irritari, *cap. ſuggeſtum de decimis, dict. cap. quanto de cenſibus, l.* 2. *tit.* 22. *partit.* 1. *leg.* 42. *tit.* 18. *partit.* 3. Pinellus *in leg.* 2. *Cod. de reſcind.* 2. *part. cap.* 1. *n.* 27. Rolandus *vol.* 3. *conſil.* 13. *num.* 19. Mandellus Albenſis *conſil.* 34. *num.* 16. idem Rolandus *vol.* 2 *conſ.* 1. *numero* 173. *lib.* 2. Tuſchus *lit. L, concl.* 295. *num.* 18. & ante eos hoc ipſum probavit Natta *conſil.* 548. *per totum*, ibi *à num.* 19. probat ſuccurrendum eſſe communitati, quæ promiſit ſolvere quotannis tot ſaccos hordei, & tot menſuras vini, cùm pretium hordei, & vini poſt aliquot annos in triplum & quadruplum creviſſet : & *n.* 36 *verſic. ad ſextum opponendo, de leg ſi voluntate*, ibi : *Reſpondetur quod læſio, utrùm intervenit conſideratur tempore contractus ubi contractus perficitur unico momento, & non habet tractum ſucceſſivum, vel eſt explicandum aliquid de futuro, quia tunc intelligitur, rebus ſic habentibus, & ſuccurritur etiam ex æquitate læſo, & gravato.*

Et in terminis annui reditus edimibilis, quod 23
reditus reduci debeat ad legitimum modum inſpecto tempore ſolutionis cujuſque anni probat Apoſtill. ad Alexand. *in conſ.* 187. *lib.* 7. *lit.* C. Gaſ. Rodericus *lib.* 1. *de annuis reditibus, quæſt.* 12. *num.* 9. Avendaño *de cenſibus, cap.* 49. *num* 6. *in fine, & num.* 7. adde, quæ notavi deciſione Granatenſi 11. *num.* 64. 65. *& 66.*

Et ut contractus, & privilegia debeant reduci ad 24
æquitatem. Vide quæ pro explicatione *d. c. ſuggeſtum, & c. quanto*, ultra interpretes notarunt, Socin. Iunior. *lib.* 3. *conſ.* 60. *n.* 58. Dec. *in cap. novit*, *n.* 24. *de Iudic.* Menoch. *conſ.* 156. *n.* 9. Surd. *de aliment. tit:* 1. *quæſt.* 44. *n.* 22. Rebuff. *de pacific. poſſeſſ. n.* 141. Et Principem ſtudere ſemper, & ubique oportere utilitatem publicam præferri privatæ, & ex ſuo munere ad id teneri, *leg. actione*, §. *Labeo, ff. pro ſocio, leg unica*, §. *penult. Cod. de caducis tollendis, leg utilitas, Cod de primipilo, lib.* 12. & pluribus comprobat Menochius *conſ.* 137. *num.* 24.

Et damna ſui Regni vitare *c.* 1. per text. ibi, *om-* 25
nino videndum de officio, leg. gloſſ. in §. *apium de rerum diviſione*, Federic. *conſ.* 185. *&* 201. Alex. *lib.* 5. *conſ.* 7. *num.* 11. & hoc ſine dubio omnium gentium conſuetudines ſuadent, ex quibus, & legibus in-

juſti contractus reformantur, ut conſtat *leg.penult. in fin. C. commun. divid. l. cum quidam* 17. *de uſuris, leg. etſi contra, ff. de vulgari*, Baldus *in leg.penult. C. de ſolution.* Nata *conſ.*442.*n.* 8. Surd. *conſ.* 458. *n.*15. Tiraquel. *tract. ceſſante causâ*, 1. *part. n.*17. Menoch. *conſ.*26. *n.*22. *conſ.*34. *n.*11. *& conſ.*203. *n.*16. Gratian. *c.*195.*n.*15. Et de ſimili reformatione contractuum loquitur *lex eos, l. de his C. de uſuris, l.*4.6. *tit.*15. *lib.*5. *recopilationis*, & aliæ plures leges, & Pragmatica anni 1621. & ego latè probavi in deciſ. Granatenſ. *diſput* 12. *per tot.* pro ratione, & utilitate pragmaticæ noſtræ, quæ anno 1618. valorem diminuit monetæ eroſæ, quæ regna Caſtellæ inquinaverat, & nota quæ ſuprà *n.*23.

26 Quibus ita conſtitutis non obſtant quæ in contrarium adducta: nam quoad illud, de quo *num.*1. Principem teneri contractus ſervare, id non negamus, potius verò neceſſariò fatemur, cum dubitamus, utrùm poſſit recedere à contractu, vel illum reformare ex cauſa publicæ utilitatis, quod fieri rectè poſſe omnes ſupra dicti notarunt, maximè quando id fieret lege generali, quæ non reſpiciat præjudicium aliquorum, ſed in commune quod ad bonum publicum conveniat, decernatur, & utilitas publica principaliter illud ſuadeat, non ſecundariò: nec præcipua utilitas ſit Principis fiſci, aut alterius privati, Bartol. *in l. toties*, § *ſi cui. ff. de pollicitationibus*, Jaſon. *in leg. Barbarius, Philippus n.*44. *de officio Prætoris* Matienzo *in leg.*6. *tit.*15. *gloſſa* 3. *lib.*5. & in dialogo Relatorum, 4. *part. cap.*12. *n.*2. Cancerius *lib.*3, *variarum*, *cap.*3. *n.*93. *& 94. uſque ad* 97. Maſtrill. *de Magiſtratibus lib.*3. *c.*4. *n.*346. ubi agens de poteſtate Principis, ut juri tertii poſſit derogare, tradit juſtam eſſe cauſam, quando ageretur de publica utilitate, ſive neceſſitate, ſecus verò ſi privatam utilitatem reſpiceret, & inferius *num* 351. tradit ibi: *Unum tantùm addendum, quod prædicta concluſio locum habeat in cauſa publicæ utilitatis, ſive neceſſitatis principaliter, non autem ſi ſecundariò publica ſit utilitas, vel neceſſitas.*

27 Et quod traditur Principem teneri ſuis contractibus, intelligendum eſt de juſtis, non de iniquis, & contra leges factis: Lucas de Peña *in l fin. C. de locatione prædiorum civilium*, *lib.*11. *n.*44. Petra *de poteſtate Principis, c.*32. *dubit.*2. *principali ex n.*491. *& n.*208 *&* 240. & contractus, qui reſiſtente lege fiunt, non valent, *l. non dubium, C. de legib. l. cum lex* 45. *ff. de fidejuſſor.* cum ibi notatis.

28 Et ita contractus, qui contra leges fiunt, & injuſti exiſtunt: rectè poſſunt revocari, ut ultra prædictos ad explicationem *legis* 6. *tit.*15. *lib.*5 *recopil.* notavit Matienzo *ibidem gloſſ.*3. & Azevedo *num.*7. tradit etiam Mexia individualiter ad pragmaticam panis *concluſ.*6. *num.*80. *poſt medium*, *l. toties*, §. *ſi cui* ubi Bart. *ff. de pollicitationibus, l. qui fundum, C. de omni agro deſerto l.*11. Paulus Pariſius *conſ.*1. *n.*139. *lib.*2. Decius *in cap. quæ in Eccleſiarum, num.*93. *de conſtit.* Alex. *conſ.*190. *num.*17. *volum.* 2. Ludovic. Gozadin. *conſ.*5. *n.*21. ſub verſ. *quinto adduco*, Menoch. *conſ.*701 *vol.*8. *n.*88. Palacios Rubios *in repet. rubricæ de donat. inter virum & uxorem*, §.69. *n.*13. qui loquitur in contractibus Principis, & tradit quod ex eo poſſint & debeant reformari, & non eſſe debere deterioris ſed melioris conditionis quàm cõtractus Privatorum; ſequitur Decius *vol.*1. *conſ.*56. *n* 45 & in fortioribus terminis admittit Menchaca ut poſſit Princeps contra illos venire, non agens de lege generali, *lib.*1. *controverſ. illuſtrium cap.*26. *num.*17.

Unde apparet etiam ſolutio ſecundi argumenti quod ſupra objecimus, non poſſe Principem lege generali dominium alicui quæſitum tollere, quia id procedit, quoties ex ſua voluntate vel poteſtate id facere intenderit, ſecus verò quando Reipublicæ utilitate ſuadente id decreverit, quia tunc rectè poterit ſubditis dominium adimere, præjudicium inferre, & juri tertii derogare: Ut eſt communis opinio, de qua Jaſon. *in l. quominus, num* 5. *de fluminibus*, Menoch. *conſil.* 156. *n.*48. *& conſil.*147. *n.*26. *vol.*2. *& conſil.*103. *n.*26. *vol.*1. Emanuel Coſta *in l. Gallus*, §. *& quid ſi tantum*, 1. *part. pag.*74. *ff. de liber. & poſthumis*, Horoſcius, *in l. quod Principi n.* 17. *ff. de conſtit Principum*, Capitius *deciſ. lib.*6. *num.* 6. Gaillius, *lib.*2. *obſervat.*56. *per totam.* Tapia *in rubr. de conſtit. Princip. cap.*1. *n.*59. Mieres *de majorat.*4. *part. quæſt.*1. *limit.*5. *ex n.*6. *cum ſequent.* Covarr. *lib.*3. *Variar. cap.*6. *n.*6. Ferdinandus Menchaca *lib.*1. *controverſ. illuſtrium cap.*5. *num.*1. Cevallos, *in commun opinion.*4. *part. quæſt.*906. *per totam*, & facit textus *in d. l. ſi verberatum, ff. de rei vindicatione*, & *in l. Lucius, ff. de evictionibus*, *l. quod ſemel, ff. de decretis ab ordine faciendis*, & miè, de jure noſtro probat, *l.*31. *tit.*18. *partit.* 3. ubi Greg. Lopez, verbo *à otro*, & *l.*2. *tit.*1. *p.*2. 29

Denique non obſtat vulgare illud axioma: *contractus Principum vim legis habere*, de quo ſuprà *num.*7. nam lex prima *de conſtit. Principum*, & §. *ſed quod Principi*, de jure naturali nihil ad rem pertinent, quia loquuntur de voluntate Principis, quæ reſpicit ad legem condendam, ut pluribus adductis notavit Mendoza *lib.*1. *de pactis, quæſt.* 2. *n.*14. *cum ſequent.* nec magis favet *l. Cæſar.* 15. *ff. de publican. & vectigalibus*: nam omiſſa emendatione Rodulphi Fornerii *lib.*1. *ſelectionum cap.*25. qui pro verbo, *Cæſar*, repoſuit *Cenſor*, & illud verbum *legem* retulit ad cenſoriam, dicendum eſt ibi *legem accipi oportere pro pacto, vel conditione*, ut in *l. ſi ita quis* 135. §. *ea lege, ff. de verb. obligat. l. ea lege*, *C. de conditione ob cauſam, l.*1. §. *ſi convenerit. ff. depoſiti* cum multis aliis, & notarunt gloſſa, & Bart. *in dict. leg. Cæſar.* D Madera *lib ſingulari animadverſionum*, *c.*35. *n.*13. Emanuel. Suarez *in annotat. ad Antonium Gomez lib.*2. *variar. c.*1. *lit. A.* Oſualdus *dict. lib.*12. *comment. Donelli c.*22. in notatis ad finem, *lit.* Z. 30

Nec etiam obſtabit textus *in l. penultima*, *C. de donation.* in his verbis: *utpote Imperialibus contractibus vicem legis obtinentibus*, quia quando lex conſideratur, quæ æqualiter reſpicit Principem, & ſubditos tunc non cenſetur derogare legi ex contractu, quem contra illam fecerit, ut notavimus *alleg.* 4. *per tot.* at verò ſi lex non conveniat Principi, nec ejus dignitati, quia lege non ligatur contractus illius vicem legis habebunt, ut ex Ariſtotele *lib.* 3. *Ethicorum*, *cap.*9. conſiderat Suarez *lib.*3. *de legibus*, *cap.* 35. *num.*2. & nos alibi latè probavimus *dict. allegat.* 4. *num.*10. 31

Unde explicanda eſt dicta lex penultima, ut donatio inter Principem & Auguſtam ejus uxorem valeat, & pleniſſimam habeat ſimilitudinem, non ex eo, quod Princeps deroget legem donatione, ſed quia ea non tenetur, & indecens foret, miſerrima, & quodam modo ſervilis Regum conditio, ſi inter vivos donare non poſſent, cùm nihil magis Principum ſit proprium, quàm liberalitas, ut tradit Cicero *l.*1. *de officiis*, ibi: *liberalitate nihil eſt naturæ hominis accõmodatius, nihilque imperantibus magis proprium* & Saluſtius in Jugurtino, ibi: *minus flagitioſum eſt imperãtes vinci armis & viribus, quàm vinci munificentia*, &c. & conſiderat Alberic. *in d. leg. penult. n.*4. 32

in

in fine,& Palac.Rubius *in repetitionibus rubricæ*, §.8. *& 9.de donat. vir. & uxor.*

ALLEGATIO. IV.

Legum abrogatio non fit ex contractu Principis.

1 *Princeps ut poteſt leges condere, ita abrogare.*
2 *Princeps non poteſt ſibi legem imponere, à quæ recedere non liceat.*
l.ſi quis in principio teſtamenti 23.ff.de leg.3
Imperare ſibi aut prohibere nemo poteſt.
l.ſi de re ſua.ff. de arbitris.
3 *L. quidam conſulebant.ff. de re judic.*
4 *L. donationes quas divus, C. de donat.inter vir. & uxor.*
5 *Princeps videtur jura habere in ſcrinio pectoris.*
l. omnium, C, de teſtam.
6 *Diſpenſatio legum non facilè inducenda.*
7 *Principes ſupremi ſubjiciuntur juri divino & rationi naturali.*
§. ſed naturalia,inſtit. de jur. nat.
8 *Principes ſupremi ſubjiciuntur rationi naturali.*
9 *Princeps non obligatur legibus vi coactiva.*
l. Princeps legibus, ff. de legibus.
10 *Princeps nec vi directiva legis obligatur quannon convenit ejus ſtatui.*
11 *Princeps etſi habeat perſonam publicam,tamen privatam repræſentat cum contrahit.*
l.1.ff. de officio Conſul.
l.ſi Conſul. ff. de adopt.
12 *Princeps ſubditis debet exemplum præbere.*
13 *Cap.5. D. Matthæi explicatur.*
14 *Princeps tenetur ad obſervantiam legum,quibus pretia taxavit, aliàs peccabit.*
15 *Caput debet membris conformari.*
16 *Superiores debent ſe conformare ſubditis.*
17 *Princeps debet ſervare pretium legale in conſtitutione cenſus.*
18 *Princeps tenetur in contractib.ſuas leges ſervare.*
19 *Princeps qui in vendendo excedit pretium à ſe taxatum, tenetur ad reſtitutionem.*
20 *Leges non ſunt facilè mutandæ*
21 *Princeps tenetur ad obſervantiam legum, quæ inducunt contractuum æqualitatem.*
22 *Princeps contrahendo non poteſt ſe eximere à legibus quæ de contractibus diſponunt.*
l.1.ff. de rebus eorum.
23 *Obligatus non cenſetur qui poteſt ſine cauſa ab obligatione recedere.*
l. ſub hac conditione ff.de obligat. & action.
24 *Diſpenſatio legis ſine cauſa nulla eſt.*
25 *Legis abrogationis vel diſpenſationis differentia.*
26 *Diſpenſatio legis, quâ permittitur ſubdito ut vendat carius quàm valet, injuſta eſt.*
27 *Princeps peccat mortaliter diſpenſando ſecum in lege ſine cauſa*
28 *Princeps non videtur facere derogationem legum in dubio, ſi facit pactum contra illos.*
l. nemo poteſt, ff. de legat. 1.
l. cùm lex 47. ff.de fidejuſſorib.
l.32. tit.9.p.6.
29 *Lex prohibitiva renunciari non poteſt.*
l.5. tit.15. lib.5. recop.
30 *Princeps non videtur diſpenſare in lege contrahendo contra illam niſi adſit juſta cauſa, & exprimat legis abrogationem.*
Princeps non videtur diſpenſare in lege quæ habet decretum irritans etiam adjectâ clauſulâ non obſtãtibus,*niſi ſpecialiter exprimatur.*
Clauſula non obſtantibus, *non operatur in præjudicium.*
31 *Decretum irritans leges, ligat ipſum Principem, niſi expreſsè deroget.*
cap. pen. de præbend.lib.6.

Princeps, an videatur facere diſpenſationem, vel abrogationem legum,quando contra leges contrahit, & quomodo ea facta induci poſsit, vel non.

PRINCIPEM poſſe ut leges condere, ita abrogare, ſive generaliter, vel in caſu ſpeciali cum lege diſpenſando, tradiderunt gloſſa in *l. fin. C.ſi contra jus,vel utilitatem publicam.* Iſernia in *cap.naturales, n.1.in fine*, ſi de feudo defuncti fuerit contr. Ant.Petra *de poteſtate Principum c.3.q.3. n.82.*Salas *de legibus diſp.20.ſect.3. n.16.* & alii plures quos refert Caſtro, *in operibus moralibus, tract.3 diſp.6 punct.4.n.1.* 1

Unde quando Princeps, contra legem contractum fecerit, cum poſſit in lege diſpenſare quoad eum contractum legem abrogatam cenſeri, quia non poteſt ſibi legem imponere Princeps, à qua recedere non liceat, argumento *l. ſi quis in principio teſtamenti 23. ff. de legat.* 4. Caſtrenſis in *l. digna vox num.4. C. de legibus* Alexand. *vol.6. conſ.224. n.6.* Sarmiento,*lib.3.ſelectarum,cap.14.n.8.*Puteus *lib.1. deciſ. 52.n.4.* quia nullus ipſi imperare aut prohibere poteſt, *l. ſi de re ſua ff. de arbitris.* 2

Et ideo Principem quando contractum fecerit, aut aliquid concedit contra legem videri eam derogare, & diſpenſationem inducere videtur expreſsè probari ex *l. quidam conſulebant, ff. de re judicata,* ubi cùm Princeps elegerit minorem,ad munus judicandi, eo ipſo cenſetur diſpenſare cum prohibitione minoris ætatis, ubi notarunt Bart. & Caſtr. Alex. in *l. cum lege, ff. de arbitris*;adde Cujac. *lib.17. obſerv.c.34.*Menoch.*lib.2.præſumpt.20.n.8.*plurimos refert D.Amaya in *l.2.C.81.ſervus aut libertus n.29.* 3

Juvat. *l.donationes quas divus,Cod.de donat. inter vir. & uxor.*ubi donationes factæ ab Imperatore in favorem uxoris ſuæ, ſuſtinentur non obſtante ejus tituli prohibitione, quia cùm ea videtur Princeps diſpenſare, notant Doctores in eis juribus, & poſt plures quos de hac re notavimus alibi, videndus Iſernia in *c.1. tit. quid ſit inveſtitura, poſt n.3. verſ. non obſtat,*Ponte *lib.1.conſ.55.n.20.& 21.*Menoch. *lib.3.præſumpt.44.n.18 & 19* Alex.*vol.6. conſ.111. n.4. & 5.* Anton. Petra *de poteſtate Principis c.24. n.217.* Pinel. *in l.2. C. de reſcind. 3 p. c.4.n.35.* Aymon Craveta *lib.5. conſ.98.n.10.*Anton. Gabriel.3. *tomo communium tit. de præſumpt. concl.8.n.2.* Maſcard. *de probat.concl. 845.n.33.* & faciunt quæ tradit Itaphileus *de literis gratiæ, tit. de effectu clauſularum. §. ſubſequenter, ſtatim poſt princ.n.14.* 4

Et licet hoc limitandum, quando Princeps ignoraret defectum, aut quando dubium eſſet, an ſciret Anton. Gabriel. *d.concl.8 n.15.* Romanus *conſ.216. n.7.* & aliis relatis probavit Sanch. *lib.8 de matrim. diſput. 4. num. 11.* tamen id non poteſt in hoc 5

casu locum habere, quia procedit quando Princeps factum ignorare potest, videlicet defectum personæ, aut quid simile, non verò in legum suarum ignorantia, quia eam præsumi non oportet in Principe, quia præsumitur omnia jura in scrutinio pectoris habere, *l. omnium, C. de testam.* junctis quæ notarunt Riminald. *in §. 1. de just. de donation. n. 189. & 328.* Surd. *decis. 128. n. 1.* Boher. *decis. 118.* & quod ex Jason. Socin. Misinger. Angelo, Sixtino, & aliis notavit Nerius *in d. l. omnium.*

Verumtamen prædictis non obstantibus dicendum est, Principem suis legibus obligari, & non facilè esse earum dispensationem inducendam: quod ut facilius percipiatur, & hujus rei vera resolutio, & generalis statui possit, aliquibus notandis rem constituam. 6

Primum sine controversia est, Reges & Principes supremos subjici juri divino, & naturali. Zasius, & Marius Salmanc. *in repet. ad legem Princeps uterque n. 3.* & Ioan. Orosius *n. 6 ff. de legib.* Minchaca *controversiarum illustrium, lib. 1. cap. 26. n. 15.* Ioan. Carrosius *lib. 2. Miscellanearum, c. 16. num. 8. circa princ. & n. 10.* Mexia *ad pragmaticam panis, conclus. 1. n. 112. cum seq.* Celsus Hugo loquutus etiam de jure gentium, *cons. 26. n. 30. post princ.* Anton. Petra *de potestat. Principis, cap. 3. quæst. 3. à n. 75.* Matienzo *in l. 3. gloss. 2. n. 4. tit. 10. lib. 5, compilat.* notatur *in §. sed & naturalia quidem jura, instit. de jure naturali, gentium & civili,* constatque apud omnes infra referendos. 7

Secundum: etiam statuendum est illud esse absque controversia, Principes similiter subjici rationi naturali; nam eo ipso quod reliquis præest, non debet excipi à ratione naturali, imò magis in eo debet præcedere ut subditi imitentur, Bald. *in l. 2. n. 40. Cod. de servitutibus, & aqua, & in cap. 1. §. ult. qui feudum dare possunt;* Tiraquell. *de retractu lignag. §. 1. gloss. 13. n. 39.* Aimon Craveta post Romanum Jasonem, & Calcaneum, quos refert *de antiquit. tempor. p. 1. in princip. n. 46.* Roland. à Valle *cons. 13 n. 34. & seqq. vol. 3.* Card. Thusc. *Practicarum, lit. L, concl. 267. n. 3. & tom. 7. verbo statutum, concl. 448. n. 15.* Covarr. *in c. alma Mater, 1. p. relectionis, §. 1. n. 4. ad fin. de sentent. excõmunicat. in 6.* Petra *d. c. 3. q 3. n. 80. ad fin. & n. 81.* 8

Tertium: illud etiam certum est, leges juris positivi non obligare Principem vi coactivâ, cùm à nullo cogi possit, nec compelli qui superiorem non recognoscit, Albericus & omnes interpretes communiter *in l. Princeps legibus, ff. de legib.* Greg Lopez *gloss. 1.* verb. *guardar debe el Rey, in l. 16. tit. 1. p. 1. Canonistæ in c. cum omnes, de constitutionibus,* ubi Andreas ab Exea *n. 65.* & ex *n. 196.* Anchar. in *c. 1. ejusdem tituli, n. 5.* & Ferret. *eodem n.* ac rursus *n. 48. & 52.* D. Thom. & Theolog. *1. 2. q. 96. art. 3. ad tertium argumentum,* eleganter Francisc. Suar. *l. 3. de legib. c. 35. n. 15.* cum aliis Fachin. *lib. 1. controversiarum juris, c. 2.* Vasq. Bellomontan. *2. tomo ad 1. 2. D. Thomæ disp. 167. c. 1. & 2.* copiosè Salas Jesuita *de legib. disp. 14. sect. 2. n. 27.* Matienzo *n. 1.* ubi *suprà,* Petrus Greg. Connanus, Corrasius, Æquinarius, Baro, Jueteius, Cujacius, Gothofredus, Fachineus, Minchaca, Ant. Faber, Mathicasius, Turaminus, Zasius, Theullerus, Curtius, Brisonius, Muretus, & alii Politici, qui & plures adducunt, refert Osuardus ad Donellum *lib. 1. comment. c. 17. in nota, lit. A. & B,* Menoch. Mendoza, Mantua, Buchardus, Guevara, Anastasius, Germonius, & pluribus Morla *in emporio juris, tit de legibus, q. 1.* 9

Quartum: non solùm vi coactivâ, sed etiam nec directivâ leges videntur ligare Principem, quando non conveniunt ejus dignitati; ut cum pertinent ad rem sumptuariam in vestibus, & aliis rebus, de armis, formulis, & solemnitatibus, quæ Principes non decent ut notarunt Orosius *in d. l. Princeps legibus, n. 9.* Soto *de justitia & jure lib. 1. q. 6. art. 7. col. penult.* quem transcripsit Matienzo *d. gloss. n. 3.* eis verbis: *Quando autem statuimus Principem legibus subdi suis intelligimus de legibus, quæ ex æquo ad ipsum perinde atque ad subditos spectant. Rex præcipit neminem gladio succincto incedere, aut fericis indutum; non est par ratio cur ipse eisdem abstineat.* Leonard. Lessius *lib. 2. ejusdem tractatus, c. 35. dub. 5.* optimè Vasquez *dicta disp. 167. c. 3. n. 23.* Salas *ubi suprà, n. 9. ad fin.* & Marius Salomonius *n. 4.* dicens: *Sunt tamen quædam leges quæ aliis omnino dicuntur, ut ne quis cum telo incedat, ne quis alea ludat, ne noctu eatur, ne purpurâ vestiatur, & hujusmodi innumerabilibus.* 10

Quintum: reliquæ leges quæ pertinent ad justitiam, æqualitatem contractuum, & optimum regimen, etiam debent Principes ligare: nam cùm quoad contractus æqualis cum subditis censeri debeat, & publicæ personæ & Regaliæ personam exuat, & privatam induat Princeps, cùm contrahit, ut argumento *leg. 1. ff. de officio Consulis, l. si Consul. ff. de adoptionibus,* probavit Laurent. Sylvan. *cons. 34. n. 28.* Thom. Grammatic. *decis. 65. n. 26.* Peregr. *de jure fisci, lib. 1. tit. 3. n. 44.* Morosius *responso 5. n. 12.* Paschal. *de viribus patriæ potest. 4. p. c. 1. n. 52.* cum Zasio, Cujacio, Petr. Gregorio, Minchaca, Cabotio, Gaillio, Velasco, Emanuel. Suar. D. Gregor. Madera, Tiraquello, Deciano, & aliis ex Politicis Osuald. ad Donellum *lib. 12. comment. cap. 22.* in notatis *lit. Z,* merito prædictis legibus quæ moderationem & justitiam pretii respiciunt teneri oportet. 11

Et multò magis cùm debeat subditis exemplum præbere, quia nullus superiorum exemplo justus efficacior, ut omnes Politici testantur: & de hac D. Thomas, & ejus Schola *1. 2. q. 96. art. 5. ad tertium,* & Canonistæ communiter in locis jam relatis & juris Doctores *in l. digna vox, & in d. l. Princeps,* ubi Marius Salomonis *n. 4.* inter alia inquit: *Omnibus illis solutus non est legibus, quibus à se non servatis Respublica læditur aut honestas: & si verum amamus, pluribus & arctioribus tenetur Princeps legibus, quam privatus aliquis.* Connanus dicit *c. 6. n. 10.* ibi: *Exemplo enim longè gravius peccat, quidquid peccat, quod ad ejus similitudinem popularium ferè mores conformantur.* Soto & Covar. *ubi suprà.* 12

Et mirè conducit illud D. Matthæi *c. 6. versic. 18. Nolite putare quoniam veni solvere legem, aut Prophetas, non veni solvere, sed adimplere:* & postea inquit: *Iota unum, aut unus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.* Ubi Maldonatus tradit, ideo Christum supremum Principem dixisse, ut qui legem diligentissimè observat suo exemplo, quantum vellet discipulos suos legis observatores esse ostenderet: nec ille ut Princeps, nec qui de ejus familia discipuli, (ut moris est apud Principes sæculi) legibus soluti censerentur ex D. Chrysost. *de passione Domini tom. 3.* noviter notavit Pater Velasq *de optimo Principe lib. 4 annotat. 2. n. 5.* 13

Et ut ad legum observantiam Princeps teneatur, Emanuel. Rodriguez *quæst. regul. 68. art. 3. n. 1.* Victoria, Cajetanus, & Antonius Conradus, & Sylvester Abulensis, Navarrus, & Turrecremata cumulati à Suarez *dict. lib. 3. cap. 35. num. 4.* qui videndus etiam *n. 6.* ibi: *Quod si fortasse in eo augeatur propter circunstantiam personæ ad summum id erit ratione scandali:* & infrà *n. 8. Si rex statuit legem taxantem* 14

xantem pretium rei, & ipſe ut dominus carius vendat, peccat contra juſtitiam, & tenetur ad reſtitutionem ex communi ſententia. Ac rurſus *num.26. Poſſe legiſlatorem ſua lege obligari; quia fert legem ut miniſter Dei, cujus auctoritas in illa obligatione intervenit, & quamvis non poſſit Princeps obligari lege ſua tanquam præcepto directè ſibi impoſito: poteſt nihilominus obligari præcepto à ſe lato pro tota communitate, cujus ipſe eſt pars, quia per tale præceptum conſtituitur certa regula virtutis, quam ipſe ex virationis naturalis ſequi tenetur, quia ita præſcriptum eſt ab auctore talis poteſtatis. Unde alii dicunt, quod licet idem non poſſit ſibi ipſi imperare, tamen idem ut miniſter Dei poteſt ſe ut hominem obligare lege à ſe latâ, quia operatur per juriſdictionem aliquo modo divinam, id eſt, à Deo acceptam, quæ poteſt habere hanc efficaciam in ipſum habentem, quatenus innititur divinæ poteſtati à qua emanat, quod in idem redit, nam eodem modo ex eiſdem principiis explicandum eſt.*

15 Graviter, & egregiè Vaſquez *d.c.3. num.17.* cujus hæc ſunt verba: *Communis, & vera opinio fert, Principes habentes abſolutam poteſtatem condendi leges, non minus eſſe ſubditos ſuis legibus, quod attinet ad vim dirigentem, hoc eſt, non minus eis parere debere, quàm debet quicumque alius inferior; & ita non minus peccare ſi illas tranſgrediantur, quàm ſi verè inferiores eſſent.* Et poſtquam hoc comprobavit auctoritate canonum, & jurium, & divi Iſidori, ac divi Thomæ, & aliorum, ſubdit *n.10. Sicut jus naturæ præcipit, ut inferiores ſuperiorum mandatis, & præceptis obediant, & ad illa ſe conformentſ illis enim non obedire magna eſſet in corpore myſtico Reipublicæ diſſonantia cum ſuo capite: Eodem modo ratione naturali conſtat Principem vitâ, & moribus cum reliquo corpore convenire debere; quod ſi ſua etiam ſtatuta, & leges non obſervaret, ſed ipſe alio jure viveret quam populus, multum à reliquo corpore Reipublicæ diſcordaret: & rectè rationis regulam non teneret, id quod in detrimentum quoque Reipublicæ, & rectæ gubernationis cederet*: & infrà *num.23. Cùm diximus legem latam à Principe obſervandam eſſe neceſſario ab ipſo, intelligendum eſt, quando res quæ lege præcipitur, ſtatui ipſius Principis etiam convenit, ut ſi pretia juſta fructibus Princeps imponat, ipſos etiam Regis fructus lex ipſa comprehendat, quia non videtur ratio juſtitiæ poſtulare magis, ut à civibus ea pretia obſerventur, quàm à Principe.*

16 Felicianus *tomo 1. de cenſibus lib.2. cap.1. in fine* ibi: *Accedit quoque non inelegans ratio, quod non excedere à lege præfinitum pretium, non ſolùm eſt juris humani, ſed etiam divini, & naturalis. præcipientis rem nec emi, nec vendi minoris juſto pretio: lex autem divina, & naturalis, quæ univerſalis eſt omnes ligat, clericos, & non clericos, Reges, Imperatores, omnémque mundi creaturam.* Latiſſimè Salas, *dictâ diſputatione 14. ſect.2.* ubi *à numero 8.* plura congerit, & ſub *num.10.* prope finem inquit: *Sicut jus naturæ præcipit, ut inferiores ſuperioribus obediant, & ſic ſe conformēt cum ſuo capite: ita præcipit ut ſuperiores obſervent leges proprias & ſic ſe conforment ſubditis: turpe enim eſt caput, & membra non conformari*: & infrà: *Authoritas Principis à Deo eſt, cujus Princeps eſt Miniſter, non autem mirum eſt, quod authoritate Dei ſeipſum obligat: poteſt ergo legibus propriis eſſe ſubjectus.* Atque iterum *n.17.* poſt principium *Quadam tamen ſūt leges propriæ, quas ſi non ſervet Princeps, peccabit contra juſtitiam ut taxantes pretium juſtum, commune non ſolùm naturale, ſed etiam legale.* Et eadem in finalibus verbis ejuſdem numeri: *Principem non poſſe eximere ſe à lege propriâ quamvis poſſet alium eximere, nam in Principem tanquam in Exemplar omnium oculi ſunt conjecti. Unde ſe omnino eximere à lege, eſſet in perniciem Reipublicæ, & contra legem naturæ: Patere legem quam ipſe tuleris.*

Velaſquez de Avendaño *de cenſibus Hiſpaniæ* 17
cap.1. num.24. ibi: *Noviter ponderatur ut neque Princeps poſſit vendere prædicta jura minori pretio quàm ad rationem quatuordecim pro uno: quia licet regulariter lex Principem conditorem non comprehendit. l. Princeps legibus, ff. de legibus, hoc intelligitur ſecundum communem ſcholam coactivè, directive tamen ipſum comprehendit: cùm igitur, l.6. pretium individuum & legale cenſibus, à privatis creandis deſignaverit, & juſtitiam pretii Principem comprehendere juſtum ſit, ut alibi latiùs dicendum erit, merito lex cenſus, comprehendens privatos, & ſimul jus comprehendens Regem ipſum, à quo jura ipſa venduntur.* Henriquez *in ſumma lib.7. de indulgentiis, cap.32. num.3. Scholio incipienti, Quia Princeps, pag.582.*

Doctè quidem, & perbellè Mendoza, *lib.1. diſputa-* 18
tionum, juris civilis cap.5. quæſt.2. videndus *num.2. in verſ. ſecundo adverto*, & poſtmodum *num.6. pag.175.* ibi, *quibus ſic ſuppoſitis, Biantis unius ex ſeptem Græcis Philoſophi præſtantiſſimi inſtituta ſequuti, adductæ quæſtioni reſpondemus, quod Princeps ſubjicitur ſuæ legi, tanquam quilibet privatus ejus ſubditus; cum eadem in eo quæ in ſubditis obediendi fuerit ratio: ille enim ſolùm eum verè Principem opinatur, qui patriis legibus inſtitutis, ſe primus omnium ſubjecerit gubernandum, ut refert* Cæliùs Rodiginius, *lib.7. lectionum antiquarum cap.1. & ſic ſi contrahit tenebitur leges à ſuis anteceſſoribus latas ab eōve conſtitutas in contractibus ſervare.*

Nec poterit ſecundùm exempla ſuprà poſita pactum 19
quodcumque nudum, ſeu promiſſionem mutare, cùm ſecundùm ſententiam Iſocratis in oratione ad Nicoclem Regem: *Oratio vel vox Principis ad fidem faciendam plus momenti habere debeat, quàm expreſſum aliorum juſjurandum*; nec quidem debet modium tritici aſſe uno pluris quam communis ſit æſtimatio ſecundùm legem vendere, nec ex malitia ſua egrediendo terminos ſuæ poteſtatis commodum reputet: quod ſi aliquando fecerit, ad reſtitutionem in animæ judicio eorum omnium quæ præſcriptum pretium excedent, tenebitur ex ſupra relatis.

Sextum: deinde notandum eſt, & quod noſtram 20
definit quæſtionem, ut quamvis Princeps ſupremus habeat facultatem abrogandi leges ſuas & prædeceſſorum, ita ut id generaliter faciat, & juxta quod Reipublicæ expediret ad optimam regendi rationem & ſubditorum utilitatem, ſed eas non facilè mutandas eſſe, & ex Cleonis ſententia meliorem eſſe ſtatum Reipublicæ quæ legibus utitur deterioribus, ſed firmis, quàm ea Reſpublica quæ frequenter leges commutat, ut ex Tertulliano, Divo Hieronymo, & & aliis probavit Pater Velaſquez *de optimo Principe lib.4. adnotatione 2. num.1.* & ſolùm quando iniquæ leges redditæ, & Reipublicæ expediat tunc mutandæ, ideo non poterit legibus derogare ſine cauſa ex ſua poteſtate quoad ſeipſum in caſibus ſpecialibus, & contractibus ſuis, legibus in vi & robore manentibus quoad alios; nam tunc nec derogatio legum videretur induci, & licet facta eſſet, ut injuſta non teneret. Et nota quod tradit Azor. *lib.5. inſtitut. moralium cap.15. part.2. Longè diverſam eſſe rationem de excipiendo aliquem à lege quàm eſt de abroganda, vel deroganda, quoniam ad aliquem lege ſolvendum, cauſa juſta requiritur, ne pars à toto ſine cauſa diſſentiat, ſed ad legem ex toto vel ex parte abolendam ſola Principis ſufficit voluntas, quâ eſt conſtituta.*

21 Et certum eſt principium & irrefragabile, Principem teneri ad obſervantiam legum, quæ juſtum pretium ſtatuunt, & ad æqualitatem contractuum, & cùm id certum ſit non magis erit velle Principem poſſe diſpenſare in ſuis contractibus, quàm velle album & nigrum in eodem ſubjecto conſiderare, & velle ſuſtinere in Principe, quæ perplexa & incompatibilia conſiderantur, quia nihil magis pugnat obſervantiæ legum & contractuum æqualitati, quàm ſeipſum per diſpenſationem à lege eximere, ut notavit Petra *de poteſtate Principis, cap. 3. quæſt. 3. num.* 29. ibi: *Princeps enim non poteſt ſecum diſpenſare in perplexitate, quia Etſi Deus noſter omnipotens non poteſt ea quæ implicant contradictionem ſecundùm Theologos*, ut concludit Bald. *in d. l. eam quam, num.* 34 *Cod. de fideicommiſſis*, & latiùs Jaſon *in l. ſi ita legatum, in princip. ſub num.* 1. *ff. de legat.* 1. *&c.*

22 Conducunt verba finalia textus *in l.* 1. *ff. de rebus eorum*; *nam ubi dominium* (inquit) *quæſitum eſt minori, cœpit non poſſe obligari, ita Princeps eo ipſo quo contrahit, cœpit non poſſe à lege ſe eximere.* Quam concluſionem abſolutè ſequuntur Fortunius, Garcia *in repet. ad l. Gallus, §. & quid ſi tantùm, ff. de liberis & poſthumis, n.* 295. *& duobus ſequentibus*, & Menchaca *controverſ. illuſtrium lib.* 1. *cap.* 25. *n.* 16. & *c.* 26. *n.* 20. & 29. Mendoza *in loco ſuprà proximè relato, n.* 33. Ludovicus Gozadin *conſil.* 2. *n.* 14. Guidonis Papæ *deciſ.* 140. Hippolytus Marſilius in *l.* 1. §. *Præterea. n.* 99. *ff. de quæſtionibus*, Seraphinus *de privilegiis juramenti, privilegio* 94. *n.* 6. Stephanus Gratian. 2. *tomo diſceptationum forenſium c.* 280. *n.* 4. Philipp. Decius *conſil.* 602. *n.* 16. & *conſil.* 603. *n.* 9. Hieronym. Gratus *conſ.* 60. *n.* 27. *lib.* 1. & *conſil.* 1. *num.* 44. *lib.* 2. Jaſon. *conſil.* 8. *inter feudalia* Joannes Nevicanus *conſil.* 12. *num.* 143. & Jacob. de Leomedis *conſ.* 117. *num.* 313. Menoch. *conſil.* 15. *num.* 15. *etiam volum.* 1. Laurent. de Pinu *conſil.* 2, *num.* 16. P. Gabriel. Vaſquez *in dicto tomo de legibus, ad quæſtionem* 97. *artic.* 4. *diſput.* 178. *de abrogatione legis, c.* 4. *per totum, pag.* 332.

23 Sed expendendus ipſe Vaſquez *n.* 23. in illis verbis: *Ipſe legislator etiamſi ſibi ſubditus non ſit, hoc ipſo quod aliis præceptum imponit, eadem lege tenetur, idemque opere exequi debet, quod aliis injungit: Ergo non poteſt pro voluntate ſine cauſa rationabili à tali obligatione ſe ipſum abſolvere, ac perinde nec ſecum diſpenſare, nam ſi ex ſua voluntate abſque alia juſta cauſa liberè penderet ſe ipſum à lege ſua liberare, nunquam poſſet ſua lege teneri: qui enim poteſt ut libet contra aliquam legem ſine culpa operari, non poteſt illa ullo modo & teneri*; cui ſuffragatur *l. ſub hac, ff. de actionibus & obligationibus*, Sub hac conditione, *ſi volam, nulla ſit obligatio: pro non dicto enim eſt quod dare niſi ſi velis, cogi non poſſis.*

24 Et paulò poſt tradit Vaſquez *n.* 24. ibi: *Ratio ipſa æquitatis demonſtrat inhoneſtum eſſe caput membris non concordare, atque ideo diſpenſatio quam ſibi concederet legislator ſine cauſa, nullius eſſet effectus, nec à peccato eum excuſaret, quia ſemper perſeveraret cauſa obligationis, nempe ut ipſe non ſervans legem à toto corpore diſcordaret.* Et *n.* 25. ibi: *Non minus irritũ eſſet id quod fit & contra legem tali obtentâ diſpenſatione, quaſi nulla diſpenſatio conceſſa eſſet; etenim ut ſuprà oſtenſum eſt, non poteſt legislator pro voluntate ſua ſine cauſa legitima abſolvere ſe ipſum ab obligatione ſuæ legis, quæ præcipit aliquid, aut prohibet, ac perinde non poteſt quempiã alium inferiorem ſine cauſa ab hac legis obligatione liberare, ita ut deinceps uti poſſit uterque diſpenſatione ſine peccato: ergo eadem ratione non poterit ſe ipſum pro ſua voluntate ſola, ſine cauſa eximere à lege ſua irritante contractum, vel aliquid hujuſmodi, ac proinde nec quemquam alium ſibi inferiorem, ita ut conceſſâ diſpenſatione ſine cauſa firmus & validus fiat contractus; nam quemadmodum obligat lex quæ aliquid præcipit, aut prohibet, nec diſpenſatione cõceſſa ſine cauſa poteſt quis ſine peccato facere contra legem; eodem modo lex irritans contractum, obligare debet ad hoc ut factum non teneat, ita ut conceſſa diſpenſatione ſine cauſa non minus obliget quàm antea: ſicut enim lex præcipiens aut prohibens obligat etiam poſt obtentam diſpenſationem ſine cauſa, ne caput aut aliquod membrum diſſonet toti corpori, & ideo manet adhuc præceptum prohibens reſpectu illius cui conceſſa eſt diſpenſatio ſine cauſa; eadem ratione obligare & manere debet lex irritans contractum, vel actum aliquem, quia hujus legis obligatio eſt hæc, ut irritet factum, ſicut ejus etiam eſt, ut tranſgreſſores obliget ad peccatum.*

Et in *n.* 26. aut: *Cùm eadem ratio ſit obligandi in* 25
lege ad peccatum, & irritandi actum, & in utroque caput cum membris, & unum membrum cum alio convenire debeat; & *num.* 29. *Sicut ille qui tranſgreditur præceptum Superioris, quandiu præceptum verè manet reſpectu illius, non ſolùm peccat contra jus naturale, ſed etiam contra humanum præceptum, in quo ratio naturalis præcipit obediendum eſſe ita etiam qui obtentâ diſpenſatione ſine cauſa: ſi adhuc manet conſtitutio reſpectu illius, operatur contra illam, peccabit non ſolùm contra judicium illud naturale, ſed etiam contra conſtitutionem ipſam.* Et *numero* 51. ſatisfacit contrario argumento in hunc modum: *Hinc etiam patet ſolutio argumenti cujuſdam, quod deſumptum eſt ex obligatione legis: conſtat enim ex dictis diverſam eſſe rationem abrogationis legis, & diſpenſationis: nam abrogatio legis talis eſt, ut nullo modo maneat lex, neque præceptum reſpectu alicujus; & ita licet peccatum ſit legem ſine cauſa abrogare, tamen facta abrogatione nullus peccat contra legem, neque factum irritum eſt, quia non manet lex ullo modo; conceſſa autem diſpenſatione uni ſine cauſa, manet lex reſpectu aliorum, & conſequenter manere debet reſpectu ejus, cum quo ſine cauſa diſpenſatum eſt, ut probavimus, & ita non minus tunc ille efficiet contra legem, quaſi diſpenſatio ei conceſſa non eſſet.*

Pater Suarez *lib.* 6. *de legibus cap.* 19. in noſtris 26
terminis idem probat, & multa digna ponderationis refert, ut patet *num.* 5. ibi: *Si Princeps poſſit validè diſpenſare cum ſubdito ſine cauſa, & pro ſua voluntate, ergò multò magis ſecum, quia ſicut in voluntate ſua poſita eſt lex reſpectu aliorum ita & reſpectu ſui: ergo eadem abſolutâ voluntate poterit à ſe obligationem talis legis auferre, quâ poteſt à ſubdito; at conſequens eſt falſum, alias Princeps nunquam obligaretur illa, quia obligatio quæ ſine cauſa, & propria voluntate tolli poteſt nulla perfectò eſt, vel nullius momenti* & infrà *n.* 7. *Non eſt autem in poteſtate mea promittere, & non me obligare: Sic ergo licet in voluntate legiſlatoris ſit ponere, vel auferre legem, tamenſi vult per legem obligare totam communitatem, non poteſt, etiamſi velit, eximere aliquem ab efficacia legis ſine cauſa, quia lex per ſe primò reſpicit communitatem, & ideo quandiu durat, neceſſariò eſt, ut quaſi naturaliter, ſeu ex vi hujus juris naturæ obliget omnes, qui ſunt de communitate, & uniformiter participant cauſam, ſeu rationem legis: ergo exemptio ab illa obligatione jam non poteſt effici ſolâ voluntate ſed per poteſtatem diſpenſativam, quæ reſpicit cauſam, nam quemadmodum læditur jus naturæ ſine cauſa diminuendo obligationem legis perſeverante lege, in quo cernitur clara differentia inter*

abroga

abrogationem, vel dispensationem legis; nam per abrogationem tollitur omnino lex, & ideo licet irrrationabiliter fiat, valet, quia legem esse, vel nõ esse absolutè pendet à voluntate legislatoris: at verò per dispensationem non tollitur lex, sed manente lege per talem dispensationem fieri tentatur, ut obligatio legis non uniformiter descendat ad eos, in quibus eadem causa, & ratio reperitur, quod est contra legem naturalem. Et n. 10. tradit: *injustam esse dispensationem, & nullam, qua permittitur subdito, ut vendat rem cariùs, quàm valet secundùm communem æstimationem.*

Et *n.*15. disputat an Princeps possit secum dispen-
27 sare, & tradit ut licet respectu vassalli regulariter non sit nulla dispensatio, & quando subditus utendo dispensatione peccat venialiter, in Principe legislatore tradit esse peccatum mortale dispensando secum absque justa causa, & teneri illam dispensationem revocare, & quoties voluntariè in ea permanet peccatum prosequitur; & repetit, & tradit, hæc verba: *Nec est mirum quod in hoc sit majus gravamen Principis quàm subditi, quia Princeps tenetur ex officio, & ex justitia distributiva vitare illam improperationem quæ est in tali dispensatione, quâ obligatione subditus non tenetur.* Et tandem concludit *n.*17. ibi: *Hoc igitur veriori principio supposito, consequenter dicendum est dispensationem quam sibi legislator concedit in lege sine causa justa nullam esse, nullumque effectum in ipso habere probatur, quia per dispensationem datam sine causa, non aufertur obligatio juris naturalis, sed obligatio Principis ad observantiam legis suæ, est de jure naturali, & non à voluntate humana, & cum non auferatur per dispensationem, ergo valida non est.*

Faciunt plura quæ suprà notavimus, *n.*12. & fru-
28 strà Principem teneri vi directivâ ad observantiam suarum legum statueretur, si eo ipso quo pactum contra legem faceret, videretur legem derogare: nulla enim esset obligatio servandi leges, si absque causa posset illas excludere, cùm magis quàm subditi, ut sæpius diximus; ad observantiam legum Princeps dirigatur. Tiberius Decianus *vol.*1 *conf.*25. *n.*26. & regulariter nemo facere potest quin leges in suis actibus locum habeant, *l. nemo potest. de legat.*1. *l. cùm Rex* 47. *de fidejussor. l.*32. *tit.*9. *p.*6 nam quoties non est justa causa quæ Principem eximat à privatis, ex qua justè procedat dispensatio, velut Privatus, Princeps habebitur, ut similiter ratione naturali, & vi directiva leges observare teneatur.

Præsertim quando lex fuerit prohibitiva, quia
29 tunc quemadmodum nec potest renunciari, nec proderit etiamsi ejus renunciatio fiat, glossa communiter recepta in *l.*1. *verbo, vir uxori, C. ne fidejussores dotium dentur*, & in *l. à divo Pio* 58. *ff. de ritu nuptiarum*, Bartol. & Paul. in *l. de his* 6. *ff. de transactionibus*, Finguel. *de primogen. quæst.*24. *num.*9. Anton. Gomez in *l.*50. *Tauri, num.*26. *ad medium*: & expressè id deciditur in jure nostro, *l.*5. *tit.*15. *lib.*5. *recop.* agnoscunt Matienzo in ea *glossa* 1. & Azeved. *n.*6. ita nec contrahendo tacitè ei censebitur derogari, quæ expressè renuntiari non valet.

Unde apparet regulariter Principem non videri
30 dispensare in lege, etiamsi contra illam contractum fecerit, nisi quando certus de ejus prohibitione, ex justa causa contra legem fecerit contractum: quia eo casu procedit opinio omnium Doctorum qui tenuerunt Principem tacitè videri dispensare, quando contra legem fecerit contractum: nam id procedit juxta quod notavimus ex Thoma Sanchez *dicto lib.*8. *de matrimonio, disput.*4. *à n.*2. & magis locum habet, quando lex habuerit decretum irritans, quod in contrarium factum sit, quia tunc etiamsi in contractu clausulæ adjiciantur derogatoriæ legum, eis verbis: *Non obstantibus legibus in contrarium*: nam tunc ea clausula derogatoria non comprehendit leges, vel constitutiones, in quibus est decretum, quod irritat, quod contra factum *cap. penult. de capellis Monachorum, cap. eam te, de ætate, & qualitate, cap. nonnulli de rescriptis*, & ibi Felin. *num.*2. *versic. & nota*, Dec. in *leg. certum, num.*4. *ff. si certum petatur, & conf.*373. *ad fin.* & post alios Seraph. *de privilegiis juramenti, privileg.* 22. *n.*24. & Paris. *lib.*4. *conf.*42. *n.*25. ex pluribus quos refert & sequitur Maresc. *lib.*2. *variar. c.*38. *n.*41. *& seq.* quibus addendus est Cæsar. Barcius *decis.*117. *n.*35. ubi tradit prædictam clausulam *non obstantibus*, non operari in præjudicium tertii: quibus adde plura quæ innumeris relatis notavit Barbosa *de clausulis usu frequentibus clausula* 82. *usque* 89.

Et quoties in lege est decretum quod irritat contra 31
factum, illud decretum ligat etiam Principem, & per contrariam dispositionem, nisi expressa sit derogatio talis decreti facta non censetur, ut probat textus, in *cap. penult. de præbend. in* 6. & *ibi* notat Lopus, & Geminianus, *num.*10. eis verbis: *Quæro quos afficiat decretum Papæ? Solutio, dicit capitulum quod non solum afficit manus inferiorum à Papa, sed etiam afficit manus Papæ & executorem ipsius nisi alium exprimatur: & hoc probat iste textus, & Clement.*1. *de concessione Præbendæ, secundum quod nota.* Et idem tenuit Parisius *lib.*4. *conf.*37. *num.*2. & aliis relatis sequitur Anton. Gabriel. *communium opinionum lib.*6. *tit. de clausulis, clausula* 3. *n.*74. & ex decreto irritante necessariam esse expressam & specialem derogationem, ex Castrensi, Joanne Andrea, Moneta, & Natta probavit Barbosa *dicta clausula* 82. *n.*6. *&* 13.

ALLEGATIO V.

De Gabellarum summaria restitutione facienda in articulo *del cobro.*

1 *Gabellæ sunt de regalibus.*
Gabellas nullus potest percipere nisi expresso Principis previlegio.
*l.*2. *tit.*15. *lib.*4. *recop.*
*l.*1. *tit.*18. *lib.*9. *recop.*

2 *Princeps habet pro se præsumptionem ut recuperet vectigalia.*
*l.*1. 2. *&* 3. *tit.*15. *lib.*8. *recop.*
*l.*6. *tit.*13. *lib.*3. *ordinam.*
l. omnium 6. *C. de vectigalib.*
l. usurpationem 9. *C. eod.*

3 *Summariè in articulo quem dicimus* del cobro, *gabellæ recuperantur.*
*l.*18. *tit.* 8. *lib.*9 *recop.*

4. *Titulum suæ possessionis nemo exhibere cogitur nisi intendat jus in re aliena, vel contra eum sit juris præsumptio.*
l. cogi, C. de petit hæred.
*l.*2. *C. de feudis limitroph. lib.*11.

Commendarum Indiarum tituli debent exhiberi cùm à Fiscali peterentur.

5 *Fisci privilegium est, ut ei instrumenta exhibeantur.*
*l.*2. *in principio, versic. divus, ff. de jure Fisci.*

Editionis forma antiqua tit. ff. de edendo in Hiſpania non practicatur, ubi ex veritate judicant Senatores.
l.10.tit.17. lib.4. Recopil.

6 *Articulus* del cobro *habet plenariam cognitionem. Citatio poteſt omitti quando conſtiterit citandum non habere defenſionem.*

7 *Citatio an poſſit omitti in ſummariis.*

8 *Probatio quæ non relevat, nec prodeſt non admittenda.*

9 *Circuitus vitandi.*
l.dominus teſtamento, ff. de condict.indebiti.

10 *Vectigalia ad publicam utilitatem pertinent.*
l.1.§.interdictum,ff. de loco publico fruendo.
l.1.§.in cauſa. ff. de quæſtionibus.
l.nemo 2. C. de exact. tribut. lib.10.
l.2. tit.15. lib.4. Recopil.

11 *Mora in recuperandis vectigalibus non ferenda*
l. miſſi opinatores, C. de exact. tribut. lib.10.
l. abſtinendum,C. quorum appellat. non recip.
l.26. tit.28. lib.6. Recopil.

12 *Publica utilitas, aut periculum in mora facit ne curari debeat de judiciorũ ordine & ſolemnitate.*
l.fin. ff.de appellat.recipiend.
Appellationis effectus tollitur quando periculum in mora.
l. nemine,C- de relig. & ſumpt. muner.
l.2.Cod. de patribus qui filios diſtraxer.
l.unica, ff de officio Conſul.
cap ſicut de conſecratione,diſtinctione 1.

13 *Fiſcus ſolus habet pro ſe præſumptionem in vectigalibus.*
Præſumptione juris ſuffragante poterit fiſcus lite pendente de vectigalibus, eis uti.
cap. cùm perſonæ §. quod ſi tales, de privileg. lib.6.

14 *Praxis Cancellariarum Pragmaticæ Regis Henrici in cauſis immunitatis.*
l.9.tit.11. lib.2. Recopil.

15 *Fiſcus non debet litigare ſpoliatus.*

16 *Poſſeſſio quæ à jure improbatur prodeſſe non poteſt.*

17 *Poſſeſſio in incorporalibus conſiſtit in patientia adverſarii,cùm deſinit pati, interrumpitur.*

18 *Poſſeſſio eſſe non poteſt lege reſiſtente.*
l. honores,§.fin.ff. de decurionib.

19. *Poſſeſſio precaria non poteſt ad interdicta poſſeſſoria.*
l.1. in principio,& §.perpetuo,ff. uti poſſidetis.
l.1:in principio,ff. de aqua quotid.& æſtiva.
l.1. de rivis.
l. unica ff. utrobi.
l.1. in princ. ff. de fonte.
Poſſeſſio precaria ex ſola domini voluntate revocatur.
l.1.l.cum precario.l. qui precariò, ff. de precario.
cap.fin. de precariis.

20 *Precariæ conceſſiones in jure Canonico differunt à precario & ſine juſta cauſa non revocantur.*
cap.1. & 2. de precariis.

21 *Lex quæ jubet aliquid executivè, & ſummariè fieri, ſine mora exequi debet.*
l.ſi qua pœna 224. ff. de verb. ſignific.
l.de conſtit. Princip.
l.30. & 35. tit.48.p.3.

22 *Poſſeſſio ſola non prodeſt,ubi cum ea titulus requiritur.*

23 *Iudices non poſſunt recedere in judicando à praxi & ſtylo judiciorum.*
l.more ff. de juriſd. omni judicum.

24 *Obſervantia poſterior in praxi valde prodeſt, & rogat priorem.*
l. mella 14. §. quid ergo ff.de alim. legat.

25 *Obſervantiam legũ fraudare inſtar ſacrilegii eſt.*
l.ſacrilegiis,Cod.diverſis reſcriptis.
l.diſputare Cod.de crimine ſacrilegii.
l.fin.ff.de appellat.
l.fin. Cod. de legibus.

De Gabellis, vulgò apud nos Alcabalas, *injuſtè à privatis detentis, ſummariè Principi reſtituendis, pro explicatione l.26. tit.18. lib.6. & lib.18. tit.8. lib.9. Recopil.*

PRo fiſco, ut quoties apparuerit gabellas, quæ ſunt de Regalibus *cap. 1. tit. quæ ſint Regalia*, Bertachinus *de gabellis,1.p. in princ. n.13.*Roman.*conſ.* 271.incip *vis tota*, & probavit Tuſch. *Pract. lit.G, concluſ. 1.n.7. & lit.R.concluſ.* 82. ab aliquo poſſideri,cùm in earum poſſeſſione ſe tueri non poſſit,niſi exhibuerit privilegium earum & titulum juxta leges noſtras; qui titulus ſcriptus ſit in libris Regiis,quos dicimus *de lo ſalvado*,& ſubſcriptus appareat à ſupremis Magiſtratibus Regalium rationum, probatur apertè *l.2.tit.15. lib.4. l.1.tit* 18. *lib.9. Recopil.*& notarunt Didacus Perez verbo *tributos*,in *l.6. tit.13.l.3.ordinam.*Gregor.Lopez in *l.6.gloſſ.4.tit.29. p.3.*Laſſarte *de gabellis,c.19 n.4.* Gironda *eodem tractatu 1.p.n.43.& 7.p.n.1.*Palador,*lib.1. rerum quotidian. c.3. n.34.*Gutierrez *de gabellis, q.5. per totam*, D. Alfaro *de officio fiſcalis gloſ.20.* 1

Et cùm de Regalibus ſit gabella, Princeps in ea fundat, ut pro ſe præſumptionem habeat, ut petat à quocumque qui vectigalia poſſederit,& recuperet,niſi poſſidens defenderetur ex titulis, qui qualitatibus à jure expreſſis juſtus appareat,*l.1. & 2. & 3. tit.15. l.8. Recopil. l.6.tit.13. lib.3. ordinam.*& de Jure civili idem ſancitum, *l. omnium 6. C.de vectigalibus*,ibi: *Quia nulli privatorum elicitas ſuffragio proferunt ſanctiones, quibus vectigalia, vel cætera hujuſmodi quæ inferri fiſco moris eſt, ſibi aſſerant eſſe conceſſa*: facit *l. uſurpationem 9. C. eod.* 2

Quo fit ut rectè legibus noſtris Principes juberent Senatoribus Regalis Conſilii ſui Patrimonii ex *l. 18. tit.8.lib.9. Recopil.* ut ſummariè,breviter,& de plano recuperent vectigalia, quæ à privatis cognoverint injuſtè detineri, & invaluit apud nos ſtylus, ut circa vectigalia primò diſcutiatur articulus quem dicimus *Cobro*,in quo citatio Regali reſcripto expeditur in eum qui gabellas detinet, ut privilegium quo poſſidet illas intra triginta dies, in Conſilio Regis Patrimonii exhibeat,alias ſi non fecerit tranſacto termino pro Principe,vectigalia adminiſtranda, & ſi in primo termino titulum non exhibuerit ſecundus terminus, & deinde tertius ex Senatorum arbitrio aſſignatur triginta dierum,in quibus ſi non appareat juſtè poſſidere gabellas,pro Principe adminiſtrantur, litè ad juſtitiam(ut dicimus) remiſsâ ad tribunal Judicum togatorum,ut jure ordinario qui poſſidebat vectigalia, in judicium deducere poſſit jus quod pro illis habere intendit. 3

Hujus legis noſtræ, & ſenatus regalis patrimonii practica & ſtylus juſtiſſimis fundamentis fulcitur, & 4

con

confirmatur, quia poteſt fiſcus compellere quoſcunque poſſeſſores Regalium exhibere titulum, nam etſi regulariter nemo cogatur edere titulum ſuæ poſſeſſionis, *l.cogi*, *Cod.de petit.hæredit.* & ibi Doctores, tamen qui jus in re aliena intendit, meritò titulum docere debet, quia res libera præſumitur; & idem eſt quoties jus poſſeſſori reſiſtit, & eſt contra eum præſumptio, ut in vectigalium detentione, Lucas de Pena per textum ibi *in leg.2.C.de fundis*, Limitroph. *lib.*11. & ut debeant exhiberi tituli commendarum apud Indos ex pluribus Regiis ſchedulis, Affliſto, Gozadino, Gailio, Rolando à Valle, Roſentoli, Haſmano, Piſtori, Menochio, Ioanne Franciſco, Ponte, Peregrino, Mario, Cultello, Maſcardo, Marta, & aliis pluribus D.Solorzaco 2.*tom.de Indiarum Guber.l.2. c.28.n.36.uſque* 42.

5 Cui addenda duo: Primum, eſſe privilegium ſpeciale fiſci, ut ei ſint inſtrumenta exhibenda, *l.2.* in principio, verſic.*diuus*, *ff.de jure fiſci* ex Iaſone, Boherio, Peregrin. Alciato. Guidone, Zaſio, Bertachino & aliis probavit D. Alfano *de officio fiſcalis*, *gloſſa* 16.*n.*72.*privil.*15.cui addendus Ceval.*comm.q.*827. Secundum, hodie in praxi in cauſis civilibus non practicari titulum de edendo, & juris communis regulas, maximè in noſtris ſupremis ſenatibus, quia cùm in eis attenta veritate judices debeant ſententias proferre, *l.*10.*tit.*17.*lib.*4.*recop.* ideo non eſſe curandum de apicibus juris, ſed veritate inſpecta judicandum, ut notavit Cevall. *ubi proximè n.fin.* & addendus Burgos de Paz, Iunior.*q.*5.civili, ubi de materia exhibitionis rectè pertractat.

6 Deinde licet non ordinario judicio, tamen plenè de cauſa cognoſcitur in articulo ſummario *de Cobro*, & non ſolùm ut in quocumque judicio regulari unus datur terminus reo poſſidenti vectigalia ad probandum, ſed triplex terminus conceditur, & quocunque ſucceſſivè interpellatur, ut de ſuo jure docere valeat, & cùm nihil certius ſit apud nos nihil prodeſſe poſſeſſionem etiam præſcriptionis immemorialis, quibus circumſtantiis munitæ ad percipienda vectigalia, niſi obtinens tueatur poſſeſſionem ex privilegio in Regiis rationibus ſcripto, cum apparet nullum jus habere poſſeſſorem, qui in tribus terminis interpellatus titulum non exhibuerit, fruſtrà amplius expectandum, quando etiam citatio, quæ alias nunquam ſuppletur, & cui Princeps quaſi de divino & naturali derogare non valet, Clement. Paſtoralis §. *Cæterum*, *de ſententia*, *& re Iudic c.1.de cauſa poſſeſſ.& proprietat.* & pluribus Auguſtin Barboſa, *n.*7. Afflict.*decif.*285. *in fin.* Vant.*de nullit ex defect.cit.n.*3. Scaccia *de Iudic.lib* 18.*n.*7 *& c.*86.*n*12. tamen ex plurium ſententia omitti poteſt citatio, quando is, qui citandus conſtiterit nullam habere defenſionem, Caſtrenſis *lib.*2. *conſ.*412.*n.*2. Panormitanus, *lib.*2.*conſ.*68.*n.*4. Calderinus *conſ.*172.*n.*8.

7 Et faciunt quæ notavit Menoch. *conſ.*1142.*n.*11. ex Barto, Bardo, Decio Ioan. Andrea, Innocentio Abbate, Felino, Hippol. Tiraquello, Socino, Dominico Grammatico, Minchaca, Guterrio, Maranta, Carrerio, Thuſco, Antonio Petra, Magero, & aliis non eſſe neceſſariam citationem noviſſimè & doctiſſimè probavit D. Solorzanus 2. *tom.de Indiar. gubernat. lib.*2.*c.*27.*n.*89.*&* 90.*&* *c.*28.*n.*57.*&* quamvis aliqui etiam requiri citationem in cauſa ſummaria tenuerunt, quia jus non poteſt tollere, quæ juris naturalis, ex Caſtrenſ. & Abbate Thuſ. *lit.S.conſ.*892.*n.*11. id non procedit in notoriis, ut in hoc caſu quando titulus non exhiberetur, ultra quam non ſolum una, ſed triplex præcedit citatio cùm trina interpellatione reus urgeretur, ut exhibeat titulos quibus poſſidet, & percipit vectigalia: ac proinde rectius juxta Regulas juris procedit articulus hic ſummarius *de Cobro* ad recipienda vectigalia, quæ Principi uſurpata fuerunt.

Sed etiam quando jure ordinario probatio admitti poſſet, cùm ex noſtris legibus nullo modo prodeſſe valeat quæcumque poſſeſſio aut præſcriptio immemorialis: non exhibito titulo, & Privilegio à Principe conceſſo, ut percipi poſſent vectigalia: meritò probatio quæcumque rej cienda quæ prodeſſe non valet abſque Regalis reſcripti exhibitione ut probatur vulgari, *l.ad probationem C.de probat.* junctis quæ notarunt Bald. ibi poſt reliquos ordinarios Pacianus & Maſcardus quos refert Nerinus in eo textu, Gregor.*gloſſ.*4. *l.*7.*tit.*14.*p.*3. Et merito leges noſtræ & ſenatus praxis moras, judiciorum ambages, & circuitus amputat, cùm judices neceſſariò teneantur vitare, *l.dominus teſtamento*, *ff.de condict.indebiti*, C.Caſtillo, 4 *tom. controverſ. cap.*61.*num.*61. & ex Iaſone, Socino, Curtio Iuniori, Purpurato, Affliſto, Boerio, Oſaſco, & aliis in pulchra quæſtione notavimus in deciſionib. Granatenſibus *diſput.* 29. *num.*16. 8 9

Rurſus quia cùm ad publicam Regni utilitatem pertineat, quidquid ſpectat vectigalia, *l.§.interdictum ff.de loco publico fruendo*, & in eis conſiſtere Reipublicæ ſtatum *l.*1.§.*in cauſa*, *ff.de quæſtionibus*, & ſine eis ſuſtineri non poſſe, *l nemo* 2. *C.de exact.tributor. lib.*10.*l.*2.*tit.*15.*lib.*4. *Recop.* D.Thom.*de regimine Princip.lib.*20.*c.*7 Petr.Greg *de Republica lib.*3.*c.*1. 34.8. *&* 9. Anton. Faber. *in C.lib.*7. *tit.*12.*defin.*1. Magiſter Marquez, *in Gubernatore Chriſtiano*, *lib.*1. *c.*5.§.3. Avendaño, Belluga & alii quos refert Azebedo in *d.l.*2. meritò omnis mora in eis ad ſuum primum ſtatum reducendis, debet à jure reprobari. 10

Et meritò ſtatutum, recuperationem vel exactionem vectigalium executivè, breviter, & ſummariè fieri oportere ex vulgari lege *miſſi opinatores. C. de exact.tribut.l.abſtinendum C.quorum appell.non recip.* pluribus Parlador.*lib.*2. *rerum quotidianar.c.fin.*1.*p.* §. 8. *n.*1. *cum ſeqq.* Olivano *de jure fiſci*, *c.*15.*n.*3. Oſaſcus deciſ. *Pedem* 85.*n.*3.*cum ſeqq.* Covar. *Practicar c.*17.*n. fin.* ex Rebuffo, Ioanne Garcia, & Rolando, D.Solorzano, 2.*tom.de Indiarum Gubernat.lib.*2. *c.*28.*n.*28. & deciditur jure noſtro *l.*16.*tit.*18.*lib.*6. *recop.* quæ inde explicanda dum agit de forma quà procedi oporteat contra eos qui contra edicta & conſtitutiones Principis aliquid fecerint, ut iſti vectigalium detentatores; nota verba: *y que no lo podamos mandar tomar todo*, *y occupar ſin ſe guardar otro orden de derecho*, *y ſin otra ſentençia ne declaration como dicho es.* 11

Nam quando in mora periculum eſt, aut res notoriè conſtat vel publica utilitas verſatur, quæ omnia conveniunt huic caſui, minus curandum eſt de judiciorum ordine, & ſolemnitate, ut *arg.l.fin.ff.appellat. recip.* ubi etiam effectus appellationis inde tollitur in pluribus quæſtionibus, notarunt Speculor, Felinus, Hippol. Benedictus, Bertachinus, Paëza, Vivius, Palador. & alii quos refert, & ſequitur D. Salgado *de Regia protectione*, 2. *part. cap.* 8. *numer.* 72. Tiraquell. *de retract.* §.1. *gloſſa* 9. *n.*32. Caſſaneus *in conſuet. Burgundiæ rubric.*1.§. 4 *gloſſa* 1. *num.*26. Cacheranus *deciſ. Pedemon.*68. *n.*28. & ex *l. nemine*, *Cod. de relig & ſumpt. funer. l.*2. *Cod. de patribus qui filios diſtraxerint*, *l. unica*, & ibi gloſſa verbo *expedire de officio Conſulis*, *cap. ſicut de conſecrat.diſtinct.* 1. & aliis idem D.Salgado 3.*part.c.*1. *n.*62. *&* 79. qui etiam videndus *dict.*3 *p.cap.*7. *n.*37. ex Gailio, Cenedo, Marta, Cevallos, & Tuſco D. 12

Solor.

Solorcano *tomo 2. de Indiar Guber. lib.4. cap. 3. num.22.*

13 Sed & fortius procedit, cùm nullus privatur, ſed fiſcus ſolùm habet pro ſe præſumptionem,& fundamentum de jure in perceptione vectigalium,& ideo rectè etiam lite pendente vectigalibus uti poterit, & debebit, *cap.cum perſonæ, §. quod ſi tales in fine de privileg lib.6.* ibi: *Cum de jure communi ordinariorum intentio ſit fundata,ſua juriſdictione uti poſſint liberè in eoſdem*,Covarr.*pract.cap.*17. Menoch. *de retinenda poſſeſſione,remedio* 13.*n.*154.Cavedo 1. *part. deciſ.* 120. *num.*3.Gutierrez *lib.3.pract. quæſt.* 19.*n.*17. D. Valençuela *conſil.*94. *num.*87. D. Alfaro *de officio fiſcal. gloſſ.*16. Gratianus *diſceptationum tom.*3. *cap.*441.*n.*14.& quamvis aliquis poſſideat gabellas, aut aliud quod fiſco à jure competat nec pro ſe eſt præſumptio, niſi incontinenti exhibeat titulum, aut privilegium,ex quo alicui privato competat,& poteſt ille à fiſco ſpoliari,ſicut ille qui poſſidet vi,clam,aut precario, Anchar. *in dict. cap. cum perſonæ, n.*5. Palat. *in cap.per veſtros de donat.inter, §. ſed & pulchra dubitat. n.*43. Rolandus à Valle *vol.*2. *conſ.*89. *num.*35. Capiblancus *de Baronibus, Pragm.*1.*n.*230.

14 Unde in Cancellariis admiſſa fuit praxis pragmaticæ Regis Henrici,quæ eſt *l.* 9. *tit.*11.*lib.*2.*recopil.* ut contra illum, qui ſe intendit eximere à ſolutione capitationis,& tributi;quod ignobiles Regi ſolvunt, vulgo *Pecho* ſtatim eo non audito in matricula plebeiorum deſcribatur,quod dicimus *enpadronar*,etiã ſi in poſſeſſione nobilitatis inveniatur, ſi incontinenti non exhibuerit privilegium, aut inſtrumentum nobilitatis, quia cùm nobilitas ſit accidens quoddam, quod non præſumitur, niſi probetur, & fiſco aſſiſtat præſumptio,ut exigat tributa, poteſt rectè ſine judicio uti jure ſuo,& in ſtatu ignobilium eum conſtituere, qui non docet apertè de nobilitate, de qua praxi egerunt Otalora *de nobilitate* 2.*p.*3. *partis princ. c.*5.*n.*5. Joannes Garcia *de nobilitate gloſſa* 9. *num.*5.

15 Non enim in eis quæ competunt fiſco, debet ille ſpoliatus litigare,Rebuffus 3.*tomo ad leges Gallicas, tit. de materiis poſſeſſoris, articulo* 2. *gloſſ.*2. *n.*26. & 28. Aloyſius de Leo *in l.*1.*n.*29. *C. ut lite pendente*,Menochius *de retinend.poſſeſſione,remedio* 13. *n.*154. & probavit Senatus Delphinalis ex Guidone Pap. *deciſ.*107.*n.*2. Franciſc. Marcus 1.*p.deciſ.*38. *n.*4. & veriorem hanc opinionem eſſe quàm contrariam ex Covarr.& aliorum ſententia tradit Baptiſta Cæſar 3. *p.conſil. diverſor.conſ.*29.*n.*4. & videndus idem *conſ.*9. *n.*228.*uſque* 235. ex Rolando à Valle, Palatio,Rubio,& aliis, D. Solorcano *tom.*2. *de Indiarum gubern.lib.*3. *c.*21.*n.*52.

16 Præſertim quia adverſarius,qui vectigalia uſurpavit,nullam poſſeſſionem in eis poteſt acquirere, quia à jure improbatur, *d.l.*2. *tit.* 15. *lib.* 4. *Recopil.* & quando lege, vel decreto irritatur poſſeſſio, nullo modo prodeſſe poteſt,ut notarunt Caſſiodorus *deciſ.* 11.Puteus *lib.*1.*deciſ.* 175.*n.*3. *lib.*3.*deciſ.*180.*n.*2. Farinacius *lib.*1.*de deciſ.* 666.*n.*2. Bellamera *deciſ.* 535.*n.*1. Æmilius Berallus *lib.*3. *deciſ.*15.*n.*1.& 2. Gomezius *in reg. de annali poſſeſſione quæſt.*14. *n.*5. Gonçales *reg.* 8. *Cancellariæ gloſſa* 66.*n.*18. Gratianus *tom.*1. *diſceptationum.c.*283.*n.*23. *uſque* 28. ex Celſo Hugo *de clauſulis*,Cochier,D.Valençuela, & aliis D.Solorçano 2.*tom. de Indiarum gubernat. lib.*2.*c.*4. n.83.alia & plura jura adducit idem *ubi proximè cap.*8.*n.*9.

17 Et cùm in juribus incorporalibus, qualia ſunt vectigalium detentio & poſſeſſio,nihil aliud ſit quàm adverſarii patientia, ſtatim quod quis deſinit pati, interrumpitur quaſi poſſeſſio, ut notavit Bart. *in l. naturaliter,n.*7.*de uſucap.*Caſtrenſis in *l.*2.*num.*5. *C. de ſervitut.* Alex. *vol.*2.*conſil.*108. *n.*104. Panormitanus *in cap.illud; num.*21 *de præſcript.* Cavalcano *lib.*5.*deciſ.*4. *n.*55. & *deciſ.*7. *n.*15. Oſaſcus *deciſ.*101. *num.*22.Puteus *lib.*3. *deciſ.* 385. *n.*4. Anton. Fabr. in *Cod. tit.de longi temporis præſcript.definit.*2.

Unde eo ipſo quod expreſsè *d.l.*1. improbata fuit 18
poſſeſſio quam vectigalium privati ſine Regis privilegio obtinuerunt, ut nec aliqua poſſeſsio, vel præſcriptio etiam immemorialis prodeſſet, nulla extare videtur poſſeſsio, quæ poſsit detentatori patrocinari eo ipſo quod voluntatem contrariam poſſeſſioni Princeps declaraverit, *arg.l. honores,§.fin.ff. de decurionibus*, ibi *: Si contrariam voluntatem vel acta Præſidis,vel apud ipſum ordinem, vel quo alio modo conteſtatus ſit*, notavit Joannes Igneus in *repetit. l. neceſsarios, §. non alias, n.*174. *ff. ad Senatuſconſultum Silanianum*, & in lege quæ ſemper loquitur magis in noſtro caſu procedere tradit Baldus in *l. Æmilius,n.*37. *ff. de minoribus.*

Sed quamvis velit quiſquam aliquam conſiderare 19
detentationem & poſſeſſionem, ea neceſſariò precaria exiſtimanda,quæ nullo modo prodeſt ut ſpoliatus dici poſſit, qui eâ privaretur,quia non præſtat interdicto poſſeſſorio,*l.*1.*in principio,&* §.*perpetuò,ff. uti poſſidetis,l.*1.*in principio.ff.de aqua quotid.& æſtiva,l.*1 *ff.de rivis,l.unica.ff. utrobi.l.*1. *in princ. ff.de fonte*; quibus omnibus juribus apparet in omnibus interdictis illud præcipuè excipi, ſi precariò poſſideat, tunc enim ex ſola Domini voluntate poſſeſſio revocabitur,*l.*1.*l.cùm precariò, l. qui precariò, ff. de precario, c.fin.de precariis*,Felinus in *cap.ex parte,de reſcript. n.*12. Navar.ad titulum *de præbend.conſ.*6. Valaſco *de jure emphyt. quæſt.* 8. *n.*27. Achilles de Graſſis *deciſ.*5.*tit.de reſtit.ſpoliat.* 1.*p.* Lancelot. 3. *p.de attentatis,c.*24. *quæſt.*1.& 9.*n.*75.Lara *de anniverſ. & capellanis, lib.*2.*c.*6.*n.* 20. Ludovicus Gomez *reg. de annali poſſeſſione, quæſt.*57.

Nec obſtabit quod ex Abbate in *cap.fin. n.*18. *de* 20
precariis, ut quamvis poſſeſſio precaria ſit, non poſsit ſine cauſa revocari, quia loquitur aliter in precariis, quæ longè differunt à precario; precariæ enim erant contractus qui formam & imaginem emphyteuſis habebant rerum Eccleſiæ, de quinquennio in quinquennium, *c.*1. *de precariis*; & hæ conventiones, vel conceſſiones ſine cauſa non revocantur.Verumtamen precarium ad nutum eſt revocabile ex dictis juribus, ita ut etiamſi ipſe dominus rei ſpoliaverit eum qui precariò poſſidet, non poteſt reſtitutionem intendere ex eis quæ notavimus; ſed etiamſi in precariis procederet noſtra controverſia, tamen ex juſta cauſa poteſt ſucceſſor, quod ejus antecеſſor iniquè toleravit, revocare, *c.*2. *de precariis*,

Deinde lex prædicta, quæ jubet recuperari vecti- 21
galia injuſtè detenta,& ſummariè ex articulo *de Cobro* redigi ad regale patrimonium,cum ſit executiva, ut ex illa apparet,debet ſine longiori controverſia,& mora judiciorum exequi, *l.ſi qua pœna* 224.*ubi communiter ſcribentes, ff. de verborum ſignific. l.*1. *ff.de conſtitut. Princip.l.*39. & *l.*53.*tit.*18.*p.*3. Palador. *lib.*2.*rerum quotid.c fin.*1.*p.*§.7. junctis,quæ notavit Menoch.*conſil.* 1278.*n.*1.& 2.

Nam in caſibus in quibus requiritur titulus ad 22
poſſeſſionem, ubi is deficit, nihil prodeſt poſſeſſio. Baldus *in cap. quæ in Eccleſiarum, num.*3.*de conſtit. & in l. locorum, Cod. de omni agro deſerto, lib.*11.

Alberi

Albericus *in rubr. de muner. & honor. n.47.* Geminianus *in c.2. de prabendis lib.6.* Peregr. *de jure fisci, lib.6.tit.8.n.27.*

Ideo meritò praxis & stylus supremi senatus Regalis patrimonii admissus, ut de his causis summariè cognoscatur, & non poterunt Judices à prædicta praxi, & stylo judiciorum recedere judicando, ex Cardinali, & pluribus, quos refert Matienzo, Lancelotus, Aimon, & alii, quos adducit Paz *in praxi* in initio, *n.5.* & communiter Doctores notarunt per textum ibi *lex.more, ff. de jurisdictione omnium Iudicum*, Bart. *in auth. qui semel, n.14. Cod. quomodo & quando judex*, Thuscus *practicarum lit. S. concl.* 492. & 695.

24 Verùm etsi non caveretur lege nostrâ, & inveteratus ordo nostri Senatus, & stylus id jam diu admitteret, sed hodie & noviter induceretur, tamen cùm juri consonum, & publicæ utilitati conveniat, etiam observandus argumento legis Mella 14 §. *quid ergo de aliment. legat.* ibi: *eam præstationem sequendam, , quæ novissima fuit*: ubi communiter Doctores, quos refert & sequitur Anton. Gabriel *communi opinionum titulo de consuetudine. concl. 1. n. 74.* Mantic. *de tacitis, & ambiguis conventionibus lib.3. tit.9.n.76.* Capitio *dec. 163. in fine*, Maresc. *lib.1. variarum, c.55. per totum*, Alderanus Mascard. *de statutorum interpretatione, concl. 8. n.9. & 10.* nam observantia & stylus posterior derogat priorem, & Doctores *in c fin. de consuetudine*, quos ibi refert Rochus de Curte *sessione 4. n.69.* Ludovicus Roman. *singulari 43.* Boherius *decis.264.n.8.*

25 Et ideo Multo magis inde confirmabatur, quia cùm ex nostris legibus, nullo alio modo possint vectigalia detineri, nisi privilegium exhibeatur à Principe concessum, & inveniatur in Regiis rationibus scriptum, subscriptum etiam à Senatoribus Regalis patrimonii, postquam fuerunt illi, qui detinet vectigalia, tres concessi termini, si non exhibuit titulum constat nullum habere, nec defensionem adversus dispositionem nostræ legis, cujus fraudare observantiam, & implementum instar sacrilegii est *l.5. sacrilegii C. de diversis rescriptis, l. disputare, C. de crimine sacrilegii. l. fin. de appellat. recip.* Bart. *in l. omnes populi, n.53. de justitia, & jure*, Baldus *lib.1. cons.359.* Anton. Petra *de Potestate Principis, c.3. q.2. n.4.* & faciunt verba *l. fin: Cod. de legibus* ibi: *Quis tanta superbia tumidus ut Regalem sensum contemnere audeat.*

ALLEGATIO VI.

Differentia judicii Petitorii, & Possessorii in vectigalibus.

1 *Possessionis causa non trahit ad se petitorium sed præparat.*
l. & an eadem, §.1. de except. rei judic.
Possessorium petituro non nocet.
l.2. in fine, ff. de aqua quotid. & æstiva.

2 *Sententia lata in possessorio quod habet admixtam causam proprietatis non præjudicat petitorio.*
l. sed. & si ante ff. de except. rei judicatæ.

3 *L.2. de interdictis.*
l. naturaliter, § nihil commune ff. de adq. possess.
l. permisceri ff. de acquir. possess.

4 *Sententia lata in uno possessorio non præjudicat alii possessorio ex diversa causa.*

5 *Sententia absolutoria in qua incidenter actum de dominio non producit exceptionem rei judicatæ, si de causa dominii postea agatur.*
l. si inter me, & te, ff. de except. rei judicatæ.
l. divi fratres. 27. ff. de liberali causa.

6 *Sententia absolutoria in causa dominii non declarat absolutum dominum esse. Sententia absolutoria lata, quia non probavit actor, non parit exceptionem rei judicatæ in alio judicio ubi probari potest.*

7 *Sententia lata in petitorio etsi pariat exceptionem rei judicatæ agenti interdicto retinendæ, tamen non parit si in petitorio reus fuit absolutus.*
l. ex sextante, §. Latinus Largus, ff. de except. rei judic.
l. sed etsi possessori, in principio, ff. de jurejurando.

8 *Exceptio dilatoria opposita, & rejecta potest opponi in vim peremptoriæ.*

9 *Exceptione in judicium deducta, de qua plenè cognitum, producitur rei judicatæ exceptio.*
l. sin autem, §. si quocumque, ff. de compensatio.
l. quod in diem, §. si rationem. ff. de compensat.
l. quod in diem, §. si rationem. ff. de compensat.
l. duobus ff. de except rei judicatæ.

10 *Exceptio dilatoria opposita in vim peremptoriæ, & rejecta amplius non potest refricari.*

11 *Judex de quare cognoverit, de illa pronunciare tenetur.*
l. de qua re, ff. de Judic.

12 *Exceptio rei judicatæ potest opponi ut dilatoria, & peremptoria.*

13 *Exceptione rei judicatæ opposita ut dilatoria, & rejecta, tam dilatorium excluditur quam peremptorium.*

In vectigalibus causa possessionis discussa & reo, à quo Fiscus petebat absoluto, an obstet vel producat contra Fiscum exceptionem rei judicatæ in judicio proprietatis ad obtinenda prædicta vectigalia.

ET sententiam in possessione latam non posse judicio petitorii, & proprietatis facere præjudicium, probatur ex textu *in l. & an eadem, §.1. ff. de except. rei judicatæ*, ibi: *si quis interdicto egerit de possessione, postea in rem agens, non repellitur, quia in interdicto possessio in hac actione proprietas vertitur*, ubi glossa, verbo *interdicto*, tradit id procedere, sive simus in interdicto adipiscendæ, retinendæ, sive recuperandæ, sequitur Matesilanus, in *l. si de proprietate. C. si à non competenti judice, num.21.* Parisius in *l. naturaliter §. nihil commune, num.52. de acquir. possessione*, latè Augustinus Beroius, *lib.2. consil. 102. num. 20.* & 48. & loquens in terminis possessorii retinendi tradit Immola in *cap. veniens. n.11.* Panormitanus *n.26.* de *præscript.* & id ex omnium sententia certissimum tradit Menoch. *de retinenda, remedio 3. n.808.* Joannes Marcus Aquilinus, *in repetione dicti §. nihil commune, 1. part. n.96.* ubi inquit: ideo succumbens in possessorio non prohibetur agere in petitorio tanquam de re diversa, quia sententia possessorii non trahit ad se petitorium, sed solum illud præparat & interim

interim præjudicium non parat, ut in *l.1. in fine, ff. de aqua quotid. & æstiva*, cum aliis juribus quæ refert idem Aquilinus *ubi proximè & n.117.*

2 Quod adeò verum est, ut licet Bartolus *in dict. §. nihil commune num.4.* tenuerit, sententiam latam in possessorio mixtam causam proprietatis habente, petitorio præjudicare, tamen contrarium tenent Calderinus, & Anton. de Butrio *in cap. cum dilectus, de causa possess. & propriet.* & Alex. *in dict. §. nihil commune, n.37.* ubi ad hoc ponderat expressum textum, *l. sed si ante, ff. de except. rei judic.* ubi sententia lata in possessorio, in quo incidenter agebatur de dominio, non præjudicat, si postea principaliter quis velit agere judicio petitorio, nam ibi per confessoriam petiit servitutem viæ per fundum tuum ad meum pertinere, & sic incidenter de dominio fundi, quia servitus debebatur prædio dominanti, *l. si cui ff. de servitutibus*: tamen sententia lata pro reo non obstabat, quia contra eum possit postea agere rei vindicatione ad fundum, ut *ibi* deciditur, sequitur Hermanotus, & Decius, *ibi n.41.* Antonius Rubeus, *n.186.* & *pluribus sequentibus.*

3 Maximè quia etiam in possessoriis quæ habent mixtam causam proprietatis, licet opinio Bart. esset vera tamen illa procedit in possessoriis, in quibus expressè reperitur dispositum quod mixtam causam proprietatis contineant, ut in *l.2. ff. de interdictis*: secus vero in possessorio retinendæ, & aliis possessoriis in quibus regulare est, quod nihil habeant commune cum proprietate, ut in dict. §. *nihil commune*, & in *l. permisceri, ff. eodem titulo*, quemadmodum declarat in terminis, Socinus Junior *cons. 172. n.6. lib.2.* & ante eum Paulus de Castro *cons 43. n.3. in principio lib.1.*

4 Quod procedit non solum respectu ipsius proprietatis, sed etiam sententia lata super uno possessorio nõ præjudicat alteri possessorio ex dissimili causa in judicio deducto, ut docet Bald. *in l. certi, n.12. vers. Quinta autem, C. de interdictis*, Abbas *in c. cùm dilectus, n.26. de ordine cognitionũ* & in *c. fin. n.16. eodem titulo* idque generale est, quod exceptio rei judicatæ nunquam obstat, quoties in secundo judicio variatur modus, & forma agendi, ut docuit Bald. *in l. si autem, §. si quodcumque circa finem, ff. de negot. gest.* & textus in *l. si is qui hæres 25. ff. de except. rei judicatæ*, ubi & in *leg. si mater 20. §. eadem ff. eod.*

5 Communiter Doctores notarunt. Sed maximè procedit, quando ut in hoc casu sententia lata in possessorio fuit absolutoria, quia non præjudicat petitorio, sed petitorium semper illæsum remanet, nec præjudicium illatum censetur, ut resolvit Ripa in dict. *§. nihil commune, num.* 103. ubi Socinus Iunior *num.63.* Claudius de Serselo *n.45.* latè Menoch. *de retinenda rem. 5. n.116. cum sequen.* & facit doctrina Bart. in *leg. qui Romæ, §. duo fratres.* & ibi Ripa *n.24.* Alex. *n.12. ff. de verborum obligat.* ubi tradit absolutoriam in qua incidenter actum fuit de dominio non impedire novam actionem, in qua principaliter dominii causa discutitur, quia per sententiam absolutoriam non declaratur absolutum dominum esse, ut probatur *l. inter me & te, de exceptione rei judicatæ, l. divi fratres 27. ff. de liber. causa*, Corneus *lib. 4. consil. 126. numer. 6.* Menoch. *de adipiscend. rem. 1. numero* 102. 111. 112.

6 Quod ea ratione procedit, quia in dubio absolutoria censetur lata, eo quod actor non probavit, & ex causa, quæ resultat ex actis, non verò quia absolutus esset dominus, ut docet Bartolus in *l. Iulianus verum debitorem, num.34. versic. quandoque, ff. de condict. indebiti*, & in *l. duobus, §.1. num.5. ff. de jure dot.* Castrens. *lib.1. cons.87. num.3.* Aretinus *consil.* 137. *n.5.* Marianus Socinus in *d. §. duo fratres, num.39.* & quando sententia lata fuit, quia actor non probavit tunc in alio judicio, non obstat exceptio rei judicatæ, ut tradit Bart. in *leg.2. §.1. n.3. ff. de vi bonorum raptor.* & facit textus in *l. sed si exceptio 18 ff. de evictionibus.*

Et confirmatur, quia etiamsi ex magis communi, 7
& vera opinione in petitorio lata sententia pariat exceptionem rei jud catæ contra agentem interdicto retinendæ possessionis, tamen hoc non procedit, quando reus fuit absolutus, & actor succubuit, qui nõ potuit de dominio probare, ut per textum *in l. extante §. Latinus, ff. de except. rei judicatæ*, & *l. sed etsi possessori, in princ. ff. de jurejurando*, Marcus Antonius Aquilinus *in dict. §. nihil commune, n.110.* post Ludovicum Bolognetum, & Claud. Marmerium asserens omnes in hanc sententiam consentire.

Quæ omnia magis sine dubio locum habent, quia 8
in principio hujus judicii petitorii adversarius opposuit exceptionem dilatoriam rei judicatæ ex judicio possessorio, ut non teneretur respondere in libello, quo dominium à fisco petebatur, & causa cognita, & partibus plenè auditis decretum fuit, ut reus libello petitorii respondere teneretur, à quo decreto supplicatione interposita & gravaminum causis expressis reus in conclusione libelli petiit, ut si locum non haberet exceptio rei judicatæ, quam opposuerat in vim dilatoriæ ad judicium evitandum, admitteretur in vim peremptoriæ. & ut talis reservaretur sententiæ definitivæ, quod rectè fieri, & oppositâ exceptione dilatoria, & rejecta posse ut peremptoriam iterum opponi ex Baldo, Decio, Padilla, Gutierrio, Tusco, Gregorio Lopezio, & alis ego probavi, *1. tom. dec. Granat. 40. n.16. & 78.*

Sed his non obstantibus revisionis judicio primum 9
decretum, ut responderetur libello petitorii confirmatum fuit, quo apparet prædictam exceptionem peremptoriæ amplius non posse refricari, vel opponi, ex traditis à Ludovico Romano *cons.410. n.3.* ubi ex leg. *sin autem, §. si quocumque, ff. de compens. at. l. quod in diem, §. si rationem, ff. eod. l. duobus, ff. de except. rei judic.* ex Bartholo, Cyno, & aliis probat firmissimam esse conclusionem, deductum semel in judicio per modũ exceptionis sequutâ plene super illo discussione ex pronuntiatione tacita, vel expressa, quâ exceptio rejicitur, non poterit in alio judicio amplius opponi, nec per modum actionis, vel exceptionis ad eundem finem, ad quem primò deductum fuit: quibus adde Panormit. *lib.1. cons.50. n.3.* & quæ ex pluribus notavit D. Salgado *de Regia protectione 4. p.c.7. num.69.*

Et ad illud ut exceptio fuisse opposita in vim pe- 10
remptoriæ facit doctrina Cardinalis in *cap. cùm dilectus, versiculo, Quæro circa id, de ordine cognit.* ubi tradit distinguendum, an exceptio rei judicatæ sit opposita in vim dilatoriæ; an in vim peremptoriæ: quia, si ut dilatoria, quasi minus plena cognitio adhibita non impediatur deduci principaliter; si verò in vim peremptoriæ quasi plenè fuerit cognitum de exceptione, non possit iterum in quæstionem deduci, & sequitur Antonius Gabriel *lib.2. communium, titulo de except. concl.2. n.5.* quæ ego notavi *1. p. decis. Granat. 40. n.81.* cum in casu an respondendum sit libello dilatorium, & peremptorium contineat decretum quo responderi jubetur.

Præsertim quia cum hæc lis diu agitaretur, & prima 11
sententia pro Rege lata fuisset, & in secunda instantia causa revisa, & proxima pronunciationi tametsi prædicta non adeò juri consona foret, status

judicii

judicii sufficere posset, ut ad sententiam perveniretur, nam semel admissâ petitione fisci, & rejectâ exceptione rei judicatæ, quæ in contrarium opponebatur, lite jam contestatâ, & judicio ad finem ferè peracto, quia processum fuit ad ulteriora, omnino judicandum est in negotio principali, non obstante quacumque exceptione rei judicatæ, quia de qua re cognoverit Judex, de ea judicare debet, *l. de quare ff. de judiciis*, tenet Innocent. *in c. cum delicta de rescriptis, n. 3. versic si tamen*, idem Innocent. *in c. cum Bartolus de re judicata, n. 4. versic. quod à principio posset repelli, & deberet*, & *in cap. fraternitatis de frigidis & malefic. n. 5.* quem sequitur Abbas *in c. cum contingat de officio delegati* & in *c. inter cæteras de re judic.* idem Abbas in *cons.* 80. Ant. de Butrio *in d. c. cum dilecta de rescriptis.*

12 Nec superioribus refragatur, si objiciatur, quod exceptio rei judicatæ potest opponi, non solùm in vim dilatoriæ, verùm etiam in vim peremptoriæ, & quod prædictæ sententiæ duntaxat disponunt, quod repellatur hujusmodi exceptio in vim dilatoriæ, & consequenter nunc rectè opponi potest in vim peremptoriæ, ut suprà animadvertimus: & notarunt Innocent. *in c. super literis, n. 11. de except.* Padilla alios referens *in leg. fratris, n. 5. C. de transf.* Mastril. *dec. 148. n. 33.* Oswald. ad Donel. *lib. 22. comment. c. 8. in not. lit. l.* D. Salgado *de Regia protectione, 3. p. c. 3. n. 1. & 4. p. c. 7. n. 69.*

13 Quia respondetur hoc cessare, quando à principio plenè & exactè tractatum fuit, an exceptio rei judicatæ obstaret, necne, quoniam si tunc declaratur non obstare, censetur pronunciari non solum circa dilationem, sed etiam circa peremptoriam, ut notavit Cardinalis, *ubi suprà*, & hoc est quod nominatim constat ex prædictis decretis, primo & secundo, revisiones, secundum quas expressè rejecta fuit exceptio rei judicatæ, etiam in vim peremptoriæ, cùm ex eis, quæ notavimus appareat reum objecisse prædictam exceptionem in vim peremptoriæ, & petiisse ad merita causæ reservari, quo non obstante secunda sententia sine reservatione lata fuit, & ideo, ne de ea exceptione agatur, directè obstat exceptio rei judicatæ, ut tradit Socin. Iun. *lib. 2. cons. 40. n. 5.* & tenuerunt omnes Doctores *suprà* adducti; adde meam decisionem Granatensem 40. *n.* 81. ultra quàm, ut prædiximus primum judicium de possessione fuit, nec potest aliquod præjudicium inferre judicio proprietatis, de quo nunc agimus.

ALLEGATIO VII.

Vectigalium judicium, etiamsi vectigalia privato vendita, in Senatu Regalis patrimonii agendum.

1 *Senatus Regalis Patrimonii habet jurisdictionem in causis quæ nomine Regis, & Fisci intenduntur.*
l. 1. §. 3. 4. & 5. tit. 2. lib. 9. recop.
l. si hæredi plures. ff. de condict. instit.
Privilegium amittitur mutatione personæ.
l. per Procuratorem, ff. de adquir. hæredit.

2 *Iurisdictio delegata debet intra suos limites contineri.*
l. in agris, ff. de adquir. rer. dom.
c. ex parte de officio delegati.
l. quicumque, C. de execut. & exact. lib. 12.
l. si diligenter, ff. mandati.

c. si venerabilis, de officio delegat.
Iudicium constat de actore, reo, & Iudice, & omnium personæ legitimandæ.
l. quidam referunt, ff. de jure codicil.
l. non ignorat, C. qui accusare non possunt c. forum, de verb. signific.
l. 47. tit. 18. p. 3.

3 *Fisci præjudicium causæ quæ possunt continere pertinent ad Senatum Regalis Patrimonii.*
tit. Cod. ubi causæ fiscales.
l. 2. l. nullum, Cod Eodem.

4 *Contractus interpretatio pertinet ad senatum à quo factus.*
l. 2. §. postea ne diutius hoc fieri, ff. de orig. juris.

5 *Contractus resolutio debet tractari in loco ubi factus.*
l. in contractibus, §. fin. C. de non numer. pecu.

6 *Ad Principem spectat de suis causis cognoscere, & à quibuscumque judicibus advocare.*
l. proximè, Cod. de his quæ in testamento debentur.
Princeps assignando aliquos judices causæ videtur eam advocare.

7 *Gabella solvenda non in loco originis, sed ubi contractus celebratur.*

8 *Gabellam solvendam in loco contractus procedit etiamsi alibi sit res vendita.*
l. magis puto, §. illud ff. de rebus eorum.

9 *l. 5. tit. 17. lib. 9. recop.*

10 *Absurdi vitandi argumentum validum.*
l. nam absurdum, ff. de oper. libertor.

11 *L. 18. tit. 12. lib. 9. recop.*

12 *Capitationis Generalis gabellarum Regni caput 22. explicatur.*

13 *Gabellarum immunitatem habent qui privilegia habent non solvendi in libris Regiis.*
l. 4. tit. 9. lib. 9 recop.
l. 1. tit. 20. lib. 9. recop.

14 *l. 29. tit. 19. lib. 9. recop.*
l. 2. tit. 20. lib. 9. recop. & n. 21.

15 *l. 4. tit. 20. lib. 9. recop.*

16 *Iura juribus expedit concordari.*
c. cùm expediat, de electione.
Legum correctio non inducenda.

17 *Leges recopilationis jubentur observari, & confirmantur ex Pragmatica adducta in principio recopilationis.*

18 *Leges unæ per alias declarantur.*

19 *Leges ad ea quæ frequentiùs adaptantur.*
l. nam ad ea, ff. de legibus.
Argumentum à solitis valet.
l. certi condictio, §. si nummos, ff. si certum petatur.

20 *l. 17. tit. 17. lib. 9. recop.*

21 *l. fin. quaderni administrationis gabellarum explicatur.*

22 *Consuetudo attendenda ad solutionem gabellarũ*
l. semper 34. ff. de reg. juris.

23 *Interpretatio in dubio facienda, ne gabella solvatur*

24 *Connexitatis ratione judicium procedit.*
l. nulli, Cod. de judiciis.

25 *Prorogatione judex incompetens fit competens*
l. 2. & 2. C. de judiciis.
l. 1. C. de jurisdictione omnium judicum.
l. cum vendente, 4. C. ubi causa Fiscales.

26 *Exemptiones dilatoriæ intra novem dies opponendæ.*

27 *Prorogatio locum non habet in jurisdictione delegata.*

28 *Delegata jurisdictio ad universitatem causarum pro ordinaria habetur, & potest prorogari.*
29 *Nihil movent quæ contra Objecta sunt. n. 1.*

Vectigalibus Castri ejus domino venditis, & controversiâ exortâ cum incolis, an solvere debeant vectigalia in Castro, de mercibus, quæ extraxerint, & alibi vendiderint, lite institutâ in Senatu Patrimonii Regii, an illius jurisdictio possit declarari, quasi ad Regis Patrimonium non pertineant ejus Castri vectigalia jam vendita, pro explicatione leg. 5. tit. 17. leg. 2. & 4. titulo 20. lib. 9. recop.

1 POsse designatoriam in nostro Senatu proponi ex eo intendebat, qui vectigalia possidet, quia ex ordinationibus hujus Senatus, de quibus *in l. 1. §. 3. 4. 5. & seq. tit. 2. lib. 9. recop.* & in libello addito *l. 2. tit. 5.* solum ad eum spectat cognitio causarum, quæ nomine Regis nostri & ejus fisci intenderentur contra quoscumque, qui jura Regalia percipere vel exigere velint, & hoc non privativè sed accumulativè cum Cancellariis; & cum jam prædicta vectigalia vendita essent privato qui ex venditione Fiscali obtinet, non videntur pertinere ad Senatum Regalis Patrimonii, nam utrumque videtur copulativè requiri, ut in eo resideat jurisdictio, esse jura Regalia, & ad Principem pertinere, *arg. l. si hæredi plures, ff. de condict. instit.* & mutatione personæ privati amittitur prædictum privilegium, *l. per. Procuratorem. ff. de adquir. hæredit.* Bart. *in l. 1. C. de Navicul. lib. 11.* Petr. de Antiboli *in tract. de munerib. 3. p. n. 86.* Didac. Perez *in l. 12. tit. 4. l. 4. Ordinamenti, glossa ne possent* & in casu notabili resolvit Avilef. *c. 2. Prætorum glossa, camera, n. 5. ad fin.* Avendaño *de exequend. mandatis. c. 7. n. 7.*

2 Ac proinde ad judices ordinarios pertinere dicendum hujus causæ cognitionem, non verò ad Senatū Regalis Patrimonii, nam cum ejus Jurisdictio sit limitata, & delegata, debet inter terminos delegationis contineri, argum. *l. in agris. ff. de acquir. rer. dom.* latè Felin. *in c. cum dilecta. de rescrip. c. ex parte de officio deleg.*, & suam debet servare formam, non excedere, *l. quicumque, Cod. de executoribus, & exactor. l. 12.* ibi: *Hoc tantum potestatis arripiat, quod mandato curiæ suæ specialiter approbatur ne quod injunctum alteri fuerit, collegii jure præsumat; ne dum hæc sibi invicem mutui officii licentiâ patiūtur, agant cuncti quod singulis credebatur.* Facit *l. diligenter. 8. ff. mandati. c. venerabilis de officio deleg.* & ideo tradit Bald. *in l. fin. C. de judiciis*, ut ante omnia in litis prosecutione debeāt legitimari tres personæ, scilicet, *Judicis, Actoris. & Rei*, quia in eis consistit figura judicii *l. quidā referunt ff. de jure condicillor. l. non ignorat. C. qui accusare non poss. c. forum, de verb. signific. l. 47. tit. 18. p. 3.*

3 Sed his non obstantibus, verius est in hoc casu, & & similibus hujus causæ cognitionem pertinere ad Senatum Regalis Patrimonii, nam ubi quæritur de ut litate vel damno fisci, & Patrimonii Regalis; in hoc Senatu de eo cognosci potest, *ex titulo, C. ubi causa fiscales*, & facit *l. 2. eodem.* ibi: *Iam non de crimine aut pœna mortui, sed de bonis quærendum est. l. nullum C. eodem*, Bald. *in d. l. 2* Peregr. *de jure fisci lib. 4. tit. 4.* junctis pluribus quæ cumulat Nervius *ad dict. rub. C. ubi causa fiscales.*

4 Maximè cum fiscus, & ejus Advocatus huic liti se obtulerint, cùm maximum damnum Regali Patrimonio intēdat inferre illum, qui vectigalia exigit, quia vult exigere vectigalia ab illius loci incolis cujus vendita vectigalia, etiamsi in aliis locis merces vendiderint, & transportaverint, quo casu cum excedat venditionem factam quæ celebrata fuit à Senatu Regalis Patrimonii, debet in eo necessario de ejus interpretatione cognosci, *l. 2. §. postea ne diutius hoc fieri, ff. de origine juris*, ibi: *Ut leges corrigerent si opus esset, & interpretarentur* ubi cum decem viri leges tulerunt, eo ipso illis data facultas ut interpretationem darent dubiis, quæ circa eas possent offerri: facit gloss. *verbo, Præses provinciæ, in l. ab executore 4 ff. de appell.* ubi Bart. *n. 5.* latè Ripa *in rubr. ff. solut. matrim. n. 48.* & ita solum ad Senatum, à quo prædictus contractus celebratus, pertinet ejus interpretatio, quia illud solum potest rectè declarare, & cognoscere quid in hoc casu comprehensum.

5 Idque sine dubio in contractus observantia certum est, cùm etiam quoad ejus resolutionem debeat causa tractari in loco ubi factus fuit, *l. in contractib. § fin. C. de non numerat. pecunia*, & post antiquiores quos refert resolvit Covarr. *lib. 1. c. 4. n. 1.* ibi: *Hic verò intellectus mihi non placet, siquidem locus ubi contractus fuerit celebratus de jure idoneus est, ut in eo agatur, & tractetur de ejus dissolutione*, & quamvis aliqui tenuerint, statuentes, ut quamvis quoad nostrū casum certum sit locum contractus aptum esse, ut in eo agatur de implemento contractus, non verò ut in eo agatur de ejus rescissione, & dissolutione, tamen additionator ad Dec. *in l. vinum ff. si certum petatur, n. 11. lit. A.* ad concordiam contrarias opiniones conciliat, ut si allegaretur aliquid ad rescissionem, quod penderet ex ipso contractu, at dolus, læsio, vel quid simile, peti debet ubi contractus gestus: si verò aliquid extrinsecè peteretur, quod non penderet ab ipso contractu, sed ab extra proveniret, ut si minor peteret restitutionem in integrum, vel mulier allegaret à marito, vi coactam fuisse, tunc rescissio contractus non est petenda in ejus loco, sed coram judice Rei.

6 Igitur eo quod observātia quæritur in nostra controversia, & quamvis de dissolutione, aut rescissione ageretur, agitur de re quæ inest in ipso contractu, videlicet, an eo comprehenderentur vectigalia prædicta, juxta omnium sententiam debet causa tractari in senatu Regalis Patrimonii, ubi celebratus, idque in dubio est ex nostri regni legibus, nam ex novis ordinationibus hujus Senatus, quæ editæ, anno 1593. decretum fuit, ut de rebus quæ fierent in Senatu Regalis patrimonii cognosci non posset in Cācellariis, ut constat *c. 74. Curiarum Matriti anni 1585.* & insertum est in nova compilatione legum, ut constat ex novo libello eis addito *lib. 2. tit. 5.* & ab hoc decreto nullus poterit supplicationem intēdere quia ad Principem ex ejus dignitate Regia spectat de suis causis cognoscere, & à quibuscumque judicibus advocare, *l. proximè Cod. de his quæ in testament. debentur*, ibi. *sententia Imperatoris Antonini*, ubi Castrēs. *n. 4.* plura tradit, Matienzo *in l. 3 tit. 10. l. 5. recopil. in gloss. 10. in principio*: & quando Judices assignat Princeps, ut in Senatu Regalis patrimo-

nii

nii, videtur cauſam advocare ex eleganti doctrina Baldi in *c audiviſti de officio deleg. n. 3.*

Tum etiam quia ultra damnum quod fiſco ex prædicto facto infertur, manifeſtè vectigalia regia, & quæ ad ipſum Principem ſpectant, uſurpat is, qui cum emeret vectigalia alicujus oppidi, cum incolæ illius vendunt, & emunt in aliis oppidis regni, quæ mercimonii cauſa frequentant, intendit incolatus ratione ad illum vectigalia illorum contractuum pertinere, quia exploratum ſanè eſt, & extra omnem cauſam & controverſiam, non eſſe ſolvendam gabellam in loco originis, ſed in eo ubi venditio & contractus fuerit celebratus, ut docuit Bald. in *leg. 1. n. 4. in fin. C. de contrahend. emptione*, Alex *l. 6. conſ. 146. n. 5. l. 6.* Socin. *conſ. 76. n. 8. l. 1.* Panorm. *in c. fin. n. 30. de foro compet.* latè Dec. *conſ. 477. n. 1.* ubi tradit gabellam eſſe onus conſecutivum contractus, & ideo ubi contractus celebratur, ibi in conſequentiam gabella debetur: & ex noſtris Joannes Parladorlib. 1. *quotidianarum, c. 3. §. 8. n. 1.* Roland à Valle *conſ. 100. n. 49. lib. 3.*

7 8 Quod procedit, licet res quæ venditur in uno loco, ſit in alio ſita, ut notat idem Bald. in *leg. magis puto §. illud.* per textū *ibi. ff. de reb. eorum* ubi tradit qui vendit rem quæ ſit Florentiæ, ibi debet ſolvi gabella, quia in ea peraguntur ſolemnia contractus, & perficitur venditio: ſequitur Decius *conſ. 477. n. 1. & 2.* Julius Ferretus in *tract. de gabellis 9. p. n. 377.* adeò ut tradiderit Socinus *lib. 2. conſ. 302. n. 2.* eſſe maximè odioſa, & conſequenter reſtringenda ſtatuta, quæ diſponunt, gabellam ſolvi debere in diverſo loco quàm in eo, in quo venditio & contractus fuerit initus: & jure noſtro apertè probatur *ex leg. 5. tit. 17. lib. 9. Recop.* qua ſtatuitur gabellam bonorum mobilium & ſe moventium ſolvi in loco ubi venditio celebratur, dummodo ibi res tradita ſit, qui eſt noſter caſus, nam mercatores illius oppidi in quo Dominus emit vectigalia, dum accedunt ad alia oppida, ibique merces comparant, & in eo loco vel in aliis vendunt aut diſtrahunt, certum eſt in illis ſolvere debere gabellam, ubi rem tradiderunt, nec pertinere ad dominum loci ubi incolæ ſunt.

9 Confirmatur ulteriùs, quia prædicta *l. 5.* lata fuit ad tollendas, & reſecandas multas ambiguitates, quæ circa hoc exoriebantur, atque ita ſubdit ibi: *Muchos dudos acaeçer ſobre en que lugar, y a que arrendador ſe a de pagar el alcauela de las vētas de los bienes meubles, y ſe movientes:* itaque *dict. l. 5.* tollit hujus litis dubitationem clarè, & perſpicuè decidens, ut gabella bonorum mobilium & ſe moventium debeatur in loco ubi venditio fit: & merces venditæ, tradūtur, non verò in loco Originis, cujus emerat vectigalia, ſi ibi venditio non fiat, & res tradantur.

10 Idque comprobatur argumento ſumpto ab evitando abſurdo quod eſt validiſſimum in jure, *l. nam abſurdum cum ſimilibus. ff. de oper. libertor.* cùm planiſſimum ſit quàm magnum & intolerabile abſurdū ſequeretur, ſi cùm incolæ & mercatores dicti oppidi obſtringerentur ad perſolvendam gabellam in loco ubi venditionem faciunt, prout de jure adſtricti ſunt & moleſtari poſſent ſuper eadem Gabella à Miniſtris, & officialibus Domini ejus loci in quo vicini ſunt, cum pro eodem contractu non debeat ſolvi duplex gabella, nec multoties niſi ſemel poſſet pro ea quis moleſtari, ut tradit Bart. in *l. fin. § quoties*, cum gloſſa ibi *ff. de publican.* Alex. *conſ. 48. n. 10. lib. 6.* Bertach. *in tr. de gabellis 3. p. 8 princ.* atque loquens in propoſito noſtri caſus, Bartholomæus Vertagola *conſ. 529. n. 4. lib. 2.*

11 Comprobatur hæc ſententia ex *l. 18. tit. 12. lib. 9. Recop.* quâ cavetur tunc incolas debere gabellam in locis ubi fuerint vicini, ſi venditiones ibi perfecerint, ac celebraverint, & in civitate aut villa quæ ſit caput territorii, ſi ſolverint gabellam ex re in uno loco territorii diſtractâ exempti ſunt ſolvendi in altero: & enixè jubet Publicanos vectigalium conditores non poſſe in contractibus ſuis adjicere conditionem, ut ex rebus in uno loco venditis in alio diverſo gabella ſolvatur, & adeò verum eſt ut licet hujuſmodi mercatores merces ſuas attulerint ad emporia libera, non erant obſtricti eam ſolvere in eo loco, ubi incolæ ſunt, ſed in illis civitatibus, villis aut locis, à quibus fuerant merces adductæ, ut alibi diſtraherentur, *l. 2. tit. 20. lib. 9. recop.*

12 Sed etiamſi ex prædicto oppido incolæ mercatores à patria ſua exportarēt merces, & inveherent in alia oppida, in quibus Regi vectigalia ſolvuntur, & de eis ſolvendis cum Rege capitat o eſt facta, certiſſimum eſt non deberi gabellam in loco originis, ut pluries in hoc ſenatu Regalis Patrimonii judicatum fuit; & ratio evidens eſt quia hujuſmodi conventiones vulgò *encabeçamiento*, eâ lege & conditione conveniunt, ut poſſint gratiæ & remiſſiones fieri, atque illius frui quicumque vendiderint in locis Capitationis, licet exterì ſint, adeò ut non valeat conditio in contrarium ut colligitur ex conditione 22. Capitationis Generalis Regni, atque ideo ſi compellerentur Vicini unius loci in eo ſolvere gabellam, licet aliò vendiderint, apertè fieret contra prædictam conditionem.

13 Quibus accedit alia ratio quia hujuſmodi incapitationes, & earum conditiones deſcriptæ ac notatæ ſunt in Regiis libris, ac ſubſcriptæ & expeditæ à ſūmis Regii Patrimonii quæſtoribus, atque ita quemadmodum illi qui habent privilegia deſcripta & adnotata in Regiis libris, & ſubſcripta & expedita à ſummis Quæſtoribus à Gabellis ſunt immunes, *l. 4. tit. 9. l. 1. tit. 20. l. 9. Recop.* ita ſimiliter immunitate frui debent illi, qui vendunt in oppidis incapacitatis ut non ſolvant in loco originis, tametſi vectigalia ſatisfecerint in loco incapitationis.

14 Et in dictis juribus ſimiliter cavetur, ut quando mercatores à patria ſua merces exportaverint, gratia illas vendendi in nundinis & emporiis liberis & francis, quorum immunitates deſcriptæ ſunt in libris, quos dicimus *de lo ſalvado*, & ultra prædictas leges probatur ex *l. 29. tit. 19. lib. 9. Recop.* quâ jubetur perſolvi gabellam cum dupla Regio Gabellario, ſi non præcederent requiſita, de quibus in ea, & neceſſariò ea lex intelligenda in nundinis & emporiis, quorum immunitates non reperiuntur deſcriptæ, neque notatæ in libris *de lo ſalvado* nam ſi deſcriptæ eſſent, nulla deberet perſolvi gabella, in hoc enim caſu noluit lex gabellam ſolvi in loco, ex quo merces exportatæ fuerunt, ſed in eo ubi venditæ, quando talis gabella ſpectaret ad Principē, & declaratur hæc concluſio ex *leg. 2. tit. 20. l. 9. recop.* quâ diſponitur gabellam ſolvendam in locis, à quibus merces portatæ fuerunt, ſi gabella in eis Regi debeatur, etſi vendentes ſolverint gabellā in feriis & emporiis omnino liberis, ubi merces tranſportarūt, declarans procedere, quando ſolū ex voluntate domini loci in totum, vel pro parte immunitas cōceſſa, quod longè differt à noſtro caſu: ſecus verò dicendū quando ejus loci, ubi emporia fiunt, vectigalia pertinent ad Regē, licet ejus publicani mercatoribus aliquam gratiam facerent, ut conſtat *dicta leg. 2.*

15 Neque refragatur, imò convenit huic reſolutioni *l. 4. tit. 2. lib. 9. recopilat.* dum ait: *Que los que fueren è vender, y vendieren en qualeſquier ferias,*

ò mercados frãcos, ò franqueados, paguen alcavala dõde son vecinos y moran, siquidẽ d ẽta *lex.* 4. procedit, & intelligenda in eisdem terminis in quibus procedit *l.* 2. videlicet quando incolæ extrahunt merces à propriis locis, illasque vendunt in aliis immunibus, quas immunitates & remissiones faciunt domini talium locorum; ad quos ex privilegio jus exigendi gabellas pertinet, nam cum merces extractæ fuerint à territorio, ubi gabella Regi solvenda, & postea venduntur in locis immunibus, in quibus gabella non pertinet ad Regem, sed ad dominos locorum, tunc gabellam solvere debent mercatores in locis ubi habitant, & commorantur: at verò quando mercatores extrahunt merces ex variis civitatibus aut villis hujus regni, atque eas vendunt in nundinis, & emporiis liberis eo casu procedit *dict. l.* 2. ut gabella solvatur in his locis, ex quibus tales merces fuerint exportatæ, nec legislatori unquam in animo fuit (ut ex tota ejus contextura apparet, cum maximè caveat ne Principi fraus in gabella solvenda fiat) ut gabellæ hujusmodi spectarent ad dominos locorum, in quibus mercatores essent incolæ, & habitatores.

16 Hanc esse veram, genuinam, & planissimam interpretationem, & sensum, quo prædicta jura conciliantur, manifestè suadetur, quia expedit jura juribus concordare, *cap. cùm expediat, de electione* declarat eleganter Franciscus Connanus *lib. 1. comment. juris, c. 9. n. 5.* ibi: *Cæterũ si aliquo modo fieri potest, ut leges, quæ putantur contrariæ, nõ discrepent inter se, nunquã altera alteram tollit, sed in eam sententiã accipiũtur, quæ utrisque potest congruere.* Et rursus *eodẽ n. in fin.* ibi: *Semper enim in diversis legibus considerandũ est quonã modo ambæ conservari possent, & si qua est sententia, quæ utrique suã conservat vim, & auctoritatem, eam nos amplecti, atque probare debemus*: quod efficacius procedit, si animadvertamus prædictas leges non solum insertas & comprehensas esse in eodem volumine, sed sub eodem titulo, & rubrica, ut in simili inquit notabiliter Pala Rubios *c. in l. 29. Tauri n. 8. in fine* ibi: *Sed istud de aliarum legum correctione, signanter earum, quæ in hoc volumine continentur, non placet: non enim credendũ est, quod leges unius voluminis eâ facilitate sint conditæ, quod una aliam corrigat, nec incontinenti est præsumenda correctio textus*, & glos. *in l. nam ad ea ff. de condit. & demonstrat.*

17 Nec in hoc attendenda est anterioritas, vel posterioritas, cum omnes confirmatæ sint, & observari jussæ ex pragmatica Regiæ majestatis, quæ initio novæ recopilationis inscribitur: & quæ eodem tempore confirmantur, eodem tempore facta censentur, juxta glossam in *l. 2. C. de testament. tutel.* notat Philippus brancus in *c. ut officium*, §. 1. *n. 3. de hæreticis lib. 6.* maximè quoniam præfata lex præcipit, ut in illa depositum adjiciatur inter conditiones libelli gabellarum, ac demum confirmatur, ac observari jubetur, *in l. sequenti.*

18 Nec aliquod negotium fecisset generalitas prædictæ *l.* 4. quatenus disponit, ut gabellæ solutio fiat in loco, ubi sunt vicini, quasi repugnet dicta *lex* 2. *ejusdem tit.* quâ deciditur, gabellam solvendam esse in locis unde merces sunt extractæ quia nõ est à jure alienum, ut generalitas unius legis distinguatur per alteram, & per multa jura, quæ citat, tradit optimè Philippus Corneus *cons.* 84. *n.* 9. *lib.* 2. & *cons.* 180. *n.* 6. *lib.* 3. & *cons.* 155. *in principio versic. præterea, l.* 1. Paris. *cons.* 106. *n.* 44. *lib.* 1. & *cons.* 151. *n.* 23. & *cons.* 73. *num.* 20. & *cons.* 68. *n.* 91. *lib.* 4. Socinus *cons.* 119. *num.* 20 *lib.* 1. Carolus Ruinus *cons.* 2. *num* 3. *lib.* 5. ubi tradit hoc procederè, quamvis lex sit valde præcisa, Laurent. de Pin. *cons.* 4. *n.* 31. Molin. *lib.* 1 *de Hisp. primog. c.* 7. *n.* 9. & ante Bald in *l. omnes populi, n.* 16. *col.* 8. *vers. tertio modo. ff. de justitia & jure*, statuens: ut si lex antiqua loquitur distinctè, & secunda indistinctè per secundam non derogatur prima, secunda distinguitur per primam: refert & sequitur Corneus *cons.* 199. *n.* 67. *lib.* 2. Dec. *in l. fin. n.* 3. *C. de edendo*, Ruin. *cons.* 155. *n.* 7. *l.* 3. Cephal. *cons.* 18 *n.* 40. *l.* 1. Uincent. de Franch. *dec.* 149. *n.* 14. unde dicta *l.* 4. quæ jubet gabellam solvi in locis ubi incolæ sunt mercatores, qui emporiis liberis aliorum locorũ vendunt, accipi debet quando merces à locis, in quibus incolæ degunt, sunt extractæ.

Quod comprobatur animadvertendo quod prædicta lex 4. respicit ad ea, quæ communiter accidũt, & quoniam, ut plurimum vicini extrahunt merces ex locis ubi habitant, illasque vendunt in aliis locis, cum ad ea quæ frequentius accidunt, jura adaptentur, *l. nam ad ea ff. de legibus* & valet argumentum à solitis, *l. certi condictio*, §. *si nummos ff. si certum petatur, cum similibus*: idcirco in hoc casu vult prædicta *lex* 4. quod earum rerum, quas vicini extraxerint ex suis oppidis & vendiderint in nundinis, & emporiis liberis persolvant gabellam in loco suæ habitationis: & hoc etiam probatur in *l.* 137. libelli gabellarum, quæ applicat tres quartas partes conductoribus illius civitatis, villæ, aut loci in quo fuerint incolæ, & ex quo extraxerint prædictas merces: ex quo necessario deprehenditur quod simul debent esse vicini; atque ex eisdem locis ubi habitant, merces extrahere, ita quod non sufficit duntaxat esse vicinum, cum lex utrumque copulativè requirat, juxta quam supplenda & interpretanda est prædicta lex quarta. 19

Ulterius quod hæc conciliatio verissima sit, amplius elucescit ex *l.* 17. *tit.* 17 *l.* 9. *recopilationis*, qua cavetur ibi: *Que los que hazen paños, los registen y sean obligados à pagar el alcavala al Arrendador de los paños, salvo si monstraren averla pagado donde las vendieron.* Et sic prædicta lex disponit quod gabella solvatur in loco, ubi confecti & extracti fuerint panni, non verò ubi mercatores fuerint incolæ, siquidem bene posset contingere quem esse incolam Hispalensem & pannos conficere Vbedæ aut Beacæ quo in loco talium pannorum debet professionem facere, vulgo *Registro*, & gabellam solvere nisi ostenderit quod eam persolverit in loco ubi vendidit. 20

Rursus hujus concordiæ veritas comprobatur ex ordinationibus administrationis gabellarum in *l. fin.* quâ jubetur mercatorem, vel eum qui transportat merces, debere in loco ubi est incola, testatione Tabellionis docere se earum rerum solvisse gabellã in alio loco, alias illã solvat in loco ubi inhabitat, unde planè ostenditur quod notavimus, quia à mercatore, vel qui merces transportavit, solum exigitur ratio mercium, quas adduxerit ad locum suæ habitationis, non verò illarum quas vendiderit aut emerit in aliis locis hujus Regni, quo casu observanda est dicta lex 2. nec ullo casu permitti potest, ut incolæ illius loci, ubi vectigalia alicui domino vendita earum mercium quas exportaverint ex Hispali, Corduba, aut aliis oppidis hujus regni, & postea illas distrahunt in nundinis, & emporiis liberis, solvant gabellam Domino loci, ubi vicini fuerint, non vero Publicano Cordubensi, Hispalensi, aut aliarũ civitatum; cum præterquam quod hoc esset apertè legibus prædictis adversari, vergeret in magnum præjudicium Regalis Patrimonii: idque non solùm esset contra dictam *leg.* 2. & alias Regni quas expressimus, sed etiam adversùs jus commune quo cautum est quem 21

non

non debere ſolvere gabellam in ſuo domicilio de rebus quas vendiderit extra proprium incolatum, & habitationem, ut poſt Baldum quem refert, reſolvit Julius Ferretus *de gabellis.ult p.n* 393.& pro horum jurium explicatione addendum eſt, quod ex Laſarte, Gironda, Azevedo, & aliis notavit Joannes Gutterius *de gabellis,q.*46.*n.*28.*q.*104.*&* 105.*per tot. q.*110. *n.*4.*quæſt.*111.

22 Ulterius quia in his omnibus caſibus quos retulimus, probatum fuit ab omnibus litigantibus, tam ab actore qui vectigalia vendita poſſidet, & gabellam petiit, quàm à vicinis reis qui ſolvere recuſant, nunquam fuiſſe conſuetum ut gabellæ ſolvantur in loco habitationis mercium, quas vicini mercimonia exercentes venderent, aut emerent in aliis locis hujus Regni: & quando eſt dubium an gabella ſolvenda de aliqua re, tunc conſuetudinem attendendam omnes Doctores concordes admittunt, & ab ea Jus Gabellarum recipit interpretationem, & declarationem ut exigi poſſit, vel non. Alex *lib.*6.*conſ.*211.*n.*6. Decius *conſ.*358.*n.*3. Rolandus à Valle *vol.*3.*conſ.*29.*n.*79. *ad finem*, Corneus *l.*3 *conſ.*181.*n.*14. Natta *conſ.*139. *n.*18.*cum ſequent.* & facit *l. ſemper* 34. *ff. de Regul juris*, Innocentius *in c. Raynaldus, in gloſſa verb. conſuetudinem, de teſtamentis*, junctis quæ ex *l ſi fundus, ff. de evictionl. quod ſi nolit*, §. *aſſidua*, *ff. de ædilit. edicto l. aurea. Cod. de locato*, ego notavi 2.*p. deciſ.* Granat. 62.*num.*2.

23 Et quando aliquod dubium verſatur an gabella in prædictis caſibus foret ſolvenda, ſemper contra eam eſt facienda interpretatio, ne ſolvatur, Bartolus *l. ſi pupillus ff ad l. Falcidiam*. Angelus *conſil.* 385.*n.*1. Decius *conſ.*48.*n.*5. Craveta *conſil.*3.*in fine*, & *conſil.* 231.*n fin. & in tract. de antiq. temp.* 4. *part.n.* 233. Ruinus *lib.*4. *conſ.*112.*n.*14. Corneus *lib.*1.*conſ.*199. *n.*5. Natta *conſ.*264.*n.*8. Boſius *in praxi, titulo de vectigal.n.*10. Hippol. Riminal. *lib.*1. *conſil* 26.*n.*16.*& lib.*1. *conſ.*163.*n.*12. Burſatus *conſ.*190. Cacheranus *deciſ.*114.*n.*5.*&c.* Unde apparet cum Dominus prædicti loci contra leges noſtras jus commune & conſuetudinem intendere velit extendere vectigalia, & exigere illa quæ ad Regem pertinent, neceſſario in Senatu Regalis patrimonii de cauſa cognoſci debet, & de hoc non poſſe coram alio judice judicium procedere.

24 Deinde cum venditio fieret à Senatu Regalis patrimonii, quidquid de ejus interpretatione dubitaretur, ab illo interpretandum, ubi poteſt conſtare quid venditum, quale, quãtumque fuerit, & in quo de ſimilibus venditionibus, & gabellarum exactione ſemper actum fuit, de uſu, & praxi hujus rei: & ideo in hac eadem cauſa, ubi declinatoria exceptio juriſdictionis opponitur de poſſeſſione hujus rei in ſenatu regalis patrimonii, cauſa diſcuſſa, & ſententia lata à ſupremis quæſtoribus, ideo ratione connexitatis, & dependentiæ, etiamſi res ipſa ex ſua natura non pertineret ad hunc ſenatum, debet in eo judicium diſcuti, argumento *l. nulli Cod. de judiciis*, & quæ notarunt Bartol. Decianus, Vivius, Alciatus, Menochius, Tuſcus, Bernard. Graveus, Craveta, Miſſinger, Marta, & alii, quos refert Auguſtinus Barboſa *in collect. dict. l. nulli, n.*2.*&* 6.

25 Rurſus quia in hoc caſu jam judicium inſtitutum, fuit in conſilio ſupremo Regalis Patrimonii, & lis conteſtata: & ideo etiamſi deficeret juriſdictio, poſſet prorogari ex *l.*1.*&* 2.*ff. de judiciis*, & judex alias incompetens, competens efficitur, textuſque in terminis loquitur *l.*1. *Cod de juriſdictione omnium judicum*, ubi procurator Cæſaris ex conſenſu partium fuit judex competens inter privatos, cenſetur & expreſsè probatur in *l. cùm vendente* 4.*C. ubi fiſcales cauſæ*, in quo textu non ſolùm quoad ipſam venditionem à fiſco factam & ejus acceſſoria, ſed etiam inter privatos ſi velit convenire emptor eos, qui vel emere mandarunt, & quibus rem emptam tradit, poteſt coram procuratore Cæſaris cauſam agere, nota verba ibi: *Procurator meus ſi ejus audientiam elegeris, cognoſcet, ut pecuniam quæ pretii nomine tibi debetur, & uſuræ quæ fiſco ſolvendæ ſunt conſequi poſſit.* Unde mul. ò magis in hoc caſu Dominus loci qui vectigalia emit, tenetur coram Senatu Regalis patrimonii, quem elegit cauſam proſequi, quæ vere ejus juriſdictionis eſt, quando quæ aliena ſunt, prorogatione poſſunt comprehendi.

Maximè quia hæc exceptio declinatoria, ut reliquæ 26
dilatoriæ intra novem dies debent proponi, aliàs non admittendæ, & multum tempus poſt novem dies, & novem menſes opponitur, ac per conſequens locum habere poterit exceptio declinatoria, ut de jure noſtro conſtat *l. tit.*5. *lib.*4. *recopil* ubi expreſſe intra novem dies à die actionis intimatæ proponendam eſſe traditur.

Nec poterit obſtare prorogationem locum non 27
habere in juriſdictione delegata & limitata, ut eſt ſupremi Senatus Regalis patrimonii, & ideo prorogatio videtur non procedere ex celebri doctrina Cyn. in *l.*1. *ad finem, C. de juriſdictione omnium judicum*, ubi argumento textus in *l. teſtamenta omnia, C. de teſtam.* tradit, ſi judex fuerit electus & cognoſcat de certis cauſis, veluti mercaturæ, non poteſt illius juriſdictio prorogari, ut cognoſcat ad alias cauſas diverſas cujus ſententiam ſequuntur ibi Fulgoſ. & Salicetus. Panormitanus in *cap. P. & G.n* 15. & ibi Immola ex *num.*88. Felinus *num.*12. *de officio delegat.* idem Panormit. *in c. ſignificaſti, n.*16. *de foro compet.* Alex Corneus, & Jaſon. in dicta *l. teſtamenta omnia*, & multis ſimilibus confirmat Jaſon. in *l. ſi per errorem, n.*4. *ff. de juriſdictione omnium judicum*, ſequitur Greg. Lopez *in l.*48. *gloſſ.*1. *tit.*18. *parte* 3. ubi pro hac ſententia adducit *l. certa ratione, C. quando provocare non eſt neceſſe, l. ſolemus*, §. *latrunculator, ff. de judiciis*, in qua judex de cauſa criminali non poteſt etiam ex partium conſenſu judicare de pecuniaria & cauſa civili: ubi communiter notarunt interpretes & Caſtrenſ. in repetitione *l.*1. *n.*36. *Cod. de juriſdictione omnium judicum*, Hippolytus *in l. fin. numer.* 107. *ff. de juriſd. omnium judicum.*

Id verò nihil movet, quippe ultra quam, ut ani- 28
madvertimus, hic caſus apertè comprehenditur in juriſdictione ſupremi Senatus regalis patrimonii, & non cenſetur juriſdictionis prorogatio, ſed comprehenſio eorum, quæ neceſſario debent contineri, ut Regalis patrimonii adminiſtratio rectè expediatur, argumento *leg.* 2. *ff. de juriſdict omnium judicum*, & eorum quæ notarunt Bartol. in *l. omnes populi, n.* 60. *ff. juſtitia & jure* Menochius *conſil.* 441. *num.*56. Medicis *in tract. de regulis jur. regul.* 9. Marſilius *ſingul.* 186. Jaſon. in *l. properandum* §. *ſi quidem num.*9. *Cod. de judic. Roman. ad l. illud*, *ff. de acquirenda hæreditate.* Quando juriſdictio delegata eſt ad univerſitatem cauſarum, ut in dicto ſenatu, pro ordinaria habetur, & poteſt prorogari ex doctrina gloſſæ in *cap. cum cauſam*, verbo *delegatus de appellation. gloſſa in leg. à judice, Cod. de judiciis*, Bartol. in *l. more*, *num.*8. *ff. de juriſd. omnium. judic.* Doctores, & Alciatus *in rubrica de officio ordinarii, num.*20. Menochius *lib.*2. *præſumpt.* 10 *n.*28. & *lib.*1. *de arbitrariis*, *quæſtione* 67.*n.*31. Barboſa in *l. cum prætor.* §.1. *numer.*37.*& ſequenti. ff. de judiciis*,

Azevedo in *l.1.num.6.titul.9.lib.3.Recopil.* Auguſtinus Barboſa in *collect.dict. cap.cum cauſam, num.5. & 6.*

29 Denique nihil poterunt movere, quæ contra objecta ſunt *n.* 1. nam illud, juriſdictionem ſenatus regalis patrimonii eſſe limitatam, & reſtrictam ad res de quibus in ordinationibus ejus ſenatus, & alia, quæ in hujus rei confirmationem adduximus, ſatis explicationem habent ex eis, quæ nuper notavimus, hunc caſum propriè pertinere ad prædictam juriſdictionem quia agitur de jure fiſcali, videlicet de vectigalibus, quæ ad Regem pertinent, & quæ uſurpare intendit, qui oppidi emerat vectigalia, cum extendere velit ſuum contractum ad ea quæ in eo comprehenſa non fuerunt, de quo neceſſariò in ſupremo regalis patrimonii ſenatu cognoſcendum eſt, cum ab eo fuerit venditio expedita, & ideo rectè decretum fuit locum habere exceptionem declinatoriam, ſed in ſenatu cauſam retinendam.

ALLEGATIO. VIII.

Vectigalia Regia vindicanda à Magnatibus Caſtellæ, nec excuſandi Regis permiſſione.

1 *Magnates ſunt in Caſtella, quos dicimus* Grandes *qui poſt Regem debent honorari.*
l.4.tit.18.p.3.
l.6.tit.9.p.2.
l.21.tit.11.p.2.

2 Riccos homes *quos antiquitus dicebamus.*

3 *Ricci homines in Hiſpania confirmabant Regum privilegia.*

4 *Ricci homines & titulati ſunt de conſilio Regis Hiſpani, licet hodie non habeant exercitium.*
l.4.tit.4.lib.2.Recopil.

5 *Titulati omnes antiquitùs in Caſtella coram Rege caput cooperiebant.*
Titulati Luſitani cùm à Caſtella illud Regnum proceſſerit hunc morem retinent.
Titulati hodie in Caſtella non cooperiunt coram Rege caput, niſi ſolùm excellentiores, quos dicimus Magnates.
Reginæ Hiſpaniæ Iſabellæ Catholicæ laudes.

6 *Magnatum Caſtellæ origo, ut coram Rege illi ſolùm caput cooperiant, alii titulati ſunt nudato capite.*

7 *Carolo V. in coronatione Imperii omnes Titulati Hiſpaniæ nudato capite interfuerunt.*

8 *Carolus V poſt coronationem Imperii noluit omnes titulatos Hiſpaniæ, coram eo caput tegere, ſed hunc honorem ſolùm majoribus conceſſit.*
Caput coram Rege detegere ſignum reverentiæ.
c.4.Eccleſiaſtici.

9 *Caput coram Regibus tegere, ſignum maximi honoris.*

10 *Magnatum, & de verbo* Grandes *qui egerunt.*
Cap.7 lib.2. Regum explicatur.

11 *Magnates ex illuſtrioribus potentia, nobilitate, & virtutibus eligendi.*

12 *Magnus qui factis, & virtutibus excellit.*

13 *Senatores ſupremi ſenatus juſtitiæ Caſtellæ coram Rege caput tegunt, & ſedent in conſultationibus.*

14 *Riccos homines differre à Magnatibus probatur.*

15 *l.5.tit.8.lib.9.Recopil.*
Magnatum differentia.

16 *Regem decet nobiles ſubditos honore, & præmiis cumulare.*
l.6.tit.9.l.3.tit.10.p.2.
l.7.tit.7.lib.5.Recopil.

17 *Magnates debent præcedere, & poſt Reges & Regum filios maximè honorari.*

18 *Princeps qui prohibere poteſt, & non prohibet, conſentire videtur.*
L.in adoptionibus ff.de adoptionibus.
Procurator non poteſt factum Domini impugnare.
l ſi hominem, ff.mandati, & c.n.57.
Injuria eſt negare quod aliis conceditur.
l.1.§.permittitur, ff.de aqua quotid. & æſtiva & c.num.59.

19 *Magnates ad retinenda vectigalia Regis juvantur præſcriptione immemoriali.*
l hoc jure, §. diutius aquæ, ff. de aqua quotid & æſti.
l.2.tit.15.lib.4.Recopil. Magnates intendunt in eis limitari, & c.n.1.cum ſequentibus.

20 *Magnates ſine privilegio ex permiſſione non poſſunt detinere vectigalia.*

21 *Dubium diſpoſitionis ex clauſulæ ſequenti explicandum.*
l.Utrum, ff.de petitione hæredit.
l.cùm fundum, ff.de verb.ſignific.

22 *Magnates debent magis curare ne uſurpentur Regis vectigalia, quia jurant ea defendere.*
l.15.tit.8.lib.9.Recopil.

23 *Permiſſionem ut Magnates perciperent Regis vectigalia revocarunt Reges Catholici.*
l.Unica, in principio, C.de caducis tollendis.

24 *Carolus V. & Philippus II. eandem revocationem permiſſionis fecerunt.*
Apoſtilla legis & ſcripturæ quando probat?

25 *Reges noſtri cum Hiſpania turbata potuerunt diſſimulare cum Magnatibus ut detinerent vectigalia.*

26 *Diſſimulatio nocet Principi, ubi nullum periculum.*

27 *Vindicta meditatio ſolet eſſe in Principe diſſimulatio injuriarum.*

28 *Magiſtratus debent leges ſemper obſervare.*
l.1.§.1 ff.de juſtitia & jure.
c.in iſtis, 4. diſtinctione.

29 *Legum obſervantiæ remiſſio valde nocet Principum authoritati.*

30 *Taciturnitas, & patientia Principis ſucceſſoribus non necet.*
c.2.de præſcript.
l.qui vas, §.vetare, ff.de furtis.
Non pro ſolum quando accipitur.
l filius, §.invitus, ff.de procurator.
l.invitum, ff.de ſervit.urban.prædior.
l.non enim, 38.ff.ad S.C.Trebell.
l.nec cum filio, 16.ff.de furtis.

31 *Taciturnitas non prodeſt, ut quis obligetur.*
l.qui tacet 142.ff.de regul juris.

32 *l.uſus aquæ, C.de fundis rei privatæ lib.11.*

33 *Poſſeſſio precaria nihil prodeſt.*
l.1.l.cum precario, ff.de precario.

34 *Princeps tenetur ſub pœna peccati recuperare vectigalia, quæ injuſtè uſurpata à ſubditis.*
c.in canonibus 57.16.q.1.

35 *Rex non poteſt nova imponere vectigalia, niſi quando ſuum patrimonium non ſuffecit.*

36 *L.1.tit.22.lib.9.Recopil.*
Rex in foro conſcientiæ tenetur recuperare ſua vectigalia ab injuſtis detentatoribus.

Regina

Regina Catholica Iſabella teſtamento clauſulam appoſuit, ut ad Patrimonium Regium redigerentur vectigalia.

37 *Decretum Regis pro recuperandis vectigalibus.*

38 *Magnates non poſſunt ad detinenda vectigalia juvari Regis decreto.*

39 *Rex permittere non poteſt quod ejus gravat conſcientiam.*

40 *Rex ut adminiſtrator Regni non poteſt permittere nec debet alienationem Regalis patrimonii.*
l. fin. §. ſed & noſtra Majeſtas, C. cõm. de legatis
l. ſi fundus 105. ff. de condit. & demonſtrat.
l. cum filius 38. ff. de milit. teſtamento.

41 *Alienationes in Regni præjudicium non valent etiam juramento confirmatæ.*
c. intellecto, de jurejurando.
l. 1. tit. 17. l. 4. tit. 15. p. 2,

42 *Alienatio Regii Patrimonii facienda cum Conſilio Senatus.*

43 *Tributa in Caſtella ſine conſenſu Regni imponi non poſſunt.*
l. 1. tit. 7. lib. 6. recop.
Contrariorum eadem eſt ratio.
Princip. inſtit. de his qui ſunt ſui.

44 *Fiſci officium eſt defendere Regale Patrimonium, & recuperare quæ ab eo abdicata.*
l. 12 tit. 18 p. 4.
l. 1. & per tot tit. 13. lib. 2. recop.
l. 1. tit. 2. §. 3. lib. 9 recop.
tit C. de advocat. Fiſci.
l fin. C. de pactis.
l. Curator 3. C. de modo multarum.
l. ſancimus, 12. l petitionem 13. §. 1.
C. de Advocat. diverſ. judicum.
l. 1. & 2. C. de lucris advocator.

45 *Popularis actio eſt recuperare quæ ad Regis ſpectant Patrimonium.*
l. 1. de popul. actionib.
l. 1. tit. 15. lib. 4. recop.
l. 1 tit. 10 lib. 5 recop.

46 *Fiſcalis ex generali muneris mandato ſine ſpeciali inſtituit hæc judicia de vectigalibus.*
l. Magiſtratus 25. ff. de Municipal.
l. item eorum, §. ſed ſi ita ff. quod cujuſque univerſ. nomine.
Mandatum cenſetur factum ſecundum formam antiquam.
l. ſuper creandis 9. C. de jure fiſci lib. 10.

47 *Fiſcali non cenſetur adempta facultas agendi pro Regali Patrimonio, niſi expreſsè prohibeatur.*
l. pomponius, §. in his ff. de procurat.

48 *Princeps ſemper leges & jus imitatur & pro eo præſumitur.*
l. ex facto 43. ff. de vulgari.

49 *Deliberandi effectus.*
l. 1. §. caſum, ff. de poſtulando.
l. idemque 22. §. 1. de bon. auth. judic. poſſid.

50 *Deliberans non conſentit.*
Iuris diſpoſitio ex verbis dubiis Principis, non eludenda.
l. ſi quando, C. de inoffic. teſtam.

51 *Permiſſio non poteſt plus operari quàm privilegium. & illud non valet in vectigalibus niſi cum ſolemnitatibus legum Hiſpaniæ.*
l. 1. tit 18. lib. 9. recop.

52 *Magnates non ſolum detinent vectigalia Regia ex permiſſione, ſed ex injuſtis cauſis Regibus ignorantibus.*

53 *Permiſſionis prætextu poſſidens vectigalia non debet prohibere, ne litem intendat fiſcalis, ut conſtet an ex tolerantia poſſideantur.*

54 *Magnates honorandi à Regibus & beneficiis afficiendi, ſed ſine ſubditorum præjudicio.*
Principes qui donationes immenſas revocarunt.
l. 11. tit. 7. lib. 5. recop.

55 *Reges non debent immenſas donationes facere.*
c. intellecto de jurejurando.

56 *Permiſſio ex taciturnitate non poteſt induciubi expreſsè contraria voluntas enunciatur.*

57 *Fiſcalis non debet, ut reliqui Procuratores, regulari, quia ſemper habet mandatum cum libera.*
Fiſcalis ſine ſpeciali mandato poteſt intendere ſupplicationem ſecundam, pœna mille & quingentarũ duplarum auri quod Procuratores non poſſunt.
c. quia ad agendum de procurator lib. 6.
l. 10. tit. 20. lib. 4. recop.

58 *Mandato Regis continentur omnia quæ ſunt vicina mandatis.*

59 *Emphyteuſis finita dominus non tenetur eam renovare, maximè ſi Princeps ſit Dominus.*

60 *Eccleſia an obligata ſit renovare Emphyteuſim.*
c. ex parte tua, de feudis.

61 *Authent. de non alienandis aut permut rebus Eccleſiæ, §. quod autem, verſ. nec illud, collat. 2.*

62 *Dominus ſine dubio non cogendus renovare Emphiteuſim quando alii non concedit, ſed ſibi retinet.*
l. nemo damnum, ff. de regulis juris.
l. congruit. l. prædia, C. de locat. prædior. civil.
l. 11. l injuriarum, ff. de injuriis.

63 *Præſcriptio immemorialis, non procedere in vectigalibus & etiam completa noſtris legibus improbatur.*

De Magnatibus Regnorum Caſtellæ quos dicimus Grandes, *illorum origine, dignitate; & eis non prodeſſe tolerantiam, ſeu permiſsionem Regis, quâ ſe defendunt in detentatione Gabellarum, ne de illis ſine ſpeciali Regis permiſsu adversùs eos actio à fiſci Patrono intendatur, ad explicationem l. 2. tit. 15. lib. 4. recopil:*

SUNT in Caſtella Titulati, quos *Magnates* dicimus & l. 4. *tit.* 18. *part.* 3. vocat, *altos homes*, & Bobadilla *lib.* 2. *Politica, cap.* 16. *n.* 38. exiſtimat illos eſſe quos leges noſtræ *Ricos homes* appellant ut in *l.* 6. *tit.* 9. *p.* 2. & comprobat ex Zurita, Garibaio, Guardiola, Gregorio Lopezio, Joanne Garcia, Queſada, & aliis. Iſti verò ut dignitate cæteros præcellunt poſt Regem, ita debent ab omnibus honorari, *l.* 21. *tit.* 21. *p* 2. ubi mentio fit Magnatum, & eos eſſe qui antiquitus *Ricci homines* dicebantur, probavit Vargas in *tract. de Nobilitate Hiſpaniæ, diſcurſu* 13. *n.* 10. & idem videtur inſinuare Argote de Molina *in nobiliario lib.* 2. *c.* 62. Fr. Hieronymus Rom. *lib.* 4. *Reipublicæ Gentilicæ, c.* 10. Parlador. *lib.* 2. *rer. quotid. c.* 13. Blanca *in Commentariis rerum Aragoniæ, c. de Riccis hominibus.* 1

Et ex Magnatum claſſe fuiſſe omnes Riccos homines antiquitus, probatur ex D. Thoma *de Regi-* 2

mine Principis lib. 2. c. 22. eis verbis: *In Hiſpania omnes ſub Rege Principes Ricci homines appellantur*, & nomen eſſe maximi & ſupremi honoris apud nos ex Blanca *de Optimatibus*, Zurita, Io. Garcia, & aliis, latè probavit Seſſe *deciſ.* 1. *Aragon. n.* 40. *cum ſeqq.* Gudiel. *in Chronica Gironum c.* 4. D. Alfonſius de Carthagena Epiſcopus Burgenſis *in Doctrinali Equitum, tit.* 5. *de Riccis hominibus*, ita ſcribit: *Antiquatamente en Eſpaña ſeñaladamente en Caſtilla, y en Leon, a todos los grandes Señores llamaban Ricos hombres.* Et paulò infrà ibi: *Por en de lo que las leyes diçen de los Ricos homes, entiendando por ſi los Duques y Condes, y todos los otres grandes Señores.* Et eſſe dignitatem à Regibus conceſſam nominis Ricci hominis, ex noſtris hiſtoriis, legibus partitæ, Beuter, Queſada, Matienço, Io. Garcia, Guterrio, & aliis, exornat Bobadil. *lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 38.

3 Iſti enim Ricci homines confirmabant Regum privilegia, & cum Regibus in actibus ſolemnibus interveniebant, ita ut hodie ſit manifeſtum exemplum & teſtimonium aliquem fuiſſe Riccum hominem, interfuiſſe in confirmatione privilegiorum, Ambroſ. Moral. 3. *p. in diſcurſu generis S. Dominici, pag.* 25. Bobadil. *lib.* 2. *Politica, c.* 16. *n.* 28. Aponte *in lib. Genealogiarum, tit de Riccis hominibus*, & libellus qui dicitur *Lucerus Nobilitatis.*

4 Vnde plures ex ſuprà relatis, voluerunt Magnates eoſdem eſſe, quos *Ricos homines* dicimus; & confirmatur quemadmodum *Ricci homines* adhibebantur ad privilegiorum confirmationem, & ut in bello & pace Regem conſulerent, ut conſtat ex noſtris Chronicis antiquis Epiſcopi Salmantini, Aſtoricenſis, Tudenſis, & Archiepiſcopi Toletani Roderici: & ideo omnes Titulati, Magnates, & Ricci homines de Regis conſilio exiſtimantur, quamvis hodie non habeant exercitium, ut antiquitùs habebant, *l.* 4 *tit.* 4. *lib.* 2 *recop.*

5 Omnes enim Domini vaſſallorum titulati ſolebant indiſtinctè coram Regibus Hiſpaniæ, caput cooperire, & ex Principum noſtrorum benevolentia eo honore condecorabantur, ut juberentur à Rege pileum capiti imponere, & hodie in uſu eſt cum omnibus titulatis in Regno Luſitaniæ: quod cùm ex noſtra Caſtella proceſſerit, ea conſuetudo invaluit & obſervatur. Sed apud Caſtellanos differentia hodie extat, ut majores Domini, & nobilium familiarum Proceres hac fruantur prærogativâ, ut coram Rege caput cooperiant, & iſti Magnates dicantur: reliquis verò titulatis hic honor non communicatur; de cujus rei principio in noſtris legibus & hiſtoriis non liquet. Verùm ex variis relationibus, & manuſcriptis colligitur, eam Magnatum diſtinctionem cœpiſſe poſt mortem inclytæ Reginæ Catholicæ Iſabellæ, de cujus virtutibus & excellentia, ultra quæ paſſim noſtri Hiſtoriographi referunt, videndus Io. Bocacius & ejus traductor Ioſeph Bethuſſius in *tract. delle Donne illuſtri, pag.* 188. ubi inter excellentiores Orbis fœminas, noſtram Reginam connumerat, & plura de illa refert. Addend. Iuſtus Lipſius *de monitis & exemplis politicis lib.* 1. *c.* 7. *n.* 8. *& c.* 8. *n.* 17. *& lib.* 2. *c.* 2. *tit. muliebris Imperii boni & fœlicis n.* 4. Marineus Siculus *lib.* 21. *rerum Hiſpaniar.* Iovius *in vita Gundiſalui Ferdinandi*, Guichardin. *lib.* 1. Oſor. *lib.* 1. *rerum Emanuel.* Ludou. Vives *de Chriſtiana fœmina lib.* 1.

6 Igitur poſt mortem Heroicæ, & Excellentiſſimæ Reginæ Iſabellæ, cùm ad hæc Regna ex Belgio pervenirent Regina Ioanna ejus filia, & Philippus Pulcher ejus maritus, ad quos jure hæreditario ſucceſſio pertinebat, eos comitabantur plures Titulati, & Proceres Caſtellæ, quorum primus & dilectus Aulicus Io. Manuel, qui Regis Ferdinandi æmulus, Zurita *lib.* 6. *expedit. Italiæ c.* 28. 29. 30. *&* 32. *& lib.* 7 *c.* 1. *& ſeq. uſque ad* 6. Bandovallius Epiſcopus Pampilonenſis *lib.* 1. *Hiſtoriæ Caroli V.* §. 21. Cum enim adventu novi Regis, ei ferè omnes Regni proceres adhærerent, à Rege Catholico Ferdinando diſcedentes (ut in rebus humanis ſolet evenire novitatem & fortunam placere) Zurita *dict. lib.* 7. *c.* 3. Mariana *in Hiſtoria Hiſpaniæ in lib.* 28. *c.* 20. Ioan. Emanuel ut novo Regi blandiretur & majorem majeſtatem adjungeret ei, quem in ſuam voluntatem & arbitrium mancipaverat, perſuaſit omnibus titulatis Caſtellæ, ut coram illo velut ipſe detecto eſſent capite, ut etiam æmularetur Regi Ferdinando, quaſi genero Philippo plus authoritatis quàm illi adjiceret, & facilè conſequutus exemplo primi Magnatis Potentioris, & dilectioris Aulici, ut illi & novo Regi Proceres reliqui placerent. Id equidem ſolùm quinque menſibus obſervatum, quibus regnavit Philippus I. Verùm ille brevi & immaturo fato vitâ ereptus (fœlicitatis humanæ inconſtantiæ validum exemplar) redeunte poſtea Rege Ferdinando Catholico ad regimen horum Regnorum, titulati ad antiquum uſum & conſuetudinem redierunt, ut coram eo tunc Adminiſtratore caput cooperirent, quemadmodum fecerant dum Rex eſſet, quæ conſuetudo invaluit etiam tempore Regni Caroli V. uſquequò Imperator electus anno 1520. cum eſſet Aquiſgrani, ut primam Coronam Imperii reciperet, & illuc concurrerent plures Duces, Marchiones, & Comites Germaniæ & Burgundiæ, qui quaſi feudatarii ex conſuetudine illarum regionum aſſiſtere debebant detecto capite coram Imperatore, ut tradit Guiron. Piſon *de feudis*, §. *ſervitia incerta*, Aurpachius *lib.* 1. *c.* 27.

Prædicti enim Germani, Burgundi, & alii exteri 7
proceres ægrè ferebant Hiſpanos ab eis differre, & cooperto capite coram Imperatore incedere & multi decreverunt, Coronationi non aſſiſtere: quod cùm intelligeret Imperator, juſſit Duci de Alba Cæſaris aulæ maximo præfecto, dominis Hiſpanis proponere, ut cum Imperator eſſet maximus Rex Hiſpanorum, qui majores dominatus & Imperium his Regnis adjungit, debebat revereri ab Hiſpanis, ut à reliquis exteris Principibus, qui dignitate & vaſſallis non erant inferiores. Cui propoſitioni factæ à Duce de Alva, conſenſerunt Magnates & Titulati Hiſpani, & omnes in actu coronationis detecto capite interfuerunt, ut alii Principes Germani, Burgundi, & exteri, quod ita factum conſtat ex quadam relatione manuſcripta ipſius Ducis de Alva, qui coronationi interfuit, & per eum Dominis Hiſpanis Cæſaris voluntas renunciata fuit: & etiam idem in manuſcripto refert Anton de Herrera, Regius Hiſtoriographus, qui cùm eſſet Miniſter à ſecretis Veſpaſiani Gonzagæ Columnæ, Navarræ Proregis, ab eo qui coronationi interfuit, pluries audiviſſe teſtatur.

Finito ergo ſolemni Coronationis actu, Imperator 8
noluit omnes Titulatos Hiſpaniæ indiſtinctè gaudere eo honore, & præeminentiâ, ut coram eo caput cooperirent, & ſolùm id facere juſſit aliquibus & maximis Hiſpanorum Dominis, qui nobilium familiarum proceres erant, divitiis, vaſſallis, & ſtatibus pollebant, præcellebant, & majora Coronæ ſervitia exhibuerant, & reliqui ultra iſtos ex Hiſpanis Titulatis relicti, ut caput detegerent coram ſuis Regibus: nam apud antiquos, & noſtri temporis, conſuetudinem illam receptam ſignum eſſe reverentiæ Principibus & ſuperioribus caput aperire, & detegere coram illis, Plutarch. *Probl.* 10. ex Varrone, Plinio, & aliis probavit

bavit Alex.ab Alex.*lib.2.dierum genialium c.29.*& hinc Bapt.Egnatius *l.9.c.11.* refert factum Laurentii Celsi Venetorum Ducis quem cum Petrus ejus Pater nunquam æquo animo salutandi causâ adiret,eo quod graviter ferret se filio aperto capite assistere : quâ re filius animadversa prudenter excogitavit,ut pileo suo crux aurea imponeretur,quâ visâ Pater non gravaretur caput detegere, eamque ad hunc usque diem Principes veneti retinent. De hac reverentia & salutatione capitis detegendi,vide quod ex *lib.Ecclesiast.c.4.*ibi: *Magnato humilia caput tuũ donec transeunt Principes*,cum Lipsio & aliis notavit Gratian.*tom.2.disceptat.282.n.55.& 67.*

9 Unde coram Regibus incedere cooperto capite maximi honoris, & præeminentiæ existimatur, ut tradiderunt Gamma *decis.1. num.42.* Cabedo *decis.2.n.4.* Joan.Aurpach *lib.1. c.27.*Libell. Lucerus nobilitatis *c.17.*

10 Et qui præ cæteris titulatis, eo maximè honore à Regibus condecorantur quasi inter alios *Magni* dicuntur,apud nos *Magnates*, de quibus ultra quos suprà ex eodem Bobadilla retulimus *l.2.c.16.n.38.* ubi adducit *l.2.tit.9.p.2.* quæ utitur eodem verbo *de Grande* : videndi Ambros. de Moral *l.13.c.29.* Marian. Siculus *l.4. c.de Magnatibus Castellæ*,Sandoval *in historia Regis Ildephonsi VI.& aliàs VII. c.11.*Fulvius Pacian *lib.3.de probat.c.37.n.9.* Guardiola *de nobilit. c.42.&* eo verbo usus est Pontifex Innocent.*in cap.ex multa 9.§. secundò quasi justi de voto*, ex Bartol. Cornel.Tacit.Sueton. Jul.Frontino & loco Sacræ Scripturæ comprobat Tiraquell. *de nobilit.c.37. n.32.& 33.* qui *num. seq.* latissimè de nominibus,Proceres, Primates, Optimates, multis exornat.Et valdè notandum quod Tiraquell. & alii non adducunt ex *lib.2. Reg.cap.7.* eis verbis: *Fecitque tibi nomen grande juxta nomen magnorum, qui in terra sunt*, ubi cognomen *grande* quo Hispani utimur respondere,ad nomen *Magnorum* traditur,& Regiam dignitatem insinuat,quo David exaltatus,ut notavit *ibi* Nicolaus de Lyra;& inde apud nos post Regem Primi ', & Regæ dignitati proximi sunt Magnates ut *infra* notavimus.

11 Ut ergo hac possent à Regibus prærogativa condecorari, necessaria est apud nos maxima nobilitas majorum,amplum patrimonium,& ingentes divitiæ quibus tantæ dignitatis & honoris posset splendor sustineri,nam ut tradit Tiraquel.*d.n.33.* debent esse in aliquo Ponrentatu,Baronia, vel regalia possidere, simul id à Regibus nostris prudenter & justè observatur,ut majores, & illi quos prædicto honore condecoraverint, virtutibus excelluerint, & magna Regibus ab eis servitia exhibita sint;& meritò, nam ut inquit Senec.*lib.1.de ira,c.16.* ibi: *Non est, quod existimes verum esse,quod apud disertissimum virũ Livium dicitur,vir ingenii magni magis, quàm boni: non potest illud separari : aut magnum, aut bonum erit,aut nec magnum, quia magnitudinem animi inconcussam intelligo,& introrsus solidam, ab imo parem firmãque qualis inesse malis ingeniis non potest.*

12 Igitur magnitudo ex virtutibus, nobilitate,potentia & divitiis existimatur, & faciunt verba D. Ambrosii loquentis de Abraham, in quo hæc omnia *lib.1. de eodem c.2. Magnus planè vir & multarum virtutũ clarus insignibus,quem votis suis Philosophia non potuit aquare.Denique minus est,quod illa finxit, quàm quod iste gessit, majorque eloquentiæ commendatione simplex veritatis fides,*& juvat, quod nuper notavimus *lib.2. regum,c.7.* fecisse Dominum Davidis nomen grande juxta nomen magnorum,qui in terra sunt,quasi in præmium fidei, pietatis, & virtutum Davidis : Et apud Gentiles, Magnorum nomine decorabantur illi Dii, qui inter aliquos maximum imperium habebant,& excelluerunt majoribus factis, ut ad explicationem Virgilii *lib.3. Æneidos, dict.vers.13.*

Cum sociis,natóque,Penatibus & magnis Diis.

Explicant de Jove,Minerva,& aliis Servius & Ludovicus de la Cerda *ibi*, Turnebus *lib.15. adversar.c.21.* addendi Pierius Valerian. *de sacris Ægyptiorum lib.42.pag.311.* Alex *lib.6. dier.genialium c.4.* ubi innumeros cumulat Tiraquellus.

Ideo in præmium, & honorem virtutis & literarum Rex noster hac maxima condecorat prærogativa,inter omnes Senatus solùm Supremum justitiæ & regiminis Castellæ, & in consultatione quæ fit in qualibet hebdomada die veneris post meridiem, jubet omnes ejus Senatores coram eo caput operire, & sedere in subselliis coopertis (vulgò *Bancos entapetados*) egoque cum reliquis Senatoribus pluries interfui:ut quemadmodum majores titulatos eo honore ut caput cooperiant, donat, ita etiam maximum ejus consilium præ cæteris honorat.

Igitur inde apparet, ut quamvis antiqui Magnates essent Ricci homines, tamen non erat consequens omnes Riccos homines esse Magnates, quia ad horum dignitatem necessarium esse prædiximus possidere potentatum, Baronias, & Regalia, & hodie esse non possunt nisi Duces, Marchiones, & Comites:at verò Ricci homines plures antiquitus inveniuntur in confirmatione privilegiorum,qui nec titulum,potentatum,aut Baroniam habebant,sed solum aliquo munere vel officio in aula Regum, aut in bello vel gubernatione regnorum fungebantur.

Et apertè contra Bobadillam,& alios *suprà* relatos hanc differentiam mihi probat *l.5.tit. 8. lib.9. recopil.*eis verbis : *los grandes de nuestros Reynos, Duques,Condes, Marqueses,Riccos hombres*,nisi quis dixerit,quod de Riccis hominibus traditur, ad omnes quos retulerat referẽdum,ut omnes titulati Ricci homines sint. Verùm quamvis id evincat omnes titulatos nomine Riccorum hominum antiquitus condecorari,non tamen persuadet esse Riccos homines eos,quos dicimus *Grandes* : quia id competeret omnibus titulatis,quod absurdum est, & consuetudo demonstrat,præsertim quia Magnatum titulus solùm apud nos ex munere Ducibus competit,& de differentia, quæ in Hispania consideratur inter Magnates,& eorum quidã sunt perpetui,alii ad vitã, ut magnitudo sit concessa domibus,vel statibus,aliis verò suis personis, & debeat spectari beneplacitum Regis,ut titulis dignitatum uti possint:& inter ipsos Magnates, quâ differentiâ eos Rex noster honoret, & omnibus *Primos* soleat rescribere,ut uxoribus illorum Regina pulvinum jubeat apponi : reliquis verò titulatis solum rescribat nomine *Parientes*, & illorum uxoribus pulvinum non detur Videndus Salazar à Mendoza *de dignitatibus Hispaniæ l.3.c.13 & c.15* ex qua differentia titulorum, & Magnatum,apparet antiquos Riccos homines differre à Magnatibus,quos hodie *Grandes* dicimus.

Hos enim & omnes nobiles sui regni Principem 16
decet magnis honoribus cumulare, ut illi augeantur,ut qui clari sunt stemmate, etiam splendeant dignitate,ut dicebat Theodoricus apud Cassiodor. *lib.2.epist.15.* & in eo maximam curam Regium esse oportere notarunt Lucas de Peña loquens in domibus Magnatum *in l. quicumque 7.n.13. C. de omni agro deserto,l.11.*Simancas *de primog.l.1. c.17. & 30.* D.Molina *lib.1.c.11. n.3. & c.18. num.13.* Bacza *de inope debitore,cap. 26.n.104.* Nevizanus

cons.

conſ. 12. Roland. à Valle *lib.* 2. *conſ.* 1. *n.* 122. & Tiberius Decian. *lib.* 1. *conſ.* 33. *num.* 21. ubi tradit Reipublicæ intereſſe familias conſervari, & jure noſtro probatur Reges teneri augere nobiles ſubditos, & eorum ſervitia proſequi maximis præmiis, *l.* 6. *tit.* 9. *l.* 3. *tit.* 10. *p.* 2. *l.* 7. *tit.* 7. *lib.* 5. *recopil.* Matienzo in ea *gloſſ.* 3. & 4. D. Molina *lib.* 1. *de primogeniis, c.* 29. & *lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 3. Mieres de Majoribus 4. *p. q.* 1. *n.* 13.

17 Tunc enim cum ſubditi à Principe honore & præmiis afficiantur, incenduntur etiam gloriæ ſtudio, & affectu, ut egregia opera in Reipublicæ utilitatem exhibeant: & cum viderint Regem Præferre eos qui virtute & labore incumbunt, alacres & prompti in periculoſa ſe conferunt, idque præcipuè in Magnatibus attendi oportet, quos proceres Regni appellat Joan. Andreas *in c.* 1. *de his qui feudum dare poſſunt, num.* 6. Freccia *de ſubfeudis lib.* 1. *in c. fuit dubitatum, n.* 10. & eos moribus officiis præficiendos traditur *l.* 2. *tit.* 9. *p.* 2. & ſemper eos debere præcedere, poſt Bobadillam *l.* 3. *Politicæ, c.* 8. *n.* 20. Fontanella *de pactis nuptialibus, tom.* 1. *claus.* 3. *gloſſ.* 1. *num.* 9. & poſt Reges, & filios Regum eſſe honorandos, notavit Baſil. Poncius *lib.* 8. *de matrim. c.* 21. §. 2. *n.* 24.

18 Ex quo velut communi bono congruat, intendunt Magnates, cum eis Reges noſtros toleraſſe (ut ſic loquamur) & diſſimulatione quadam, & permiſſione velle ut illi percipiant vectigalia, quæ vaſſalli ſui forte pro defenſione Regni ipſis Regibus annuentibus ſolvere cœperunt, quaſi Princeps, qui patitur, conſentire videatur, *l.* 1. *C. de filiisfam.* & quêadmodum Pater, *l.* 10. Bart. *in l.* 4. § *ſi in venditione, ff. quibus mod. pignus vel hypoth. ſolvit.* & quæ ex Ripa, Socin. Iun. Tiraq. & Cephal. notavit Surd. *conſil.* 290. *n.* 57. & qui cũ poſſit prohibere, non prohibet, concedere videatur, & conſentire, *l. in adoptionibus, ff. de adopt.* ubi Doctores communiter, Coſta in §. *& quid ſi tantum* 2. *part. n.* 123. Barb. in *l. quæ dotis, n.* 164. *ff. de ſoluto matrim.* Azeved. in *l.* 2. *tit.* 3. *l.* 5. *recop. n.* 77. nec fiſci Procurator poſſit factum Dominimi impugnare, *l. ſi hominem*, cum *ibi* notatis *ff. mãdati* juncto Bald. *lib* 3. *conſ.* 118. *n.* 5. Aymon. *l.* 4. *conſ.* 732. *n.* 13. & cùm in prædeceſſoribus Magnatum id fuiſſet admiſſum. & permiſſum, injuria eis irrogaretur, ſi etiam non permitteretur ex *l.* 1. § *permittitur, de aqua quotidiana & æſtiva*, juncta doctrinâ Bart. *ibi n.* 1. ubi tradit notandum finitâ emphyteuſi, quando majoribus concederetur, deſcendentes potuerunt eam petere confirmari, & de facili impetrabunt, & injuriæ tribuendum, ſi non fiat confirmatio.

Tum & præſcriptione immemoriali juvantur, &
19 cùm habeat vim tituli, *l. hoc jure*, §. *ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æſtiva*, ubi Doct. Jaſon. in *l. ſi certis annis limit.* 10. *C. de pactis*, pluribus Burſatus *lib.* 1. *conſ.* 23. *n.* 19. & *ſeq.* Covar. *in regula & poſſeſſor. in princ. n.* 8. D. Solorzanus *de jure Indiar. t. tom.* 1. 3. *c.* 3. *n.* 73. ideo diſpoſitio *leg.* 2. *tit.* 15. *lib.* 4. *recop.* quæ in vectigalibus excludit præſcriptionem immemorialem, quaſi à jure exhorbitans, reſtringenda, ut in Magnatibus non procedat lex Principis permiſſu, ut Magnates intendunt.

His equidem quibus juvari videbantur Magnates, ut Gabellas tolerantia Principum, & permiſ-
20 ſione percipiant, nihil ſuadentibus, fiſci jus manifeſtâ juris ratione, æquitate, & fundamentis confirmatur, ut fiſci Patronus poſſit & debeat intendere actionem pro Regiis Gabellis repetendis à Magnatibus, qui injuſtè detinent: & quando non exhibuerint Principis reſcriptum cum qualitatibus & ſolemnitatibus, quæ à jure deſiderantur, debeant vectigalia ab illis avocari, ut pro Regali Patrimonio adminiſtrentur ſummario articulo *de cobro*, cauſa diſcuſſa.

Sed fiſci jus manifeſtâ fulcitur conſtitutione, *l.* 2. *tit.* 15. *lib.* 4. *recop.* quæ agit expreſsè de Magnatibus, 21
ibi: *algunos grandes, Cavalleros, y otras perſonas.* Hæc verba etſi velint Magnates interpretari, de illis abſolutè nõ agi in ea lege, ſed de magnis Equitibus, quaſi potentes & magni eſſe debeant, qui vectigalia Regis ſibi induxerint ſolvenda. Verùm hanc cavillationem apertè excludunt verba ſequentia ejuſdem *l.* 2, ubi ſine adjectione *Cavalleros*, ſolùm de Magnatibus agit ibi: *Por eſta nueſtra ley y Pragmatica declaramos que los dichos Grandes, y perſonas ſuſſo dichas, &c.* quo apertè conſtat de Magnatibus loquutam fuiſſe *d. l.* 2. *in princ.* Et quamvis id ſine dubio eſt, quando aliquid emergere poſſet, ex ſequenti diſpoſitione explicandum, *argum. l. utrùm. ff. de petitione hæreditatis* ibi: *Et puto ſequentem clauſulam Senatuſconſulti, etſi hæc ſit ambigua, l. cùm fundum, ff. de verb. ſignific.*

Et ratio *d. leg.* 2. ut Regale Patrimonium ex uti- 22
litate publica redintegretur, ſimiliter in Magnatibus procedit, imò multò magis, quia ipſis ex majori dignitate & beneficiis, quæ à Regibus obtinent, obligatio injuncta eſt, ut jurent ſe defendere, ne quis vectigalia uſurpet, ſed Regi ſemper illæſa conſervent, & non poſſunt cavillari verba *l.* 15 *tit.* 8. *lib* 9. *recop.* nota ibi: *Que todos os los Grandes de nueſtros Reynos, Duques, Condes, Marqueſes, Ricos ombres &c.* Quis enim poterit excipere Magnates ut poſſint contra noſtrarum legum diſpoſitionem vectigalia retinere, quando eis injuncta obligatio, & à quocumque vindicent reſtituenda Regi nec aliquod impedimentum in exactione tributorum, vel adminiſtratione permittant.

Sed & cum dicta lex 2. manifeſtè in Magnatibus 23
procedat, nam cùm cognoſcerent Reges Catholici Magnates vectigalia poſſidere, in eis reprobat quãlibet permiſſionem, tolerantiam aut diſſimulationem, quâ ipſi poſſederint, vel uſurpaverint vectigalia, expendo notabilia verba legis, ubi rationem reddit: *A loqual dieron cauſa las turbaciones y movimientos paſſados, y alguna tolerancia nueſtra por algunas cauſas, que a elle nos movieron, y algunos las an llvado ſin que ſeamos ſabidores dello, y por otras cauſſas injuſtas, de loqual ſe ha ſeguido, y ſigue gran daño, y detrimento à nueſtros Reynos, y a los nueſtros ſubditos, y naturales de ellos. y allende del dicho daño a ſido, y es gran cargo de nueſtra conciencia, y por que en algun tiempo eſſo non pueda traher, ni traigna per juiçio a nueſtros ſucceſſores, y a nueſtros ſubditos, ni las perſonas, que las an llvado, ni ſus herederos puedan dezir y alegar que por dicha tolerançia la puedan llevar.* Et iterum repetit revocare tolerantiam, & quamcumque conſuetudinem, vel præſcriptionem immemorialem, ut ex illa nullum præjudicium Regio patrimonio ſequi poſſit in jure vectigalium, quaſi quod (ut lege noſtra traditur) ex turbationibus Regni admiſſum, congruat Regum dignitati, & pro publico, reformari, *arg. text. in l. unica, C. de caducis tollendis*, ibi: *Vt quod belli calamitas introduxit, hoc pacis lenitas ſopiret.*

In hancque revocationem diſſimulationis, & to- 24
lerantiæ Regum Catholicorum Ferdinandi, & Iſabellæ conſenſiſſe etiam videtur Carolus V. Imperator, nam quamvis quando excitatæ fuerunt turbationes Caſtellæ, quæ vulgo dictæ *communidades*, anno 1518. juberet D. Imperator ſuſpendi aliquas lites Magnatum, Procerum, & Potentiorum Regni tamen poſtea

postea improborum seditione extinctâ & punita,& scandalis pacatis cùm reddita sibi Castella fuit, ut aliàs de Roma dixit Martialis, *lib. Amphitheauri Epigramm.* 2.ibi.

Reddita Romæ sibi est.

Anno 1524. expressè confirmavit *dict. leg.* 2.& revocationem tolerantiæ ex rescripto, quod extat in Archivis villæ de Simancas & ejus filius D. Philippus Secundus, similiter probavit,& jussit observari Patris rescriptum circa revocationem, ut constat ex Apostilla nostræ *l.* 2. in eis quæ anno 1598. excusæ fuerunt,ubi apertè refert,& Apostillam marginalem non tantùm in legibus, quando compilatores de aliquo testantur,ut in hoc casu probare, sed etiam in scripturis,& instrumentis, quando eadem manu Apostilla scripta fuit, ex Socino seniori, Craveta, Ruino,Curtio Juniori,Franc.Marc.& aliis Menoch. *lib.* 5. *præsumpt.* 20.*n.* 9.

25 Rursus quia licèt tempore quo nondum Sarracenis Hispania expiata,quia Magnates maximo auxilio erant ad eorum debellationem,potuerunt Principes dissimulare ut vectigalia perciperèt,quasi omne quod pecuniarum inde colligerent in bello impenderent, ut ipsis opem & servitium ferrent, aut quando Regna seditiosis hominibus turbata, tunc ne querelas Magnates excitarent,quasi vectigalibus privarentur, prudenter Reges nostri quasi connivêtes voluerunt pari,& permittere illorum injustâ detentionê,nâ ex Præcepto Polibii *l.* 9. *Taciturnitas & dissimulatio Imperatori exercitus necessaria est.*

26 Veruntamen quoties jam rebus pacatis viget Regimen & justitiæ administratio, dedecet Regum dignitatem non revocare, quod ex turbationibus, ut traditur *d.l.* 2. inductum fuit,aliàs enim ex dissimulatione timor aut defectus potentiæ præsumi poterit Unde contemptus, qui semper Regimini maximè vitandus,nam ut ex Agapeto Diacono refert Lambertus Daneus in Thesauro Politico,*Aphorism.* 20 *Principi curandum est,ne ipsius potestas propter mansuetudinem & dissimulationem spernatur*;ita prudenter caverunt Reges nostri,& postquam omnia expulsis Mauris Granatensibus anno 1492.eorum regno & urbe dominatis, postea cùm in Hispania nullum bellum imminebat,nec seditio poterat timeri anno 1504, ediderunt *d.l.* 2. quâ revocarunt omnem dissimulationem, tolerantiam, aut permissionem, ex qua Magnates vellent juvari ad detinenda Regia vectigal,interruptâ illorũ possessione,ut nec immemorialis eis prodesset,aut officeret juri Regalis Patrimonii,quin vectigalia ad illud redirent.

27 In quo heroës illi sapientissimi & magnanimi voluerunt ostendere nunquam ex animo acquievisse audaciæ magnatum,qui in Regiam dignitatem insultarunt,tributa usurpando,sed illico quando conducibile fuit,tolerantiam,& permissionem revocarunt,ut punirentur, qui vectigalia usurparunt: non ignorans Rex Ferdinandus peritissimus Politicorum illud Principium Titi Livii *l.* 9. *Instrenuis silentium post injuriam,non patientiæ indicium est, sed vindictæ plerumque meditatio.* Id quidem magis quàm probare videntur meditasse nostros Principes, cùm statim ut potuerunt, & congruum fuit,improbarunt permissionem & tolerantiam,

28 Quisquis igitur Magnatum tolerantiam allegat, ille harum legum verba circumscribit, aut earum exequutionem fraudare intendit,quodjà Senatoribus nullatenus ferendum est,quippe Magistratus juris,& justitiæ Sacerdotes *l.* 1.§.1.*ff. de justitia & jure*,in eo maximè muneris sui specimen exhibere debebant, ut legum observantiæ invigilent,semper enim illorũ munus est secundum leges judicare, *cap. in istis*, 4. *distinctione*, nec quæ justæ sint leges(ut nostra dicta *l.* 2. quâ nulla rationabiliter,& quæ magis Reipublicæ expediat)aliquatenus obolescere permittãt, nam ut ait Cicero *in oratione pro Cluentio*, loquens de Magnatibus ibi: *& semper non quod ipse velit, sed quod lex & religio cogitare.* Et idem Cicero *in libris de legibus & lib.Rhetor.& de constantia legum & observantia.*Divus Augustinus *epistola* 119.*c.*19. Pontanus *l.de obedientia* ex Diodoro,Fulgosio, Plutarcho,& aliis pluribus,Matthæus Tympus signum optimi Principis,& Magistratuum proponens in legum observantia *in speculo judicum*, 1. *p. signo* 99. *&* 100.& Reipublicæ exitium appropinquare, cùm leges non observantur,Adamus Gontzen.*lib.*6.*Politicor.c.*11.adde plura,quæ notarunt Petrus Herodius *lib.*2.*rer.judicat.tit. de legib. cap.* 1.2. *cum sequent.*Magister Marquez in *Gubernator, Christiano l.*1.*proœmio*, Bobadilla *lib.*2.*c* 2 *n* 40.*&* 81.

Nam ultra quàm munus injunctum non adim- 29
plent Magistratus,qui in legum executione aliqualiter desides frigescunt. Principis sui decorem maculant & existimationem lædunt,& optimum regimen conturbant, nam ut tradit Herodotus *lib.*3. *Minimèque prudenter sua auctoritati consulit is Princeps, aut Respublica, quæ leges ipsa suas irridet, & manifestissimè aspernatur,cæteris enim ad idem faciendum præbet viam & exemplum.*Ubi enim manifesta constitutio est,sedulo,& magnâ curâ edita, ut dict *l.*2.*tit.* 15. *l.*4.*recop.* enixè ejus executio injuncta geminatione triplici in ea improbata permissione,ut vectigalia à privatis & Magnatibus percipiantur, quod nisi caligo mentium, aut nimiâ Magnatum industriâ potest Iudices suadere, ut aliquid permissione admitterent,vel audirent:quæ enim potest ineerpretatio fieri contra legem,quæ Magnatum permissionem improbat,damnat,& injustam declarat,ut in eo permissione & tolerantia defendantur cõtra ipsa verba aperta,legis mentem, & rationem?

Verùm etiamsi nostris legibus id non decideretur 30
manifestè tamen jure communi taciturnitatem & patientiam Principum successoribus nõ obesse probavit *c. de præscript.*& qui tolerat,& tacet, videtur dissimulare pro meliori eventu;non autem consentire argumento legis,*qui vas*,§.*vexare*,*ff. de furtis*,& silentium nullum dare titulũ, Bald.in *l.*1.*C.de emãcipat.liber.n.*6.& tolerantia cujusque temporis non justificat possessionem in his quæ absque Principis concessione(ut vectigalia)adquiri non possunt, Albericus *in rubrica*,*ff. de muner. & honoribus n.*97. Geminian. *in c.*2.*de præbend.l* 6 Pereg.*de jure Fisci*, *l.*6.*tit* 8. *n.*27.& tùnc consensum inducit taciturnitas in rebus præjudicialibus,quando de damno alicujus agitur,*l.filiusfam.*§.*invitus*,*ff. de procurat.*Vbi lectio illa notanda,quæ in aliquibus Codicibus;*nam invitum accipere debemus non eum qui contradicit, verùm eum quoque, qui consensisse non probatur*: accipiendum illud *non* pro non solùm, & non tantùm ut denotat textus ibi,*verùm eum*, & alias notavimus multoties in jure similia reperiri ita accipienda,*l.invitum*,*ff. de servit.urban.prædior.l. non enim* 38. *ff.ad Trebellianum*,*l.ne cum filio* 16 *ff. de furtis*,ubi *non* pro *non solùm*,vel non tantum debet intelligi, & videndi Antonius Augustinus *lib.* 2. *emen. c.*1.Gilbertus Regius *l.*2. Enantiopha, *c.*10 Pacius *lib.*19. *Isagog. tit.* 4. *n.*7. idem *cont.*5.*q.*33. & pro explicatione *l.*3.§.*l.sed si.ff. de suspectis tutor*, notavit Donell.*lib.*3.*comment.c.*16. ex Cujacio,Murero,Gedeo,Antonino Fabro, & aliis Osualdus in notatis,*litera*, *H.*

31 Et taciturnitatem non prodeſſe, ut c >nſ enſuſeliciatur ad aliquem obligandum, *l. qui tacet* 142. *de regul juris*, Soc. *reg.* 194. Menoch. plu bus *lib.* 3. *præſump.* 42. conducunt, quæ tradit Alex. *lib.* 4. *conſ.* 17. *n.* 12. Socinus Senior *vol.* 2. *conſ.* 167. *n.* 10. & Socinus Junior. *lib.* 3. *conſ.* 9. *n.* 17.

32 Et ſatis apertè jure etiam communi improbatur quidquid diſſimulatione, vel conniventiâ ex jure Regio ſublatum eſt, ut illa non præſtet titulum, & revocetur quod ex ea turbatum fuerit, ut conſtat *l. uſus aquæ* 5. *C. de feudis rei privatæ, lib.* 11. eis verbis: *Uſus aquæ fundorum noſtrorum utilitatibus ſerviebat, plurimorum dicitur uſurpatione ſublatus, idque procuratorem conniventiâ, vel diſſimulatione perfectum.* Et ibi: *quia igitur ſatis injuſtum eſt*, jubet præſcriptione ſummota revocari.

33 Sed quamvis conſiderari aliquatenus valeret poſſeſſio, quæ non eſt, illa non aliter habenda, niſi precaria, quaſi ex permiſſione, aut tolerantia Principis procedat: & ideo ſimul atque contrariam voluntatem expreſſerit, manet revocata *l.* 1. *l. cum precario, l. qui precario. ff. precario*; quid enim apertius potuerunt Reges noſtri exprimere velle poſſeſſionem potiùs detentationem revocare, quàm editis legibus, in quibus tam magna cura penitus abſurdum tolerantiæ delerent?

34 Idque majori argumentatione procedit quando Principes noſtri in ipſa *l.* 2. edicunt, id eſſe contra bonum publicum, cujus maxima cura ad eos pertinet: *Sed etiam maximum gravamen inferre tolerãtiã Regali conſcientiæ*, legis verba ſunt, indeque provenit, quia Princeps tenetur etiamſi immineat periculum ſcandali tributa, & vectigalia, quæ ut Principi conceſſa, à quibuſcumque injuſtè detinentibus vindicare, aliàs peccabit mortaliter, *c. in canonibus* 57. *verſ. valde iniquum* 16. *q.* 1. probavit D. Thom. 2. 2. *q.* 43. *art. ultimo* D. Thomæ Cantuarienſis exemplo & aliis confirmat D. Covar. in *reg. peccatum* 1. *p. n.* 6. & non poteſt Princeps liberalitatem exercere cum magnatibus in ſubditorum damnum, ut vaſſallis imponat nova vectigalia, & illis relinquere quæ detinent, ut inquit Cicero, *lib.* 1. *de officiis*; *Nam qui aliis nocent, ut in alios liberales ſint, non benefici & liberales, ſed pernicioſi judicandi ſunt.* Adde quod notarunt Bart. in *l. ab omnibus*, 107. *ff. de leg.* 1. Iaſon, in *l. avus neptis ff. de pact.* Abb. in *c. accidens, de præſcriptionib.* Barbatia *vol.* 2. *conſ.* 13. Franc. Marc. 1. *p. deciſ.* 457. *n.* 8. ex aliis Boſſius *tit. de Principe, n.* 164.

35 Juvat opinio, imò potius conſtans, & ſolida doctrina quam tradunt Theologi, & juris Doctores ſolùm Reges poſſe imponere nova vectigalia, & à ſubditis exigere quando non poſſit occurrere publicis neceſſitatibus ex bonis, & redditibus regalis Patrimonii, nam quæ illius ſunt, prius debet Princeps repetere, & ut ſic loquamur, in eis facere excuſſionem, quam novis collectis oneret ſubditos: ita ex pluribus notavit Molina *de tributis, diſput.* 667. tenuerunt Innocentius in *c. Innovamus de cenſib.* Albericus *in l. neminem, n.* 2. *C. de ſacroſanct. Eccleſiis*, Laudenſis *de fiſco, q.* 33. 62. & 118. & innumeris relatis Magiſter Marquez *in Gubernatore Chriſtiano, lib.* 1. *c.* 16. *per totum.*

36 Quod rectè præſenſiſſe videntur noſtræ leges: nam quoties de novis vectigalibus inſtituendis agitur, illud primò edicunt non ſufficere redditus Regalis Patrimonii, ut paſſim invenies; & vide *l.* 1. *tit.* 22. *lib.* 9. *recop.* & nota ejus verba: *Y no baſtando para eſto ni las nueſtras rentas, ni los arbitrios, ni expedientes de que ſe a uſado el nueſtro Patrimonio eſta exhauſto, conſumido, y embaraçado de manera que del no nos podemos prevaler ni aiuder*; quaſi antequam ad eum ſtatum devenerint redditus Regii, non debeant, nec poſſint peti aut imponi novæ collectæ: & hanc recuperandi vectigalia Regum obligationem, & quantum illorum conſcientiam gravet, aliqualiter omittere, inſinuavit noſtra Hiſpana excellentiſſima Regina Catholica Eliſabeth, nam etſi cum marito ediderit *dict. l.* 2. *tit.* 15. *lib.* 4. *recop.* de revocatione tolerantiæ & recuperatione vectigalium, quæ injuſtè detinerentur, ſpecialem clauſulam adjecit in ſuo teſtamento, ſub quo deceſſit, & ſubſcriptum fuit die duodecimâ Octobris anno 1504. in quo pro animæ ſuæ titulo edicit, ex neceſſitatibus quæ occurrerunt, & bellis poſtquam Regnum adepta, non potuiſſe vectigalia, Gabellas, tertios, & alia jura Regalia, ab injuſtis detentatoribus revocare, ſed cum eis diſſimulaſſe; ideo jubet ut quid Magnates, & alii detinerent, reſtitueretur Regio Patrimonio improbata tolerantia, quæ non poſſet aliquam præbere cauſam præſcriptioni etiam centum annorum.

Nec enim Magnates juvare poterit decretum Regis noſtri Philippi IV. remiſſum ſupremo Senatui Regalis Patrimonii, Kalendis Septembris, anno 1628. quo edicit publicas neceſſitates, & Regalium reddituum oppignorationem cõpuliſſe, ut omni curâ ageretur quomodo augeretur ærarium, pro communi Fidei & Regnorum defenſione; & à ſuis Miniſtris inſinuatum, ſine diſpendio & gravamine ſuæ conſcientiæ non poſſe nova tributa imponi, ſi priùs non repeterentur vectigalia ab injuſtè detentatoribus, ideò jubet ut omnes lites quæ pendent ſuper gabellis à privatis detentis: ſtatim fiſcales proſequantur maximâ curâ & ſtudio, & ſtatim ſubdit: *In litibus quæ poſſent intendi contra Magnates, qui vectigalia percipiunt prætextu permiſſionis moneo deliberans, ut jubeam quod magis juſtum fuerit, & meo ſervitio congruat.* Verba noſtro idiomate ſunt: *Yen los pleitos que ſe pudieren poner de alcavalas de permiſſion que goçan grandes, quedo mirando para reſolver lo que fuere juſto, y conviniere à mi ſervicio.* Ex quo Magnates intendunt non poſſe ſine ſpeciali Regis decreto, de vectigalibus quæ poſſident, quæſtionem moveri, aut judicium intendi, quouſque Princeps deliberet quod fieri oporteat. 37

Sed tamen prædicto decreto non obſtante, fiſci Advocatus, ad cujus munus pertinet omnia vectigalia repetere, & ad Patrimonium Regale redigere debet & poterit intendere judicia pro vectigalibus recuperandis. 38

Quod quidem ſuadetur, quia nullo modo præſumi poteſt Regem noſtrum probare permiſſionem & tolerantiam, quam ſine læſione & gravamine Regalis conſcientiæ admitti nõ poſſe legibus noſtris apertè edicitur; & in eodem decreto, quo Magnates intẽdunt defendi, Rex noſter teſtatur (ut proximè animadvertimus) ad excitandos fiſcales, ut ſummâ curâ judicia de Gabellis iniquè detentis inſtituãt, & proſequantur, ſine gravamine ſuæ conſcientiæ non poſſe nova vectigalia exigere, ſi priùs quæ injuſtè uſurpata ab injuſtè detentatoribus non repetierit. Et ideo nec velle, nec poſſe de jure Principẽ approbare tolerantiã dicendũ, quia quæ juri & pietati adversãtur, facere nõ poſſumus, *l. filius* 15. *de condition. inſtit.* 39

Tum quia cùm hæc diſſimulatio eſt permiſſio ejus quod à Regio Patrimonio abdicatum, non debet Princeps facere, vel permittere: non velut adminiſtrator bonorum Regni, non congruit eorum alienationem permittere, Bald. *volum.* 3. *conſ.* 159. *n.* 5. Platea *in l.* 3. *n.* 8. *C. de locat. prædior. civil. lib.* 11. facit *l. fin.* §. *ſed & noſtra majeſtas, C. cõmun. delegat.* 40

l. ſi

l. fundum 105 *de cond. & demonſt. l. cum filius* 38 *de milit. teſtam.* ibi : *Verumtamen alienum jus minuere non poteſt*, P. Greg *lib.* 3 *de Republica, c.* 8. *n.* 3. *&* 4.

41 Et alienationes in maximum Regni præjudicium non valent, etiamſi juramento confirmentur, *c. intellecto de jurejurando*, ubi Hoſtienſis, Ioan. Andr. Panormitanus, & Butrius, Bartolus *in l. prohibere*, §. *planè ff. quod vi, aut clam*, Roland. *vol.* 1. *conſ.* 2. *n.* 5. *cum ſeq.* Covar. *in c quamvis pactum*, 2. *part.* §. 2. *n* 4. Molina *de Hiſp. primog. lib.* 1. *c.* 3. *n.* 17. 18. & probatur *l.* 1. *tit.* 17. *l.* 4. *tit.* 15. *p.* 2. & Greg. Lopez *in l.* 8. *tit.* 1. *dict. part.* 2.

42 Et quando aliqua alienatio facienda cum ſui Senatus conſilio oportet probari, ut notarunt Barboſa *de præſcript. trigin. n.* 43. Ruinoſus *obſervat.* 73. Caval. Gratian. Shifordequorus, Ant. Faber, Magerus, quos refert D. Solorzanus *tom.* 2. *de Indiarum Guber. c.* 12 *n.* 50. Et ſubjungo elegantem locum Titi Livii, quem nullus ex prædictis refert : ille enim *lib.* 9. *ex ſententia Titi Veturii, & ſpurii Poſthumii* inquit : *Princeps coactus, vel ultrò in totius Regni incommodum abſque ordinum conſenſu nihil paciſci, vel ſpondere poteſt : eſt enim non dominus Regni, ſed ex legibus tantum adminiſtrator : cujus ordines duntaxat de ipſius Regni jure quidpiam imminuere poſſunt : itaque hujuſmodi promiſſa* (dic permiſſa in hoc caſu) *ſunt nullius momenti.*

43 Et apud nos id magis locum habet, quando ſine Ordinum & Vrbium, quæ Provinciarum capita, conſenſu in Comitiis generalibus non ſolent in Caſtella juxta leges noſtras Principes ſuo arbitrio nova inſtituere vectigalia, *leg.* 1 *tit.* 7 *lib. recop.* adde quæ latè *alibi allegat.* 59. *n* 9. & ac perinde nec ſolâ ſuâ voluntate aliquid diſſimulatione minuere & abdicare, ut quod admiſſum in vectigalium conſtitutione etiam in deſtructione (talis enim eſt injuſtè detinentibus tributa relinquere) dicendum, quaſi eadem ſit contrariorum ratio, *principio inſtitut. de his, qui ſunt ſui, leg.* 1. *ff. eodem*, Ariſtoteles *lib.* 7. *Topicorum, c.* 1. Surd. *conſ.* 1. *n.* 92. *& conſ.* 115. *n.* 34. Brunoſus à Sole *in locis communibus, verbo contrarietas*, Seſſe *deciſ.* 52. *num.* 38. Fuſarius *de ſubſtit. q.* 245. *num* 8.

44 Cùm igitur Princeps expreſsè concedere Privatis non debet, quæ ut principi data ſunt vectigalia ad Principatus munus exercendum, quare ex tolerantia aut permiſſione Fiſci Advocati non debent impediri, ne hoc quod maximè bonum publicum conducit, judicium intendant, quia ad ejus officii munus, onus injunctum pertinet *leg.* 12. *tit.* 18. *p.* 4 *leg.* 1. *& per totum tit* 13. *lib.* 2. *l.* 1 *tit.* 2. §. 3. *lib.* 9. *recopil.* & de jure communi Procuratoris, vel Advocati Fiſci mentio eſt *in tit. C. de Advocatis Fiſci. l fin. C. de pactis l. Curator.* 3. *C. de modo multarum. l. ſancimus*, 12. *l. petitionem* 13. §. 1. *C de Advocatis diverſ. judic. l.* 1. *& 2. de lucris Advocatorum*, Dionem, Caſſium, Lampridium, Iulium Capitolinum, Feneſtellam, & alios, qui hujus Fiſcalium officii auctoritatem exornarunt, refert Petrus Gregor. *lib* 49 *ſyntagm. juris, c.* 7. *n.* 9. ex noſtris per integrum tractatum D. D. Franciſcus de Alfaro *de officio fiſcalis*, ubi latè probant ad ejus muneris exercitium ſpectare omnia quæ à Regali Patrimonio uſurpata fuerunt in judicium deducere, & vindicare, idque magis in titulo ſui officii explicatur, ubi ille jubetur petere, defendere, & conſervare quidquid pertineat ad Regale patrimonium.

45 Idque etiam quaſi cauſa publica quæ ad populum & omnes pertineat, poteſt, ut popularis actio, à quocunque intendi, *l.* 1. *tit.* 15. *lib.* 4 *l.* 1. *tit.* 10. *lib.* 5. *recop.* notarunt Doctores communiter *in l.* 1. *ff. de popul. actionibus*, Bart. Farinacius, Iulius Clarus, Decius, Paz, Cevallos *deciſ. Valentina*, Rodericus Suarez, Lara, Donellus, & D. Richard. quos ego adduxi 1. *p. deciſ Granat.* 30. *n.* 16. & alii, quos refert Peregr. *de iure fiſci lib.* 7. *tit.* 2. *n.* 17.

Sed & fiſci Procurator ſemper hæc judicia intendit ſuo jure ſine novo mandato, & generale quod habet intelligendum juxta conſuetudinem & ſtylum Senatus Regalis Patrimonii, ubi hæc de vectigalibus injuſtè detentis actiones ſemper admiſſæ & expeditæ, leg. *Magiſtratus*, 25. *ff. ad Municipalem*, ibi : *moribus competit, l. item eorum* §. *ſed ſi ita, ff quod cujuſque univerſitatis nomine*, notavit Bart. *in l. ſi fraudatur, ff. quæ in fraud. credit.* Ia ſon. *in l. certi condictio*, §. *ſi nummos, ff. ſi certum petatur*, Bald. *in cap.* 1. *num.* 5. *qui feudum dare poſſunt*, Rebuff. *de conſuetudine in præfatione n.* 82. Dec. *in l. ſemper in ſtipulationibus, num.* 10 *ff. de reg. juris*, Salaçar *de uſu & conſuetudine, cap.* 2. Claperis *cent.* 1. *cauſa.* 35. *q.* 4. *n.* 6. ubi tradit mandatum cenſeri datum ſecundùm formam antiquam, & prout conſuetum, quibus adjungo textum *in l. ſuper creandis* 9. *C. de jure fiſci lib.* 10. ibi : *Quæ ſtatuta ſunt quæque antiqua conſuetudine commendantur in pabulis*, cui adde eruditiſſimum D. Laurentium Reminez de Prado *in Pentecontarcho, c.* 11. ubi textum emendat contra Delrium & Cujacium, & alios refert doctus D. Franc. de Amay *in dict. l.* 9.

Nec videtur impediri Advocatus Fiſci, ne actionem intendat prædicto Regis noſtri decreto, dum inquit : *Principem deliberaturum quid fieri oporteat in vectigalibus quæ Magnates poſſident permiſſionis prætextu* : nam pluribus excluditur Magnatum intentio, quia in eo cui conceſſum eſt de rebus fiſci, ut ejus Procuratori experiri niſi manifeſta, & aperta ſit voluntas contraria prohibendi : non cenſetur facultas agendi revocata, *l. Pamponius*, §. *in his, ff de procurat.* ibi : *ſi forte evadens ſit contra voluntatem, ubi* expreſsè pro fiſcali deciditur, quia debet eſſe contraria voluntas expreſſa in eo, qui habet mandatum : nam contra illam agere non poterit Speculator, & Caſtrenſis ex quibus Gregorius *gloſſ.* 7. *l.* 2. *tit.* 5. *part.* 3.

Sed, & Regis noſtri voluntas non debet nec poteſt probare permiſſionem, quæ injuſtitiam continet, & peccatum ut prædiximus vectigalia injuſtè detentata non vindicare, maximè legibus reſiſtentibus, *leg.* 2 *tit.* 15. *lib.* 4. *recop.* quæ tam enixè & geminatè tolerantiam & permiſſionem improbant, & Princeps ſemper leges, & jus imitatur, *l. ex facto*, 43. *ff. de vulgari.* Et pro ejus factis & verbis præſumitur ut jura tueatur, & in eo quod faceret velle quod ipſa lex. Laſ. *in l. cauſſas, n.* 6. *C. de tranſact. & lib.* 5. *conſ.* 57. *verſ. octavo*, Dec. *conſ.* 64 *n.* 10. *& conſ.* 580. *n.* 2. Cavalcan. *conſ.* 120. *n* 8. Gozadino *conſ.* 101. *n.* 10. Caſſaneus, Grammaticus, Nevizan. & alii quos refert Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 10. *n.* 7. *&* 8.

Rurſus quia eo verbo, quo Princeps velle deliberare edixit : nõ impedit quæ à jure, & legibus noſtris ſtatuta ſunt, ut Procuratores Fiſcales de Regalibus, quales ſunt vectigalia, judicia inſtituãt, quia qui deliberat, ſe præparat, ut aliquid decernat, nõ verò improbat quæ diſpoſita ſunt ut plenè colligitur ex titulis, *ff. & C. de jure deliberandi* & ideo nihil eſt magis alienum à ratione naturali, & civili, quàm ex hac præparatione deliberationis Regis noſtri velle tolerantiã & permiſſionẽ vectigalium, quæ injuſtè detinẽtur, approbari, & pondero textum *in l.* 1. §. *caſum, ff. de poſtulando*, eis verbis quæ nobis congruunt :

Sed hoc deliberabimus: ubi in quæſtione an cæcus poſſit magiſtratum obtinere, traditur nihil ex jam factis mutari, ſed cœptum Magiſtratum retinere, & quodcumque privilegium alicui competat (ut in hoc caſu Magnates intendunt, ex ſuæ Magnitudinis privilegiis non poſſe adverſus illos intendi actionem de vectigalibus quæ injuſtè ex tolerantia & permiſſione uſurparunt) id enim ſi privilegium eſt, pendente tempore deliberationis competere non poteſt, & expendo, *l. idemque* 22. §. 1. *ff. de bonis auth. judic. poſſid.* ibi: *Vel dum deliberant ſcripti hæredes de adeunda hæreditate, non oportebit privilegium dari, non enim in eadem cauſſa eſt*, Iunctis quæ notavit ad hunc textum Bartolus *in rubrica, C. de ſuaſorio edicto.*

50 Et nulli dubium eſt ratione civili, & naturali deliberantem non conſentire, ac proinde nullatenus colligi poteſt conſenſus Principis, ut confirmet vel approbet tolerantiam & uno verbo, eòque dubio, *de hoc deliberamus*, ut in decreto, totam juris diſpoſitionem tot vigiliis, curâ, & ſtudiis elaboratam velle everti, *arg. l. ſi quando, Cod. inofficioſo teſtam.* & ſuorũ Prædeceſſorum in Regno, Avi, proavi, & Catholicorum Regum decreta reſcindere, qui tolerantiam ut injuſtam & Publicæ utilitati adverſam improbarunt.

51 Deinde quia etſi ex prædicto verbo, permiſſio & tolerantia Regis noſtri induceretur & ea jus præſtaret, quid valebit prodeſſe permiſſio, quando expreſſa conceſſio & reſcriptum de vectigalibus cuicumque Magnati concedendis à Principe expeditum non prodeſt, niſi privilegium in libris rationum Regalium quæ dicimus *de lo ſalvado*, ſcriptum ſit, & ſubſcriptum ſimul à Senatoribus Conſilij Regalis Patrimonii, *l. 1. tit. 18. lib. 9. recop.* junctis quæ *ſuprà* notavimus ſæpius, & non debet operari tacitum) ſi quid tacitæ voluntatis ex prædicto decreto deſumi poteſt, quod valde negandum) plus quàm expreſſum deficientibus prædictis qualitatibus, quæ in tolerantia & permiſſione non inveniuntur.

52 Denique, nam ut Reges noſtri inſinuant *in prædicta l. 2. tit. 15. lib. 4. recop.* non ſolùm ex permiſſione & tolerantia Magnates uſurparunt, & detentarunt vectigalia, verùm ex turbationibus Regni, & in aliquibus tradunt, Reges ignoraſſe eorum uſurpationem, & fuiſſe factum non ſolùm ex tolerantia, ſed ex aliis cauſis injuſtis, ut apertè exprimunt verba ibi: *A loquel dieron cauſſa las turbaciones y movimientos paſſados de eſtro nueſtros Reynos, y alguna tolerantia nueſtra per algunas cauſſas que a ello nos movieron, y algunos los an llevado ſin que ſeamos ſabidores de ello, y por otras cauſas injuſtas, de loqual ſea ſeguido, y ſigne grandaño, y detrimento à nueſtros Reynos, y a los nueſtros ſubditos*, &c. Et cùm non ſolùm ex tolerantia, ſed ex aliis cauſis injuſtis proceſsiſſe vectigalium uſurpationem Reges enuntiant, & multoties id ignoraſſe, palàm fit illum qui ſe fundat in tolerantia & permiſſione Principis, illam ipſam neceſſariò debere probare, & non poſſediſſe ex alia cauſa, ſed quia Princeps permiſit ſciens vectigalia ab eo poſsideri, aliàs enim non tolerat, vel diſsimulat qui ignorat; ut ſtatim hæc omnia *in ſeq. Alleg.* probabimus, ad quem Lectorem remitto, ne iſta longior procedat: *ibi* enim rectius diſcutietur, ubi agendum de pluribus cauſis, ex quibus Magnates detentant vectigalia.

53 Concludendum igitur eſt, ut etiamſi ex prædicto decreto Regis noſtri non conſtaret expreſsè non prohibere fiſci Procuratori ne judicium de vectigalium detentatione inſtituat adverſus Magnates, ſed potius decretum apertè interdiceret, ut in eis vectigalibus, quæ ex permiſsione Magnates detentaverint, lis non inſtitueretur, adhuc nullo modo inhibendũ fiſci Procuratori, ut actionem intendat; quia in litis diſcuſsione cognoſci debet ex quo jure vectigalia detinuerint; in hoc enim maxima utilitas Regali dignitati, & Patrimonio provenire apparebit, ſi quis hac conſideratione rem tractaverit: nam aut ex tolerantia & permiſsione Magnates detinent vectigalia; vel jure proprio, aliquo titulo & colore quæſito: Primo caſu Regis intereſt, ut Magnates fateantur ex tolerantia detinere vectigalia, & permiſsionem probent, ut inde appareat illud beneficium precarium à Principe obtinere, ut quando ipſe voluerit, poſsit revocare. Secundo verò caſu, ſi proprio jure, & non ex permiſsione obtinere intendunt; manifeſte à tolerantia Principes excluduntur, ac perinde etiam ſi non comprobata eſſet permiſsio, ſed (quod abſit) prædicto noſtri Regis decreto probaretur, non poſſunt defendere, nec ut ex quocumque alio titulo impedire ingreſſum judicii ex permiſsione & tolerantia; nam etiamſi expreſſum reſcriptum aliquis ex Magnatibus haberet cum qualitatibus à jure expreſsis non poterat impediri litem inſtitui, & ideò neutiquam poteſt denegari Procuratori Fiſcali actionem exercere, niſi & Regi, & publicæ utilitati maximum damnum accedat, ut ſtatim latiùs probabitur.

His verò quæ contra expenſa fuerunt *ſuprà n.* 16. 54 breviter occurrendum eſt: & illud quod adjicitur ad publicam utilitatem pertinere Magnates honoribus proſequi, præmiis afficere, eorum augere dignitatem, non negamus; ſed tamen ut valde Reipublicæ noxium vectigalia ab eis detineri *dict. leg.* 2. improbatur, nec Princeps ſine injuriâ publicâ, & conſcientiæ læſione id poteſt permittere, & tolerare, ſemper enim Reges Caſtellæ maximis beneficiis, & largitionibus nobiles vaſſallos cumularunt, ut notum eſt, & adeò liberales ſemper extiterunt, ut multoties donationes reformare neceſſarium judicaverint, ſequuti exempla plurium Principum, nam Galba revocavit Neronis donationes, & ad decimam partem reformavit, ut refert Cornel. Tacit *lib. 1. hiſtor.* eis verbis, *Proxima pecuniæ cura, & cuncta ſcrutantibus juſtiſſimum viſum eſt inde repeti, unde inopiæ cauſa erat bis & vicies mille Seſtertium donationibus Nero effuderat, appellari ſingulos juſſit, decima parte liberalitatis apud quemcumque eorum relicta.* Et Imperatores alii etiam fuerunt, ut apud Græcos de Baſilio Macedonico refert Garibrius *lib. 9. compendii hiſt. c. 21.* apud Anglos Reges Eduardus & Henricus, ut refert Pineda *in Monarchia Eccleſiaſtica lib. 28. c. 26. §. 3. & 4.* de Regibus Aragonum Ramiro, & Ildephonſo III. Zurita *lib. 1. Annalium, c. 53. & lib. 4. c. 93. lib. 7. c. 5.* de noſtris Regibus Caſtellæ, de Ioanne II. Alvarus Garcia *in ejus hiſtoria anno 41. c. 26.* de Rege Henrico II. Mariana *lib. 17. de rebus Hiſpaniæ, c. 18.* de Regibus Catholicis, & Regina Ioanna eorum filia, Zurita *in expeditionibus Ital. lib. 5. c. 84. & 2. tom. lib. 7. c. 8.* de Carolo V. Sandovalius *in ejus Chronica lib. 1. §. 21.* & facit *l. 11. tit. 7. lib. 5. recop.* & Philippus II. & III. idem fecerunt, ut conſtat ex clauſulis teſtamentorum, refert verba Melchior Feho 2. *p. de deciſ. Luſita. 184. n. 34.* cujus memoratur doctiſ. Solorzanus 2. *tom. de Indiar. Gubern. lib. 3. cap. 12. num. 51.*

Sed Reges non debent immenſas donationes fa- 56
cere, *cap. intellecto* ubi doctores *de jurejurando*, Gregor. Lopez *gloſſ. 2. per textum, ibi l. 10. tit. 18. p. 3.* pluribus D. Alfaro *de offic. Fiſcal gloſſ. 34. §. 1. n. 6. & §. 4. n. 1.* Et utinam hodie etiam ad debitum modum Regiæ liberalitates reducerentur, cùm ad id compellerent aliquando anguſtiæ Patrimonii Regii, indigentia ærarii, & penè exhauſtum eſſe, ut neceſsitatibus publicis

publicis nõ valeat occurrere. Et ita multoties Reges nostri donationes immoderatas revocarunt.

56 Illud autem quod contra objectum, Princeps qui patitur, & cùm possit, non prohibet, consentire videatur, expresse nostra lex 2. excluditur, quâ voluntas contraria omninò explicatur, tolerantiam & permissionem Principes improbantes.

57 Quod pertinet *ad l. si hominem, ff. mandati*, ut Procurator non possit improbare factum domini sine speciali mandato, ideò nec Fisci Procurator Regis permissionem, facilius excluditur, quia ultra quod nulla est Regis permissio, Fisci procurator non metitur aliorum Procuratorum regulis, quia semper habent mandatum cum libera, & omnia possit, quæ requirunt speciale mandatum, *arg. cap. quia ad agendum, de Procurator. lib. 6.* Bart. *in l. 1. in princ. ff. de officio Procurat.* Cæs. Laudensis *de Fisco q. 16.* D. Alfarus *de officio Fiscal. gloss. 34. n. 233.* Et ideò quamvis reliqui Procuratores non possint sine mandato speciali secundam supplicationem cum pœna duplarum mille & quingentarum intendere, quia aliàs pars non obligabitur pœnæ, tamen Fiscalis potest supplicare sine speciali mandato, & bona Regis obligare, *l. 10. tit. 20. lib. 4. recop.* & *in d. l. si hominem*, nihilominus, ut ex littera constat, adhuc probabitur procedere factum Procuratoris, etiam sine speciali mandato, quando justis rationibus motus fuit: ergo fiscalis qui justè intendit executionem *dict. l. 2.* rectè agere valebit.

58 Et de mandato Regis, ut comprehendat, & contineri ea omnia, quæ sunt vicina mandatis ex *dict. l. si hominem*, Bart. Castrensi, Iasone, Innocentio, Barbatia, Butrio, Tiraquello, Tusco, Gratiano, Suarez, Surdo, Farinacio, & aliis D. Solorzano *tom. 2. de jure Indiarũ Gubernat. l. 2. c. 4. n. 58.* & *59.* quantò magis quando fiscali expresse mandatum, ut à quibuslibet detinentibus vectigalia recuperet?

59 Nec ex *leg. 1. §. permittitur*, junctâ doctrinâ Bart. *ff. de aqua quotid. & æstiva*, Magnates possunt injuriæ tribuere, si cum eis non toleret Princeps, quod aliis permittit, quia, ut sæpius diximus, in nullo tolerantiam probat, sed in omnibus improbat *dict. l. 2.* sed doctrina Bart. procedit in feudis, & emphyteusi; ubi magis consuetudo quàm in aliis prævaleat: nec inde argumentum sumi potest, Molina *lib. 1. de primog. cap. 7.* tum & communiter improbatur teneri Dominum renovare emphyteusim finitam, quia aliàs frustrà in certam generationem daretur emphyteusis; si semper esset renovanda, ut notavit Sarmiento *lib. 3. selectar. c. 7. n. 5.* & idem notavit improbans Bart. Rosental. *de feudis cap. 7. concluf. 24. n. 21.* Marta *de jurisdictione, 4. part. casu 20. n. 14.* & sine dubio in Principe non procedit, Rosent. *ubi proximè n. 20.* Ant. Gabriel. *lib. 3. communium opinionum titulo de jure emphyteut. concluf. 1. n. 22.* Paris. *volum. 1. conf. 23. n. 250.*

60 Et circa Ecclesiam in emphyteusi non esse obligationem ad renovationem, *argumento cap. ex parte tua 2. de feudis*, ibi: *Feudum aecedentis liberè, si videris expedire concedas*, ex quo textu probarunt, quos refert Caldas Pereira *de renovatione emphyteut. quæst. 8. n. 12.* Valasco, *consultatione 123. n. 9.* Mart. *de jurisdictione, 4. part. casu 20. n. 9.* August. Barbos. ex Surdo, Nicol. Garcia & aliis comprobat, *in collect. d. c. ex parte, n. 8.*

61 Facit Authentica *de non alienandis, aut permutãdis rebus Ecclesiæ, §. quod autẽ, versic. nec illud, collat. 2.* quamvis in contrarium, ut etiam Ecclesia sit obligata ad renovationem emphyteusis, & comprehendi lege, quæ de renovatione ediceretur, pluribus probarunt Caldas Pereira *dict. quæst. 8. per totam*, Bobius *de statut. urbis præscript. gloss. 19 n 209.* Riminald. Iun. *vol. 4 conf. 447.* Beccius *conf. 3. n. 49. & 62.* Marta sibi contrarius *in compilat. decis. 3. tom. tit. de emphyteusi, c. 12.* & sen per ita judicatum à Rota Romana probatur *decis. 230. part. 1.* Pauli Æmilii Vetalli, & *decis. 195. 2. part. diverf. & decis. 611.* Seraph. *per totam*, qui *ad finem* refert duas alias decisiones concordantes, *Lucana* Oradini 148. *lib. 2. & decis 62.* Orani *lib. 2.* & plures alios referunt pro hac sententia Anton. Gabriel. *lib. 3. comm. tit. de jure emphyteut. concluf. 1. in principio, & à n. 13.* Sarmiento *lib. 3. select. c. 7.* Ioan. Garc. *de expensis, c. 15. n. 18.* Franchis *decis. 123.* Iulius Claras *lib. 4. recept. sentent. §. emphyteusis, q. 43. per totam*, & textui *in d. cap. ex parte* respondent Alex. & Decius, quos refert eum textum interpretans Rip a *in l. 1. ff. de privileg. credit.*

Sed etsi cõpellendus esset dominus emphyteusis eam renovare, Bartolus loquitur quando eam revocat, ut extraneo daret, & adducit *l. congruit, l. prædia, C. de locat. prædior. civil. lib 11.* secùs vero si dominus sibi vellet retinere, ut in nostro casu, quia tunc non potest procedere doctrina Bartoli, ut ex Iasone, Abbate, Nicol. de Millis, Ripa, & Gozadino probavit Acosta in tractatu de majoratu bonorum Regiæ Coronæ, 1. *part. n. 40.* idem tenuerunt Lasius *lib. 2. conf. 8. n. 44.* Angel. Aret. *conf. 69. n. 10.* Afflict. & ejus additio *decis. 237. n. 3.* Beninteudis *decis. 19.* Æmilius Veral. *decis. 303.* & 304. Iulius Clarus, *lib. 4. recop. §. emphyt. q. 43. n. 4.* Tuscus *pract. lit. E, concl. 226. n 93.* Trentac. *lib. 3. variar. tit. de jure emphyteut. resolutione 5. n. 7.* maximè cùm Rex sibi retinere vellet, quod alius ex suo Patrimonio retinet sine aliquo titulo, quod longè differt à casu emphyteusis, ubi est titulus, & cum Princeps suo jure uteretur, non potest injuriæ tribui, *l. nemo damnum, ff. de reg. jur. l. injuriarum, ff. de injuriis*, Menoch. *conf. 41. n. 11.* Parisius *vol. 3. conf. 72. ad finem*, Surdus *consil. 10. n. 45.* & 46. 62

Postremò quod objiciunt de immemoriali præscriptione expresse circa vectigalia nostris legibus improbatur *l. 2. tit. 15. lib. 4. recopil.* quam non solùm procedere in præscriptione incepta, sed in jam perfecta, & completa, certissimum est, & nos latè probavimus *alleg. 15. per tot.* 63

ALLEGATIO IX.

Magnates quibus modis usurparunt vectigalia Regis?

1 *Regibus ignorantibus usurpata vectigalia.*

2 *Turbationes Regnorum Castellæ, & bella in causa fuerunt ut vectigalia usurparentur à Magnatibus.*

3 *Stipendia dominorum vassallorum, quæ in redditibus Regiis suorum locorum debent consignari causam præbuerunt, ut vectigalia usurparentur.*
l. 6. & 7. tit. 5. lib. 9. recop. & c. n. 28.

4 *Iurisdictionis concessio cum juribus regalibus causa fuit, ut usurparentur vectigalia.*

5 *Domini vassallorum induxerunt percipere gabellas diminutas, ut pro decima vigesimam solvant vassalli.*

6 *Vectigalia intendunt Magnates cum jurisdictione transferenda.*

7 *Reus in exceptionibus actor est.*
Possessio ex pluribus causis adquiri potest.
Dominium nisi ex una causa non adquiritur.
l.possideri 3.§.ex pluribus de acquir. possess.
l.cum res 4. C. de contrah.emptione.
l.non ut ex pluribus, ff. de reg. juris.

8 *Possessionem quis sibi mutare non potest.*
l.possideri 3.§. illud. ff.de acquir. possess.
l.cùm nemo 5.C. eodem.
l.ad probationem,C. locato.
l.& si manente,l.certè,§.Iulianus,& l.fin.ff.de precario.

9 *Possessio extrinsecùs mutari potest causâ mutatâ.*
l.possideri 3.§.sed etsi l.qui bona,§.quod scripsi.ff.de acquir. possess.
l.non solùm,§.quod vulgo.ff.de usucapio.
l.1.§.ult.pro donato.

10 *Permissio & tolerantia probanda à Magnatibus, si illa velint defendere vectigalia quæ possident.*

11 *Præsumptio juris est pro fisco in vectigalibus.*
Probatione non eget qui fundamentum habet de jure.
L.sive possidetis, C.de probationibus.
l. cum de indebito. ff.eodem.
c. cum Ecclesia Sutrina, de caus. possess. & propriet.
Nobilis si non probat se exemptum, debet solvere el Pecho,*licet fiscus nihil probet, quia pro Fisco assistit juris præsumptio.*

12 *Præsumptio quæ pro aliquo assistit,transfert in adversarium onus probandi.*
l fin. in principio,ff. quod metus causa.
l.sive nuptura in fine,ff.de jure dotium.

13 *Forma specificè adimplenda in decreto,statuto,& rescripto.*

14 *Scientia Principis necessaria ad valorem permissionis, & tolerantiæ.*
Cap.fin. de jurejurando, lib.6.
Ignorans non consentit.
l. si per errorem, ff. de jurisdictione omnium judic.
Ignorans non permittit,potiùs expressè prohibet.
l.qui vas,§. vetare, ff.de furtis.
Ignorantia præsumitur.
Cap. præsumitur de Reg. juris. n.6.

15 *Principis scientia quando præsumatur, ex longo tempore præsumptio cedit veritati.*

16 *Patientiam debet probare, qui in ea fundatur, quando est necessaria.*

17 *Temporis lapsu solemnitas præsumitur.*
Negativa quando improbabilis?

18 *Probare ex aliqua causa possediſſe non negativum est, sed affirmativum.*
Probatio nulla ex assertione partis.
cap.si Papa de privilegiis.
leg.exemplo, C. de probationibus.

19 *Negativa probanda quando est conjuncta cum affirmativa.*

20 *Negativa probari debet ab eo, qui se fundat.*

21 *Vectigalia non debent permittere Magistratus à Dominis vassallorum detineri.*

22 *Liberalitas non est, sed crudelitas cum subditorum damno eam exercere.*
Auth. nullum reddentem agricolæ, collat. 4. novel. 43. c.1.

23 *Seditiones regnorum propter immoderata tributa.*

24 *Regna plura extincta, quæ tributorum nimio onere ruerunt.*

25 *Principes leviter se habeant in exigendis vectigalibus.*

26 *Princeps non debet facere donationem, quæ offendat publicam utilitatem.*
l. rescripta, C. de precib. Imper offerendis.
l.nec avus,C. de emancipat. liberorum.
l.2.§.meritò,& §.siquis à Principe,ff. ne quid in loco publico.
l. fin. C. de statuis & imaginibus.
l.si quando, C. de testibus.

27 *Vectigalis novi justitia consistit in necessitate, ex qua imponitur.*
Auth. de mandatis Princip. §.deinde vero talem collat.3.

28 *Consilii hominum fragilitas, ut damnum eveniat, unde commodum provisum.*

29 *Titulum extendens & ultra illum possidens nullũ jus adquirit.*
c. cum personæ,§. quod si tales de'privil lib.6
l 4. tit.15. lib.4. recop.

30 *Permissum certo casu & modo,ultra eum non permissum.*
L. sicut, §.sed etsi ff. quid mod.pignus, vel hypotheca solvitur.
l. si itaque 21. ff.de vulgari.
l.statu liber. 10.§.fin.ff. deleg.2.
l.cum Prætor.ff. de judiciis.

31 *Principum concessiones subditis factæ habent naturam precarii.*
l. cum precario.ff.de precario.
Silentium non dat titulum.
Titulo,& permissione possidere sunt contraria.
l.usus aquæ,C.de fundis rei privatæ, lib.11.

32 *Regalium jurium concessione non veniunt vectilia nisi exprimantur.*

33 *Possessio in vectigalibus non extendenda, l. si idem, Cod.de codicillis.*
l.1. §.Iulianus, ff. de itinere.actúque privato.
c.contingat, c. tua,de decimis.

34 *Dolus non debet prodesse ad obtinenda vectigalia.*
l.qui cum tutoribus, §. qui per fallaciam,ff.de transactionibus.
l.ita fidei, ff.de jure fisci.
Vicesimæ tributum apud Antiquos.

35 *Vectigalium permissio de uno ad alium non transit.*

Magnates Regnorum Castellæ qui detinent vectigalia Regia, variis de causis ea occupārunt, & idcò audiendi non sunt, si solùm ex tolerantia Principum se defendant pro explicatione l.2. tit.15.lib.4. Recop.

VLTRÀ quod de permissione, & tolerantia ediximus, etiam in hac allegatione probandũ est non sufficere allegari tolorantiam (quamvis valida esset) nisi expressè probaverint ex nulla alia causa possediſſe, & Principem ejus habuiſſe notitiam,quia ut traditur *in d.l.2.tit.15.lib.4. recop.* multis de causis usurpata fuerunt vectigalia Rege ignorante,& aliis modis injustis ultra tolerantiam & permissionem, quod ex pluribus, quàs experti fuimus controversiis circa usurpationem Gabellarum illud exprimendum & declarandum est.

Primò

2 *Primò* aliqui bellorum ratione & turbationum horum Regnorum, quo tempore ille validior qui potentior, aliqui induxerunt vel uſurparunt vectigalia inducta, eo colore quaſi Regibus opem miniſtrent, & Rex conſentiret conniventia, diſſimulatione, & tolerantiâ: & tunc diſtinguendum eſt, an apertè conſtet Principem hujus vectigalium uſurpationis habuiſſe notitiam, vel eam ignoraſſe.

Secundò alii titulum habuerunt quia ex noſtris 3 conſtitutionibus Regni *l.6.& 7.tract.15. lib.9.novæ recop.* jubetur ut ſtipendia quæ à Regibus habent Magnates, Prælati, Titulati, aut alii Equites, vel Milites, quæ dicimus *acoſtamientos*, ſi habent aliquorum locorum juriſdictionem conſignentur in vectigalibus eorum, ut ideò melius exigantur quaſi juriſdictione ſua ſibi conſulant in exactione vectigalium ad ſtipendia ſolvenda, & cùm id plus quàm ducentis & ſeptuaginta antea annis ſtatueretur à Domino Rege Henrico IV. anno 1458. & 1462. quo tempore vectigalia exiguiora fuerant, & poſtea ex pace, quâ hæc Regna fruerentur Mauris expulſis è Granatenſi Regno, populis adauctis augerentur vectigalia, quæ ab initio forte non ſufficiebant in eis locis ad ſtipendia ſolvenda dominis locorum; ponamus fuiſſe ſtipendium, vel *acoſtamiento* centum mille maravedinorum, & vectigalia ejus locorum tunc non æſtimari niſi octoginta mille, ut in pluribus caſibus compertum fuit, cùm nihil maneret quod pro Regali Patrimonio exigi poſſit, quia major quãtitas ſtipendii conſignata ex libris rationum Regis, eorum vectigalium exactio obliterata, poſtea etiamſi majora fuerunt, eo colore apud dominos locorum remanſerunt prætextu conſignationis.

4 *Tertio* aliqui, quibus Princeps juriſdictionem oppidorum donavit, & adjecit facere conceſſionem cum omnibus juribus Regalibus, eo colore quaſi vectigalia de juribus Regalibus ſint, ea percipere cœperunt, & huc uſque in uſurpatione durarunt.

5 *Quarto*, plures Domini in ſuis locis induxerunt vectigalia eis à vaſſallis dependi, unum ex viginti quod vigeſimam dixerunt, & adhuc in pluribus Bœticæ locis invenimus non ſolvere incolas Gabellas ex decem unum, ſed cùm viderent à ſuis Dominis relevari, quia ſolùm viceſimam ſolvebant, patienter ſuſtinuerunt, & nunquam Regi denuntiarunt.

6 *Quintò*, ipſos Magnates qui tolerantiam & permiſſionem Regis intendunt locorum juriſdictionem cum juribus in eis habentibus cum aliis ex facultate Regia permutarunt; unde intendunt vectigalia quæ illi poſſidebant, ad alios transferenda, & in detentatione conſervandos, quæ omnia ſuo ordine brevius quo poſſint, diſcutienda.

7 Quoad primum prærer ea quæ nuper animadvertimus, tolerantiam, & permiſſionem Principis eſſe injuſtam, improbatam, & nunquam Regem potuiſſe pati ut à privatis exigerentur vectigalia, quæ ſui patrimonii ſunt ad Regni defenſionem à ſubditis conceſſa; Ultra animadvertendum eſt quiſquis Magnatum qui ſe intenderit tolerantiâ tueri in exceptione tolerantiæ, in qua actor eſt, *l. in exceptionibus 19.ff.de probation.* Abbas *in cap. cùm ſuper, n.3. de conceſſ. præbend.* Rota Genuenſis *de mercatura, deciſ.91.n.5.* debet allegare, & probare nullo alio titulo, quam ex tolerãtia & permiſſione Regis detinuiſſe vectigalia, quia cùm ex pluribus cauſis ultra tolerãtiam poſſint detineri, *d.l.2.tit.15 lib.4.recop.* & quiſque poſſeſſionem intendit, eam poſſit ex pluribus cauſis habere, *l. poſſideri 3.§ ex pluribus, ff.de acquir.poſſeſſ.* cui non obſtat *l.cum res 4.C. de contrahend. empt.* eis verbis *Intelligere debemus duplicari ſibi titulum poſſeſſionis non potuiſſe*, quia ibi poſſeſſio pro proprietate accipienda, ut poſt Duarenum, Gifanium, & Borcoltem *ex d.l.4.* ſerio apparet, de dominio agi conſtat ibi: *Dominum ſe factum* probavit Oſualdus ad Donellũ *lib.5. commentariorum, c.16. in notatis lit.H*, tenuit etiam Gothofredus *in notatis d.l.4.* igitur quamvis dominium non niſi ex una cauſa adquiri poteſt, quia ſemel quæſitum nihil plus expectat, tamen poſſeſſio ex pluribus adquiri valet, & poſtea dominium quæratur, ut in exemplis *d. §. ex pluribus, l. non ut ex pluribus, ff. de regulis juris.*

Tamen illud certiſſimum eſt in jure non poſſe 8 qui ex aliqua incœperit cauſa poſſidere, eam ſibi in poſſeſſione mutare, *l.5.§. illud, ff.de acq.poſſeſſ. l.cum nemo 5. C. eod.* ubi communiter probant Doctores *l. ad probat 15.C. locato, l.etſi manente*, ibi: *Nam nec mutatur cauſa poſſeſſionis l.certè §. Iulianus, l.fin. ff.de precario*, adeo ut nec ſucceſſori ejus, qui poſſidet permittitur poſſeſſionis cauſam mutare, Caſtr. *in l. neq; fructuariũ, n.2.C.de uſufruct.& 2.p.conſ.439.& 440.* Natta *cõſ 471.n.12.* Tiraq. *de jure conſt.ampl.13. n.5. & 6.* Tuſc. *pract lit.P. concl.472.n.11.14.& ſeq.*

Et quod notavit Donellus *lib. 5. comment. c.16.* 9 videri poſſe mutari poſſeſſionem, ut qui injuſta, & nulla cauſa poſſidet, non prohibeatur ex nova & juſta poſſidere, & ſic uſucapiat, quod etiam probavit Duarenus *ad l.3. §.4. ff.de acquir. poſſeſſ.* ut qui tenuit ex depoſito emat, & hæres fiat, *l. poſſideri 3.§. ſed ſi is.l.qui bona §.quod ſcriptum, ff.de acquir.poſſeſſ. l.non ſolùm 33.§. quod vulgo, ff. de uſuca.l. 1.§ ult. ff. pro donato.* nihil contra quod tradidimus, facit, quia his caſibus, & aliis à Jureconſultis exprimuntur, quando mutatio poſſeſſionis permittitur, ipſe non ſolùm mutat poſſeſſor, ſed extrinſecùs mutatur poſſeſſio ab alio, qui novum dedit titulum, quod jurè permiſſum eſt, ſecùs ut ſibi quis mutet. Et hæc diſtinctio ex Juriſprudentiæ regulis probatur *dict. l.3.§.quod vulgò, dict. l.qui bona §.quod ſcriptum*, & *d. l ſi nẽmo.* Et ſi facilius in noſtro caſu exemplum fiet, ſi Magnates, qui aliquo titulo injuſto incœperint vectigalia detinere, cùm titulus nõ ſufficiat, quia noſtris legibus excluditur, & reprobatur, velint ſe in detentatione conſervare vectigalium, excipiendo ea retinere, & exigere prætextu tolerantiæ, & Regalis permiſſionis, quod ferendum non eſt, quia nihil extrinſeci ab alio, à Rege accedit, ut in dictis juribus, ſed ipſe injuſtè poſſidens, timens ſpoliari, vult permiſſione, & tolerantiâ tueri, & ad eam reducere jus & titulum, quem proprio jure antequam controverſia de vectigalibus moveretur, habere intendebat, tum & nihil Princeps de novo facit, ut toleret, & permittat, qui ante non toleravit in eo, qui non poſſidebat ex permiſſione, ſed ex titulo.

Igitur cum ex multiplici cauſa poſſent Magnates 10 incipere detentare vectigalia, ſi quando ab eis fiſcalis intenderit ad Regium patrimonium reducere, & vindicari, ipſi excipiant vectigalia Regis permiſſu & tolerantiâ poſſidere, id non ſufficiet ab illis allegari, niſi manifeſtè probent, quaſi ex pluribus modis, quibus vectigalia uſurpata fuerunt *d. l.2.tit.15 lib.4. Recopil.* eis verbis: *y algunos las an llvado, ſin que ſeamos ſabidores dello, y per otras cauſas injuſtas*, debent expreſſe tolerantiam probare, nam cum ſit fundamentũ ſuæ intentionis, quâ defendunt illorum jus non eſſe in controverſia Judicii deducendum ſine ſpeciali Regis mandato, illud in quo aliquis fundat intentionem ſuam, vel exceptionem probare teneri etiamſi fundetur in negativa, Abbas, Baldus, Albericus, & plures, quos refert Maſcardus *concluſ. 1159.n.67.*

11 Præſertim quando pro fiſco aſſiſtit juris præſumptio: quæ ſemper eſt pro Rege in vectigalibus percipiendis *l. omnium cum l. ſequent. l. uſurpationem, C. de vectigalibus, l. 1. & 2. tit. 15. lib. 4. recop. l. 12. & 3. l. 15. tit. 18. l. 9. recop.* Et ideò fundamentum habet de jure, ut nulla egeat probatione ex regul. *l. ſive poſſidetis. C. de probationibus, l. cum de indebito, ff. eodem. cap. cum Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſ. & propriet.* Joannes Garcia *gloſ. 8. n. 4.* ubi ideo, quia Rex fundat in tributis ab omnibus vaſſallis (quod dicimus *pecho*) percipiendis, ſi nobilis non probaverit ſe exemptum, quando à fiſco ſua nobilitatis poſſeſſio turbaretur, adhuc ſolvet, etiamſi nihil fiſcus probaverit; addendi Menoch. *l. 2. præſumpt. 33. n. 2.* latè Pacius *lib. 1. de probat. cap. 8.* Surdus *conſ. 82. num. 39.* Schraderus *volum. . conſil. 4. num. 168.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 141. n. 21.*

12 Et quamvis non eſſet fundamentum intentionis excipientis & ideo probare teneretur quod allegat præſumptio juris, quæ contra illum eſt, onere probandi gravaret, *l. fin. in princip. ff. quod metus cauſa l. ſive nuptura. in fine. ff. de jure dotium*, Crotus *conſ. 100. n. 5.* Surdus *conſ. 1. n. 63.* Ex Panormitano, Cravetta, Cephal. & Marſilio, idem Surd. *conſ. 152. n. 24.* Pacius *lib. 5. de probat. c. 9. 11. & 19.* Farinac. *de teſtibus. q. 69. n. 34.*

13 Quo magis procedit, quando ex pluribus cauſis, ut animadvertimus, poteſt vectigalium uſurpatio procedere, & noviſſimum decretum Regis noſtri anno 1628. & ſi ut *præcedenti allegatione* probavimus, nihil impedit quin de his vectigalibus judicia diſcutiantur, tamen apertè inſinuat, qui ſe defendunt ex permiſſione illam probare oportere, nam ejus quoad hoc verba ſunt: *En los pleitos que ſe pudieren poner de alcavalas de permiſſion que gozan grandes quedo penſando*: nam cùm ſolùm deliberare Rex noſter edicat, in litibus vectigalium, quæ ſint permiſſionis, etſi inde juxta notata non poſſit induci prohibitio, utcunque illã velint introducere Magnates, debent prius probare poſſediſſe ex ſola tolerantia, & permiſſione, ut prædicto decreto juvarentur; nam ajectio illa, *de Alcavalas de permiſſion que goçan Grandes*, importat conditionem, quæ inducit formam, Menoch *conſ. 133. n. 9.* quæ antea & præcisè adimplenda, ut docuit Baldus *in Authent. matri & aviæ, C. quando mulier tutelæ officio fungi poteſt*, Ruin. *conſ. 199. n. 3. l. 1.* latè Tiraquell. *de retract. convent. §. 2. gloſſ. 1. num. 3.* Socin Iun. *lib. 1. conſ. 122. n. 29. & lib. 2. conſ. 85. n. 15.* Pariſ. *lib. 1. conſ. 97. n. 159.* Menoch. *conſ. 1257. n. 24.* & in decreto & ſtatuto tenaciter forma ſervanda, ex Romano, Alexandro & Ancharano, Tuſcus *practicarum. lit. F, concl. 414. & lit. S, concluſ. 555. & in reſcripto, quod eſt juris ſtricti, cap. cum dilecta 22. cap. ſedes, cap. fin. de reſcriptis*, Afflictis *deciſ. 366. n. 3.* Natta *conſil. 594. n. fin.* Becius *conſ. 21. n. 14.* Auguſt. Barboſa *in collect. dict. cap. dilecta. n. 4.* omnino formam diligentem cuſtodiendam probatur *dict. cap. cum dilecta, de reſcriptis*, & *ibi* Doctores, Decius, Natta, Guido Papæ, Vantius, & alii, quod refert, & ſequitur Surd. *conſ. 181. n. 5.* Menoch. *conſ. 192. n. 2.* adde plures, quos pro obſervantia formæ retulimus *in deciſ. Granateſi 43. n. 4. & 29.*

14 Et cùm nemini dubium, prædictum decretum non reſpicere alia vectigalia, niſi quæ ex tolerantia, & permiſſione poſſidentur, ideò ut poſſint Magnates illud pro ſe inducere, & adducere, de hac qualitate prius docere debent, & Principem habuiſſe ſcientiam ſuæ detentationis, quia id omnino neceſſarium, ut tolerantia & permiſſio procedat *cap fin. de jure jurando lib. 6.* ubi communiter Doctores, Pariſ. *vol. 1. conſ. 47. n. 96.* Cæſar Barzius *deciſ. 48. n. 23 cum ſeqq. & deciſ. 61. n. 19.* Tiraq. *de retract. lignager, §. 36. gloſſa 2. n. 31.* aliàs enim qui ignorat non conſentit *arg. l. ſi per errorem, ff. de juriſdictione omnium judicum*: & tantum abeſt ignorantem velle permittere quin potiùs expreſsè prohibet, *l. qui vas §. vetare, ff. de furtis*, ibi: *Vetare autem dominum accipimus etiam eum qui ignorat hoc eſt eum qui non conſentit.* Juncto Bart. Alex. *ibi*, Bald. *ad l. ſi ſine, C. ad Velleian.* & ideo Principis ſcientia probanda, quia in dubio ſemper præſumitur ignorantia, *reg. præſumitur 47. de regulis juris in 6.* Menoch. Maſcard. Mugonius Joſeph. Ludovic. Surd. Roman. Roland. Tuſch. & quàm plurimi quos refert Aug. Barboſ. *in collect. dict. regulæ n. 1. & 3.*

Nec aliquid contra ſuadebit ex longo tempore 15
ſcientiam Principis præſumi, Molina *lib. 2. de Hiſp. primog. c. 6. n. 15.* ex Becio, D. Padilla, Peregr. Surdo, Barboſa, Capicio, Azevedo, & aliis innumeris D. Caſtillo *tom. 7. de tertiis, c. 28. n. 5.* quia id quod ex præſumptione colligitur cedere oportet veritati, cum expreſsè in noſtris legibus Reges edicant non habuiſſe ſcientiam prædictæ uſurpationis vectigalium *dict. l. 2. tit. 15. l. 4. recop.* eis verbis *Y algunos las an llvado ſin que ſeamos ſabidores de ello.*

Juvat doctrina Angeli in *§. ſequens n. 28. inſtit.* 16
de actionibus, etſi in locatione patientia locatoris præſumatur niſi contra probaverit conductor, tamen, quia ut petat locator debet præcedere patientia, ſi ille petierit contra conductorem, debet prius patientiam probare quaſi ſuæ intentionis fundamẽtum, quod ſequitur Joſephus Ludovicus *deciſ. 2. n. 7.* & refert D. Caſtillo *lib. 3. controv. c. 3. n. 16.* & ideò ſi certiſſimum non eſſet ex pluribus cauſis poſſe adquiri poſſeſſionem *d. l. 3. §. ex pluribus*, & vectigalia à Magnatibus detineri *d. l. 2. tit. 15. lib. 4. Recop.* & præſumi poſſet, ut in patientia diximus ex nulla alia cauſa, quàm ex tolerantia vectigalia poſſideri (quod nullo modo procedit) adhuc permiſſio & tolerantia quæ neceſſaria & prævia, ut magnates obtineant, & in qua fundamentum ſuæ intentionis conſiſtet ab illis probanda.

Nec poterunt Magnates defendi eo quod illis 17
ſufficere debet allegare permiſſionem, & tolerantiam, quia ex temporis lapſu omnia ad illam neceſſaria præſumuntur, Cephalus *lib. 1. conſ. 57. n. 11.* Capicius *deciſ. 16. n. 1.* D. Valençuela *conſ. 18. n. 15.* Menoch. *lib. 2. caſu 433. n. 24.* Et probare non poſſediſſe ex alia cauſa quàm ex permiſsione Principis, contineat negativam quæ improbabilis in jure exiſtimatur ex Bald., Saliceto, Lanfranco, Corneo, Narta, & aliis D. Ludoviſius *deciſ. 325. n. 9.* pluribus Tiberius Decianus, *vol. 4, reſponſo 39. n. 31.* ex Rotæ deciſion Gratian. *diſceptat. cap. 525. n. 32.* & ſatis probata cenſetur ex quo non apparet contrarium ex Baldo, & Corneo, Cravetta *conſ. 1. n. 11.* quam ſequitur Menoch. *contr. 322. n. 44.* idem tenuit Gratianus *diſcept. cap. 125. num. 30.* maximè quia compoſſidentes vectigalia habeant contra ſe præſumptionem, quæ in vectigalibus percipiendis fiſcum adjuvat, facilè poterit præſumi ex nullo alio titulo permiſsione, & tolerantia Regis vectigalia Magnates detentaſſe.

Veruntamen id parum movebit, quipqe illud 18
quod exigimus probari ex nulla alia cauſa poſſediſſe, niſi ex tolerantia non eſt negativum, ſed planè aſſertivum, id eſt poſſeſsionem habere ex permiſsione & ideo omnino probandũ ab eo qui ſuæ intentionis

funda

ſun lamentum exhibet,ut not. per textum *ibi in l. qui accuſare, cum vulgatis Cod.de eadendo cap.nonne de præſumption.* Pacianus *de probatio. lib.1.cap.7.per totum*, & cum decretum palàm edicat Regem deliberare circa recuperationẽ vectigalium,quæ ex permiſſione detinerentur, ut eo aliquis ſe defendat,debet concludenter probare ſolùm ex permiſsione detinuiſſe, non aliunde, nec ſufficiet illud in libello fateri, quia probatio nulla ex partis aſſertione, *cap.ſi Papa de privilegiis*,ubi gloſſa & Doctores communiter:& pernicioſum id eſſe traditur *in l. exemplo, Cod.de probatione.*

19 Tum etiam negativa) ſi quidquam ejus in hoc caſu quis conſideret quod admitti non poteſt) ut probanda,quia eſt conjuncta cum affirmativa, Paulus de Caſtro,Felinus Ruinus, & Antonius Gabriel, quos refert & ſequitur Gratian. *diſcept.c.562.n.61.* nec dicitur improbabilis,quando poteſt inſtrumentis conſtare , quia tunc facilis probationis exiſtimatur, Bald. *in l.ſi contra,C.de appellat.* Alex *lib.4.conſ.95. in princ.* Caſsiodorus *deciſ.5.* ex Bartolo , Jaſone, Alexandro, Natta, Surdo,Croto, Rolando, & Cephalo , Gratianus *diſcept.c.748.n.15. & c.877.n. 23.* & poſſet probari à Magnatibus exhibitis titulis locorum & reſcriptis donationis Regis,ut appareret an ex aliquo colore qui in prædictis titulis contineatur , uſurpaverint vectigalia , & nunquam qui permiſsionem allegarunt,titulos exhibent locorum, & maxima cautela eſt eos occultare,ut poſtea vitioſus ingreſſus tempore obliteretur, ut in eis qui ſe volunt præſcriptione tueri , notarunt D. Molina *lib.2. de primog.c.6.n.75.* Avendaño *in c.69.Prætorum 1.p.c.12.n.fin.* Joan.Garcia *de nobilitate,gloſ. 21. n.7.* Honded. *vol.1.conſ.82. num.43.* Mareſcot. *var.lib.1.c.13.n.5.* Peregr. *de jure fiſci lib.6. tit. 8. n.25. & vol.1.conſ.3.n.71.*

20 Deinde quod abſque controverſia eſt , ut etiamſi quilibet negativam in præſenti conſiderare velit, adhuc,quia in ea ſe fundant Magnates, non poſſediſſe niſi ex permiſsione probare tenentur ; nam qui ut ſuæ intentionis fundamentum allegaverit negativã, ejus debet probationem exhibere , ſive negativa ſit facti qualitatis probabilis vel improbabilis, Bart. *in l.penult. §. docere ff. ne quis eum qui in jus vocatus*, ex Ripa,Decio,Cravetta,& aliis Menoch. *conſ.284. n.11.*& hoc ut regulare ſit,& procedat etiam quando aliquis excipit de negativa,ut in noſtro caſu probare teneatur, Alex.*lib.6. conſ.42.col.2.*Dec. *in c.2. de reſcript.& conſ.192.col fin.* Aymon *conſ.112.n.6.* & ex Bartolo,Alexandro,Innocentio,Felino,Caſtrẽſi,Oſaſco, aliis ut indubitatum probavit Gratianus *diſcept. c.793.n 9.* Herculanus *in tractatu quomodo probetur negativa,n.2.*ex Patiano noviſsimè D. Caſtillo *tom.7. de tertiis,c.13. n.17. cum ſequent.* Etſi ſufficeret Magnatibus ſola permiſsionis allegatio, ut adversùs illos actio non poſſet intendi lex quæ favore publico & Regalis Patrimonii inducta,ne præſcriberentur vectigalia,minus poſſet quàm ſola partium aſſertio in hoc caſu quoad Magnates , & in odium Regis retorqueretur contra *l. quod favore,C. de legibus*, quaſi effugerent præſcriptionis prohibitionem, eo ſolùm quod aſſererent ex permiſsione & tolerantia poſsidere.

21 Manet igitur in hoc caſu non poſſe defendi Magnates tolerantia vel permiſsione in detentatione vectigalium, & ſi quam eis velint judices concedere, monẽdi ſunt ne nimis indulgeant permiſsionem, nec impediãt in harum actionum exercitium quod Princeps adhuc nunquam expreſsè prohibuit,curent maximè vectigalia ad Regale Patrimonium redire,quia his temporibus , quo ex ingruente bellorum clade, populi novis collectis & tributis graventur, valdè iniquum eſt permittere à privatis vectigalia detineri , quorum cauſa publica eſt , ut jam ediximus.

Et quamvis liberalitas Principes deceat,nunquam 22
tamen liberalis,ſed crudelis dicendus,qui in populi diſpendium ſinit alios ditari,ut dicebat Cicero *lib.3. officiorum.l.quoniam,C.de ædificiis privatis*, etſi Rex noſter pluſquam millies aureorum annuorum redituum vectigalium quæ injuſtè detinentur à Magnatibus,& aliis titulatis,repeterer, excuſaret nova inſtituere vectigalia & ſervitia à Populis exigere , quo maxime gravantur,ut experiamur quod antea edixit Imperator Juſtinianus,*in auth.nullum credentem agricolæ,col.4.*ibi: *Et ex hac cauſa quoſdam colonorum fugæ latebras petiiſſe* : & cùm ex utilitate quam Magnates conſequuntur in detentatione Vectigaliũ inferiores & ſubditi graventur , conveniunt verba Theodorici Regis apud Caſſiodorum *li.2 var.epiſt. 16. ibi Vt qui functionem propriam vix poterat ſuſtinere devotus , alienis oneribus prematur infirmus:* & poſſent populi quia ex injuſta privatorum detentatione vectigalium novis gravantur , uſurpare verba,quæ Imperator edixit *novel. 45. c.1.* ibi: *Nec enim ſuſtinemus aliorum onus,ad alios transferri, nec tam immitem proponere formulam,ut quotidie vectigalia augeantur.*

Et fere in omnibus Regnis ſeditiones vectigalium 23
dolore excitatæ. Romani inſtante bello Volſco magnam ſeditionem paſſi fuerunt inter plebem,& Senatores, ortâ diſcordiâ, inſtigatâ plebe,quia ob iniquum tributum imperatum æs alienum feciſſet , cui ſatisfacere non poterat,ut poſt Livium,Halicarnaſſeum,& Plutarchum tradit Sabellicus *lib.8.Æneid. 2.*Et excidii Hieroſolimitani,& Rebellionis Judæorũ cauſa fuit Quirinium Syriæ Præfectum velle ad tributa & cenſum recenſere facultates ejus Provinciæ,ut notavit Joſephus *lib.18. antiq.c.1. cum ſeq.* ſed Bantii turbationem , quia Rhodii ægrè tulerunt novum vectigal,& Antiochenſium ſcandala ex novo tributo ab Imperatore Theodoſio impoſito referunt Sabellicus *l.2.Æneid.5.*& Nicephorus *l.9. c.42.*& Parienſienſis & Galliæ ſeditio ob vectigal viceſimæ rerum venialium indictum,Æmilius *lib 9.* & de Protagenſibus ob eandem cauſam, Fulgoſ. *lib.9.c.7.* in in Anglia Londini tumultus , & mortis periculum Regis Ricardi II. referunt Polydor. *lib. 10. Angliæ Hiſtoriæ*,& Fulgoſ.*l.9.c.7.*& de Scotis cum Henrico VII.Polydor.*l.26.de Belgis.*graviſſima ſcandala, ob novas tributorum exactiones , Thonacenſes , & Gandavenſes ſuſcitarunt,juxta Æmilium *lib.8.& 9.* & idem de Venetis tradit Sabellicus.*lib.10.Æneid. decade 1.* & de aliis notavit Crancius *l.9.Vandaliæ, c.1. & lib.10.c.14.*& de Caſtellæ ſeditionibus, vulgò *communidades* ex nimia avaritia Gubernantium , & tributis, originem habuiſſe noſtra Hiſpaniæ monumenta teſtantur , & Paulus Iovius de Hadriano VI. Oſorius *lib.12. de rebus Emanuelis.*

Sed & tributa ſemper fuiſſe vetuſtiſſimam ſeditio- 24
num cauſam ex Tito Livio *lib.5.* probavit Adamus Gontzen,*lib.9.Politicorum, c.3.§.2.verſ. verum* & idem *lib 9.c.8.* § 4. ubi multa refert exempla , & ſeditionum illam majorem cauſam ex mala vectigalium adminiſtratione tradit Carolus Scribanius *in Politico Chriſtiano lib.1. cap. 2.* ex Symbolo Pytagoræ , & Clemente Alexandrino *lib 5. ſtromatum in principio* notavit Magiſter Marquez *in gubernatore Chriſtiano , lib.1. cap.16.* ſed & Regna extincta quia vectigalium pondere ruerunt,ut de Romana Republica Salvian.*lib.4.* tributorum vinculis

ſtrangulatam periiſſe tradit, refert Adamus Contzen *libro 7. cap. 29. §. 9.* ubi acerbitatem dolet
25 exactorum.

Hæc igitur libenter addimus, ut caveant Principes, ne jam inſtituta vectigalia, quæ ipſis debentur à privatis detineri ſinant, ut ex eo ad nova inſtituenda cum magno ſubditorum detrimento, & publici ſtatus periculo compellantur, & quàm leniter in tributis inſtituendis, & exigendis ſe habere debeant, monet noſter Petrus Navarrette *in conſervatione Monarchiæ diſcurſu* 18. Cui adde Contzen *l.8. politicor c.7.§.4.& 6.* Magiſter Marquez *dict. c.16.* ubi ex pluribus ſacræ Scripturæ locis, & pluribus Doctoribus latè probat, & noviſſimè plura valdè notanda ex ſacris Litteris, & profanis rectè cumulavit Pater Velaſquez *in tract. de optimo Principe*
26 *lib.4.anno* 15.16.17.18.19.

Sed hanc deſidem liberalitatem non poſſunt aliquali er Principes facere tolerando vectigalia in cõmune bonum inducta, in privatam utilitatem cedere, ut jam prædiximus. Nec aliqua donatio fieri debet à Rege, quæ offendat publicam utilitatem, *l. reſcripta, C. de precibus Imperat. offerend. l.2.§. meritò*, & §. *ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, l nec avus, C. de emancip. liberorum*: nec enim aliorum, id eſt, Magnatum commoda ſubditis regni damnorum occaſionem præbere debent, ſi horum vectigalium defectu novis gravarentur, ut traditur *in l. fin. C. de ſtatuis & imaginibus*: nec oportet pro alienis commodis ſibi difficultates adſtruere, *l. ſi*
27 *quando* 18. *C. de teſtibus.*

Siquidem difficulter Princeps nova tributa ſpetere poteſt, dum quæ ſua fuerunt, non recuperat, cum juſtitia novi vectigalis ſit neceſſitas, ut tradunt omnes *ſuprà* relati, & juſtam cauſam præcedere debere notarunt Sixtinus Ariſminus, Tepatus, Trentacinquius, Humada, Roſental. Farinacius, & alii, quos refert Barboſa *in collect. l.3.n.5. C. nova vectig. inſtitui non poſſe*, & eſt communis omnium ſententia, nec videatur neceſſitas urgere, quando ſua bona Princeps detinere patitur, ut notavit Antonius Faber *in C. lib.7.tit.12. ne rei Dominicæ, vel templorum, definitione* 1. ubi tradit tunc teneri ſubditis Principis occurrere, tributa dependere, quando ipſius bona jam conſumpta eſſent, & publicis neceſſitatibus non ſufficerent, & judices in eo animadvertere oportet, ne iſta damna ſubditi patiantur, & ſi qua dubitatio inciderit, potius pro fiſco, qui pro ſe præſumptionem habet, judicari oportet, ut vect galia recuperet; nam id Quæſtoribus ſacri Patrimonii, in cujus locum ſucceſſerunt Senatores ejus conſilii, jubet Imperator *in Authent. de mandatis Principum, §. deinde, verſic. talem, collat.3.* eis verbis: *Talem te præbebis temetipſum omnibus, & publicè, & privatim, ut terribilis quidem ſis delinquentibus, & indevotis circa fiſc.* ubi notandum conjungi cum delinquentibus, indevotis circa fiſcalia, quaſi eo ipſo quo quis nõ favet fiſco delinquat, quanto magis delictum deſiderandum injuſtè vectigalia publica detinere, & poſtea Principis permiſſione & tolerantia ſe defendere.

28 Secundo autem caſu quoties Magnates detinent vectigalia, eo quod eorum ſtipendia, quæ dicimus, *Acoſtamientos*, in vectigalibus locorum, quorum juriſdictionem habebant, conſignata fuerunt juxta *l.6. & 7.tit.15.lib.9. recop.* quæ hoc jubet fieri à ſupremis regalis patrimonii Conſiliariis, adeo ut illi jurare teneantur illud adimplere, & ſi non fecerint, damna vindicantur pœna quadrupli, & cùm id inductum fuiſſet, ut rectius vectigalia exigi poſſent, ſi in quocumque loco domino juriſdictionis pro ſuo ſtipendio conſignarentur, & ipſe ſibi exigeret, tamen cautè noſtris legibus ſtatutum, ut computatio fieret ſtipendiorum cum veſtigalibus, ne poſſent à Magnatibus detineri & uſurpari: nota verba; *Por que ſo color del dicho ſueldo, no hagan toma de los maravedis de nueſtras rentas*, ſed tamen in nullo magis humanæ providentiæ fragilitas indicatur, quam ut ex eo quod tam magnâ cura proventum fu t, ne vectigalium uſurpatio fieret, inde majorem eorum à Magiſtratibus dententionem originem habuiſſe, ut *ſuprà n.3.* animadvertimus: & notanda ſunt verba P. Marianæ *de rebus Hiſpaniæ, lib.13. c.11.* dum agit de omnium rerum penuriâ & egeſtate, quæ tempore Regis Ildephonſi ſapientis attulit his Regnis pretiorum taxatio, emptoribus pretio taxato victualia vendere recuſantibus, ibi: *ſic majorem perniciem plerumque afferunt, quæ ſapientiſſimè in ſalutem excogitata videbantur*, de quo ego *in deciſ. Granat diſp. 11.n. 30.* ex quaſi legum noſtrarum cautione, ut melius, & facilius vectigalia exigerentur, via aperiretur uſurpationi, & ſemper decipiamur recti ſpecie, cui adjungo notabilia verba Plinii Junioris *in Panegyric. ad Trajanum*, inquit: *Habet has vices conditio mortalium ut adverſa ex ſecundis, ex adverſis ſecunda naſcantur, occultat utrorumque ſemina Deus, & plerumque malorum bonorúmque cauſæ ſub diverſa ſpecie latent.*

In hoc igitur caſu quia non ſuo nomine, ſed alieno ex conſignatione ſtipendii incœperunt Magnates poſſidere quaſi non ex ſe poſſideant, nec ultra quam fuerit quantitas ſtipendii, nunquam vel ex tolerantia, ut aliquo jure potuerit detinens vectigalia ipſa ſibi defendere, tum quia extendit titulum, & ultra illum poſſidens, nullum jus acquirit, ut notatur *in c. cùm perſonæ, §. quod ſi tales, de privilegiis lib.6.* ubi communiter Doctores. Et tunc per mille annos poterit ultra titulum jus acquirere, Molina *lib.2. de primogen. c.6.n.60.* Joan. Garcia *de nobilitate, gloſſ. 12.n.80.* Thuſc. *pract. lit. T, concl. 311. n.3.* pluribus D. Caſtillo *lib.5. controverſ. cap.93.n.54.* Dominicus *conſ.96. n.4.* idem *in dicto §. quod ſi tales*, ubi ſequuntur poſt Monachum Ioannes Andreas & Anchar. *n.4.* & ideò in hoc caſu poſſeſſionem non habere qui contra titulum detinet vectigalia tradit *leg.4.tit. 15. lib.4. recop.* & quaſi alieno nomine poſſidens, & velut adminiſtrator, quia tali intuitu conſignata vectigalia, ut ipſe exigeret nomine Regis, & tunc ultra id quod conceſſum nullam detentionem poteſt intendere, aut vectigalia ex tolerantia in totum ſibi uſurpare. 29

Quia ultra quam nullo modo poteſt dici Magnates poſſidere, ſed adminiſtrare; ut ex gloſſa *in l. maxiximè 29 ff. de adminiſtratione tutorum*, cum Baldo, Silvano, Thuſco, Galliaula, & aliis pluribus, adducens exemplum Epiſcoporum Claramontis probavit D. Caſtillo *tom.7. de tertiis, c.38 n.7.* cùm ſolùm Princeps permitteret adminiſtrationem ad conſequenda vectigalia in ſolutione ſtipendiorum. Ultra id permiſiſſe non videtur juxta regulam, ut quod certo modo, & ad genus perſonarum, vel aliquod tempus permittitur, non intelligitur vel extenditur, ultra eos caſus, *gloſſ. fin. in l. maritus, Cod. de procuratoribus l ſicut, §. ſed etſi, & ibi gloſſ. verbo onera, ff. quibus modis pignus vel hypotheca ſolvitur, l. ſi itaque 21. ff. de vulgari, l. ſtatu liber.10. §. fin. de leg.2. gloſſa in verbo in tantum legis 2. §. cùm Polybius, ff. de uſuris, l. cùm prætor in princip. ff. de judiciis*, Menochius *conſ. 182.n.9.* idem Monochius *conſ.744.n.7.* qui adducit Ruinum *lib.1. conſ.89. lib.9. verſiculo, confirmatur.* 30

Tertio verò caſu quando aliquis Magnatum obti- 31

nuit

nuit à Principe jurisdictionem locorum, addito in concessione eam fieri cum omnibus juribus Regalibus, & eo prætextu desinuerunt vectigalia, multò minus poterunt in judicium deducere permissionem & tolerantiam, quia cum ex titulo se defendant, nullatenus valebunt se permissione tueri, pugnant enim hæc inter se, quippe omne quod respicit permissionem nullum jus monstrat in detinente, quia id referendum est ad precarium, ut jam prædiximus *Allegat. præcedenti*, & omnes Principum concessiones subditis factas, naturam precarii plerumque sortiuntur, Bartolus *in l. hostes, ff. de captivis, n.* 4. Natta *cons.* 511. *n.* 4. & 19. & *cons.* 512 *n.* 1. & idem Natta *cons.* 676. *n.* 52. *volum.* 3. & *vol.* 4. *cons.* 657. *n.* 13. Menoch. *consil.* 307. *vol.* 61. & *l.* 1. *de arbitrariis, q.* 55 *n.* 4. & 5. & semper potiùs precarium, quàm donatione præsumi notavit Bald. *in l. ad secundan.* 28. *q.* 9. *Cod. de servit.* Mantica *de tacit. & ambig. convent tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 2. *n.* 11. & *tom.* 2. *l.* 13. *tit.* 5. *n.* 9 & cùm istæ precariæ concessiones ad nutum concedentis revocentur, ut notatur *in l. cũ precario, ff. de precario* nihil ex proprio jure poterit intendere detinens vectigal: & ideò qui titulum habuit & eo tueri intendet, non poterit aliqualiter uti permissione, quæ nihil juris præstat; at verò titulus, jus & possessionem adjicit ei, qui titulo se defendit, ut propriâ authoritate ex suo titulo obtineat, Bartolus *in l. cum solus in fine, ff. de usucapionibus*, Bald. *in l. fin. q.* 1. ubi Zucardus *n.* 418. *Cod. de edict. Divi Adriani tollendo*, Menochius *de recuperanda possessione, remedio* 13. *n.* 25. idem Menoch. *consil.* 180. *n.* 56. unde repugnantiam & perplexitatem haberet possidere vectigalia jure proprio ex titulo, & postea ne judicium de eis intendatur, non jure proprio, sed ex permissione Regis detinuisse allegare, & ideo multoties injustitia tolerantiæ non discussa, eo quod Magnates à principio quando ad eis ego petebam vectigalia exceperunt habere titulum ad obtinenda, postea verò etsi voluerint se tueri permissione Principis, & dissimulatione, admissi non fuerunt; sed ut docerent de titulo decretum fuit, quia qui excipit de titulo, nullo modo potest se ad tolerantiam & dissimulationem referre, quia ut inquit Baldus *in l.* 1. *C. de emancipationibus liberorum, num.* 6. ibi: *Silentium non dat titulum, supra de transact. l. si pro fundo, nam silentium nihil est, titulus & jurisdictio aliquid.* Refert & sequitur Hector Æmilius *de jure feudali, q.* 31. *n.* 24. Et ideò per solam patientiam & permissionem non indici renovationem emphyteusis, & nec aliquè titulum acquiri, post Bald. & alios, quos refert, probat Socinus senior *vol.* 2. *consil.* 167. *n.* 10. Alexand. *lib.* 4. *consil.* 17. *n.* 12. Socinus junior. *lib.* 3. *consil.* 9. *n.* 17. & facit textus, quem jam notavimus *in l. usus aquæ, C. de fundis rei privatæ, lib.* 11.

32 De tertio verò, de quo in hoc casu, quando cum jurisdictione concessa fuerunt jura regalia, non comprehendi tributa, nec gabellas, quæ Regi debentur in præsenti non agimus, quia solùm de tolerantia nostra tractatio: ad aliam autem remittimus allegationem, in qua specialiter de ea quæstione agemus: & vide *allegationem* 13. *per totam.*

33 Rursus quartò circa modum quo Magnates detinuisse vectigalia præsertim in Betica notavimus, & ea à vassallis exigere nomine vicesimæ, quo casu dubiũ non est, nõ posse juvari tolerantia & permissione, quia gabella quæ est decima non solùm nomine differt à vicesima, sed etiam quantitate & substantia, & ideò quamvis in gabellis tolerantia procederet, non poterat in vicesima admitti, ex *l. si idem C. de codicillis*, & cùm solùm vicesima detineretur, de una ad aliam extensio non facienda, quia illa possessa, & gabella quæ respicit decimam non possessa, *l.* 1. §. *Iulianus*, 1. *ff. de itinere actúque privato. c. cùm contingat.* 29. *cap. tua* 30. *de decimis* ubi Doctores Bald. *l.* 2. *consil.* 256. *n.* 1. Ludovic. Roman. *cons.* 368. *n.* 8. & *consil.* 389. *n.* Panormit. *in cap. cùm olim n.* 7. *de præscript.* & in terminis notavit Bald. *in l.* 4. §. *in omnibus, n.* 4 *ff. de public: & vectig. n.* 4. ut qui probaretur exegisse gabellas de aliquibus, non verò de omnibus, postea de illis solùm quæ exegit poterit percipere. Adde Jasonem *lib.* 3. *consil.* 81. *n.* 11. Rebuff. *de decimis. q.* 14. *n.* 6. Natta *consil.* 636. *n.* 130. *cum seqq. vol.* 3. Craveta *vol.* 4. *cons.* 643 *n.* 7. Thusc. *Practicar. lit. P, conclus.* 340. Ant. Faber: *in suo Codice titulo de acquir. poss. definit.* 3.

Nec quidem poterit permissionem vectigalium 34
& tolerantiam allegare, qui suppresso nomine sub *vicesimæ* titulo operam dedit, ut ignoraretur gabellas detinere, *argumento legis, qui cùm tutoribus* § *quî per fallaciam. ff. de transactio l. ita fidei, ff. de jure fisci*, & in casu simili probavit Tiraquellus, *de retractu lignager*, §. 35. *gloss.* 4. *n.* 30. *cum sequent.* maximè quia nunquam in vicesima sed in decima quam dicimus *Alcavalas* tolerantia, etiamsi injusta, fuit Regum nostrorum, ut illi testantur *d. l.* 2. *tit.* 15. *l.* 4. *Recop.* quibus adde hoc vicesimæ tributum tempore Augusti inductum fuisse, cujus mentio *in l. fin. Cod. de edict. Divi Adriani tollend. l.* 2. § *ex his auditoribus. ff. de origine juris, l. nulli* 13. *junctâ inscriptione de transact. l. hæreditatum* 68 *ad l. Falcid. & inscriptio l. mille* 154. *de verb. significat.* & quod referens Plinium Iuniorem & Dionem notavit Brisson. *de verbis juris, verbo, vicesima*, & quod ex Plinio, Livio, Arriano, Cicerone, Sueton. Lampridio, & aliis Bullengerus *de Imperatore Romano, l.* 9. *de vectigalibus, c.* 39. 40. 41.

Denique in quinto casu, quando ad alios jure pri- 35
mi possessoris transferuntur bona, aut vectigalia, in quibus permissionem & tolerantiam Magnates possent allegare, ut nullatenus quamvis permissio frenda possit ad secundos possessores extendi, apparebit ex eo quod prædiximus, concessum vel permissum in una persona non posse ad aliam extendi; ut notavimus *n.* 30. Præsertim si non fuerint Magnates, nam Princeps, qui cum his ex dignitatibus, vel aliis rationibus dissimulat, nollet cum aliis permittere & tolerare.

ALLEGATIO. X.

Gabellæ contra Regem nisi titulo expresso adquiri non possunt, etiam in oppidis aggregatis his Regnis.

1 *Principis beneficium latissime interpretandum.*
2 *Observantia subsecuta declarat privilegium. l.* 1. *tit.* 10. *l.* 5. *Recopil.*
3 *Nominis diversitas facit rem dissimilem.*
4 *Gabellæ non veniunt quacumque generali concessione.*
5 *Cap. tit, quæ sint Regalia in feudis. l. vectigalia de publicanis, & vectigal. leg.* 1. *&* 2. *Codic. de vectigalium nova instit. non poss.*

cap. 1.

cap.1. de capitan. qui curiam vendid.in feud.

6 *L.obligatione generali 6.l. denique 8. de pignoribus.*
c.quoad translationem,de officio delegati.
l.si mihi, & Mævio,ff.de legat.3.

7 *Privilegium ad instar concessum non comprehendit gabellas, nisi specialiter concedantur, etiamsi in alio privilegio gabellæ comprehendantur.*

8 *Vectigalia non veniunt in concessione etiam concessis Regalibus.*

9 *Vectigalia non percipiet ille,cui jus regale cõcessũ.*
l.in fraudem, Cod.de annonis & tributis,l.10.
l.omnium C. de vectigal. & commissis.

10 *Gabellæ, & redditus Regii differunt.*
l.11.tit.28.p.3.
l.4.tit.11.lib.4.recopil.

11 *Redditus Regii referuntur ad salinas,& portuoria*
l.1. & 2.tit.8.lib.9.recop.
Dispositione generali nõ comprehenditur quod habet speciale nomen.
l.si de certa, Cod. de transact.
l.quoties idem sermo ,ff.de reg. juris.
l.1.tit.10.lib.5. Recopil.

12 *Iurisdictio differt à jure colligendi vectigalia.*

13 *Gabellæ id est,* Alcavalas *tempore Regis Alphonsi II. In Castella inductæ.*

14 *Sissæ in Lusitania inductæ, multò post quàm in Castella Gabellæ.*

15 *Donatione generali non comprehenditur, nisi quod donator tempore donationis habebat.*
c. Pastoralis, de donationibus.
c. quod autem, §.1. de jure Patronat.
l. si domus 74 §.fin.de legat. 1.

16 *Donatione factâ à Principe juris Regalis nihil ea comprehenditur, nisi de jure doceatur.*

17 *Pertinentia donata: de illis debet constare.*

18 *Vectigalibus concessis non potest fieri exactio nisi eo modo quo tempore concessionis fiebat.*
l.16.tit.10.l.5. recop.

19 *Sissas in Lusitania nihil differre à nostris gabellis, pluribus probatur.*

20 *Cap. 93. 123. 139. ordinamenti Lusitani* del Regimiento y ordonanças da facenda: *explicatur.*

21 *Observantia non prodest quando apertè repugnat titulo.*
Interpretatio debet sensum exprimere,non perimere.l.2.tit.15. lib.4. recop.

22 *Ayamonte cùm Regnum Hispalense à Mauris vindicatum, iterum ad Castellam, & ad illud redactum.*

23 *Incorporatio unius rei cum alia quid operetur.*
l.unica, C.de privileg.corpor.urbis Romæ.l.11.

24 *Provincia, quæ adjicitur Regno debet regulari juxta leges illius Regni.*
l. sed si plures, §.filio impuberi, de vulgar.
l.unica §. his ita, Cod. de caduc. tollend.
l. si convenerit , leg.2. §. si nuda de pignorat. actione.

25 *Populus sine legibus,vel moribus esse non potest.*
l.omnes. populi.ff. de justitia, & jure.

Gabellas non posse contra Regem acquiri, nisi titulo expresso cum solemnitatibus l.2.titulo 15. lib.4.l.1.titulo 18.lib 9. Recopil. etiam procedere in Oppidis quæ ex aliis Regnis, videlicet Lusitano,Castellæ aggregata & unita fuere.

HUius rei controversia exorta in lite, quam ego intendi adversùs Marchionem de Ayamonte, pro recuperandis Gabellis, quas in ea Villa, aliis sui majoratus, sine titulo & privilegio Regis possidebat: ille excipiebat villam donatam fuisse à Rege Portugalliæ Sancio Capelli nomine, Pelagio à Correa, Magistro Ordinis Divi Jacobi, à quo ille jus habebat,& exhibebat privilegium donationis, expeditum anno 1248. quo donabatur villa cum omni territorio,& jure, quod Rex habebat. Qua universali verborum dispositione intendit Marchio comprehendi gabellas, quasi beneficium Principi latissimè interpretandum, *l. beneficium*, 3. *ff. de constitutionibus principum*, Jason *in l. Imperium*, *n.* 14. *de jurisdict. omn. Iudic.* Cotta *in memorabilibus*, *verbo privilegia.* 2

Et omnis concessio juris Regalis comprehendat gabellas, Sixtinus *de Regalibus*, *capite quinto.* maximè cum privilegium interpretaretur tanti temporis possessio & observantia quæ sufficit ad illius confirmationem, ex notatis per Panormitanum & Antonium Butrium *in c. cùm dilectus*, *de consuetudine.* Idem Panormitanus *in c. certificari,de sepulturis,n.2.* Bart. *in l. empor fundi ff. pro emptore:* pluribus D.Molina *de primogeniis*, *lib.2. cap.6.n.57.* Ioan.Franciscus Ponte *lib.1. conf.* 30. *num.* 49. & facit *l.1. tit.10. lib. 5. recop.* in terminis gabellarum privilegium non planum seu imperfectum suppleri & declarari ex possessione quadragenaria subsequutâ, Avilesius *in cap. 3. Prætorum*, Gironda *de privilegiis*, *quæst. 6. n.75.* Flores de Mena *quæst.21. §.3.n.134.*

Sed etiam dicebat Marchio, eum,nec prædecessores percepisse gabellam, quæ ab eis petitur,quia solùm possederam sissam & decimam, quæ in Regno Portugalliæ solvebatur, & ante tempus donationis prædictæ, Regibus Lusitanis debita erant & cum nomine differant, inde rectè differentia & diversitas consideranda, *argumento l. si idem*, *C. de codicillis*, Baldus *in cap. 1. de capitaneo qui curiam vendidit.* Rolandus à Valle *vol.3.conf.2. n.19.* Cravetta *in responso pro Genero*, *n.425.* Menochius,*conf.409. n.76.* 3

His tamen non obstantibus fisci jus apertè argumẽtis suadetur, ut in hoc casu à Regali Patrimonio gabellæ debeant recuperari. *Primò* quia donatio prædicta non potuit comprehendere gabellas,quæ nulla generali concessione videntur donatæ, nisi exprimãtur apertè. *Secundò*,eo tempore concedi non potuerunt quia nullæ erant tempore donationis sissæ, decimæ, & gabellæ in Regno Portugalliæ. *Tertiò*, quippe nullâ observantiâ subsequutâ præscriptio & possessio potest prodesse ad gabellarũ adquisitionem. *Quartò*,quia Villa de Ayamõte & aliæ ejus territorii & jurisdictionis fuerunt Regni Castellæ,quomodolibet, ejus legibus post aggregationem judicandum 4

quod

quod ad illas pertinet, & prædicta argumenta ita comprobantur.

Primò cum *alibi* notavimus vectigalia & gabellas
5 esse de Regalibus, & nullâ concessione etiam universali censeri concedi, nisi exprimantur, *cap. 1. quæ sint Regalia in usibus feudorum, l. vectigalia, ff. de public. & vectigal. lib. 1. & 2. Cod. vectigalia nova instit. non posse*, ex Romano & aliis Decius *cons. 534. n. 1.* ex Bertachino & aliis, Thuscus *verbo gabella, conclus. 1. n. 7.* Minsingerius *cent. 5. observatione 29.* facit *cap. 1. lib. 2. tit. 15. in usibus feudorum de capitaneo, qui Curiam vendidit*, ibi: *Respondetur illud beneficium in venditione non contineri, nisi expressè de eo actum sit*, ex Baldo & Boherio, Mantica *de tacitis & ambiguis convent. libro 4. titulo 9. numero 27.*

6 Et probatur *argumento l. obligatione generali 6. l. denique 8. ff. de pignor.* ubi communiter notatur *cap. quoad translationem de offic. deleg.* ex quo colligitur, ut generalis translatio bonorum non extendatur ad ea, quæ specialem requirunt concessionem ex Alvaroto, Mantica, *ubi proximè, n. 21.* ex Andrea Siculo & Luca de Peña, Gamma *decis. 31. n. 5. & 7. ex l. si mihi*, & Mævia *d. leg. 3.* cum Pinello & Avilesio *in terminis Gabellarum*, Gironda *de Gabellis 2 part. n. 88.* ubi tradit: *Ex verbis quantumcumque generalibus nunquam videri concessum à Principe, quod est reservatum in signum supremæ potestatis.*

7 Nec sufficiet concessio universalis, & ampla, quia licèt concederetur privilegium ad instar alterius, in quo vectigalium concessio expressa, adhuc Gabellæ non concederentur, nisi earum specifica mentio fieret, juxta quod notavit Tuscus *practicarum verbo privilegium concl. 763. n. 8.* privilegium concessum ad instar alterius non æquiparari in his, quæ speciali notâ digna sunt, ut tenuerunt Navarrus, Cochier, & alii, quos refert Augustinus Barbosa *conclus. 5. num. 1.*

Et quod magis est etiam concessis Regalibus nũ-
8 quam venit jus imponendi, vel colligendi vectigalia, ut ex *decis. 29. 1. part.* novissimarum Rubei tradit Marat *in compulsatione decisionum, tom. 4 verbo, regalia. cap. 2.* nam etiam in concessione de reservatis non veniunt, quæ jure vel consuetudine Principi relicta, ex Felino, Castrensi, Alberico, Laudensi, & Valasco, Cabedo *2. part. decis. 66. n. 4. 5. & 6.*

9 Idque ex eo provenit, nam quamvis omne jus Regale alicui concederetur, quia vectigalia in signũ supremæ dignitatis & potestatis Principi relicta adhuc ille, cui jus Regale concessum, non percipiet, quia valde odiosum est alium quàm Principem vectigalia & Gabellas percipere: & ideo de eis specialiter exprimendum; & vectigalium exemptio adeo restringenda, ut quamvis concedatur, non subsistet ex regulis prædictis, nisi adjectâ clausulâ *non obstante*, ut argumento *legis in fraudem, Cod. de annonis, & tributis, lib. 10. l. omnium, Cod. de Vectigal. & commiss.* ex Bartolo, Soliceto, Bertachin Ferrato, Francis. Marco, & Ruino Riminaldo, Bassio, & Petro Gregorio probavit Mastrillus *2. p. decis. 156. n. 3.*

10 Sed & quod plus est, etiamsi expressè concederentur redditus Regales quos dicimus, *pechos y derechos* quod in donatione prædicta non continetur, etiàsi expressè id illa comprehenderet, adhuc ad vectigalia & gabellas non extendenda, quia verbum *pechos* est jus, quod refertur ad signum vassalli, ut expressè nostris legibus probatur, *l. 8 tit. 22. part. 1.* ubi Greg. Lopez exornat, & redditus Regis, ideſt, *rentas*, differunt à gabellis, ut probatur *l. 11. tit. 28. p. 3. l. 4. tit. 11. l. 4. Recop.* ubi distingui videtur à vectigalibus, ibi: *Los remates de los arrendamientos de nuestras rentas, y alcavalas que se hizieren en nuestra Corte*, ubi dictio & apertè denotat gabellas non comprehendi sub nomine *redditus*, cùm specificè de gabellis mentio fiat; quia conjunctiva ponitur inter diversa *l. sapè, de verb. signif. cap. quærelam, & ibi gloss. verbo emi non potuit, de simonia, gloss. & rubric. ff. de jur. & facti ignorantia*, Gozadinus *in l. qui se patris, n. 7. Cod. unde liberi*, Ripa *in c. ex parte, n. 41. de rescriptis*, Tiberius Decianus *vol. 2. cons. 25. n. 15. & 16.* Surdus *cons. 313. n. 22.*

Nam redditus Regis, ideſt, *rentas reales*, referuntur 11
ad Salinarum, Portuorum, & alia quæ differunt à gabellis, ut constat ex *toto titulo 8. lib. 9. Recopil.* & quamvis *in l. 1. 2.* & aliis ejus tituli agitur de juribus Regalibus, ut in prædicta donatione donata fuisse jura Regalia asserit Marchio, nunquam de gabellis quasi diversæ sint, in eo titulo agitur, cùm generaliter de omnibus regalibus reddi ibus tractaretur, & universali dispositione non continetur illud, quod habet speciale nomen, quo significandum, nisi fiat expressa mentio, *argumento l. si de certa* ubi notatur *Cod. de transact.* & *argumento l. quoties idem sermo, ff. de reg. juris* ex Bart. Bald. Decio, & aliis, Greg. Lopez *in l. 5. glos. 1. titulo 33. part. 5.* & in terminis Gabellarum Angelus *cons. 239. n. 2. ad finem*, & meo sensu apertè probatur jus fiscale *in l. 1. tit. 10. l. 5. Recop.* ubi donata villa cum omnibus juribus, quæ in ea Rex habet & debet habere, non videtur concessa jurisdictio, sed solùm redditus soli, ex quo multò minus gabellæ, quæ sunt de Regalibus reservatis, debent censeri concessæ, cùm etiamsi expressè concedantur, privilegium non prodest, nisi habeat solemnitatem, & qualitates, de quibus *in l. 2. tit. 15. l. 4. l. 1. tit. 18. l. 9 Recop.* & de eis alibi latè egimus *allegat. 8.* multò minus, ubi nullum privilegium, est vectigalium, ea privatus percipere potest.

Maximè quia etiamsi jurisdictio expressè conce- 12
deretur, non ex eo potest quis gabellas percipere, quæ magis ex Regalibus & reservatis existimantur, & tradit rationem Baldus *vol. 5. cons. 243. n. 1. & 2.* ibi: *Vt quamvis jus colligendi pedagium cohæret solo, non tamen ad solum vel territorium pertinet utilitas, & non est jus colligendi gabellas ejusdem speciei cum jurisdictione*, & in terminis jurisdictione donatâ veebis quantumcumque generalibus, non videri concessum jus vectigalium ex eodem Baldo, Cumano, Immola, Rosio, & aliis notavit Gironda *de gabellis 1. p. n. 60.* ex Craveta & aliis Marius Muta *dec 99. n. 28.* & facit, quod tradit D. Ludovisius *dec. 487. n. 4.* & ex Jacobino de S. Gregorio, Peregrino, & aliis D. Hieronymus de Leo *decis. Valentin. 82. n. 15. & 16.* quibus adde Immolam. *cons. 121. n. 4.*

Secundò ultra quam verba donationis nullo modo 13
possunt comprehendere vectigalia, & ad ea extendi, etiamsi prædicta non præcederent, & verba ampla & apta essent, ut gabellæ comprehendi possent. tamen eo tempore quo donatio facta, id est, anno 1248. nec centum. & multis postea annis gabellæ in Regno Portugaliæ, fisſæ, aut decimæ introductæ erant: nam in regno Castellæ, ubi multò antea gabellarum usus incipit: prima earum mentio fuit anno 1342. quàdo concessa fuit Regi Ildephonso II. & tunc non perpetua, sed temporalis fuit ad expugnationem urbis, Castriæ ideſt, Algezira, & postea temporaliter, ut bella & necessitas exigebat Regibus concessæ, ut ex Joanne Mariana, Garibaio, & aliis nostris Historiographis *alibi* notavimus, & probarunt Gironda *de gabellis, in præludio, n. 8.* Gutierr. *in eodem tractatu q. 2. num. 1. & 3.*

14 Et ut ex Chronicis Luſitanis conſtat plus quam centum poſtea annis, nec ſiſſæ, decimæ aut gabellæ vectigal in Regno Luſitaniæ inductum fuit, nam ut alia omittamus ex Chronicis Regis Joannis Primi Luſitani apparet tempore Regis Dionyſii, qui ſucceſſit Ildephonſo Tertio, & iſte Sancio Capello, qui donationem fecit villæ de Ayamonte, nunquam in Luſitania ſiſſæ vel decimæ inductæ fuerunt, uſque ad Alfonſi IV. filii Dionyſi tempus; cujus tempore, poſt magnam peſtem, ex inſtrumentis probatur inductas fuiſſe decimas, & ſiſſas prædictas, non ut Regibus ſolverentur, ſed populi inter ſe induxerunt ad publicas illorum neceſſitates ſublevandas, & refertur in Chronicis ad conſtituendos muros urbis Setubalis duas ſiſſas fuiſſe impoſitas tempore Regis Ildephonſi IV. & prædicta Chronica tradit hæc verba: *E eſta foy a primeira ſiſa que achamos, que concello lancaſe e duron ata que a villa foy acabada*, & poſtea tradit tempore Regis Ferdinandi filii Regis Petri ex bellis, & aliis neceſſitatibus populi prædictas ſiſſas imponebant, & eis utebantur, unde ſolvebant quæ ipſis neceſſaria, & majorem partem murorum Ulyſſipolis ejus Regni metropolis ex prædictis decimis, & ſiſſis conſtructam, quibus uſi fuerunt populi, uſquequo à Regibus ſucceſſoribus, cùm viderent magnam quantitatem ex prædictis ſiſſis colligi, per duos aut tres annos à populis petierunt, & poſtea neceſſitatibus, & indigentiâ durantibus prorogatæ ſiſſæ fuerunt: ut ex Chronicis Luſitanis earum verba referens tradit Cabedo *2.part. deciſ.* 113. *n.* 8.

15 Unde apparet tempore Regis Sancii Capelli, nec in multis poſtea annis *ſiſſas* & decimas in Luſitania inductas non fuiſſe, nec tempore multorum Regum, ut Ildephonſi Tertii, qui ſucceſſit Sancio, nec tempore Dionyſii filii Alfonſi Tertii, nec Alphonſi Quarti filii Dionyſii, nec Petri filii prædicti Alfonſi, nec filii Petri Ferdinandi, cùm ejus tempore hiſtoriæ Luſitanæ tradiderint, populos induxiſſe decimas, & ſiſſas, ad eorum neceſſitates, & Reges ſucceſſores temporaliter petiiſſe. Ex quo manifeſtè conſequitur non potuiſſe, quamvis verba donationis non repugnarent, ſed admitterent gabellas, cenſeri conceſſas, quæ non erant, quia in donatione non comprehenditur, niſi quod tunc donator habebat, *c. Paſtoralis 7. de donat.* eis verbis: *Quod ſuum eſt conferre videtur, cap. quod autem, §. 1. de jure Patronat. l. ſi ita. ff. de uſu & habit.* & faciunt verba *l. ſi domus* 74. *§. fin. de legat. 1. Non videri proprietatem rei legatam, ſed id jus quod in vectigalibus fundis habuerit.*

16 Et ideò etſi potuiſſent gabellæ comprehendi in conceſſione juris Regalis, quod negavimus, non poteſt Marchio aliqualiter obtinere, niſi apertè probaverit eo tempore donationis, gabellas, ideſt, ſiſſas & decimas in Luſitania Regi Sancio ſolvi, quia donatione factâ à Principe juris quod habet, nihil ea cõprehenditur niſi de jure concedentis doceatur, Innocent. *in c. cateri, & in c. cùm ad ſedem, de reſtit. ſpoliat.* Curtius junior *conſil.* 158. *n.* 28. & 29. Menoch. *conſil.* 395. *n.* 17. & *conſ.* 515. *n.* 8. Surdus *conſ.* 311. *n.* 19. Mieres *de majorat.* 4. *p. q.* 20. *n.* 133. & probavit Alexander *lib.* 2. *conſil.* 18. *n.* 5. eis verbis: *Vt ſi comes conceſſerit, aut vendiderit Eccleſiæ quidquid mei juris in eo fundo eſt*; Et traditur non valere traditionem, niſi probetur quid jus contineat.

17 Facit quod notavit Craveta *conſil.* 295. *n.* 5. ubi tradit, ſi venderetur caſtrum cum terris & juribus pertinentibus ad ipſum, venditio eſt limitanda ad terras quæ ſunt Caſtri: nam participium illud *pertinentibus*, reſolvitur in relativum, ideſt, *quæ pertinent*, ex gloſſa Bar. & Alex. confirmat & ſubdit hæc verba: *Itaque probari debet quæ, quot & quãta eſſent illa bona ad Caſtrum pertinentia, ſicut quando conceditur jus quod quis habet in tali fundo; nam probari debet de tali jure, aliàs conceſſio nihil operatur.* Et confirmat quod refert ex Cynno & Decio *conſil.* 302. *n.* 5. 14. & 35. & facit Ruinus *lib.* 2. *conſil.* 108. *num.* 22. & ſequutus Cravetam & alios circa venditionem tenuit Rolandus à Valle *vol.* 2. *conſ.* 82. *n.* 28. & *vol.* 3. *conſ.* 2 *num.* 21. cum ſpeculatore, Imola, Aretino, Craveta, Alexand. Sylveſtro, Aldobrandino probavit Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib.* 4. *tit.* 10. *n.* 5. & 6.

Unde cùm in hoc caſu non probaverit Marchio, 18
imò nec intenderit probare eo tempore ſiſſas, & decimas inductas, & pertinere ad regem Sancium, potiùs verò apertè conſtat multis poſtea annis non admiſſas, & aliquibus poſt Sancium Regibus, non ſolvi, videtur nullatenus ex natura rei & donatione, ſiſſas, decimas, vel gabellas, poſſe comprehendi: quibus adde *l.* 16. *tit.* 10. *l.* 5. *Recopil.* ubi etiam conceſſis vectigalibus traditur non poſſe exigi, niſi eo modo quo debebantur, & eorum exactio fiebat tempore conceſſionis.

Nec quidquam movebit quod in contrarium ob- 19
jiciebatur, gabellas quæ Regibus Caſtellæ debentur longè differre à ſiſſis, & decimis Regni Portugalliæ, ut non poſſint à Marchione recuperari gabellarum jure: quippe certius eſt idem eſſe decimas & ſiſſas Regni Luſitani, ac gabellæ Caſtellæ, & ut teſtibus Luſitanis id confirmari videatur apertè probarunt Cabedo *dict. deciſ.* 113. *n.* 8. eis verbis: *Licet etiam hic adjungere verba Chronicæ Regis Ioannis Primi Luſitaniæ circa originem gabellarum, quas ſiſſas vocamus, quas populi ſolvunt per incapitationem ſeu encabezamiento* in c. penult. 2. fol. 314. *quæ eſt in publico Regni quæ ſunt hujuſmodi.* Et idem Cabedo ibi *n.* 5. tradit: *de Gabella autem quæ ſolvitur ex venditione quam ſiſſam dicimus*: & expreſsè denotavit etiam Barboſa *in l. hæres abſens, §. proinde, n.* 88. *ff. de judices* ibi: *In regno autem Portugalliæ generaliter conſtituitur, ut ibi ſolvatur gabella, vbi traditio ſive ſolutio facienda ſit; ut diſponitur in articulis de las ſiſſas, cap.* 4 *§.* 3. & *ſequent.* quod etiam comprobant Pinel. *in l.* 22. *part. Cod. de reſcind. vendit. n.* 35. ubi conſtituens differentiam inter tributum reale, quod ex re præſtatur, & gabellam ſeu vectigal fiſcale tradit: *Et intelligi debet conſtitutio apud Luſitanos dos artigos, da ſiſſas.* Melchior Phæbo, 1. *part. deciſ.* 24. *n.* 27. eis verbis: *qui conſtanter tenent gabellam quam ſiſſam vocamus ſemper eſſe ſolvendam in loco venditionis*: Et omnes Doctores Luſitani nullam differentiam conſtituunt inter ſiſſam & gabellam, ſed potiùs eis nominibus promiſcuè ut ſynonimis utuntur.

Et licèt plures poſſem cumulare, rectiùs compro- 20
bant ipſæ leges & ordinamenta Portugalliæ *in libro de Regimiento y ordenanças da façenda, in capitulis* 93. & 123 *c.* 139. nota verba: *De todas mercaderias, e couſas que en eſtos Reynos ſe vendeſen, e compraſen, pagaſen ſiſſa cada vez, que aſſi forem vendidas on compradas.* Et ſimiliter comprobatur, *c.* 140. unde conſtat nihil aliud eſſe ſiſſam apud Luſitanos quàm gabellam apud nos, & nomen decimæ apertè demonſtrat, nam gabella decima eſt, ut omnibus eſt notum.

Tertiò ſimiliter facit, quia cùm noſtris legibus de 21
quibus in principio hujus allegationis, non poſſint adquiri gabellæ, niſi privilegio præſcripto, & titulo qui habeat ſolẽnitates, quas jus exigit nulla cõſuetudo & poſſeſſio prodeſſe poterit, quia ſine privilegio

à jure

à jure improbatur omnis poſſeſſio, conſuetudo, & decentatio, *dict. l. 2. tit. 15. l. 4. recop.* & cùm in prædicta donatione facta à Rege Sancio Capello, nulla mentio facta de gabellis, nec potuerunt comprehẽdi quæ tunc non erant, nec multis poſtea annis Regibus ſolutæ, nullam potuit obſervantia ſubſequuta conceſſioni adjungere interpretationem, quæ neceſſaria non eſt, quando eſt contra titulum, nam debet fieri interpretatio exprimendo ſenſum, non perimendo, ut *argumento, c. cum dilecti de accuſat.* ex Bald. & Tiraq. D. Salgado *de Regia protectione 4. p. c. 12. n. 47.* & notavit Doctores *per textum, ibi in l. proſpexit ff. qui & à quibus*, ibi: *Sed ita lex ſcripta eſt.* Adde quæ notarunt Menoch. *lib. 3 præſumpt. 145. n. 4.* Mantica, Galinius, Maiolus, & alii quos refert D. Caſtillo *de uſufructu c. 30. n. 56.* & conjecturæ omnes ceſſant, & obſervantia, quando apparet de veritate, Surdus, *conſ. 242. n. 9.* Monach. *deciſ. 1. n. 20. & deciſ. 23. num. 36.* Gratianus *tom. 5. cap. 824. n. 10.* unde cùm ex veritate tituli appareat gabellas, nec fuiſſe conceſſas nec poſſe concedi, nihil contra id conſuetudo vel obſervantia nocere poterit.

22 *Quartò* etiam pro fiſco facit non poſſe aliqualiter diverſo jure cenſeri villam de Ayamonte, & alias ſuæ juriſdictionis, ut ex parte Marchionis allegabatur fuiſſe ea oppida Regni Luſitani, ut inſinuat donatio facta à Rege Sancio Capello, quia potiùs verius eſſet ea oppida eſſe ex Regno Caſtellæ, videlicet Regni Hiſpalenſis, ſed cum à Mauris illud obtineretur qui finitimi erant, curabant ab eis oppida recuperare, & cum Luſitanus Rex villam de Ayamonte, & oppida ejus juriſdictionis, quando à Mauris Regnum Hiſpalenſe detinebatur, à Mauris vindicavit, & propinquior eſſet, cùm poſtea Hiſpalis eſſet capta à Rege Caſtellæ Ferdinando Sancto, ad ejus Regnum omnia oppida, quæ antea illius erant, fuerunt reducta, ut ex Chronica antiqua Regis Ferdinandi palam demonſtratur, in qua re etiam notandum eſt, quod ex Chronica Regis Caſtellæ Alfonſi Vndecimi Trinepotis Ferdinandi Sancti colligitur *c. 67. ad fin. pag. 37* anno 1325. Mauris recuperaſſe Caſtellarum Regem villam de Ayamonte, & Caſtrum & turrim Alfaquini.

23 Sed quamvis p ædicta oppida non eſſet Caſtellæ, ſed ex tunc ejus regno ex tempore donationis aggregarentur, eo ſolùm debent juxta leges horum Regnorum judicari, ex eis, quæ in plurimis, & ſemilibus caſibus, de aggregatione locorum poſt multos notarunt Greg. Lopez *in leg. 7. gloſſ. 3. tit. 20. p. 3.* Avendaño *de exequendis mandatis, 1. p. c. 4. n. 7.* Azevedo *in l. 1. tit. 10. l. 5. recop. n. 39.* & quando non conſideretur eſſe in hoc caſu reſtitutionem, cum fit incorporatio locorum unius Regni in alio (quæ magis ſignificat quàm annexio, unio, applicatio vel ſubjectio) nam incorporatio omnia complectitur, & facit unum tantum corpus, & unum de altero efficitur, quæ ſunt verba Quintiliani Mandoſii *in Reg. 12. Cancellaria*: & tantùm poteſt incorporatio, ut operetur per modum confuſionis notavit Albertus Brutus *tractatu de augment. concluſ. 2. n. 3.* ibi: *Quoddam eſt augmentum per modum confuſionis ſeu incorporationis*: & ponit exemplum in metallo infuſo in auro, vel in argento, in aqua vino infuſa, & flumine, quod in aliud influit, ita ut deſinat eſſe quod antea erat, incorporatum, & de corpore alterius, cui unitur efficiatur, & probarunt Lucas de Peña *in rubrica, Cod. de bonis vacantibus, & de incorporatione lib. 10. n. 2.* ibi, *Incorporare eſt Corporis alicujus membra facere*, & *in leg. unica, Cod. de privilegiis corporatorum urbis Romæ l. 11.* ib: *Sed in honorem æternæ vrbis corporatis inducta ſuffragia valere præcipimus*: ubi Gloſ. *verbo corporari* inquit, *corporatus dicitur qui in corpore aliquo ſcribitur propriè ſicut membrum aliquod hominis corporatum dicitur*, Anguiſola *conſ. 242.*

Quippe unitorum una, eademque eſt natura, & 24
Joannes Baptiſta Ferretus *volum. 2. conſ. 241. n. 5.* reſolvit verbum *incorporamus*, habere magnam vim & ſignificationem operari, quæ totalem jurium tranſfuſionem ſequitur; & commendat Brixinianus *in repertorio ad deciſiones Cavalcani in verſ unio, n. 2. & 13.* Olanus *in præfatione ſui operis, n. 15. cùm ſequentib. & n. 23.* & faciunt verba textus *in l. ſed & ſi plures, §. filio impuberi, ff. de vulgari*, ibi: *Iuncta enim hæreditas cœpit eſſe, leg. unica. § his ita, C. de cad. tollend.* ibi: *Propter unitatem ſermonis quaſi in unum corpus redacti ſunt*, notarunt Aretin *in l. ſi Pater, de vulgar.* Iaſ. & Angel *in d. §. filio impuberi, & in majorat.* D. Molina *l. 1. de primogeniis c. 3. n. 6. & c. 11. n. 2. uſque ad n. 8.* & in terminis, ut quando Provincia adjicitur Regno, vel villa adjicitur Comitatui, ita quod ſit unum Regnum, vel unus Comitatus cum primo, tunc augmentum debeat regulari ſecundùm leges municipales ejus cui accedit, tenuit Bartol. *per textum ibi in l ſi convenerit, l. 2. §. ſi nuda ff. de pig act.* Bald. *in l. cunctos popul. col. 2. C. de ſũma Trinitate & fide Catholica, & in l. etiam, C. de jure dot.* Albericus *in 1. p. ſtatutorum, q. 150.* Romanus *conſ. 215.* Fulgoſ. *in l. ſi conſtante, C. de donat. ante nuptias*, Alex. *in l. 1. & in l. ſi ex toto ff. de l. 1.* Iaſon. *in §. in perſona, inſtit. de actionibus*, Oldradus *conſilio 257. n. 16.*

Ex quibus conſequitur hæc oppida de Ayamonte, 25
& quæ ſubjacent ejus juriſdictioni, fuiſſe regni Caſtellæ, & quamvis ex Luſitano Regno Caſtellæ aggregarentur vel incorporatione unica, ſine dubio legibus Caſtellæ ſubjici debent, poſtquam abhinc quadringentis annis pars Hiſpalenſis Regni exiſtimantur, alias enim ſi Caſtellæ legibus non ſubjacerent, cùm certum ſit non uti Luſitanis ordinamentis, ſine legibus hæc oppida viverent contra quod traditur *in l. omnes populos, ff. de legibus*, & communiter *ibi* notarunt omnes populos legibus, vel moribus regi, & juxta Valerium Maximum *lib. 3. c. 9. ibi Vt corpora noſtra ſine mente, ſic civitas ſine legibus, ſuis partibus ut nervis, ac ſanguine & membris uti non poteſt.*

Denique contrà objecta facilè eliduntur, nam 26
quod de beneficio Principis latè interpretandum vulgariter traditur, non poteſt in hoc caſu locum habere, quando ipſe Princeps ſuis legibus edixit gabellas non niſi expreſſo privilegio & reſcripto cum ſolemnitatibus legum Hiſpaniæ acquiri non poſſe.

ALLEGATIO XI.

Gabellarum exemptio quomodo regulariter interpretanda?

1 *Gabellas debent ſolvere omnes qui expreſsè non empti ſunt.*
l. 1. tit. 18. lib. 9. recop.
Qualitates plures requiſitæ: omnes debent concurrere, nec ſufficit aliqua.
l. ſi hæredi plures ff. de condit. inſtitut.

2 *Privilegia exemptiones gabellarum, referendæ*

ad ea quæ ex cultura venduntur, non ex negotiatione.
Dictiones Prout & Secundùm, *sunt causativæ.*
c. Abbates sanè, de sent. & re judic. lib. 6.

3 *l. 32. tit. 18. lib. 9. recop.*
Privilegiorũ interpretatio ad Principem spectat.
l. ex facto, ff. de vulgari.
c. cum veniſſent, de judiciis.
c. olim tibi, de verb. ſignific.

4 *Princeps poteſt facere privilegiorum reſtrictionem.*
l. qui fundus, C. de omni agro deſerto lib. 11.

5 *Privilegia poſſunt reſtringi per legem.*

6 *Princeps poteſt revocare privilegiũ exemptionis.*
l. 33. tit. 18. lib. 9. recop.

7 *Interpretatio privilegii potior eſt, illius qui conceſſit.*
l. fin. C. de legibus.

8 Perſonæ *verbo an comprehendatur univerſitas?*
Vectigalia pertinent ad utilitatem publicam.
l. 3. §. interdum, ff. de loco public. fruendo.
l. 1. §. in cauſa, ff. de quæſtionibus.
l. 2. C. de exact. tribut. lib. 10.
Authent. de mandatis Princip. §. publicorum, coll. 3.
l. 11. tit. 28. p. 3.
l. 2. tit. 15. lib. 4. recop.
l. 1. tit. 8 lib. 9. recopil.
l. 1. tit. 21. lib. 9. recop.

9 *In erpretatio admiſſa non mutanda.*
l. minimè ff. de legibus.
l. ſi de interpretatione, ff. de legibus.
l. ſervo invito, §. cum Prætor, ff. ad S. C. Trebell.
l. filius emancipatus, ad l. Cornel. de falſis.

10 *Obſervantia dat privilegio interpretationem.*
c. cùm dilectus, de conſuetudine.
c. quod dilectio, de conſanguin & affinit.

11 *Privilegia etiam exuberantia non referenda ad id quod non ſolet concedi.*
l. ſi miles. 3. ff. de milit teſtam.
l. quoties, ff. de rebus dubiis.
l. Lucius, §. imperatores, ff. ad municipalem.

12 *Conjectura melior ex conſuetudine diſponentis.*
l. ſi ſervus plurium, §. fin. ff. de legat. 1.

13 *Verba exuberantia & generalia privilegiorum juxta ſubjectam materiam interpretanda.*
l. ſi uno, ff. locati.
l. ſi inſulam, ff. de præſcriptis verbis.

14 *Derogatio legum neceſſaria quando contra eas privilegium conceditur.*
l. ſi quis, in princ. 22. ff. de leg. 3.

15 *Confirmatio privilegii non extenditur ad actum qui eſt contra jus, niſi fiat expreſſa derogatio per clauſulam* non obſtantibus.

16 *Confirmatio generalis non extenditur ad ea, quæ ſpecialiter ſunt adempta.*
Legum ſpecialis derogatio requiritur jure Hiſpano in privilegiis.
l. 1. tit. 14. lib. 4. recop.

17 *Propter culturam qui excuſatur à gabellis debet propriis ſumptibus culturam facere.*
cap. dilecti, de decimis.
cap. licet 11. de decimis.
cap. ex parte 10. de decimis.

18 *Exemptio unius perſonæ vel rei non debet ad aliam extendi.*
Privilegiorum eſt facienda ſtricta interpretatio.
cap. cum capella 16. de privilegiis,
cap. porrò 7. de privilegiis.
cap. recipimus eodem.
Privilegium immunitatis alicui pro bonis ſuis cõceſſum, non tranſit in ſingularem ſucceſſorem.
l. licitatio, 9. §. ult. ff. de public. & vectigal. & num. 19.
l. ætatem 3. §. ultimo ff. de cenſibus.

19 *Privilegium immunitatis in dubio præſumitur perſonale non reale.*
Gabella non debetur propter rem, ſed propter contractum.
Perſona mutatione res mutatur.
l. 1. Codic. de imponend. lucrativa deſcriptione lib. 10.

Privilegia non ſolvendi Gabellas aliquibus oppidis conceſſa, quando ſint intelligenda pro interpretatione l. 11. tit. 18. lib. 9. Recopilat.

PRo cujus rei explicatione notandum 1
eſt juxta diſpoſitionem *leg. 11. tit. 18. lib. 9. recop.* omnes teneri ſolvere gabellam, nec poſſe excuſari uſu & conſuetudine, quamvis immemoriali, nec ex aliqua cauſa, nec privilegio; & ſolùm excipit, ſi privilegium non ſolvendi gabellam ſcriptum eſſet in rationibus Regiis, & libris, quos dicimus *de lo ſalvado*, & ſubſcriptum à Regiis calculatoribus majoribus; & cum duæ iſtæ qualitates requirantur, non ſufficiet ſcriptum eſſe privilegium, niſi etiam ſit ſubſcriptum, quia una qualitas ſine alia non ſufficeret, *argum l. ſi hæredi plures, ff. de condit. inſt* & fuit doctrina Bart. *in l. 1. §. quod autem, ff. ne quid in flumine privato*, dicentis omnes qualitates à ſtatuto requiſitas eſſe verificandas, ſequitur Decius *conſ. 520. n. 11.* ex Felino Aſinio & Beccio probavit Surd. *dec. 75. n. 11.* & privilegium ipſum attendi oportet, uti habeat qualitates requiſitas, non verò reſcriptum, ex quo privilegium expeditum, ut notavit Greg. Lopez *in l. 29 gloſſa contra los derechos, tit. 18. part. 3.*

Hoc autem interpretatur, & explicat *l. 11. titul. 18. lib. 9. recop.* ubi expreſsè traditur omnia privilegia quæ uſque ad illam legem conceſſa, & poſtea concederentur, ex quibus aliquibus oppidis, ne eorum vicini ſoluant gabellas, conceſſum fuit, intelligi oportere, ut ſolùm exemptio procedat in rebus ſuæ culturæ, quas dicimus *de labrança criança*, non verò in eis, quæ pertinent ad negotiationem, & tradit id procedere *prout in dictis privilegiis cõtinetur*, quæ dictiones *ſecundùm & prout*, ſtare videntur cauſativè, quaſi diceret, quia id eſt quod continent prædicta privilegia; ut de dictione *ſecundùm & prout*, notavit Gloſſ. fin. *in c. quoniam Abbas, de offic. delegat.* idque verum eſt quando aliquid certum diſponitur ut *in c. Abbate ſanè, de ſententia & re judicat. lib. 6.* videlicèt: *Si verò verbum determinet perſonale, cauſaliter debet intelligi, ut ſit ſenſus concedimus ſecundum præteriti temporis obtinuit*, ubi notat Antonius de Butrio *n. 8.* Bart. *in extravag. ad reprimendũ, verbo prout*, Felin. *in c. inter dilectos, n. 7. de fide inſtrumentorũ*, Dec. *in c. 2. n. 6. verſ. & tali caſu, de cõfirmatione utili, vel inutili.* Grammat. *dec. 59. n. 20* Rot. *dec. 40. n. 2. in ſecunda parte*, Nat. *vol. 1. conſ. 160. n. 18. & 19.* Pereg. *de fideicom. a. 16. n. 11.* Ferretus, *conſ. 86. n. 5.* Decian. *vol. 2. conſ. 58. n. 61. & 62.* Roſental. *de feudis, c. 6. concluſ. 34. n. 1.* Mareſcot. *lib. 2. variar. c. 1. n. 77.* 2

cum

cum seqq. quibus addendum quod ex Aretino, Maranta, Octaviano, Vulpello, Menochio, Tusco, & aliis pluribus notavit Barbosa *de dictionibus usu frequentibus. dictione, prout*, & ex Ruino, Grato, Gozadino, Cotta, Cened, & aliis pluribus, idem Barbos. *dictione secundum.*

3 Præsertim juxta dispositionem *legis* 32. *titulo* 18. *lib. 9. recop.* ubi traditur eos quibus concessa est exemptio solvendi gabellas, solùm eâ uti posse in rebus quæ vendiderint ad necessitatem rei familiaris, at verò si ex negotiatione venditionem fecerint, aut de rebus quæ ab aliis habuerint, tunc gabella solvenda sit: nota verba: *Pero de todo aquello que trataren, o contraren demas y allende ahora sea suio, o prestado sean obligados à pagar la alcavala, y assi mãdamos se guarde y cumpla de aqui adelante*, & privilegiorum interpretatio ad Principem spectat, *l. ex facto, ff. de vulgari*: ibi *Privilegia principalia ipse Princeps interpretari solet, c. cùm venissent, de judiciis c. olim sibi ubi* Innocent. Abbas, & cæteri *de verb. signific.* Probarunt Oldradus, Gutierrez, Gironda, Joannes Garcia, Cotta, Greg. Lopez, & Cochier, quos refert Barbosa *in collect. dict. cap. cùm venissent, n. 2. & 3.*

4 Sed etiam eorum restrictionem Princeps facere debet, & potest, ut *in l. qui fundus. C. de omni agro deserto lib.* 11. probant Abbas, Immola, Cardinalis, Felin. & Dec. *in c. novit. de judiciis*, quod communi omnium sententia receptum videri tradit Couvar. *lib. 3. variarum, c. 6. n. 1.* sequitur Burgos de Paz *in Proœmio legum Tauri, n. 325.*

5 Quod planius procedit, quando Princeps disponet per viam legis ex celebri doctrina Bald. *in leg. nuptæ, in principio, ff. de senator.* quem sequitur Palac. Rub. *in repet. rubr. de donat. inter. §. 69. n. 15.* & Pinel. *in l. 1. 3. p. C. de bonis maternis, n. 61. illatione 16.* Costa *in l. cùm tale §. si arbitratu, limit. 2. in fine. ff. de condit. & demonstrat.* Alvar. Valasc. *consult. 132. n. 15. in 2. part.* Mantica *lib. 13. de ambiguis convent. tit. 40. n. 5.* & ex eo defendi posse plures leges Castellæ tradit Fontanella *de pactis nuptialibus, claus. 4. glos. 5. n. 22. in fine.*

6 Et quod Princeps possit liberè revocare privilegium exemptionis probat Cotta *in memor. incipit emptus ratione*, Ursilus ad Afflictis *decis. 361.* facit etiam *l. 33. dicto titulo 14. lib. 9. recop.* ubi expressè declarantur dubia legis præcedentis, qua dispositum exemptionem Gabellarum solùm admittendam in rebus, quæ ex patrimonio quis vendiderit, aut ex necessitate rei familiaris, & in ea traditur quomodo id accipiendum, quia multipliciter fraudes fiebant, omnes vendere dicentes ex necessitate rei familiaris, nota verba: *Mandamos que todas las personas, que tienen las dichas exemptiones por virtud de los privilegios que tienen, gocen, y sean libres de aqui adelante de alcavala, de todo lo que vendieren, que verdaderamente fuere desus labranças, y crianças donde quiera que lo vendideren, sinque en ello ay a fraude, ni colusion alguna, y que de todo lo otro paguen acabala conforme à las leyes.*

7 Et plura privilegia de quibus in supremo regalis patrimonii senatu contentio est, concessa fuerunt à Domina Regina Ioanna à qua *dict. l. 32. & 33.* editæ fuerunt, & interpretatio melior, & clarior ab eo, qui dispositionem condidit, *l. fin. C. de legibus*, Burg. de Paz *in proœmio legum Tauri, n. 312.* Simon de Pretis *lib. 1. de interpretatione ultim. volunt. interpret. 1. dub. 3. n. 1.*

8 Et quamvis verbum *persona*, de quo *in dict. leg. 33.* regulariter non comprehendat universitatem, Bald. *in c. 1. §. conventicula. n. 2. de Pace juramento firm.* & *vol. 3. cons. 132. col. fin.* Roman. *cons. 400. n. 4. & cons. 436. n. 5.* tamen ex identitate rationis, vel ex publica utilitate comprehendi debet, ut notarunt Alex, *lib. 2. cons. 116. n. 31. usque 39.* Tuscus *lit. P, conclus. 318. n. 13.* Baldus *in. l. 2. n. 2. & 3. Cod. de Impub.* Iason. *vol. 1. cons. 118. n. 24.* Hector Æmilius *de jure feudali, q. 3. n. 15.* eis verbis: *Et in materia conservatoria publicæ utilitatis, non est in dubium, quod rescripta emissa contra personas includunt universitates:* & ideò quod de his privilegiis dictum est, non solùm procedit in eis quæ concessa privatis personis, sed etiam quibuscumque universitatibus, quia in vectigalibus semper utilitas publica consideratur *l. 1. §. interdictum. ff. de loco publico fruendo.* Et ideò tributa nervos Reipublicæ appellat Jurisconsultus *in leg. 1. §. in causa. ff. de quæstionib. leg. 2. C. de exactor. tribut. l. 10. auth. de mandat. Princip. §. publicorum, collat. 3. l. 11. tit. 28. p. 3. l. 2. tit. 15. l. 4. l. 1. tit. 8. l. 1. tit. 21. l. 9. Recop.* adde Parlador. *l. 1. rerum quotidianarum, c. 3. n. 30.* Palatios Rubeus *in introductione rubricæ de donation. inter. n. 18.* Gironda *de gabellis 15. part. n. 28.* Montalvo *in l. 50. titulo 6. part. 1. verbo Franqueças* Petrus Gregor. *de Republica, lib. 3. c. 1. & 4.* Ant. Fab. *in Cod. titulo, quæ sit longa consuetudo, definitione 1. & l. 7. ne rei Dominicæ, vel templorum definitione 1.*

Deinde quia semper in Hispania ex omnium Senatuum decretis eam interpretationem prædicta privilegia obtinuerunt, ut generalis exemptio à solutione gabellarum solùm procedat in venditione rerum, quæ ex proprio patrimonio & cultura procederent, quas dicimus *de labrança y Cryança*, non verò quando ex negotiatione contractus fierent, & minimè sunt mutanda, quæ interpretationem certam semper habuerunt *l. minimè, l. si de interpretatione, ff. de legibus, l. servo invito, §. cùm Prætor, ff. ad S. C. Trebell. l. filius emancip. 14. ff. ad l. Cornel. de falsis* 9

Et ex observantia privilegium accipit interpretationem, *c. cùm dilectus, de consuetudine, c. quod dilectio, de consanguin. & affinit.* & utrobique Doctores, Molina *l. 2. de Primogen. c. 6. n. 58.* ubi Bellonũ, Sylvanum, Beroium, Beciũm, Socinum juniorem, Peregrinum, Surdum, Menochium, Tiberium, Decanum, Mascardum, Sixtinum, Matesilotum, & alios cumulat, *addit. ad Molinam n. 57.* latè Iosephus Ludovic. *conclus. 38. per totam*, & observantiam tollere dubitationem præcedentem, & esse Reginam omnium interpretationum, ut latè probat, & exornat Fontanella *de pactis nuptialibus 2. tom. claus. 6. glos. 3. 2. p. n. 30. cum seqq.* & est decisio Rotæ apud Farinac. *1. tom. decis. 429. n. 6. & 2. tom. decis. 170. n. 4. & decis. 463. n. 2.* & alibi de observantia plura tradidimus *alleg. 87. per totam.* 10

Ulterius quia cùm plura ex prædictis privilegiis, quæ exemptionem gabellarum indulgent, concessa fuerint à Domina Regina Ioanna, & propter ejus infirmitatem gubernaret ejus Pater Ferdinandus Rex Catholicus, non potuit ille privilegium majus & amplius concedere quàm Reges Castellæ solerent, & aliter quam suis legibus declararunt: nam licet verba privilegiorum sint ampla, & exuberantia, non credendum ad illud extendi, quod non debet, nec solet concedi. *arg. l. similes 3. ff. de nul. testam.* ibi: *Nec credendus est quisquam genus testandi eligere ad impugnanda sua judicia, l. quoties 13. ff. de rebus dubiis*, Menoch. *l. 6. præsumpt. 4. & 6. l. Lucius, §. Imperatores, ff. ad municipalem*, ibi: *Cùm ad ea quæ mandari possunt voluntatem dedisse videaris.* 11

Idque magis suadetur, quia idem Rex Catholicus Ferdinandus, regnante D. Joanna, omnia privilegia 12

limitavit; & interpretatus *in d.l.* 11.*titulo* 18.*lib.*9. *recop.*& ex uſu ac conſuetudine Patrisfamilias reſultat prima & potior conjectura voluntatis,*l.ſi ſervus plurium.* 50.§.*fin.ff. de legat.*1. ibi: *Ante omnia ipſius Patrisfamilias conſuetudo.*Et cum omnia ſimilia privilegia eam habuerint apud nos interpretationem,idem dicendum eſt in quocunque privilegio, etiãſi clauſulis & verbis generalibus illud exuberet *ex dict.*§.*fin.* ibi: *Deinde Regionis in qua verſatus eſt,exquirenda eſt:* & addenda quæ ex Imola,Butrio Cephalo,Corneo,Craveta,Menochio, Tiberio Deciano, D.Salgado,& aliis notavimus *in deciſ. Granatenſ.dec.*41.*n.*4. Et privilegia ſumunt interpretationem ab aliis ejuſdem qualitatis,Mandellus, Albenſ. *vol.*1.*conſ.*64.*n.*33. & *conſil.*172.*n.*47.& 48.

13 Et ideo in aliquibus privilegiis, ubi verba valde exuberantia inveniuntur,videlicet:*Vt gabella nõ ſolvatur de venditionibus,quæ in aliqua villa.* Et addit poſtea: *de rebus quæ in ea colerentur,naſcerentur, & fierent.*Ego ſemper probare intendi prædicta verba generalia præcedentia eſſe per ſequentia varba reſtringenda,& limitari oportere juxta ſubjectam materiam,*l.ſi uno, ff. locati, l. ſi inſulam.ff.de præſcript verb.*Alex.*lib.*4.*conſil.*95.*n.*10.Dec. *in c.qua fronte, in fine de appellat.* Surdus *deciſ.*320.*n.*11. & 12.& una pars copulativa declarat aliam, Socinus *in l.*1. *n.*1 *ff. de rebus dubiis,*Romanus *conſ.*231. *n.*2.Surdus *deciſ.* 272.*n.*23.& *deciſ.*322.*n.*65.Rota 2.*p.diverſor.deciſ.* 119.*n.*15.

14 Denique in privilegiis conceſſis poſt *d. l.*11. dubium eſſe non poteſt; quia cùm ex illa omnia privilegia interpretarentur,ut locum habeant ſolùm in rebus quæ ex cultura & labore præcederent in oppido, cui gabellarum exemptio conceſſa, quodcũque privilegium etiam ampliſſimis verbis & clauſulis datum, ut præter dictam legem extenderetur, eſſet neceſſarium expreſsè fieri derogationem *d. leg.* 11. *juxta leg.ſi quis in princ.* 22.*ff.de leg.* 3. eis verbis: *Sed hoc ita locum habebit ſi ſpecialiter dixerit prioris voluntatis ſe pœnituiſſe, & voluiſſe ut legatarius plura legata accipiat.*

15 Et in privilegio quod jus repugnat, neceſſaria eſt juris,& legum expreſſa derogatio, ſaltem generalis per clauſulam *non obſtantibus:*Joann. Andreas, Anchar.& Dominic. *in cap. unico de exceſſibus Prælat. in* 6.Panormit.*in cap nonnulli,num.*10 *de reſcriptis,* ubi etiam Felinus *n.*9.& 30. quamvis ſequatur privilegii confirmatio, ut in dubio non referatur ad actum qui eſt contra jus,probavit Innocent *in c. dudum,de decimis in fine*, Abbas *in c. examinata,n.*6. *de confirm.utili vel inutili,* Felinus *ubi proximè dict. n.*9.

16 Et generalis confirmatio non ſufficeret ad ea quæ ſpecialiter ſunt adempta, Anchar. *conſ.*2. *ad finem,* Craveta *conſ.*257. *n.*3. Roland.*lib.*1. *conſ.*2.*n.*161. Surd. *conſ.*330.*n.*14. & jure Hiſpano non ſufficeret derogatio generalis legum, in privilegio contra jus, ſed debet ſpecialis derogatio legis fieri, *ex leg.*1. *tit.* 14. *lib.*4. *Recopil.* & limitatio *dicta legis* 11. rectè procedit in omnibus privilegiis, quia præterita & futura reſpicit, quo caſu omnia comprehenduntur: & probarunt Mandellus, Albenſis *lib.*1. *conſ.*185. *n.*28.& 32.ubi ex Bartolo, Caſtrenſi,& aliis probat Thuſcus *lit.L, concl.*260. *n* 2. Hector. Æmilius *de jure feudali q.*32.*n.*49.Alderanus,Maſcard.*tr.de ſtatutis, concl.* 8.*n.*70.

17 Unde ſuccedit pro Regio fiſco,ut tunc exemptio non ſolvendi gabellam locum habere poſſit,quãdo quis ſuis propriis ſumptibus, vel laboribus fundum coluerit, nam ita debet immunitas interpretari: ſi vero quis rem emerit ab eo qui colit, quamvis gabellam non debeat ipſe Colonus, tamen emptor ſi poſtea vendat, ſolvere tenebitur,etiamſi ſit vicinus ejus oppidi,ut in fortioribus terminis deciſum eſt, nam privilegiari ſuper decimis non ſolvendis de ſuis prædiis,de his quæ ab aliis conducunt,decimam ſolvere tenentur,*c. dilecti* 8. *c. licet* 11. *de decimis,* probarunt Rebuffus, Azor, Suarez, Moneta,& Campanillus, quos refert Barboſa *in collect, d.c. dilecti, n.*2. Et immunitas conceſſa de illis rebus quas quis propriis laboribus, vel ſumptibus coluerit,non aliter privilegio gaudebit, quàm ſi ita coluerit proprio ſumptu & labore, *c.ex parte* 10. *cum duobus ſequent. de decimis.*

Nam exemptio unius rei vel perſonæ non debet 18
ad alios extendi,*c.cùm capella* 16. *de privilegiis:*& privilegiorum ſtricta eſt facienda interpretatio, *cap. porrò* 7.*c. recepimus* 8.*de privilegiis,* junctis quæ ex Felino, Aretino, Tapia, Suarez,& Thoma Sancio notavit Auguſtinus Barboſa *in collectan. d.c.*7. *n.* 11. Et privilegium immunitatis pro bonis ſuis alicui conceſſum non tranſit in ſingularem poſſeſſorem, *l. licitatio* 9. §.*ultimo ff. de public.& vectigal.l.ætatem* 3. §. *ult. de cenſibus.*Ioannes Andr.ad Speculatorem *titulo de cenſibus*, §. *nunc dicendum, in additione magna* Ancharan & Dominicus *in c.*1. *de immunitate Eccleſiarum lib.*6. Natta *lib.*1. *conſ.*218.*n.*7.& 9. Rolandus à Valle *lib.*4 *conſ.*61.

Et privilegium immunitatis in dubio præſumitur 19
perſonale, non reale; Alex. *lib.*1. *conſ.*101. *in fine,* Natta *dict.conſ.*218. & immunitas gabellæ non ſolvendæ ad perſonam reſtringenda, quia gabella non debetur propter rem, ut ex Baldo probavit Iaſon. *lib.*2.ſed quia contractus initus ex quo gabella ſolvenda, Alex. *lib,*5. *conſ.*123. *col.*2. *verſ. Præterea iſta quinquageſima*, Cephalus *lib.*4. *conſil.*553. *n.*8. & quamvis ille vicinus,qui rem coluerit,debeat immunitate gaudere,quia meſſis apud ſeminantem dicitur meſſis ſuæ culturæ, eo ipſo quo res alteri venditur, jam apud eum culturam cenſeri non oportet, quia per alienationem perditur nomen & privilegium, & mutatur forma & natura rei mutatione perſonæ,juxta *l.*1.*C.de imponenda lucrat.deſcript.l.* 10.*l.licitatio*, §.*fin.ff. de publicanis & vectigalibus,* Bart. *in l. per procuratorem, in fin.ff. de acquir. hæredit.* Bald. *in rub.C. de uſur. q.*8. *verſ. mutatione perſonæ,*Cravet. *conſ.* 213. *in princip.*

ALLEGATIO XII.

De privilegiis exemptionis Regis Henrici, & eorum revocatione.

1 *Henrici IV. Regis Hiſpaniæ tempore plures turbationes exortæ.*
Regia dignitas debet à ſubditis venerari.
*Regis oppreſſione quod factum, revocandum. l.*29. *tit.*18 *p* 3.
*cap.*1.§.*Porrò tit. quæ fuit prima cauſa beneficii amit. infendis.*

2 *Belli calamitate inductum debet pacis lenitas ſopire.*
l.unica,in princ.C. de cad. tollend.
*l.*17. *tit.*10. *lib.*5 *recop.*

3 *Donationes magnæ in præjudicium Regiæ coronæ revocandæ.*

cap.

cap. intellecto, de jurejurando.
l. 4. tit. 11. l. 25. tit. 14. l. 14. & 15. tit. 27. lib. 9. Recopil.
l. qui fundos, Cod. de omni agro deserto lib. 11.

4 *Donationes plures factæ à Rege, quamvis exiguæ, si junctæ lædant Regium Patrimonium, revocandæ.*

5 *Privilegia Regum conservare publici interest.*
l. si constante, C. de donation. ante nupt.
l. si quis 2. C. de omni agro deserto, lib. 11.

6 *Donationes Regum sine justa causa non revocandæ, cum illa verò ex publica utilitate justa est revocatio.*

7 *Reges plures donationes ab ipsis factas revocarũt.*

8 *Privilegia à Regibus in præjudicium Patrimonii concessa, etiam juramento firmata, possunt revocari.*
Donationes etiãsi factæ in remuneratione servitiorũ, revocandæ si lædant publicam utilitatem.

9 *Regis potestati non ita detrahendum, ut non possit castra sui Regni donare.*
l. hi quibus. Cod. de fũdis Patrimonialib. lib. 11.
cap. Abbate sanè, de sent. & re judic. lib. 6.
cap. Constantinus 96. distinctione.
l. 8. tit. 1. l. 1. tit. 17. p. 2.
l. 5. tit. 9. lib. 5. ordinam.
l. 1. tit. 10. lib. 5. Recop.

10 *Reges Hispani quia Regna à Mauris vindicarunt, facti sunt Domini Hispaniæ, non recognoscentes superiorem.*

11 *Rex quamvis possit regulariter donare, non tamen in grave sui præjudicium, vel Regni.*
l. 4. & 5. tit. 15. p. 2.
l. 1. tit. 10. lib. 5. Recop.

12 *L. 3. tit. 9. lib. 5. ordinamenti.*
l. 3. tit. 10. lib. 5. Recop. dicta de Valladolid. exornatur.
Lex facta in forma contractus obligat successores Regni.

13 *Lex usu contrario abrogatur.*
cap. erit autem, lex 4. distin.
Lex quæ habet clausulam irritantem non potest per non usum abrogari.

14 *Consilio alienationem fieri valde utile.*

15 *Rex est administrator bonorũ Regalis Patrimonii.*

16 *Administratione generali concessa non datur facultas alienandi.*
l. 2. §. & cùm lex, C. de rei uxor. actio.
l. 7. l. 29. tit. 11. p. 4.
Rex censetur ut maritus Reipublicæ.

17 *Donatio à principio non præjudicialis si postea fiat nociva, revocanda.*
l. 5. tit. 20. p. 1.
l. 43 tit. 18. p. 3.

18 *Henricus Rex donationes in præjudicium Regni revocavit.*

19 *l. 10. tit. 11. lib. 2. l. 4. & 17. tit. 10. lib. 5.*
l. 2. tit. 7. l. 4. tit. 11. l. 25. tit. 14. lib. 6.
l. 14. & 15. tit. 27. lib. 9. Recop.

20 *Donationes quæ fiunt pro Regni adoptione, ut Henrici II. vel Rege oppresso, ut Henrici IV. non valent.*
l. 29. tit. 18. p. 3.

21 *Probare debet qui allegat aliàs rejiciendus.*

22 *Tempore certo permissum, extra illud prohibitum.*
l. Imperator, de postulando.

23 *Privilegia exemptionis vectigalium odiosa, & restringenda.*
Vectigalia publica non concedenda privatis.

24 *l. 2. c. 4. tit. 2. lib. 9. Recop.*
l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopilat.

25 *Fisci res sine fiscalis interventu alienari non potest.*
l. 3. §. multa, vers. Divus, l. si fiscus 7. de jure fisci.
l. fin. C. de advoc. fisci.
l. 7. tit. 1. lib. 9. recop.

26 *Æstimatio fieri debet ad concessionem, vel venditionem rei quo Regalis Patrimonii.*
Pretium ex præsenti non præterito tempore æstimandum.
l. si quos, C. de rescindenda venditione.
l. 3. §. Divi, ff. de jure fisci.
leg. 1. c. 32. tit. 2. l. 19. tit. 9. lib. 9. recop.

27 *Privilegia revocata l. 39. tit. 18. lib. 9. recop. non valebunt etiamsi specificè confirmentur, nisi fiat mentio dict. l. 39.*
Subreptitiæ concessiones non subsistunt.

28 *l. 1. tit. 12. lib. 3. ordinamenti.*

29 *Confirmatio relinquit rem cum suâ qualitate.*

30 *Confirmatio non operatur, quando aliquid lege annullatur, nisi legis mentio fiat.*
l. 11. tit. 7. lib. 5. recop.
Princeps non videtur sibi præjudicare ex generali legum derogatione.
l. nec damnosa, l. rescripta, Cod. de precib. Imper. offer.

31 *Privilegii revocatio operatur, ac si privilegium non datum.*
l. 1. § & cum hæreditas, ff. de his quæ in testamento delentur.
lege 1. §. si quis ex mortis, ff. quorum legat.

32 *Importunitate multa conceduntur quæ aliàs non concedenda.*
cap. cùm in juventute, de purgatione canonica.
cap. fin. de rescriptis, lib. 6.
l. 1. Cod. de petition. bonor. sublatis, lib. 10.
l. 29. tit. 18. p. 3.

Privilegia exemptionis Gabellarum concessa à Rege Henrico IV. anno 1462. an revocata & nulla censeantur, ex revocatione quam fecit omnium illius concessionum pro explicatione l. 4. & 17. tit. 10. lib. 5. lib. 39. tit. 18. lib. 9. recop.



UM tempore Regis Henrici plures exortæ fuissent turbationes in his Regnis, ut constat ex pluribus quæ notarunt Zamalba *lib. 17. compendii historialis c. 8.* Joannes Mariana *l. 23. historiæ, c. 4.* Didac. Enriq. de Castil. *in historia Regis Henrici c. 40.* Ant. Nebrissens. *in historia Regum Catholicorum, 2. p. c. 113.* Cunita *l. 18. Annal. c. 2.* & latè tempora oppressionis distinguens Ioan. Garcia *de Nobilitate gloss. 2. per totam:* & Regia dignitas debeat ab omnibus venerari, obsequio & obedientiâ prosequi, & quasi adorari: ita *l. 1. C. de silentiariis lib. 12.* ibi: *Vt tam in adoranda nostra serenitate,* ubi *gloss. fin.* Lucas de Peña *per textum ibi in l. evectionum, C. de cursu publico, & in l. 2. C. de fabricensibus,* eis verbis: *adoraturus Æternitatem nostram:* quia ut Deus in terris Rex habetur, Bobadil. *lib. 2. Politicæ, c. 10. n. 15. & c. 16. n. 11. & l. 3. c. 2. n. 3. 4. & 5. cum seq.* Æquum

fuit ut omnia quæ oppreſſionem à Principe exorta revocarentur, & qui per Tyrannidem ab eo adepti officia & beneficia, eis privarentur, ut expreſsè traditur *leg.29.tit.18.part.3. & cap.1.§. Porrò,tit. quæ fuit prima cauſa beneficium amittendi*:& ex Alvaroto,Anania, Rolando à Valle, & aliis pluribus probavit Joan.Garcia *de Nobilitate, dict.gloſſ.2. n.17. & 18.*

2 Ideo ut quod belli calamitas introduxit, hoc pacis lenitas ſopiret,ut tradit Imperator *in l.unica, C. de caducis toll.* ubi Bald. *n.2.* Tiraq. *in tractatu, ceſſante causâ,verbo ceſſante bello*, ubi plures refert: merito Rex Henricus IV. in comitiis generalibus à die 15. Septembr. anni 1464. uſque ad annum 1473.omnia beneficia,donationes,& privilegia,quæ conceſſit, revocavit, quod etiam probarunt Reges Catholici *in comitiis generalibus urbis Tauri in l.17. tit. 10. lib.5. recop.*

3 Hujuſque rei mentio etiam fit *in l.39. tit.18.l.9. recop.& in l.4.tit.11.l.25.tit.14.l.14. & 15. tit. 27. lib.9. recop.* & regulariter quæcumque donationes magnæ, & quæ fuerint in præjudicium Regiæ Coronæ, revocandæ ex Textu *in cap. intellecto, de jurejurando*, ubi communiter Doctores, Alberic. *in proœmio Digeſtorum,§.diſcipuli,n.17.* Bart. *in l.3.§. planè,ff.quod vi aut clam.* ubi Angelus *in §. ſed ſi permiſerit,n.2.* Jaſon. *lib.1.conſ.36.n.1.* Alex. *lib.5. conſ.1.n.28.* Bald. *in l. nuptæ,ff. de Senatoribus, ex l. qui fundos,C.de omni agro deſerto,l.11.* idem Bald. *in l.ult.n.5.ff.de conſtit.Princip.* Anton. Corſetus *in tract.de poteſtate Regia,q.4.* Covarru. *in c.quamvis pactum,2.p.§.2.n.4. verſ. Quod autem Rex*, Palatius Rubeus *in cap.per veſtras,de donat inter.* poſt notabile,ſecundum,§.*ſed eſt pulchra dubitatio,n.41.* pluribus latè Mieres *de majorat.4.p.qu.1.limit.6. n.28. cum ſeqq.* Gozadinus *conſ.8.n.38. cum ſeqq.* plures quos cumulat Ant.Petra *de poteſt.Princip.c.32.§.2. ex n.39.* Matienzo *in l.11. gloſ.9.n.3.tit.7.lib.5.recop.* Pinel. *in l.1.C. de bonis matern. 3.p.n.62. cum ſeqq.* D.Paz. *de Tenuta c.57.n.22. & ſeqq.* Valaſc. *conſult.119.n.12.* & Cabedus *2.p.dec.75.n.12.*

4 Et quamvis donationes exiguæ ſint quælibet de per ſe,tamen ſi ex omnibus Regali patrimonio præjudicium fieret,adhuc revocandæ quaſi nullæ,ut tradit idem Mieres,ubi proximè,ibi: *Et ſi aliud diceremus,daretur occaſio, quod ſi unus Rex faciat multas donationes,quarum qualibet de per ſe regnum multùm non læderet,ſed ſimul jũcta,quod tales donationes eſſẽt validæ,quod eſt contra ea,quæ ſcripta ſunt,& cõtra l.1. & 3.Cod de inofficioſis donationibus,quæ ad hoc ſunt notabiles,& quod ſi omnes donationes coacervatæ ſint exceſſivæ, Rex non poſſit eas facere*,tenuerunt Lucas de Peña *in l. quicunque,Cod. de omni agro deſerto, lib.11.* Imola *in cap.2.de donat.* Matthæus de Afflict. *in conſtit.Neapol.in proœmio,in parte,vigeſimoquartò quæro,n.6.fol.3.* Roland. *conſ.1.n.123. & 124. lib.2. & contrarium neque tyronibus in hac ſcientia perſuaderi poteſt*, pro quibus facit, quod ſcribunt Cifventes,& Tellus *in l.28. Tauri, num.4.* ubi volunt,*quod,ſi ex pluribus minutis donationib.factis filiis fiat aſcenſus,imputatur quintum*, & confirmat idem matienzo *gloſſa 3.n.2.fol.162.hodie l.12. tit.6. l.5. recopil.* quod tradunt Rodericus,Suarez *in l.quoniam in prioribus, C. de inoffic. teſtam. in fine. pag.235.* Greg. *in l.8.tit.4.p.5.* Gloſſ. *verbo en vida,poſt principium*:& confirmo *per textum in l.Sancimus, §. ſi quis autem per illum textum à contrario ſenſu, C.de donat.*& doctrinam Bartoli *in l.Modeſtinus,ff.eodem titulo*, Alexander *in l. ſi plures, ff. de pactis*, & concordant,quos citat Antonius Gabriel *l. communium opinionum,titulo de donat.concluſ.1. n.12. pag.192.* & eandem ſententiam amplectuntur Caſtrenſis, Jaſon. Lucas de Peña, Neguſantius, Albertus Brunus,Pariſius, Matienzus, Menochius, Laudenſis, Hieronimus Gabriel, Tiraquellus, Moroſcius, Trentacinq. & Deciſio Dolana, & Fontanella, quos in terminis refert additio ad Molin.*lib.1. c.3.* num.17.

Nam quamvis ad publicam utilitatem pertinere 5
dicatur conſervatio privilegiorum, quæ à Principe conceſſa;ut *argumento l.2.C. de bonis, quæ liberis,& l.ſi conſtante, C. de donat. ante nuptias*, notavit Caſtrenſis *lib.1. conſ.317. n.5.* Tiberius Decian. *vol.1. conſ.1.25. n.53.* quia etſi Patrimonium Regis diminuatur, tamen abundat Fiſcus, quando ſubditi divites fuerint, *Authent. ut judices ſine quoquo ſuffragio, §.cogitatio igitur, colum.2. l.ſi quis 2. Cod. de omni agro deſerto, lib.11.* Baldus *lib.5.conſ.410.* *num.5.* 6

Tamen id quod ſuadet publica utilitas ex illa etiam fit, ut poſſit Princeps ex juſta cauſa propter bonum publicum donationẽ moderari,ut reſolvunt plures,quos retulit Ant.Gabr.*l.2. communium concl. tit.de jure quæſito non tollendo,concluſ.7.*& hoc caſu, quando publica utilitas aliud non ſuadet,intelligẽdum eſt,quod tenuerunt plures,quia decet Principis beneficium eſſe manſurum,non poſſe revocari, Molina *lib.4.de primog.c.3.n.20.* Burgos de Paz *conſ.25 n.51.* Peregr. *de jure fiſci,lib.6. tit.1.n.10.* Menoch. *conſ.1003.n.90.cum ſeq.* quia prædicti Doctores, & omnes qui contra tenuerunt eo caſu admittunt, quando ſine juſta cauſa fieret revocatio, ſed cùm publica utilitas verſatur, cùm nulla juſtior cauſa intervenire poſſet & ex illo vulgari Ciceronis præcepto: *Salus populi ſuprema lex eſt*, merito admittenda revocatio.

Et plures Reges, non ſolùm Rex noſter Hen- 7
ricus ſimiles revocationes fecerunt, ut conſtat ex eis quæ notarunt,Cornel. Tacit.*lib.1.hiſt.*§.6.de Galba Imperatore, qui decima parte donati relictâ, reliquum vindicavit, & Baſilius Macedonius Imperator etiam revocavit,Garibaius *lib.9.hiſt.c.21.*de Regibus Angliæ Henrico Eduardo, ſcriptores teſtantur, de noſtris Regibus,de Ramiro Rege Aragonum Zurita,*lib.1.Annal.c.53.*Mariana *lib.10.hiſtor.c.16.* de Alfonſo III. Rege Aragonum, idem Zurita, *l.4. Annal. c.93.* de Regibus Caſtellæ Henricus II. non ſolum revocavit, ſed facto abdicavit in moderata, Ægidius *in ejus nova hiſtoria,c.57.*de Joanna II. Alvarus Garcia *in ejus Chronica,c.26.*Garibaius *l.16. c.16.* Regina Joanna, quæ conceſſit Philippus Pulcher ejus maritus, revocavit, Zurita *in expeditione Italiæ lib.7. c.38.* Rex Catholicus Ferdinandus omnia quæ ejus Pater Rex Joannes donavit,nulla reddidit,Zurita *lib.20. Annal.c.14.* & Regina Catholica Iſabella in teſtamento, idem fecit:adde quod in Hiſtoria Caroli V.tradit Prudentius Sandoval.*l.1.§.21* & noſtri Reges conſervarunt in teſtamentis revocare omnia quæ in præjudicium Regalis Patrimonii donata.

Vnde fit ex eadem publica utilitate privilegia, 8
quæ Regale Patrimonium maximè lædunt, ſint reſcindenda etiamſi juramento privilegium vel donatio firmaretur,ut præter *ſuprà* adductos, & *c. intellecto,de jurejurando*,Hoſtienſem,Joannem Andream, Butrium,& Panormitanum *ibi*, & reliquos jam relatos, probarunt Oldradus *conſ.94.* Rolandus *lib.2. conſ.2.num.95.* Anton.Petra *de poteſtate Principis, c.17. n.20.& cum ſeqq.* Molina *lib.1. de primogen. c.3.n.17.& 18.* Albericus & quæ ex Reſtauro Caſtaldo,

ſtaldo, Menoch. Azeved. Miereż, Ludovico Gomeż, Menchaca, & aliis congeſſit addit : Molinæ *n.* 17. & 18. Joan. Garc. *de nobilitate gloſ.* 1. §. 1. *n.* 10. *cum ſeq.* Intrigliolus *de feudis centuria* 1. *q.* 53. *n.* 163. *cum ſeqq.* Loazes *in allegat. pro oppido de Mula, dubitatione* 1. Azevedo *in l.* 3. *tit.* 10. *l.* 5. *recop.* & probatur *l.* 1 *tit.* 17. *l.* 4 *tit.* 15. *part.* Greg. Lopez *in l.* 8. *tit.* 1. *eadem partita* Nicolaus Rubiner *l.* 4. *dec.* 4. *n.* 16. *uſque ad* 22. idque procedit etiam in donationibus factis ad ſervitiorum remunerationem, Bellugâ *in ſpeculo Principis rubrica* 9. *n.* 5. 6. & 8. Molina *dict. c.* 3. *n.* 18. Azeved. *in l.* 1. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recopil. n.* 11. Palacios Rubios *in rubrica de donat. inter* §. 69. *n.* 14. *& ſeqq.* Pinellus *in l.* 1. *C. de bonis maternis*, 3 *p. n.* 62. *verſ. infertur decimò quintò*, Matienzo *in l.* 11. *tit.* 7. *lib.* 5. *gloſſ.* 9. *n.* 1.

9 Sed etſi nolimus Regiæ dignitati & poteſtati detrahere, & fateamur poſſe Reges Caſtra & Oppida ſui Regni donare *argumento l. Hi quibus*, *Cod. de fundis patrimonialibus*, *lib.* 11. ibi: *Hi quibus Patrimoniales poſſeſſiones vel à nobis vel à divinis parentibus noſtris ſacra largitate donatæ ſunt, inconcuſſi poſſideant, atque ad ſuos poſteros tranſmittant. c. Abbate ſanè* 3. *de ſententia & re judicata l.* 6. ubi proponitur locum de Roſelis Monaſterio donatum fuiſſe à Rege Aragonum, & conſtat ibi donationem valuiſſe, & confirmatur ex ea quam fecit conſtantinus Imperator ſancto Sylveſtro Pontifici, de qua *in c. Conſtantinus* 96. *diſtinctione*, & ex Burſato, Marta, Menochio, Cabedo, Joanne Garcia, & plus quàm quadraginta Authoribus, quos refert, reſolvit additio ad Molinam *d. n.* 17. & 18. & probatur *l.* 8. *tit.* 1. *l.* 1. *tit.* 17. *part.* 2. *l.* 5. *tit.* 9. *lib.* 5. *ordinamenti*, *l.* 1. *tit.* 10. *lib.* 5. *recop.*

10 Idque magis procedit in Regibus Hiſpaniæ, qui maximis laboribus, periculis, & impenſis per ſeptingentos annos Hiſpaniarum Regna, urbes, & oppida à Saracenis occupata, vindicarunt: & ob id abſolutè urbium & oppidorum effecti ſunt Domini, non recognoſcentes ſuperiorem, Gloſſ. *in cap. Adrianus*, 66. *diſtinctione*, Oldradus *conſ.* 69. Palacios Rubios *in prooemio rubricæ de donat. inter. numer.* 18. Gaſpar Velaſcus *in l. imperium*, *n.* 52. *de juriſdictione omnium judicum*, Covarruvias *in reg. peccatum*, 2. *parte*, §. 9. *n.* 9.

11 Tamen id procedit regulariter, non verò quando in magnum Regni, Regis, & ejus patrimonii præjudicium fieret donatio, quia tunc non valeret, *d. c. intellecto*, *de jurejurando*, ibi: *In præjudicium Regni ſui & Regis hominem.* Et notant plures quos *ſuprà* retulimus, quibus adde Nattam *lib.* 3. *conſ.* 640. *n.* 10. Gregor Lopez *in l.* 8. *tit.* 1. *p.* 2. *gloſſa* 3. alias enim rectè alienationem caſtri vel oppidi ſui Regni licere Regi ex jure & conſuetudine Caſtellæ certum eſt, non obſtante *l.* 4. *tit.* 15. *p.* 2. quæ videtur prohibere alienari bona immobilia Regni, quia loquitur in caſu ſpeciali, quando Rex minor eſt, & ſub tutela, ut colligitur *l.* 1. *tit.* 10. *lib.* 5. *recop.* eis verbis: *No ſiendo hechas en tiempo de tutorias de los Reyes*: & ita intelligitur *l.* 5. *tit.* 15. *p.* 2. Nam expreſsè loquitur quando donatio tenderet in grave damnum Regis, ut interpretatur Gregor. Lopez *ibi* Gloſſ. *verbo en ſu vivida*, & ita dictas leges intelligendas tenuerunt Loazes *in dicta allegatione pro Mula in tertio fundamento pro parte oppidi*, *& in* 1. *pro March* & ita reſpondet dictis legib. Menoch. *conſ.* 1003. adde Simócellũ *in tr. de decretis*, *l.* 1. *tit.* 2. *n.* 1. ubi plures refert.

12 Veruntamen ut appareat an ſit alienatio nociva Regi & Regno, ideo decretum *in l.* 3. *tit.* 9 *lib.* 5. *ordin.* quæ eſt *l.* 3. *tit.* 10. *l.* 5. *recop.* quæ vulgò dicitur lex Pinciæ, Reges Hiſpaniæ non poſſe alienare civitatem aliquam, arcem vel populum Regni, nec juriſdictionem aliquam, ſed permanere illa debere in Regia Corona, & eſſe impræſcriptibilia. Et ſolum excipitur caſus, quando ob urgentem neceſſitatem, vel magna ſervitia, aut alia de cauſa Rex teneatur vaſſallo, aut alii benemerito donationes & beneficia conferre, quia tunc facere poterit, visâ tamen & cognitâ donatione & causâ à ſex Procuratoribus Urbiũ quos Princeps elegerit, & à majori parte Senatorum ſui Conſilii: & adjecta eſt clauſula decreti irritantis omnes alienationes, quæ ſine prædicta ſolemnitate fierent, & eam legem confirmarunt Catholici Reges Ferdinandus & Elizabeth, ut tradit Matienzus *in d. l.* 3. ubi *gloſ.* 7. *n.* 7. qui etiam teſtatur Carolum Quintum Imperatorem, & Hiſpaniarum Regẽ, anno 1525. & 1527. ac ejus filium Philippum Secundum anno 1556. confirmaſſe prædictam Valliſolleti legem, ejuſque mentionem faciunt Matienzo, & Azeved. in ea, & videtur obligare ſucceſſores in Regno, quia facta fuit juxta formam & vim contractus, ex traditis à Bartolo, Baldo, & Doctoribus *in l. digna vox*, *C. de legib.* cum adductis à Matienzo *in d. l.* 3. *gloſſ.* 2. *n.* 4.

Et quamvis aliqui crediderint nullam vim eſſe 13
ejus legis, quia nunquam fuit uſu recepta, *arg. c. erit autem lex* 4. *diſtinctione*, Surd. *conſ.* 58. *n.* 9. & ita reſpondet *dict. leg.* 3. Menoch. *conſ.* 1003. *n.* 38. *& ſequentibus*: tamen certiſſimum eſt, quando lex, vel decretũ habet clauſulam irritantem, ut *in dict. l.* 3. non poſſe per non uſum venditionem, vel præſcriptionem contra illum. & jus adquiri, Felin *in c. cùm acceſſiſſent*, *n.* 30. *limitatione* 4. *de conſtit.* Archidiac. *in c. cum beneficio n.* 2. *de præbend. in* 6. Jaſon. *in l. non dubiũ*, *n.* 17. *Cod. de legib.* Dec. *in l. pacta*, *quæ contra. n.* 10. *C. de pactis*, Angel. Aretin. *conſ.* 72. *per totum*, Hier. Gabriel. *vol.* 2. *conſ.* 151. *n.* 16. Tapia *in l. fin. ff. de conſtit. Princip.* 2. *p. c.* 2. *n.* 22.

Verùm negari non poteſt prædictam legem 3. quæ 14
facta fuit, ut cum deliberatione, & conſilio fierent alienationes Regalis patrimonii, utiliſſimam eſſe, & valde Reipublicæ conducere ejus obſervantiam: nam omnia cum conſilio fieri expedit, juxta quod jubetur *Proverbiorum* 13. ibi: *ſine conſilio nihil eſt faciendum*, & *Eccleſ.* 32. & conſtat ex traditis à Divo Auguſt. *in tractatu de lapſis & homilia* 1. D. Ambroſio *in exameron.* D. Gregorio *lib.* 30. *moralium*, *& lib.* 1. *regiſtri*: notavit Seneca *epiſt.* 38. *ad Lucilium*, & Caſſiodorus *l.* 6. *variar. epiſt.* 19. eis verbis: *omnis providens conſilium quærit*, Saluſtius *in Catilinario* Cicero *de ſenectute* Quintus Curtius *de rebus Alex. lib.* 7. Maiolus *de majeſtate imperii Romani pag.* 205 plura adducit P. Velaſquez *de optimo Principe l.* 3. *adnotat.* 1. *n.* 3. *& 4.* ex jure civili & noſtris legibus Hiſpaniæ, plurima cumulavit Bobadilla *lib.* 2. *Polit. c.* 6. aliàs enim ſi ex conſilio non probetur juſtam eſſe donationem. ſed iniquam, & in maximum præjudicium regni non poſſe à Rege fieri, dicendum eſt ut omnes *ſuprà* allegati tenuerunt, & ulterius probatunt latè, Genedo *ad decretales*, *collectanea* 109. Præpoſitus *in præludiis feudorum*, *n.* 27. & 24. Jaſon. *in eiſdem præludiis n.* 77. ubi Laudenſis *n.* 31. Bald. *in c. licet cauſam*, *n.* 7. *de probationibus*, Antonius Faber. *in C. tit. ſi contra jus*, *vel utilitatem publicam*, *definitione prima pag.* 68.

Nam Rex velut adminiſtrator bonorum Regalis 15
patrimonii, & Regiæ Coronæ conſideratur, & alienare nõ poteſt Petrus Gregorius *de Republica lib.* 3. *c.* 8. *n.* 3. & 4. Hothoman. *quæſt. illuſtr. quæſt.* 1. & in eis dominium videtur habere, ut Prælatus in bo-

nis Eccleſiæ, & maritus in eis, quæ ſunt ejus uxoris, Baldus *de Pacs Conſtantiæ, verſiculo amplius*, Renatus Chopinus *de dominio Franciæ lib. 2. tit. 1. n. 2.* Petra *de poteſtate Princip. cap. 32. dubit. 2. princip. num. 199.*

16 Et permiſsâ generali adminiſtratione, non videtur alienatio conceſſa, Panorm. *in cap. edocere, de reſcriptis*, Marian. Socin. *lib. 1. conſ. 74. n. 24.* Ioannes de Immola *in rubrica de donat. n. 21.* Rebuff *in compendio alienationis rerum Eccleſ. n. 42.* Decius *conſ. 173. n. 1.* Covarru. *lib. 2. var. cap. 17.* Suarez *allegat. 21.* Menoch. *de arbitrariis, caſu 172.* Antonius Gabriel. *lib 3. communium tit. de rerum alienatione, concluſ. 1.* Rolandus *lib. 1. conſ. 15.* Et in marito reſpectu bonorum uxoris, *l. 1. & per tot. ff. de fundo dotali, l. 2. §. & cum lex, C. de rei uxoriæ actione, l. 7. l. 29. tit. 11. part. cap. cum contingat, de jurejurando*, Barboſa *in l. 1. 5. ff. ſoluto matrimonio.* Et Principem maritum Reipublicæ cenſeri ex Gaſpare Contareno, Pineda, & Bobadilla ego probavi *in deciſ. Granatenſibus, diſput. 7. n. 9.* & in terminis non poſſe Regem, vel principem bona Coronæ alienare in præjudicium regni & principatus tenuerunt Nicolaus Reuſner. *lib. 4. diſtinct. 4. num. 16 uſque ad 22.* Ludovicus Moroſius *conſ. 45. num. 20.*

17 Sed utcumque fieri poſſet hæc alienatio, nec tempore quo facta eſſet in præjudicium Regis, vel Regni, tamen ſi poſtea fuerit damnoſa, aut privilegium nociuum debet irritari, *arg. cap. ſuggeſtum, de decimis, cap. quanto 16. de cenſibus, l. 5. tit. 20. part. 1.* & in terminis donationis factæ à Principe, *l. 43. tit. 18. part. 3.* ex Mandello Albenſi, & aliis Pinel. *in l. 2. C. de reſcind. venditione, 2. p. c. 1. n. 2.* Roland. à Valle *lib. 2 conſ. 1. n. 173.* Tuſc. *practicar. lit. L, concl. 295. n. 18* & ante eos probavit Natta *conſ. 535. per totum*, & in terminis annui redditus redimibilis, ut redditus debeat reduci ad legitimum modum inſpecto tempore ſolutionis cujuſque anni, quo ſoluitur, quando in eo tempore injuſtus redditus appareat, probavit Apoſtilla ad Alex. *lib. 7. conſ. 187. lit. C*, Rodrig. *lib. de annuis redditibus, q. 12. n. 9* Avendañus *de cenſibus, c. 46. n. 6. & 7.* & ego notavi *in deciſ. Granat. 11. n. 7. & 65. 66.* Vnde ex tempore futuro debet limitari, quod ante factum fuit.

18 Ex quo meritò Rex Henricus IV. & poſt illum Reges Catholici immoderatas, & nocivas donationes ab eo factas revocarunt, quia ita fieri juſtitiæ & rationi conſentaneum apparuit; ut de ſuis conceſſionibus Reges Catholici fecerunt, & alii Reges, de quibus *ſuprà num. 7.*

19 Difficultas autem in eo verſatur, an privilegia exemptionis ſolutionum vectigalium, vel alia quæ conceſſa fuerunt à Rege Henrico IV. anno 1462. comprehendi poſſint prædictâ revocatione, aut aliquo modo ſint infirmanda propter prædictarum legum diſpoſitionem, quæ revocationem donationum inducunt; nam etiamſi *in l. 10. tit. 11. lib. 2. & in l. 4. & 17. tit. 10. lib. 5. l. 2. tit. 7. l. 4. tit. 11. l. 25. tit. 14. lib. 6. l. 14. & 15. tit. 27. lib. 9. recop.* mentio fiat de revocatione à die 15. Septembris anni 1464. tamen *in l. 39 tit. 18. lib. 9. recop.* generaliter & indiſtinctè in comitiis villæ de Ocaña, anno 1469 & in Curiis oppidi de ſancta Maria de Nieva, anno 1473. omnia privilegia exemptionis vectigalium, quæ in decem retro annis conceſſa fuerint, revocantur, & irrita fiunt: unde cùm anno 1469. in decem annis ante illum comprehendatur annus 1462. videtur etiamſi ante diem 15. Septembris anni 1464. conceſſum fuiſſet privilegium, debeat irritari.

20 In qua re, omiſsâ diſtinctione quatuor temporum, de qua Ioan. Garcia *de nobilitate, gloſſa 2. n. 12.* ubi computat quando Rex Henricus pacificè, & quietè Regnum gubernavit ab eo, in quo poſtea à malevolis & improbis ſubditis oppreſſus, in eo videbis: nam tranſcribere non eſt mei ingenii, illud verò notandum, conceſſiones, quæ fiunt pro regni adeptione, ut in Henrico II. adeo nullas eſſe, ut nec per legitimam Regni ademptionem confirmentur, Felin. *in c. 1. n. 7. de probat.* & *ibi* Decius *n. 31.* Grammatic. *voto 28. n. 16.* & in terminis conceſſionum Regis Henrici II. Palacios Rubius *in repetitione rubricæ de don. inter, §. 69. n. 19.* Matienzo *in l. 11. tit. 7. lib. 5. recop. gloſſa 9 n. 7. & 8.* Valaſc. *conſult. 120. n. 18.* ſive ut in Rege Henrico IV. donationes & privilegia oppreſſus à ſubditis faceret, & concederet, *l. 29. tit. 18. p. 3.* ibi: *Por muy gran cuita non pudiendo al facer por defuiar gran daño:* & facit textus *in c. cùm veniſſent, de inſtitution.* & quod tradit Palacios *ubi proximè*, 18.

21 Ego verò circa hæc privilegia diſtinguendum cenſeo, quippe *d. l. 17. tit. 10. lib. 5. recop.* noſtri Reges Catholici teſtantur, eos feciſſe declarationem circa prædictas donationes, quam jubent obſervari: unde ſi privilegium, de quo dubium eſſet, prædictâ declaratione fuit comprehenſum, id obſervandum, & id probare debet, qui intendit *d. leg. 39.* non revocari ejus privilegium *argumento l. qui accuſare 4. Cod. de edendo, l. actor, C. de probat. l. 1. tit. 14. p. 3.* aliàs fiſcus abſolvendus: nam qui non probat, quod debet, ut fundamentum ſuæ intentionis, perdit cauſam, *l. 1. §. item quæſitum*, ubi Bart. *ff. de aqua publica arcenda, l. Prætor 3. §. docere, ff. de vi bonor. rapt. l. denunciaſſe 17. §. quid tamen, ff. ad legem Iuliam de adulteriis, l. habebat 13. ff. de inſtit. actione* notarunt Canoniſtæ, *in c. 2. de reſcriptis.*

22 Sin verò de illo nihil declaratione prædicta expreſſum fuit, & probatum, quod pertinet ad caſum privilegiorum exemptionis vectigalium, debet regulari ex *d. l. 39 tit. 18. lib 9. Recop.* ut quæ in decem annis ante illa comitia, ubi reformatio, illorum decreta irritantur; at verò in aliis donationibus factis à Rege Henrico, oppidorum & juriſdictionum, procedat limitatio, de qua *in dict. l. 4 tit. 10 lib. 5. Recopil.* cum ſimilibus jam relatis, ut ſolùm infirmentur, quæ concederentur à die decima quinta Septembris anni 1464. nam ea limitatio ad illud tempus operatur excluſionem anterioris temporis, quia talis eſt natura & vis temporis limitati, ut præter, vel poſt illud tempus contrariam diſpoſitionem inducat, *l. Imperator ff. de poſtul. l. ſi unus, §. 1. ff. de pactis. l. ſtatuliberum, §. Stichum, l. Titia cum teſtamento, §. fin. ff. de legat. 2.* Riminald. *vol. 3 conſ. 271. ex n. 19. uſque 25.* Iacobus de Sancto Georgio *in l. ſi fundum, §. poſſeſſor. ff. qui ſatisdare cogantur*, Tiraq. *de retract. convent. §. 1. gloſſa 2. num 4.* Oſaſcus *deciſ. 85. num. 113.* Surdus *deciſ. 75. num. 1.*

23 Nec mirum, ſi facilius revocationem inducamus, & eam ad majus tempus extendi admiſerimus in privilegiis exemptionis vectigalium, quia ea tanquam odioſa magis reſtringenda, quippè vectigalia privatis concedere ſemper in Reipublicæ nocumentum cedere certum eſt, quippe ſine tributis non poteſt publicus ſtatus ſuſtineri, ut alibi probavimus, & ut tradit Cornel. Tacitus *lib. 14 annalium*, ibi: *Nulla Reſpublica aut Imperiũ necdũ magnũ tributis, aut vectigalibus carere poteſt*, & cùm ſint neceſſaria ad Imperii onera ſuſtinenda, non debeat in privatorum commodum vel exemptionem cedere, unde meritò plures ſimiles eorum cõceſſiones revocatas *ſupra* probavimus *n. 7.* & in regno Siciliæ donationes de collectis

revocatas

revocatas à Rege Martino tradit Maſtrillus *lib.1.de Magiſtr.c.19.n.28.*

Et probatur *l.2.c.4.tit.2.lib.9.recop.* in qua jube-
24 tur Senatoribus ſupremi Conſilii Regalis Patrimonii, ut in quantum potuerint, excuſent vindicationes gabellarum, quia ſemper neceſſarium exiſtimatur à Regali Patrimonio nunquam abdicari: & hæc privilegia jure noſtro non valent niſi ſcripta ſint in libris rationum Regalium, quos dicimus, *de lo ſalvado*: aliàs etiamſi à Regibus conceſſa ſint, irrita & nulla cenſentur, *l.1.tit.18.lib.9.recop.* & antea decretum erat à Rege Ioanne II. in Curiis Matriti, anno 1423. ut ſimilia privilegia, aut alia quæ continerent conceſſionem reddituum regalium, ſi non eſſent ſcripta in libris rationum & calculatorum Regis, & ab anno editæ legis ſcribantur, aliàs in poſterum irrita, & nullius momenti manere; & ideò facilius inducenda limitatio eorum privilegiorum.

25 Tum etiam quia in privilegiis exemptionis redditum regalium, aut venditionibus rerum Regalis Patrimonii, debet fiſci Patronus intereſſe, aliàs nullius roboris erit, quod aliter factum fuerit, *l.3.§ multa, verſic. Diuus*, ubi Gloſſa *verbo reſtituuntur, l.ſi fiſcus 7.ff.de jure fiſci, l.fin.C.de advocat.fiſci*, Petr. Greg. *lib.49.ſyntagm.juris, c.7.per tot.* maximè *n.3.& 14. cum ſeqq.* conducit *l.7.tit.1.lib.9.recop.* Peregr. *de jure fiſci, lib.4.tit.4.n.5.verſ. Tertiò requiritur, & lib.7. tit.2.n.2.* Gloſſ. *in l.1.C.de fide inſtrum. & jure haſtæ fiſcal. lib.10.* Boſſius *de fiſco num.23.* Garcia *de nobilitate gloſſ.3.num.13.& 14.* Ioan. Galeſius *de privileg. fiſci, privileg.31.* D. Alfarus *de officio fiſcalis, gloſſa 16.ſpeciali 65.*

26 Sed in his privilegiis exemptionis, aut venditione vectigalium præcedere debent æſtimatio quantitatis reddituum, & juſta pretii taxatio, *l.ſi quos, C.de reſcind.vendit.* ibi: *Rei qualitas & reddituum quantitas æſtimetur, l.3.§.Divi, ff.de jure fiſci*, ibi: *Divi Fratres reſcripſerunt, in venditionibus fiſcalibus fidem & diligentiam à Procuratore exigendam, & juſta pretia non ex præterita emptione ſed ex præſenti æſtimatione conſtitui, ſicut enim diligenti culturâ pretia prædiorum ampliantur, ita ſi negligentius habita ſint, minui ea neceſſe eſt.* Vbi notant ſcribentes, maximè Cujacius ibi: *Nã ut ait hic §.in venditionibus fiſcalibus Procurator Cæſaris omnem fidem & diligentiam præſtare debet, quod & à quolibet Procuratore exigitur, l.à Procuratore, C.mandati.* Ex quo infert: *Quod Procurator Cæſaris non bene fungitur officium ſuum, qui per ambitionem & gratiam vendit pretio viliori, & reſcindendã venditionem, quia fiſco fraudi eſt.* Et paulò pò t, ibi: *Denique non eſt rata vẽditio fiſcalis, niſi fiat juſto & vero pretio quod utique non conſtituitur ex præteriti, ſed ex præſentis temporis æſtimatione, ut ait hoc loco pretium cujuſlibet rei pro tempore eſt, atque ita fit, ut prædium quod olim pluris fuit, hodie minoris æſtimetur, quapropter non quanti olim emptum, æſtimatumque fuerit, ſed quanti hodie ſit ſpectatur ſpectatâ qualitate & redditu præſentis temporis, dict.l.ſi quis, C.de reſcindend.venditione, & l.4.C.eodem titulo, l.ſi fundum, per fideicommiſſum, ſupra de legat.1.l.2.C.de patribus, qui filios, adhibita interpretatione gloſſæ*: idem Cujacius *in l.2. C. de jure fiſc. lib.10.* ubi concludit nullius momenti eſſe quodcumque fit gratioſè in perniciem Reipublicæ, & allegat *l.Præſes, C.de tranſact. & in l.2.eodem titulo, & in rubrica, & l.1. C.de fide inſtrumentorum, & jure haſtæ fiſcalis lib.10. & in l. fin.ff.de jure fiſci*, latè exornant Pancirol. *l.1.var.c.93.* & videtur probari expreſsè *l.1.c.32.tit.2.l.19 tit.9. lib.9.recop.* Quæ omnia cùm non procederent, nec præcederent in privilegiis quæ à Rege Henrico IV. conceſſa fuêre, meritò revocata, cùm jure ipſo nullitatem cenſeantur habere.

Sed & quod plus eſt, etiamſi poſtea in forma 27
ſpeciali confirmatio ſequeretur, adhuc nullius momenti exiſtimanda, niſi expreſsè mentio fieret revocationis *d.l.39 tit.18. lib.9. recop.* quo caſu magis nova conceſſio dicenda, quia validatur donatio, vel privilegium nullum *argum.cap.1. & cap.veniens, de tranſact.* Dec. *in c.1.de confirmatione utili vel inutili, num.6.* ex Pariſio, Grammatico, Gozadino, & aliis, Molina *l.2.de primog.c.7.n.8.* Gratian. *3.tom.diſcept. cap.586.num.23.* Thuſcus *lit.C, concluſ.710.per tot.* nec confirmatio non expreſſa *dict.l.39.* quæ conceſſiones & privilegia revocavit, poteſt ſubſiſtere, & velut ſubreptitia nullius momenti cenſenda *argum. cap.ſuper literis, 20.cap.poſtulaſti, 27.& ibi* Doctores *de reſcriptis, cap.ſi metu proprio, 23. de præbend. lib.6.cap.2.de filiis Presbyt. eodem libro l.2.l.& ſi legibus, C. ſi contra jus vel utilitatem publicam.* Caſtrenſis *lib.1.conſil.369.num.2.* Baldus *in l.præſcriptione, num.1.C.ſi contra jus vel utilitatem publicam*, Roderic. Suarez *allegat.12.num.30. & allegat.28. n.26.* Covarruv. *lib.1. variar. cap.20.num.1. & 5.* Thuſcus *lit.S, concluſ.720.cum ſeqq.* & addenda quæ circa obreptionem & ſubreptionem notavimus *allegat.86.per totam.*

Nec proderit in confirmatione exprimi tenorem 28
privilegii & conceſſionis, etiamſi diceretur confirmari, non obſtante quacumque lege in contrarium aut clauſulis derogatoriis, juxta quod traditur *l.1. tit.12.lib.3. Ordinam.* quæ eſt lex 1. *tit.14.lib.4.recopil.* eis verbis: *Por ende mandamos que los tales cartas o alvalaes, que no valan ni ſean cumplidos aunque contengan que ſean cumplidos, no enbargante qualquier fuero, o ley o Ordenamiento, o otros qualesquier clauſulas derogatorias.* Et addendi Alex. Iaſon Roman. Abbas Felinus, Crotus, Ludovic. Gomez Cremenſis, Staphileus, & alii, quos refert Covarruv. *in rubrica de teſtamentis, 2.p.num.20 verſic. ſecundò infertur*, Grammaticus *deciſ.20.* & videnda quæ notavi *allegat.4.num.30.*

Nam cùm privilegium illud ſit revocatum *ex d.* 29
l.39. licet regulariter confirmatio firmitatem addat, niſi expreſſerit validationem ejus, quod tunc nullum erat; nihil proderit confirmatio, nam ejus naturæ eſt, ut confirmatum maneat in omnibus ejus terminis, qualitate, & ſtatu, *arg.l.legata inutiliter, 19.ff. de l.1.l.Aurelius 29.§.teſtamento ff.de liber.legata.d. c.veniens, de tranſact. junctâ gloſsâ, verbo confirmatam*, Gloſſ. & Doctor. *in cap.ex parte, de conſtit.* Craveta *conſ.257.n.4.* Mandellus *lib.3. conſ.564.n.19.* Roland. *vol.1.conſ.29 n.32.* Surdus *conſ.331.n.18. & conſ.349.n.7.& 8.& conſ.361.n.37.* Peregr. *conſ. 62.n.6.* Roſental *de feudis cap.6.concl.68.n.1.* D. Ludovic. *deciſ.267.n.1.* Farinac. *in noviſſ.1.p.deciſ.301. n.1. & deciſ.668. n.4.* & in privilegio implicita eſt revocatio, quæ ejus facta fuit, *argum.l.fin ff ſi ex noxal.cauſ.agat*; ideò debet expreſsè derogari ex confirmatione.

Et in terminis clauſulæ Henrici II. *ex l.11.tit.7.* 30
lib.5.recop. ut quamvis tenor privilegii inſeratur in confirmatione, niſi prædictæ clauſulæ expreſſa revocatio fiat, non prodeſſe confirmationem ex Gloſſ. *in l.ex his, verbo, cum, C.de teſt.milit.* Iaſon. & alii probavit D. Paz *de tenuta, 2.p.cap.57.n.319.cum ſeqq.* & in terminis legis mentalis apud Luſitanos, quæ idem diſponit, tenuit Valaſc. *2.tom. conſultatione 132. num.22.* Et ratio eſt quia cùm ex prædicta clauſula fuerit jus quæſitum Regiæ Coronæ, meritò ſine ejus expreſſa revocatione, & cognitione cauſæ

cauſæ non poterit confirmatio procedere, ut ex Felin. Bald. Afflict. Dec. Puteo, & aliis probavit Paz *ubi proximè n.* 20. ex Abbate, Alexandro, &, Vancio, in terminis, Cabedo, *2.p.deciſ.* 77. *n.* 9. nec ſub verborum involucro & generali legum derogatione cenſetur ſibi Principem præjudicare, *l. nec damnoſa, 3. l. reſcripta 7. Cod. de precib. Imp. offerend.* Bald. *in c. venientes, n.* 4. *de jurejurando*, Felin. *in c.* 2. *n.* 40. *de reſcriptis*, Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 44. *n.* 12. *cum ſeqq.* Farinac. *2. part. noviſſ. deciſ.* 569. *num.* 6. *ad finem.*

Quod multò magis, ſi ex jure quæſito Regiæ Coronæ metitur, procedit in revocatione privilegio-
§ 1 rum Regis Henrici IV. quia ex tunc, & tempore *d. l.* 39. jus fuit quæſitum Regiæ Coronæ, nullis & invalidis redditis privilegiis & conceſſionibus exẽptionis vectigalium; at verò in clauſula Regis Henrici II. ex reverſione ad Coronam, etiamſi in futurum ſperetur, non tamen præſens, & adeo proximum jus conſideratur, ut *in d. l.* 39. operatur enim revocatio privilegii, ac ſi datum non fuiſſet, ut *in l.* 1. §. *& cùm hæreditatis, ff. de his quæ in teſtament. delentur* ibi: *Ademptio jure facta videtur non quaſi adempta, ſed quaſi neque data*, & quoad illud quod revocatum videtur remanſiſſe in Regio Patrimonio *l.* 1. §. *ſi quis ex mortis, ff. quorum legat.* eis verbis. *Quia portio legis Falcidiæ apud hæredem ipſo jure manet etſi corporaliter res in ſolidum tranſlatæ ſunt.*

§ 2 Et ad rationem *dictæ legis* 1. *tit.* 14. *lib.* 4. ubi exprimitur quâ ratione privilegia non valeant contra jus vel in Regiæ Coronæ præjudicium, etiamſi in eis generalis legum derogatio fiat eis verbis: *Porque accaezçe que por importunidad de algunos*; addendus textus *in cap. cùm in juventute, de purgatione canonica*, ibi: *Compulſi fuimus, non juris neceſſitate, ſed importunitate petentium, c. fin. de reſcriptis, lib.* 6. *l.* 1. *Cod. de pet. bon. ſubl. l.* 10. *l.* 29. *tit.* 18. *p.* 3. Abbas *per textum ibi, in cap. nonnulli, n.* 10. *de reſcriptis*, Palacios Rubios *in repet. rubricæ de donat. inter* §. 81 *n.* 4. *cum ſeqq.* Rodericus, Suarez *allegatione* 28. *n.* 17. & 18. Didacus Perez *in l.* 1. *tit.* 12. *l.* 3, *Ordinament.* Matienzo *in l.* 3. *gloſſ.* 11. *n.* 1. & 2. *tit.* 10. *lib.* 5. *recop.* Mierez *de majorat.* 1. *p. q.* 3. *n.* 87. *cum ſeqq.* Romanus Hippolyt. Cepola, Bolierius, Rebuffus, & alii plures, quos refert Azevedo *in d. l. tit.* 14. *l.* 4. *n.* 1. *uſque ad* 7.

ALLEGATIO XIII.

Vectigalia expreſsè debent donari, aliàs non comprehenduntur donatione generali.

1 *Villa de Arnedo donata fuit à Rege Henrico, II. Bertrando Claclinio Comeſtabili Galliæ.*

2 *Donatio facta à Principe territorii cum omni jure perſonæ illuſtri, an comprehendat vectigalia.*
c. 1. *Et quæ ſint regalia in feudis.*

3 *Venditum quid ſit in dubio colligendum ex pretii quantitate.*

4 *Titulus interpretandus ex obſervantia ſubſequuta l.* 1. *tit.* 10. *lib.* 1. *Recopil.*

5 *Juriſdictione conceſsâ ex conjecturis quando poteſt intelligi conceſſum jus colligendi pedagium.*

6 *Præſcriptio immemorialis quamv's ex ea apud Hiſpanos non acquiruntur vectigalia, an proſit ad interpretationem tituli ut percipiantur.*

7 *Princeps an poſſit tollere præſcriptionem immemorialem jam completam.*
l. 2. *tit.* 15. *lib.* 4. *recop.*

8 *Juriſdictio probatur ex perceptione vectigalium, l. litibus. C. de Agricol. & cenſitis, lib.* 10.
l. indicia certa, C. de rei vindic.
cap. licet cauſam, de probat.

9 *Vectigalia non comprehenduntur ſub conceſſione juriſdictionis.*
Vectigalia ſiunt de regalibus, & reſervata in ſignum ſuprema poteſtatis quibuſcumque verbis generalibus conceſſa non videntur.

10 *Regalia non veniunt generali conceſſione.*
cap. quoad tranſlationem, de offic. delegati, & n. 17.

11 *Juriſdictione conceſsâ etſi non poſſit ſine perceptione vectigalium expediri adhuc non videntur concedi vectigalia.*
Vectigalia conceſſa non comprehendunt ea quæ de reſervatis, quamvis conceſſa ſine illis non poſſint expediri.

12 *Vectigalia non cohærent juriſdictioni.*

13 *Gabellarum origo venit inveſtiganda.*

14 *Viceſima, vel trigeſima ab initio pro gabella ſoluta.*

15 *Viceſima ſolùm ſolvebatur tempore Regis Henrici II.*

16 *Decimam gabellam populos Caſtellæ à principio ſemper repugnaſſe conſtat.*
Regis Petri tempore exactores viceſimæ in urbe Burgenſi occiſi.
Delicta multitudinis non punienda, ſed diſſimulanda.

17 *Vectigalia nullâ generali conceſſione veniunt.*
l. vectigalia de public. & vectig.
l. 1. *& 2. C. nova vectig. inſtit. non poſſe.*
cap. 1. *tit. de capitaneo qui Curiam vendidit in feudis.*
l. obligatione generali 6. *l.* Denique 8. *ff. de pignor.*
l. qui peculii 47. *de peculio.*

18 *Specialiter providendum niſi ita fiat, videtur omiſſum.*
l. ſi certa, C. de tranſact.
l. emptor, §. Lucius, ff. de pactis.
l. doli clauſula, ff. de verb. oblig.

19 *Donatum cenſeri non poteſt quod tempore donationis non erat.*
c. Paſtoralis 7. *de donationibus.*
c. quod autem, §. 1. *de jure Patronatus.*
l. ſi ita 17. *ff. de uſu & habitatione.*
l. ſi domus 72. §. *fin. ff. de legat.* 1.
l. & quæ nondum 15. §. *quod dicitur, ff. de pignoribus.*

20 *Vectigalia non poſſunt extendere, nec intendere privati, ſed ſolùm Rex.*
l. 14. *tit.* 11. *l.* 27. *tit.* 18. *lib.* 6. *Recopilationum.*
l. 16. *titulo* 8. *l.* 15. *tit.* 27. *lib.* 9. *recopil.*
l. 16. *tit.* 10 *lib.* 5. *recop.*

21 *Princeps non videtur donare quod habet, ut Princeps.*

22 *Vectigalia non debent ſolvi alii, quàm Principi, nec Privati à ſolutione eximi.*
l. in fraudem, C. de annonis & trib. lib. 10.
l. omnium, C. de vectigal. & commiſſis.

23 *Venditione non comprehenduntur quæ non ſunt de natura rei venditæ.*

l. ſi

l. si mercedem, §. si cum fundum, ff. de act. empt.

24 *Iurisdictio est annexa territorio, non verò Gabella.*
l. congruit ff. de officio Præsidis.
l. 1. l. illicitas, §. per universas. ff. de offic. Præs.
l. 1. & 3. C. nova, vectigal. institit. non posse.

25 *Cancellariæ Hispaniæ quamvis supremam Principis jurisdictionem exerceant in suo territorio non possunt collectas imponere.*
l. 16. tit. 8. lib. 9. recop.
l. inter publicè ff. de verb. signif.
tit. C. nova vectig. institui non posse.

26 *Vectigal colligendi jus non venit in cessione territorii.*

27 *Principi reservata non videntur concessa etiamsi clausulæ concessionis manerent superfluæ.*
l. si quando 112 ff. de legat. 1.

28. *Regum donationes debent scribi in libris & rationibus regalibus.*
l. 9. tit. 10. lib 5. recop.
l. 1. tit. 18. lib. 9. recop.
l. scire oportet, §. consequens, ff. de excus. tutor.

29 *l. 2. C. de diversis rescriptis.*

30 *Rubei decisiones explicantur.*

31 *Villa de Arnedo mentio ubi fit: lege & rescripto, quod non dicitur, nec dicere debemus.*

32 *Expressum quod facilè esse potuit, si non factum, videtur omissum.*
l. unica, §. fin. autem ad deficientis, Cod. de caduc. toll.
c. ad audientiam de decimis.

33 *Conjecturæ cessant ubi dubium non est.*
l. ille aut ille, §. cùm in verbis, ff. de legat. 3.
Authentico de triente & semisse, §. consideremus, collat. 3.

34 *Possessio ultra titulum nihil prodest.*
c. veniens penult. de præscript.

35 *Præscriptio immemorialis potest interpretari titulum qui extat, non verò quando non est titulus, & immemorialis improbatur.*

36 *Possessio præsens non relevat ab onere exhibendi titulum, quando agitur de re quæ sine titulo obtineri non potest.*
c. cum personæ, de privil. lib. 6.
l. 1. C. de reis postulandis.

37 *Possessio quæ requirit qualitatem, non prodest sine ea.*

38 *Decii consilium 271. declaratur.*
l. 1. tit. 10. lib. 5. recop.

39 *Immemorialis præscriptionis reprobatio in l. 2. tit. 15. lib. 4. recopil. ad completam eo tempore referenda.*

40 *Bertrando Claclinio plura Rex Henricus donavit.*

41 *Moneta nova in Castella cusa fuit, & deterior, ut solverentur Bertrando, & ejus militibus stipendia.*

42 *Moneta deterior in comitiis Tauri diminuta, & ad valorem antiquum reducta.*

Vendito, vel donato castro cum omni territorio, tamen vect galia quæ sunt Principis, non comprehẽdi, ut ex hoc titulo emptor, vel donatarius retinere posit.

MAGNA in hoc casu controversia 1
orta est inter fiscum & Comitem stabuli regnorum Castellæ super Gabellis, vulgò *Alcabalas*, villæ de Arnedo: nam cum villam Mosenus Bertrandus Claclinius Comestabilis Galliæ haberet ex donatione quam ei Henricus II. Castellæ Rex fecerat in remunerationem auxilii quod præstitit ad Regnũ obtinendum; Bertrandúsque eam permutaret cum cum Petro de Velasco Comestabili antecessore, in qua venditione simul omnia jura, ut ipse habeat, cõprehensa fuerunt, ex quo postea Domini prædictæ villæ gabellas exegerunt, & hodie etiam in earum detentatione se defendunt eis præcipuè fundamentis.

Quippe donato territorio omne jus, quod in eo 2
Rex habebat, Bertrando donavit, quibus videntur Gabellæ comprehendi *argum. textus in c. 1. quæ sint Regalia* ex traditis ab Oralora *de nobilitate 1 p. c. 2. n. 26.* & quoties à Principe fit donatio universalis alicujus territorii, si fiat personæ illustri (ut in præsenti) & aliæ circunstantiæ persuadeant, videlicet si exprimantur aliqua in Regalibus, omnia comprehenduntur donatione, ut notarunt Castr. *tom. 1. cons. 63. per tot.* Cuman. *cons. 162. in princip. versic. ut omnis*, Tuscus *practicar. lit. R. concl. 82. n. 28 & 29.*

Idque eo maximè persuaderi intendebant, quia 3
cum pro dicta villa de Arnedo, suburbia & municipia Civitatis Soriæ, & mille duplas auri Bertrando præstaret Petr. Velasco, nisi comprehenderentur gabellæ solùm pro nuda jurisdictione excederet pretium, & semper ea interpretatio fieri oportet, ut res data æquivaleat acceptis. Hieronym. Gabriel. *lib. 1. cons. 168. n. 30.* Cephal. *cons. 505. n. 2.* Mantic. *de tacit. & ambignis convent. lib. 6. tit. 9. n. 11.* & ex quantitate pretii sumenda conjectura, ut cognoscatur an sit vendita res tota vel pars? Bald. *in l. 1. n. 5. C. qui test. facere possunt*, & cùm quantitas pretii conveniat rei, tota res censetur comprehensa in venditione. Bart. *in l. cum tabernam, versic. Quod autem dixi, ff. de pign. & in l. semper*, in stipulationibus, ubi Decius *n. 8. ff. de regul. jur.* relati à Menoch. *l. 1. præsumpt. 73. num. 1.* & in dubio semper illud censetur venditum, quod pretio æquivalet, Alex. *lib. 5. cons. 48. n. 5. & cons. 68. n. 9.* Affl. & *in c. 1. § illud quoque, n. 23. & 24. de prohibita feudi alienatione* per Federicum Purpuratum *cons. 344. n. 6. & cons. 473. n. 23.*

Maximè quia hæc interpretatio facilius sumenda, 4
cùm pro longo tempore gabellas Domini prædictæ villæ de Arnedo ex ea venditione percepissent, juxta quæ tradiderunt Ludovic. Roman. *cons. 271. num. 4.* Decianus *lib. 3. cons. 134. n. 42.* Mantic. *de tacitis, & ambiguis convent. lib. 4. tit. 9. n. 14. &* probavit. Bald. *vol. 3. cons. 425.* ut in Castri concessione possit dignosci quantũ cõplectatur, ex eo quod postea sequutũ est interpretandum, Mandell. *cons. 64. n. 69.* Craveta *vol. 5. cons. 766. n. 6.* Paris. *lib. 4. cons. 3. n. 11.* Ruin *l. 4. cons. 53. n. 12.* Ludovic. Molina *lib. 2. de primogeniis, c. 6. n. 58.* & expenditur de jure nostro, *l. 1. tit. 10. l. 11. recop.*

recop. ubi cùm dubitaretur an in titulo alicujus villæ comprehenderetur jurisdictio, traditur non comprehendi, nisi quadraginta annis ea usus fuerit donatarius.

5 Quibus ego adjungo, quod *ex decis.* 34. & 35. Rubei notavit Marta *in compilat. decis. tom.* 4. *verb. Regalia*, *c.* 1. ubi tradit ex conjecturis concessa jurisdictione posse comprehendi jus colligendi pedagium, & eam urgentem conjecturam in hoc procedere dicebatur, quia cum adeo magna servitia Bertrandus Regi Henrico exhiberet, non æquivaleret donatio nudæ jurisdictionis, nisi etiam gabellæ donarentur, ex doctrina Alex. *in l. divortio. §. donationes, n.* 6. *ff. soluto matrim.* & interpretatio sit accipienda, ut res datæ æquivaleãt acceptis, Afflict. *dec.* 68. *n.* 2. ex Baldo, Iasone, Cagnolo, Cephal. *l.* 4. *conf.* 505. *n.* 2. ex Ruino, & aliis Hieronym. Gabriel *conf.* 668. *n.* 30.

6 Sed etiam simul præscriptio immemorialis objiciebatur, ut etsi non prodesset ad obtinenda directè vectigalia, tamen sufficiat ad interpretationem tituli ex doctrina Baldi *in Auth. quas actiones n.* 5. *C. de Sacrosanct. Ecclesiis, & in c.* 1. *n.* 5. *de controv. investitura in feudis*, Ant. de Butrio *ex c. cum dilectus, n.* 5. *de consuetudine*, ubi in terminis gabellarum, ut possit titulus probari & interpretari per immemorialem tenuit Menchaca *l.* 2. *controv. illustrium, c.* 84. *n.* 13. *ad fin.* Petrus Barbosa *in repetit. legis omnes, C. de præscriptionibus.*

7 Sed etiam objiciebatur legem nostram 2. *tit.* 15. *l.* 4. *recop.* non potuisse in vectigalibus improbare præscriptionem immemorialem tempore legis editæ jam completam, quasi Princeps non valeat tollere jus causatum ex præscriptione, Ant. Petra *de potestate Principis, c.* 25. *n.* 26. post Jason. Ruin. Paris. & alios Cephal. *conf.* 342. *c.* 75. Surd. *cõs.* 262. *n.* 65. Gironda *de privilegiis, n.* 903. Bald. *de præscript.* 5. *p.* 5. *partis*, *q.* 7. *n.* 3. & *q.* 8. *n.* 1. Mieres *de majoratib.* 4. *p. q.* 20. *à n.* 240. & tẽpore quo nostra lex edita fuit anno millesimo quingentesimo & quarto, & jam erat completa præscriptio immemorialis: nam donatio fuit facta Bertrando à quo habuit Petrus de Valasco anno 1370. plusquam 130. anni antequam dicta lex ederetur.

8 His igitur non obstantibus quæ ab Advocatis Comestabilis allegabantur, adhuc fisci jus manifestum apparuit, ut ad Regale Patrimonium vectigalia dictæ villæ pertinerent, quia nullo titulo colore juvatur, sine quo sæpius diximus vectigalia Regis obtineri non posse, & notandum est, ut quamvis Bertrandus de Velasco vendiderit villam cum redditibus, id est, *rentas*, in donatione Regis Henrici facta Bertrando, nihil amplius quàm dicta villa cum jurisdictione & territorio donatione comprehensa, ut ex ea apparuit, & quãvis & gabellarũ exactione probetur jurisdictio & territorium, quia imponere & exigere ad merum imperiũ pertinet, facit *l. litib. C. de agric. & censitis*, *l.* 10. *l. indicia certa. C. de rei vindic. c. licet causam de probat. per textum, ibi* notarunt interpretes communiter ex Baldo, Calcaneo, Craveta, Socino Senior, Bruno, Decio, & aliis, qui tenuerunt probavit Menoch. *conf.* 21. *n.* 18. & *conf.* 147. *n.* 21. idem Menoch. *de retinendo remedio* 3. *n.* 582. Cornelius *vol.* 1. *conf.* 333. *n.* 10. Surdus *conf.* 429. *n.* 46.

9 Tamen è converso vectigalia non comprehenduntur sub concessione jurisdictionis: nam, ut inquit Bald. *l. vol.* 5. *conf.* 243. *n.* ... jus colligẽdi pedagiũ cohæret solo, non tamen ad solum vel territoriũ pertinet utilitas, & ideò ad fiscum perceptio pedagii & non ad Castrum, vel territorium Castri, nisi esset tale Castrum, quod haberet pro se fisci privilegium, & ideo Bald. *ibi n.* 2. tradit: *& non est jus colligendi gabellas ejusdem speciei cum jurisdictione* Et quia vectigalia sunt de Regalib. & reservata in signum supremæ jurisdictionis, ea quantumcũq; generalibus verbis cõcessa non videntur, ex Bald. Firmiano, Imola, Cumiano, & Ægidio Bosio, in terminis probavit Gironda *de gabellis* 1. *p. n.* 60.

Et nunquam universali concessione veniunt 10
Regalia, *c. quoad translationem*, ubi Doctores *de officio delegati* in terminis concessionis Castri Alberic. *in lege* 1. *n fin. ff. de officio ejus* quem sequũntur interpretes Maria, Socin. *vol.* 3. *conf.* 98. *n.* 31. Natta *conf.* 487. *n.* 13. & 51. Surd. *conf.* 127. *n* 62. & *conf.* 152. *n.* 34. Boher *q.* 50. *n.* 13. Laudensis *de Principe notab.* 115. Menoch. *de præsumpt. l.* 3. *præsumpt.* 97. *n.* 41. Covarr. *pract. c.* 1. *n.* 10. Rosental. *de feudis, c.* 5. *de Regal. concl.* 1. *n.* 1. & *in additionibus sub lit. A*, Mastrill. *de Magistratib. lib.* 1. *c.* 14. *n.* 6. Cabedus 2. *part decis.* 12. *n*, 2. quia verbis expressis non dubiis regalia debent concedi, Craveta *vol.* 5. *conf.* 895. *n.* 1, Sixtinus *de regalibus lib.* 1. *c.* 5. *n.* 76.

Et quod magis est, etiamsi concessa jurisdictio 11
nullo modo expediri posset, nisi Regalia cõcederentur adhuc concessione jurisdictionis non veniunt, nisi exprimantur ex Abbate, & aliis probavit Felin. omnino videndus *in c. Prudentiam*, §. 6. *n* 4. & *in cap. Præterea, n.* 2. *versic. secunda limitatio, de officio delegati*: eis verbis: *Secunda limitatio sit, si illa talia essent de reservatis Papæ, quia etsi jurisdictio nullo modo expediri posset illa tamen non viderentur concessa*, & in Regalibus quamvis concedantur nunquam tamen venire reservata, etsi sine illis alia concessa non possint expediri, Surdus *conf.* 152. *n.* 4. unde cum in hoc casu Regalia non donata & vectigalia de reservatis censeantur, non poterit ullo modo admitti, donata jurisdictione vectigalia comprehendi.

Juvat quod tradidit D. Ludovis. *decis.* 487. 12
n. 4. ut defenderet à falsitate testimonium, in quo testis dixerat: sciebat mancipium esse talis jurisdictionis, etiam nesciret, an ejus vectigalia ibi exigerentur, & addit D. Ludovis. eis verbis: *Ultra quod non pugnant simul scire locum esse de territorio, & nescire an in eo gabellæ exigantur*, quippe non est consequens jurisdictionis gabellarum exactio, etiãsi jurisdictionem insinuent, ut ex Craveta, & aliis probavit Marius Natta *dec.* 99. *n.* 18. & in eadẽ specie, ut concesso Castro cum mero imperio ex eo non transeat jus exigendi gabellas, ex Jacobino de S. Georgio, Peregrino, & aliis probavit Hier. Leo 1. *p. decis. Valent. dec.* 82. *n.* 15. & 16.

Sed nec etiã aliqualiter potest interpretari hac 13
concessione jurisdictionis comprehendi gabellas ultra quod omnino diversa sunt vectigalia & jurisdictio, quippe etiamsi ex Garibayo, Mariana, & aliis quos refert Joan. Gutier *de Gabell. q.* 2. *n.* 2. & 3. origo gabellarũ in his Regnis esset anno 1342 ex concessione facta Regi Ildephonso XI. ad expugnationẽ urbis Carteiæ, omnes tamen Historiæ tradunt concessionem fuisse temporalem & solùm ob hanc causam, quamvis postea anno 1349. ad expugnationem Calpensis urbis, eidem Regi Ildephonso iterũ concessio facta, ut refert Garibaius *l.* 14. *compendii Historialis, c.* 1. & Maria *l.* 16. *Historiæ Hispaniæ c.* 15. & fuisse limitatam concessionem denotat Gironda *de Gabellis in præludio n.* 8. ubi tradit, quomodo possit conciliari quod ex Garibaio & Lazarte refert Gutier. *dict.*

q. 2.

q.2. n.3. conceſſam fuiſſe gabellam ſine temporis reſtrictione, ut id non ſit interpretandum, perpetuò fuiſſe conceſſam, ſed tunc ſolùm non fuiſſe reſtrictum, dum bellum cum Sarracenis duraret.

Sed tamen certum fuit non ſolvi eo tempore ga-
14 bellam uniformiter, ita ut in omnibus locis quaſi jus Regale exigeret, nam ut tradit Garibaius *dict. l.* 14. c. 17. Regi Ildephonſo ad expugnationem Carteiæ, vulgò *Alſecira*, conceſſæ fuerunt duæ minæ vulgò *meajas*; ex quo licet *marapeſino* qui conſtabat quadraginta minis, & ideò non decima gabella, ſed viceſima tantum conceſſa, & ita poſtea ejus filius Rex Petrus ſolùm viceſimam exegit, ut tradit Petrus Lupus de Ayala *in ejus Hiſtoria anno ſecundò ſui Regni*, c. 18. id tamen poſtea urgentibus neceſſitatibus Regni immutatum, & ex decem unum pro vectigali cõceſſum fuit anno 1366. ſed nec in omnibus locis admiſſum, cùm poſtea tempore Regis Henrici II. Ioannis I. & Henrici III. qui ſucceſſerunt Petro, necdum in tempore trium Regum adhuc decima, ſed viceſima ſolùm exigebatur, ut ex Chronico Regis Henrici III. *c.* 21. probavit Lazarte *de gabellis, ad l.* 1. *tit.* 17. *l.* 9. *Recopilat. n.* 13. taxans in Garibaium Hiſtoriographum, in eo quod dixit duas minas ex quolibet Maravetino, qui quadraginta conſtabat, fuiſſe conceſſas, & ideò viceſimam exegiſſe Regem Ildephonſum: nam ut ex Covarr. probat eo tempore ſexaginta minas valebat quilibet Maravetinus: unde colligit ſolùm trigeſimam exegiſſe.

Conſtans verò eſt tempore Regis Henrici II. ſo-
15 lùm viceſimam ſolvi: nam ei conceſſa fuerunt tres minæ ex quolibet Maravetino, quod reſpondet viceſimæ, cùm ille ſexaginta minis conſtaret, & eo etiã tempore ſolùm viceſimam ſolvi admittit Gutierrez *dict. q.* 2. *n.* 7. ubi tradit anno 1393. ppluſquam viginti poſt quam donationem fecit Henricus II. Bertrando dictæ villæ de Arnedo nondum decima, ſed tantùm viceſima exigebatur, ex quo nullius judicium admittere poterit donatam fuiſſe decimam (quam inde exigunt domini villæ de Arnedo) quæ tunc non erat quippe ſemper Regna Caſtellæ eam repudiarunt, nec unquam acquieverunt decimæ ſolutioni quouſque poſt mortem Regum Catholicorum Ferdinandi & Elizabethæ, Cardinalis Franciſcus Ximenius dum eſſet horum Regnorum Gubernator, ut ex Molina *de juſtitia & jure* 3. *tom diſputatione* 623. *n.* 1. tradit Gutierrez *ubi ſuprà n.* 10. pro una ſumma cum Regno conventionem fecit, ut pro decem ſolveret, quæ fuit prima Capitatio, vulgò *encabiezamento* horum Regnorum.

Sed ego notandum cenſeo ut tempore Regis Pe-
16 tri quo dicitur decimam fuiſſe conceſſam, nunquam ei conſenſiſſe populos Regni, nam in ipſa Curia quæ tunc erat in Civitate Burgenſi, Caſtellæ Metropoli, populares in exactores decimæ indignatos, ſine metu vindictæ & juſtitiæ Regis Petri, exactores occiderunt, ut conſtat ex Petro Lupo de Ayala *in ejus Hiſtoria ann.* 2. *ſui Regni, c.* 5. Et quod magis mirandum de elato animo, & minus acri ipſius Petri, nunquam inquiſitio adverſus occidentes facta, nec aliqui carcerati fuerunt, nec deſidiæ Gubernatorum non tribuendum, ſed prudentiæ; nam etſi in privatorum delictis exacerbari ſupplicia publicè congruit, tamen communis & univerſa populi inſultatio & delictũ diſſimulationem petit & veniam, juxta illud Senecæ *lib.* 2. *de ira, c.* 10. Sic *In ſingulos ſeveritas Imperatoris rectè diſtringitur, at neceſſaria venia eſt ubi totus deſeruit exercitus.*

Et Lucanus cecinit:

——*Quippe ipſa metus exſolverat audax*
Turba ſuos: quidquid multis peccatur inultum eſt.

Unde cùm eo tempore nondum introducta eſſet decima gabellarum quando donatio villæ de Arnedo cum territorio Bertrando facta fuit; nec populi, etſi decima peteretur, ei acquiſiviſſent, ultra quam ſolùm villa cum territorio donata, licèt expreſsè de juribus Regalibus ageretur, & donatio ea reſpiceret, ſolùm poterat intelligi in juribus præſentis temporis, non futuri, ex Bartolo, Decio, Baldo, Alexandro, Panormitano, probavit Thuſcus *practicarum lit. D. concl.* 626 *n.* 28. *&* 29.

Idque valido argumento procedit, quia nulla de 17
gabellis mentio facta in prædicta donatione, & cùm gabellæ ſint de Regalibus, *l vectigalia, ff. de publicanis & vectigalibus, l.* 1. *&* 2. *C. nova vectigalia inſtitui non poſſe* ex Romano & aliis Decius *conſil.* 534. *n.* 1. Minſingerus *cent.* 5. *obſerv.* 29. ideò non veniunt in generali conceſſione niſi aperte exprimantur, ut proximè notavimus, & probatur *cap.* 1. *l.* 2. *tit.* 51. *de Capitaneo qui Curiam vendidit in uſibus feudorum*, eis verbis: *Reſpondetur illud beneficium in venditione non contineri niſi expreſsè de eo actum ſit*, ex Baldo Boërio Mantica *de tacitis & ambiguis convent. l.* 4. *tit.* 9. *n.* 27. facit *l. obligatione generali* 6. *l. denique* 8. *ff. de pignoribus*, ubi notant omnes *l. qui peculii* 47. *de peculio, & argumento c. quoad tranſlationem. de officio delegati.* ut generalis bonorum non extendatur ad ea quæ ſpecialem requirunt conceſſionem, ex Alvaroto, Mantica *ubi proximè n.* 21. ex Andrea Siculo & Luca de Peña, Gamma *deciſ.* 31, *n.* 5. *&* 7. *& ex l. ſi mihi, Mævia de legatis* 3. cum Pinello & Avileſio *in terminis gabellarum*, Gironda *de gabellis*, 2. *p. n.* 38. ibi: *Nec unquam ex verbis quantumcumque generalibus videtur conceſſum à Principe quod eſt ei reſervatum in ſignum ſuprema poteſtatis*, ut notatur, *in d. c. quoad tranſlationem.* 18

Nec ad hoc prodeſſe poterunt verba plena & exuberantia, quia quod ſpecialiter providendum, niſi ita fiat, cenſetur neglectum *arg. l. ſi de certa, C. de tranſact. l. emptor*, §. *Lucius, ff. de pactis, l. doli clauſula, de verborum obligat.* & in ſpecie ut gabellæ nunquã venditæ vel donatæ cenſeantur, niſi expreſsè conceſſæ fuerint, ut indubitatum tenuerunt Tiberius Decianus *dict. lib.* 3. *reſponſo* 124. *n.* 42. Romanus *conſil.* 271. *n.* 4. Mantica *de tacitis & ambiguis conventionibus lib.* 4. *tit.* 9. *n.* 14. 19

Idque etiamſi aliquæ conjecturæ ſuaderent gabellas conceſſas, quantò magis cùm nullæ eſſe poſſunt nec aliqualiter cenſeri poteſt donatum quod tunc non erat, *c. Paſtoralis* 7. *de donat.* ibi: *Quod ſuum eſt conferre videtur: c. quod autem*, §. 1. *de jure patronatus, l ſi ita* 17. *de uſu & habitatione.* Et ego expendo Textum elegantem *in l. ſi domus* 74. §. *fin. de leg.* 1. ubi dupliciter probatur, quia agens de fundo vectigali Juriſconſultus quod vicinis alicujus populi ſolvebatur, tradit ſi ipſis vectigal legaretur, non valere legatũ, quia nullũ jus in vectigalia teſtator habebat, & addit alium caſum. Nota verba ibi: *Sed ſi non municipibus. ſed alii fundum vectigalem legaverit, non videri proprietatem rei legatã, ſed id jus quod in vectigalib fundis habuit.* Et videndum celebre conſilium Rolandi à Valle, *conſ.* 82. *n.* 16. *vol.* 2. ubi tradit ex Ruino: *Donationem Imperialem factam Monſterio ſancti Michaëlis de Curia, qui dicitur Zena, non tribuit aliquod jus Eccleſiæ niſi oſtendatur, quod illa Curia ſpectaret ad Cæſareã Majeſt. quia per illã Cæſar videtur tantum donaſſe jus quod in illis habebat.* l. & quæ nondum 15. §. quod dicitur, ff. de pignoribus.

20 Igitur quantumvis vectigalia donarentur in hoc casu cùm decima non exigebatur, non potest percipi à donatario, nec licet donaretur vicesima, quæ tunc erat ad decimam extendere, donatarius non poterat, quia privatorum non est vectigalia instituere, & extendere, sed solùm Regis *l.14.tit.11. l.27.tit.18.lib.6. l.16.tit.8.l.15.tit.27.lib.9.Recop.in terminis dec.8. Camera Imperialis,n.11.* Minsing. *centuria 5.observat.29.* Covarr. *in reg.possessor.2.p.§.4.n.1.* Thesaur. *decis.16.* Cabedo *2.p.decis.24.n.10.* ex Afflict. Lessio, & aliis, Hieronymus Leo *1.part. decis. Valentina 82. n.6.* & expressâ lege nostri Regni probatur *in l.16.tit.10.lib.5.Recopilat.* ubi apertè deciditur quando vectigalia donantur, non posse extendi à donatario, sed eo modo percipienda, quo antea solvebantur.

21 Deinde quia etsi uniformiter gabellæ solverentur tempore concessionis, & sequenti, & in donatione D. Regis Henrici comprehenderetur villam donare cum territorio & omni jure ad Regem pertinebat, nunquam dicendum vectigalia comprehendi, quia cùm Principi debeantur ut Regi, nunquam ex verbis generalibus illa à se abdicare videtur Albericus *in l. fin.Cod.de jurisdictione omnium Iudicum*, Calcaneus *cons.101. column.1.* Socinus junior *vol.3. cons.98. n.31.* ex Iacobino, Laudensi, Bossio, Natta & Rolando à Valle tenuit Surdus *cons 47.n.38* pro certo statuens, quando Princeps concedit vassallo omne jus quod habet in tali castro, censeri solum illud jus transtulisse quod sibi competit tanquam Domino, non tanquam Principi, & maximè procedit in vectigalibus, nam quamvis expressè concedantur regalia aliquibus expressis, tamen nunquam venit jus imponendi vel colligendi vectigal, *ex decis.29. primâ parte novissima Rubei* tradit Marta *in compilatione decisionum, tom.4.verbo Regalia, c.4.* nam in concessione de reservatis non veniunt quod jure, vel consuetudine Principi relictâ, ut ex Felino, Alberico, Paulo Castrensi, Velasco, & aliis notavit Cabedo *2. part.decis.66.n.4.5.& 6.* ubi etiamsi Domino perpetuo vassallorum aliquod territorium Princeps adjunxerit, & concesserit, eo addito, ut volebat, in eum omne jus quod habebat, transferre, adhuc nunquam videtur concessum quod in signum supremæ jurisdictionis Principi reservatur.

22 Et adeò urget argumentum, ut quoties vectigal imponitur, adeo exorbitans & iniquum existimatur alteri quàm Principi solvi, vel aliquem privatum ab eo eximi; ut quamvis expressè ejus concessio aut exemptio concedatur, adhuc tamen operari non poterit nisi adjungatur clausula *non obstante*, ex quibus & *argumento l.in fraudem, C.de annonis & tributis lib.10. l. omnium, Cod. de vectigalibus & commissis*, ex Bartolo, Saliceto, Ferreto, Francisco Marco, Ruino, Riminaldo, & aliis probavit Mastrill. *2.p.decis.156.n.3.*

23 Sed etiamsi Princeps concesserit omne jus, quod in castro habuerit, nunquam venire vectigalia expressè notavit Surdus *consil.53.n.1.* quia intuitu Regiæ dignitatis soluuntur, & differentiam constituit inter jurisdictionẽ, gabellas & datias, ut quamvis vassallo cui concessum fuit feudum totius juris quod Princeps in eo habebat, ut ejus loco subrogaretur, hoc intelligendum circa jurisdictionem, non tamen quoad exactionem librarum, quæ ut Principi concedenti solvebantur, & confirmat idẽ Surdus *cons.127.* ubi pluribus probat & addit rationem *num 64.* ibi: *Quia venditione nõ includũtur ea quæ non sunt de natura rei venditæ: l. si mercedem. §. si cùm fundum, de actionib.empt.* ut ex Innocentio, Bartolo, Baldo, Iasone, & aliis *ibi* probat, & similiter ex Alberico, Bossio, Natta, Rolando, & aliis, idem Surdus *consil.210.n.51.* ut defenderet Ducem Montisferrati, ut quamvis subinfeudaret aliqua oppida cum omni jure, quod ei competere poterat, tamen rectè adhuc potuit prohiberi, ne salnitrum (ut ejus verbis utar) ex quo pulvis conficitur ad usum tormentorum, colligere posset, quamvis concessio subinfeudationis esset generalis, nam ea referenda ad alia jura, quæ habebat tanquam Dominus loci, non verò quæ ei competunt ut Duci.

Facit etiam quia longè differt jurisdictio à gabellis, quia jurisdictio annexa est territorio ad ejus tutelam, *l.congruit, ff de officio Præsidis:* at verò percipere datium & gabellas, non est de territorio, quia transeuntes, qui de eo non sunt, solvere solent, ut ultra prædictam hanc differentiam consideravit Imola *consil.121.n.4.* nam quamvis valdè ampla sit concessio jurisdictionis meri & mixti imperii, adhuc non inducit facultatem imponendi, & exigendi vectigalia: & ideò Præsides provinciarum quorum amplissima potestas fuit circa jurisdictionem, *l.1.l. Illicitas, §.per universas, ff.de officio Præsidis*, adhuc tamen sine expressâ concessione Principis non poterant imponere vel exigere vectigalia, *l.1. & 3.C.vectigalia nova institui non posse.*

Et quantum jurisdictio ab eis differat, inde constat, nam quamvis in Cancellariis nostris suprema Principis resideat jurisdictio, adeo ut earum sententiis lites finiantur, ut jure ordinario ad aliud tribunal appellatio non sit, *l.1.tit.20.lib.4.Recop.* adhuc tamen sine expresso Principis permissu & rescripto Cancellariæ in suo territorio nullas Collectas imponere valent, *leg.16.tit.8.lib.9.Recop.* nam id pertinet ad jus Ragale, quod multum differt à sola jurisdictione, & ex Cicerone *lib.2. Rhetoricorum* rationem reddit Ægid. Bossius *in praxi titulo de Regaliis n.28.* ibi: *Quia regalia admittere est Majestatem Regis minuere:* Et tenet nullis verbis generalibus jus vectigalium concedi, & Cuman. *consil.162.n.3. ad finem*, differentiam constituit, ut etsi instituere nova vectigalia sit ex Principi reservatis, adeò ut nullo modo concedere possit, nec à se abdicare titulo *C. vectigalia nova institui non posse, l.inter publica.ff.de verb. significatione*, tamen etsi instituta vectigalia concedere valeat, id fieri debet expressâ concessione, non subintellectâ, ex quibuscumque verbis generalibus.

Præsertim quia ut prædiximus, ex natura territorii & dominii quod donatum fuit in hac villa non possunt venire vectigalia, nec etiam illa quæ vectigalium ratione destinata, ut si venderentur prædia cum omnibus quæ ibi venditor haberet; & essent domus ad colligenda pedagia, adhuc illæ domus comprehendi non deberent ex Bart. Bald. Innocent. & Socino juniori probavit Surdus *cons.127.n.64.* nam etsi venditor utatur verbis generalibus, ea tamen restringenda sunt ad id quod ex natura rei venditæ, Bal. *in rubrica C.de contrah.empt.* Iason. *in leg.1. n.15.de jurisdictione omnium judic.* ubi probat jus colligendi vectigal, non comprehendi ex concessione alicujus rei vel territorii; & pluribus tenuit Surdus *ubi proximè n.62.* & ex Marsilio & aliis Antonius Petra *de potestate Principis, c.22.n.44.*

Quod intantum procedit, ut quamvis ne clausulæ maneant inutiles, & superfluæ oporteat eas extendi, *argumento, l. si quando 112.de legatis 2.* ex Simone de Prætis, Galinio, Mieres & pluribus D. Castillo, *tom.4.controvers.cap.38.* adhuc tamen solùm intelligendæ, & extendendæ, ut operentur juxta naturam rei venditæ, ut tenuit Alexand. *in l.3. in principio, num.*

n.23.de acquirenda poſſeſſione,& vol.5.conſ.21.n.8. Jaſon.*in l.quominus*, *n.126.de fluminibus*, & Ripa *n.130.* ubi tradunt,ut quamvis donetur aut vendatur prædium cum ſuis pertinentiis, & omni jure adhuc quod in eo competere poſſit, tamen non cenſetur donatum vel venditum jus ædificandi furnos, aut exigendi collectas, aut aliud quod ad Principem ſpectat.

28 Denique, quia hæc donatio non eſt inſinuata, nec ſcripta in rationibus regalis patrimonii,quas dicimus, *libro de lo ſalvado*, & juxta *l.9.tit.10. lib.5. Recop.* omnes donationes,quæ antea à Regibus factæ erant, & poſtea fierent, jubentur ſcribi in prædictis libris, aliàs declarat eas irritas, & inanes, & ideò quamvis expreſsè gabellæ concederentur in dicta villa de Arnedo, & tunc ſolverentur Regi concedenti, non poterat aliquatenus locum habere, niſi reſcriptum ſcriberetur in prædictis libris, ut ultra dictam legem nonam probatur *l.1.tit.18. lib.9. Recop.* ideò cum nullo modo apparuerit prædictam donationem hanc habere ſolemnitatem, eâ non poterit donatarius juvari *argumento l.ſcire oportet,§.conſequens, de excuſat. tutor.* ibi: *Non aliter audiatur, quam ſi obſervaverit conſtitutum tempus.*

29 Facit regula *l.2.Cod.de diverſis reſcriptis & ibi* notata eſt *in cap.plerumque* 23. ubi Gloſſa *verbo intra annum de reſcriptis*, obſervat in terminis Matienzo *in dict.l.9. gloſſ.2.* Avendaño *de exequendis mandatis,2.part.c.4.n.8.* Franciſcus Marcus *1.part.deciſ.41.* Gironda *de privilegiis, num.315.* & quamvis hodie Princeps validam redderet prædictam donationem, & ſuppleret omnes defectus, adhuc ſolemnitas *dict. legis 9.* obſervanda juxta quod ex gloſſa, & pluribus probavit Caſſiodorus *deciſ.33.ſuper regul.Cancellariæ,n.1.& 2.* Ludovicus Romanus *conſil.383.* Dominus de ſancto Geminiano *conſil.128.n.3.* Mandoſius *ad reg.10.Cancellariæ, quæſt.1.in principio*, Tuſchus *practicarum,lit.G, verbo gratia,concluſ.57.n.1.8.9. & 10.* latè Rebuffus *in praxi beneficiali*, *2. part. c.1. de reſcripto*, perinde valere *num.45.* Marta *de clauſulis 1.p.clauſula 32.num.1.* Riccius *4.p.collectanea 1471.*

30 Quibus nihil obſtant quæ *ſupra* in contrarium objecta,quia primum, ut donatio territorio villæ & omni jure Regio videatur comprehendi vectigalium donatio, ſatis probavimus id non poſſe procedere, quia multum differt juriſdictio à jure percipiendi vectigalia, nec obſtant deciſiones Rubei 34. & 35. quia loquuntur circa privilegium, in quo res valdè inſolitæ conceſſæ fuerunt, & de conceſſione facta à Pontifice nepoti à fratre, ut ſedaret rixas & contentiones inter officiales diverſæ juriſdictionis; & ille finis non ſequeretur, ſi maneret aliena juriſdictio ad vectigalium exactionem, & ideò gabella, quæ Eccleſiæ ſolvebatur,ex qua rixæ occaſio, videtur etiam donata, quod longè diverſum eſt in hoc caſu, ubi Rex donans juriſdictionem & villæ territorium,nondum habebat eo tempore decimam & gabellas,& ceſſat prædicta ratio,

31 Nec ſecundum obſtabit,quaſi non correſpondeat pretio,& permutationi mille duplarum auri, & ſuburbium civitatis Soriæ permutatio villæ de Arnedo cum ſola juriſdictione ſine vectigalibus, quippe ultra quam prædicta villa de Arnedo eſt antiqua cum propugnaculo,familiis nobilibus,in fertili ſolo ſita, ut de illuſtri populo ejus mentio fit in hiſtoria Regis Henrici II. ut conſtat ex Petro Lupo de Ayala, cujus etiam meminit frater Franciſcus Gonzaga Archiepiſcopus Mantuæ *de origine Religionis ſancti Frãciſci,circa fundationem Monaſterii dictæ villæ*,id etiam non oportet regulari ex permutatione Bertrandi & Petri de Velaſco, ſed ex donatione villæ, quam Henricus Rex fecerat Bertrando, & cùm in ea non poterant comprehendi vectigalia, quæ tunc non erant, nec aliqua mentio vectigalium facta fuit, non poteſt aliqua interpretatio, vel conjectura prodeſſe, ut contra ipſum donationis inſtrumentum comprehendatur; quod non continetur, nec potuit contineri,& in reſcripto, & lege, quod non dicitur expreſsè,nec nos dicere debemus,Bald.*lib.1.conſ.298. col.1.* Socinus *lib.3.conſ.64.num.3.* Decianus *vol.1. reſponſo 13.n.11.* Surdus *conſ.574.n.5.*

Præſertim, quia ſi tempore donationis vectigalia 32
exigerentur, facile eſſet exprimere, ſi vellet, *l.unica, §.ſin autem ad deficientis,C.de caduc.tollend* ibi: *Nam ſi contrarium volebat,nulla erat difficultas conjunctim ea diſponere, c. ad audientiam de decimis*, Craveta *conſ.6.n.66.* Surdus *conſ.143.n.15.& conſ.340.n.2.* Decianus *lib.3.conſ.114.n.15.* Cancer.*tom.2.variar c.20.de legatis ex n.377.*

Et quamvis conjecturæ ſumendæ tunc ſolùm, 33
quando titulus eſſet dubius, quia ubi dubium non eſt, præſumptiones non procedunt, *l.ille, aut ille,§. cùm in verbis de legat.3.* Bart. *in repet. l.adrogat.de adopt.num.27. & in leg.ſi pluribus,§.1.n.1.de legatis 2.* Spino *in ſpeculo teſtament. in rubrica 2. part. n.25.* Menoch.*lib.3. præſumpt.145. n.* Azevedo *in l.11.in principio,tit.8.lib.5.Recopilat.* ex Tiraquello, Gallinio,Mayolo,& Mantica D. Caſtillo *de uſufructu,cap.30.num.56.* nec titulo alia adjicienda interpretatio, quàm quæ ex verbis deſumitur,*argumento Auth.de triente, & ſemiſſe,§.conſideremus, collat.3.* Bart.*in l.illam,19.n.1.C.de collat.* Iaſon.*in l.vinum, n.8. ff. ſi certum petatur*, Rolandus à Valle *vol.4. conſ.24.n.23.*

Nec obſtabit obſervantia ſubſequuta,ex qua Do- 34
mini dictæ villæ vectigalia perceperunt, quia ultra quam ex uſurpatione injuſta ignorante Principe à titulatis,& dominis locorum fuiſſe vectigalia exacta traditur *in dict.l.2.tit.15.lib.4 Recopil.* quando apparet ex donatione nihil amplius in ea villa, quàm juriſdictionem & territorium Bertrando Regem donaſſe, nihil ſequens poſſeſſio poterit titulum lædere contra mentem donantis, ex celebri doctrina Caſtrenſis *tom.2.conſ.81.n.3.* ubi tradit quamvis ex antiqua poſſeſſione præſumatur aliqua ſolemnitas,quæ defuerit,id tamen locum non habebit,quando ex ipſo titulo conſtat defuiſſe ſolemnitatem, aut non cõprehendere illud ad quod extenditur, quia temporis præſumptio cedit veritati,quæ ex tenore tituli apparet, ut ex Bartolo, Speculatore, Innocentio,& aliis probavit Caſtrenſis *ubi proximè n.3.* Grammat.*deciſ. 79.n.21.* Ant. Gabriel *titulo de præſumpt. concluſ.1. limitat.4.n.57.* Menoch.*lib.3. præſumpt.137.n.79.* Maſcard. *de probat. concluſ.1332.n.33.* D. Molina *lib.2.de primogeniis,c.6.n.74.* Tuſch. *verbo,ſolemnitas,concluſ.325.n.22.* Mareſcot.*lib.1.reſolut.c.13.ex n.1.ad 5.* & quamvis adeo magna præſumptio ſit pro validitate actus, quando ex inſpectione actorum deprehenditur aliquis defectus,ceſſat præſumptio, Surdus *conſ.61.n.49.* & ſemper obſtabit poſſeſſioni vectigalium titulus, in quo vectigalia non comprehenſa, & qui ultra titulum poſſedit potius injuſtus detentor,quàm poſſeſſor cenſendus, ut *ex cap. veniens penult. in fine de præſcript.* probavit Mandellus Albenſis *conſ.299 n.14.*

Nec admitti poteſt quod ex oppoſito dicebatur, 35
non allegari poſſeſſionẽ & vectigalium præſcriptionem,ut titulum, nam certum eſt ea non admitti *d l.1.tit.18.lib.9.Recopilat.* ſed ad tituli interpretatio

nem ut ex Baldo, *vol.2.conſ.*242. Felino, & Baldo, refert Greg. Lopez, *in l.7. gloſſ.1.tit.*29 .*p.*3.quia id procedit, ut ipſe tradit,quando titulus juſtus allegaretur,nam cùm de illo conſtaret, ſi aliquod dubium emergeret,poſſet immemoriali præſcriptione declarari : ſed tamen in hoc caſu nullus extat titulus vectigalium, nec extare potuit eo tempore,quo gabellæ inſtitutæ non erant.

36 Sed etiamſi villæ de Arnedo majoratus factus poſtea fuit, & in eo omnia, exprimantur quæ pertinent ad juriſdictionem,non tamen aliquid de vectigalibus adjicitur,& ideò certum eſt nullam antiquitus fuiſſe vectigalium poſſeſſionem,ſed novam uſurpationem, cui cauſam dederunt Caſtellæ turbationes juxta *d.l.*2.*tit.*15. *lib.*3. *Recop.* & ut notavimus etiamſi titulus eſſet,ſi non haberet ſolemnitates quæ à jure requiruntur, titulus non prodeſſet, & ſuccedit doctrina Baldi *in l.non ignorat*, *C. qui accuſare non poſſunt*,ut quando ſtatus præſens indicat, quod non poteſt haberi poſſeſſio ſine privilegio, tunc quaſi poſſeſſio non prodeſt,nec relevat ab onere bene probandi privilegium ex Bart.Cino, Speculatore & Innocentio probavit Alex. *in l.Titia* 35.*n.*5.*ff. ſolut. matrim.*ſequitur Imola & ante tradiderat Bald. *in d. l.Titia*,& idem voluit additio gloſſæ ſingularis *in l. ſolemnib.C.de fide inſtrument.* quæ nõ admittit quaſi poſſeſſionem ejus quod non poteſt haberi ſine privilegio, quam gloſſam ſequitur Bald.*ibi* & declarat Caſtrenſis,& tenuit Palacios Rubios,*in c.per veſtras*, §.1. *verſ, ſed & pulchra dubitatio*,*n.*43.*&* 44. ubi *ex c. cum perſona,de privileg lib.*6.tradit,quaſi poſſeſſionem non relevare ab onere probandi titulum, quando jus reſiſtit adducens *l.*1.*C.de reis poſtulandis*, Archidiac.Abbatẽ.Anchar.Petrũ de Antiboli& alios

37 Et quoties titulus vel patientia Regis non poteſt circa vectigalia operari ſine prædictis ſolemnitatibus, tunc poſſeſſio etiam per mille annos nihil præſtat ſine qualitate,nec ſufficit poſſidere cum qualitate reprobata,Cavallino, 1.*p.milleloquio* 419.nam defectus qualitatis inducit excluſionem tituli argum. ejus quod notatur *in l. cum notiſſimi,C. de præſcript. triginta vel quadraginta annorum*, & eo caſu nihil obſtat immemorialis præſcriptio, ut ex Ancharr. *conſ.*81.tradit Palac. Rubios 1.*notab.verſ.Vnum tamen,&n.*7.& pro hac ſententia Barahona *in add.* adducit Menchacam,Covarr.& Gregorium.Lopez.

38 Nec aliquid movere poterit *conſ.*271. Decii, ubi defendit ex immemoriali Ducem Metinæ Sidoniæ ad obtinendas collectas ex Tynnorum piſcatione, quia ultra quam conſilium Advocati non eſt, lex procedit in aliis juribus Regalibus, non in gabellis, in quibus apertè immemorialis præſcriptio legibus noſtris improbata,& ita etiam accipienda *l.*1.*tit.*10. *lib.*5. *Recop.* quæ tradit adquiri juriſdictionem ex poſſeſſione 40.annorum cum titulo,& quantum differant gabellæ à juriſdictione jam oſtendimus.

39 Et quod dicitur *l.*2. *tit.*15. *lib.*4. *Recopil.*quæ improbat immemorialem non procedere in jam completa,ultra quam *ſuprà* notatum eſt *allegat.*15 etiam in jam cauſata præſcriptione procedere, tamen nullo modo poteſt probari tempore dictæ legis jam fuiſſe completam immemorialem,quia lex edita pluſquam centum & triginta retro annis,qui excedunt longioré vitam hominis,& de immemoriali in hoc caſu ante editionem legis nullus ſit,qui deponere valeat.

40 Denique quod objectum de ſervitiis Bertrandi,ut ea rependi non viderentur nudæ juriſdictionis donatione ſine gabellis,ultra quàm vectigalia, quæ tunc non erant donari non poterant,ultra prædictam villam Rex Henricus Bertrando donavit Civitatẽ Soriæ villas de Atienzo, Almazan & plures, & Molinam cum titulo Ducatus, quæ omnia poſtea Rex ab illo recuperavit,pro pretio ducentarum, & quadraginta mille duplarum auri,ut tradit Petrus Lupus de Ayala *in ejus Hiſtoria anno* 9.*c.*8.

41 Sed ad ſolutionem ſtipendiorum, quæ Bertrando & ejus militibus auxiliariis debebantur, ingens pecuniarum ſũma condonata,quæ adeo magna fuit, ut cũ non ſufficeret ad id Regalis Gaza, nova moneta cuſa fuit,ut poſſent ſolvi ſtipendia,quæ debebantur, & neceſſitat s ſuccurrendæ cauſa fuit exiguioris valoris quàm intrinſeci,idque in urbe Toleti decretum fuit conſilio procerum Regni, quod ad id Rex juſſit congregari,& tempore ea moneta deterior reddita magnam indigentiam rerum & pretiorum augmentũ induxit,conſtat *ex Chronico Regis Henrici II.anno* 4. *ſui Regni,c.*10. ubi Petrus de Ayala hæc notanda verba refert. *Y por todo eſto acordò de labrar monedas que deçian Cruçadas y valia cada un cruzado un maravedi y otra moneda que decian Reales, y valia cada real tres maravedis, y era moneda muy baza de ley,y ordenò el Rey que en cada un Arcopiſpado, ſe labraſe tal moneda,y puſieron la arenta, y montò muy grandes quantias,y luego de peſente aprovecho que pagò con ellas à Moſen Beltran y alos eſtrangeros que vinieron en ſu ſervicio, que les debia muy grandes quantias. Otroſi à muchos de los ſuios que debia mucho en manera que deſpues por tiempo ſe daño eſta moneda. y llegaron las caſas è muy grandes preciet en guiſa que valia vna dobla trecientos maravedis y un Cavallo ſeſſenta millia maravedis, y aſſi todas las coſas.*

42 Et *eadem Chronica ann.*6.*c.*8.refertur cùm in dies mala creviſſent ex Monetæ deterioratione, quæ cuſa fuit ut ſolverentur ſtipendia Bertrando, & ſuis militibus in Comitiis generalibus Regni quæ celebrata in urbe Tauri,decretum fuiſſe,ut valor ejus monetæ diminueretũr ad antiquum redactus quo damnis medicina adhibita:nota verba : *Otroſi en eſtas Cartas, ordenò el Rey D. Henrique porque en las guerras y neceſſidades el avia ordenado en el tiempo paſſado de mandar labrar y ſe labrò una moneda que decian Reales, y eran de baxa ley, y que valia el Reale tres maravedis,y el cruçado un maravedis lo qual ſe avia echo por poder pagar enteramente muchas y muy grandes quantias, quel debia à Moſen Beltran de Claquin y à otros Cavalleros y eſtrangeros del Reyno y que agora por alguna cauſa que huvo.para ello la moneda era tan dañoſa que no balia nada, y por eſta razon las viandas, y armas, y cavallos, y ioyas, y plata, erant en tal quantia que no ſe podia comprar, que llegò à valer un cavallo bueno de aquella moneda ochenta mill maravedis,y una mula quarenta mill: el ordenò en eſtas cortes que haſta que hubieſſemos Theſoros para labrar otra moneda, que tornaſſe el Real que valia tres meravedis,à valer un maravedi, y Cruçado que valia un maravedi que valiſſe dos Cornados y con eſto ſe enmendo mucho el echo, haſta que deſpues ſe ordenò de otra guiſa.*

43 Quæ ſimilia & alia damna experti fuimus cum moneta ærea valore crevit apud nos, & ideò poſtea anno 1628.diminuta,de quo plura tradidimus *in deciſ.Granat.c.*12. *per totum omnino videndum* & hoc factum Regis Henrici illis addendum eſt.

4 Unde ex prædictis conſtat jure deneganda vectigalia villæ de Arnedo Comiti ſtabuli Caſtellæ,& ita obtentum fuit : nam ille pro certo pretio redemit,& à Conſilio Regalis patrimonii eorum novum privilegium obtinuit.

ALLE

ALLEGATIO XIV.

Venditio ejus quod donatum, non potest extendi ultra id quod donatione comprehensum.

1 *Vectigalia non potest percipere privatus, nisi de rescripto Principis ei concedatur.*

2 *Emptor petere non potest nisi quod ad venditorem pertinebat.*
Pertinentibus venditis intelligitur si pertineant, & de hoc inducit conditionem.
l. quod si in venditione, 10. ff. de hæreditate vel actione vendita.
l. quod si sit 13. eodem.

3 *l. nam hoc modo, 11. ff. eodem.*

4 *Feudum venditum cum jure quod in eo quis habet, debet jus verificari, ut in eo consistat venditio.*
l. locus 26. ff. de acquir. poss. & num. 6.

5 *Venditio facta cũ pertinentiis accipienda de illis, quæ sunt ex natura rei non alterius qualitatis.*

6 *Incertitudo impedit possessionem.*
l. possideri 3. §. incertam, ff. de acquirenda possess.
Præscriptio impeditur ex incertitudine tituli.
Venditio non habet effectum antequam constet, quid venditum.
l. necessario 8. ff. de periculo & comm. rei venditæ.

7 Constituti *clausula non transfert possessionem, quando est incertum, quod possidendum.*
l. si non designata, Cod. de falsa caus. adjecta legato.
l. fin. Cod. eodem.
l. si purè ff. de fideicommiss. libert.
l. at quin natura §. Scævola, ff. de negotiis gestis.
l. cùm servus ff. de condit. & demonstrat.

8 *Titulus ejus qui vendit dat essentiam contractui.*
l. si procuratorem 8 in principio, ff. mandati.
l. idem 10 ff. eodem.
l. 1. § si servus ff. depositi.
l. § tantum 12. ff. ad S. C. Macedonian.
l. unica, §. res verò, Cod. de impond. lucr. descript. lib. 10.

9 *Relatum est in referente cum suis qualitatibus.*
l. Asse toto ff. ad l. falcidiam.
Clausula generalis venditionis non extenditur, nisi ad quod verè concessum.

10 *Possessio extra titulum non prodest.*
l. 1. §. ait Prætor, ff. nè quid in loco publico, cap. porro de privilegiis.

11 *Dictio*, prout, *vel* secundum *est relativa & restrictiva.*

12 *Rex etiamsi aliquid concedat, nihil præstat, nisi prius appareat, ad Regem pertinere, quod concessit.*
Vasallorum dominus præsumitur injustè usurpare vectigalia.

13 *Notabilia nisi specialiter notentur videntur neglecta.*
l. item apud Labeonem, §. ait Prætor, ff. de injuriis,
l. quæro, ff. de action. empti.
l. si quis mobilia, §. sed utrum, ff. de acquir. hæredit.

14 *Verbum*, Pecho, *apud nos accipitur prò eo quod solvitur ratione recognitionis, & Vasallii.*
l. 8. tit. 21. part. 1.
Alcavala, *& ejus nomen distinguitur à* Pecho.

15 Redditus *nomine &* rentas *non comprehenduntur gabellæ.*
l. 11. tit. 28. part. 3.
l. 4 tit. 11. lib. 9. Recopil.
Conjunctiva ponitur inter diversa.
l. sæpe, ff. de verb. signific.

16 *Titulus 8. lib. 9. Recopilat. & ejus leges explicantur.*

17 *Nomina sunt accipienda ex communi loquendi usu.*
l. Labeo §. idẽ Tubero, ff. de supellectilib. legat.
Generali appellatione non comprehenditur quod habet speciale nomen, nisi ejus mentio fiat.
l. si certa, C. de transactionibus.
l. quoties idem sermo ff. de reg. juris.

18 *Vectigalia nulla præscriptione etiam immemoriãli possunt acquiri.*
l. 1. ad fin. tit. 15. lib. 4. Recop.
l. 2. eodem tit. & libro.
l. 1. tit. 18. lib. 9. Recop.
l. 6. tit. 13. lib. 6. ordinam.

19 *Titulus destruit possessionem ultra illum.*
cap. vigilanti de præscription.

20 *Cap. dudum de decimis.*
Titulum primæuum & non alium esse præsumitur.

Si ex Regis donatione obtinens jurisdictionem alicujus oppidi, vendiderit cum omni jure, quod habebat pertinentiis, & redditibus eis verbis, Rentas, pechos, y derechos, *eo prætextu vectigalia non posse detineri ab emptore, etsi venditor perceperit, nisi speciali Principis rescripto competant.*

HOc sine dubio, & certissimum censemus, quia sæpius prædiximus, nullo modo posse vectigalia à quocumque privato exigi nisi ei expressim concederentur Principis rescripto cum solemnitatibus & qualitatibus quas alibi prænotavimus, quo fit ut cùm rescriptum nullum extet, in hoc casu nullo modo Gabellarum exactio permitti potest. 1

Sed notari oportet etiam generalibus verbis non posse aliud comprehendi, nec emptorem petere, quam quod venditor habuit: & hoc posteaquam constiterit habere juxta doctrinã, cujus primus Auctor fuit Oldradus quem refert Bartolus *in l. si sic legatum 78. §. 1. de leg. 1. n. 6.* nam illud participiũ *pertinentibus*, resoluitur in relatiuum, ideſt, *quæ pertinent*, & inducit conditionẽ, ut venditio sit conditionalis, si pertineãt, *argumẽto legis quod si in vendit. 10. l. nã hoc modo 11. l. quod si sit 13. ff. de hæred. vel actione vendita*, ubi Iurisconsultus Vlpian. Iavolen. & Paulus, egerunt de eo casu, cùm quis vendit hæreditatem cũ omni jure, quod in ea habebat, ut in nostro casu venditio facta fuit, tunc quasi cõditio intelligatur, si hæreditas per- 2

tineant,ideò tradit Textus *in dict. l.*10.quamvis hæreditas ad venditorem non pertinuerit, nihil tamen ab eo præstabitur,quia id actum manifestum est.

3 Et reddit rationem *d. l.*11. quæ statim sequitur, ibi:*Nam hoc modo admittitur esse venditionem si qua sit hæreditas,sibi empta est*,& statim *in dict.l.*13.agens de hoc casu,quando adjicitur clausula:*quidquid juris habet venditor*,tradit Iurisconsultus : *Illo verò adjecto,liberabitur venditor,etsi ad eum hæreditas non pertineat*,quasi venditio jurium pertinentium conditionem habeant, si pertineant, post Bartolum, in idem adducens Dinum, Baldum, Speculatorem, Oldradum,Imolam,& alios,tenuit Alexand.*in dict.l.si sic, num.*22.& ejus additio *ibi,lit. A*,ejusdem sententiæ refert Castrensem,Curtium, Baldum, Laudensem,& alios.

4 Et in venditione,cum quis vendiderit feudum cum jure, quod in eo habebat secutus Alex. idem tenuit Iason.*in dict.l. si sic legatum*,§. *si simul n. fin.*& idem Alex.*consil.*18.*lib.*2.*n.*5.tradit:*Si Comes concesserit, aut vendiderit Ecclesiæ, quidquid juris habet in tali loco, nihil operatur concessio, nisi de jure concedentis appareat*:& adducit Textum *in l.locus*,26.*de acquir. possessione*, ibi, *Veluti si ita tibi tradam quidquid mei juris in eo fundo est*:& tradit Alex.non valere traditionem,nisi prius de jure constet, & illud probetur ; & in terminis est celebre consilium Cravetæ 293.*n.*5. si venderetur Castrum cum terris, & juribus pertinentibus ad ipsum,venditio limitatur ad terras,quæ sunt Castri,& addit hæc verba:*Itaque probari debet quæ,quot,& quanta essent illa bona ad Castrum pertinentia,sicut quando conceditur jus quod quis habet in tali fundo, aut loco, nam probari debet de tali jure, alias concessio nihil operatur.* Quod ex pluribus probat,& adducit Decium *cons.*302.*n.*13.14.*&* 15 Vbi tenet si contractus ad aliquod jus vel instrumentum referatur,de eo constare oportere, ut contractus valeat,quod probavit Ruin.*lib.*2 *cons.*108.*n.*22.

5 Et idem in venditione secutus Craveta & *suprà* relati,tenuit Rolandus à Valle *vol.*2.*cons.*82.*n.*28 *& vol.*3.*cons.*2 *n.*21. ex Speculatore, Aretino, Sylvestro, & aliis Mantica *de tacitis & ambiguis convent.lib.*4. *tit.*10.*n.*5.*&* 6.& facit juris ratio ut quis nihil aliud vendere videatur aut possit, quàm quod apparuerit habere,ut probavimus *allegat.*10.*n.*15. & cùm venditio facta cum juribus, & pertinentiis semper accipienda de juribus, quæ sunt de natura rei venditæ, non alterius qualitatis, ex Fabiano de Monte,Thusco,Cephalo,& aliis, Augustinus Barbosa *clausula* 34. & quamvis ex jurisdictione imponantur vectigalia, tamen concessa jurisdictione ea non comprehendi, *alibi* notavimus *allegat.*13.*n.*24.

6 Hæc enim incertitudo,quæ ex non purificata conditione provenit, non solùm impedit possessionem, ex *l.possideri* 3.*incertam,l. Locus*,26.*ff.de adquir.poss.* sed etiam præscriptio, quæ ex titulo venditionis causari poterat impedienda,quia antequam cõstaret quid venditum,venditio non erat,*l.necessariò* 8. *ff.de periculo,& commod.rei vendit.* ibi:*Et si id quod venierit appareat, quid, quale, quantumque sit, & pretium,& purè venit,perfecta est emptio*

7 Nec initium tituli, ut inciperet possidere, procedere potest, ut in terminis præscriptionis tenuit Bartolus *in dict.l.si sic legatum*,§.1.ubi etiam Iason *n.*20. Baldus *de præscriptionibus* 1.*part.*3 *partis principalis q.*6.nec possessio transit,etiamsi adesset clausula *constituti*,quæ circa rem incertam non operatur ex Tiraquello, Menochio, Gamma, & Brunone à Sole probavit Augustinus Barbosa *clausula* 31.*n.*35.non valere concessionem juris,quod quis habet in aliquo loco, nisi probetur, & de eo constet, & ultra relata Alex.*lib.*1.*consil.*28.*n.*7.adducit *l.si non designata,& l.fin.Cod.de falsa causa adjecta legato*,& ejus additio. *ibi lit.*D, in idem adducit Baldum, Imolam, Angelum, Iasonem,Albericum, Aretinum, Castrensem, & Ioannem Fabrum ; & necessarium esse specificè constare, nec sufficiat in genere, ut venditum, vel donatum censeatur illud de quo agitur,*argumento l. si purè* ibi: *Item de singulis instruere,ff.de fideicommiss. libertatibus,l.at quin natura*,§. *sequela,ff.de negotiis gestis,l.cum servus,de condit.& demonstrat.* Olascus *decis.*39.*n.*4. Vivius *decis.*417.*num.*16.Natta *vol.*3. *cons.*636. *n.*192. Carolus Bardelonus *consil.*25. *n.*26.*cum sequentibus*,Surdus *cons.*150.*num.*125.*&* 126.adjiciens, quod non sufficit scire in genere rem gestam, nisi sciat cum integra notitia omnium qualitatum.

Tum etiam quia constanter apparuit vectigalia 8
non fuisse vendita, vel donata vendenti,& ille etiam ita ad emptorem transtulit jurisdictionem & castrum,*sicut à Rege illi donatum fuit* (contractus verba sunt)& cum non appareat in primo titulo vectigalia comprehensa fuisse, ex eo omne jus desumi oportet *argumento l.si procuratorem* 8 *in principio,ff. mandati*, ibi:*Et cujusque contractus initium spectandum,& causam,l.idémque* 10.*ff.eodem,l.*1.§.*si servus, ff.depositi,l.si tantum*,12.*ff.ad Senatusconsul. Macedonian.*& in specie faciunt verba *legis unicæ, Cod.de imponenda lucrativa descriptione, lib.*10.§.*res verò*, eis verbis, ibi:*Nulla enim in hujusmodi causis confusionis intercedit occasio.si ad primordium tituli posterior quoque formetur eventus.*Ex quo textu notat Platea *in eo n.*5.sic,*Attendi primum titulum adeptum,& illum retinere rem, licet postea in alios diversos & contrarios titulos transeat;transit enim cum onere primo sibi connexo.*

Et certum est solùm comprehendi in venditione, 9
quod continebatur in donatione, ad quam se venditio refert, ac si in ea inesset ex vulgari regula *l. Asse toto. ff.ad leg. Falcidiam*, Riminaldus Senior *lib.*2. *consil.*348.*n.*16 Cephalus *lib.*2.*cons.*153.*n* 58. cum Oldraldo,Angelo,Imola,& aliis,Craveta *lib.*1 *consil.*143.*num.*4. *&* 5. Natta *lib.*3. *consil.*536 *n.*138. Menoch *consil.*115.*n.*14. ex Socino Iunior, & aliis Casanate,*cons.*47.*n.*8. *&* 9. nam clausula generalis venditionis non intelligitur, nec extenditur, nisi ad id,quod verè fuit concessum,ex traditis à glossa,*verbo, si dignitatem,& verbo,si de dignitatibus, in Clement.*1.*de præbendis.*

Et cum in hoc casu venditio facta fuit qualitate 10
juris, quod ad venditorem pertineret, illud omnino debet attendi *ex l.*1.§.*ait prætor ff.ne quid in loco publico.*ex Bartolo,Baldo,Anania,Ioanne Andrea,Antonio de Butrio,& aliis Alex.*lib.*1.*consil.*119.*num.*3. cum Aretino, Castrensi, Decio, & Socino, Craveta *consil.*296.*num.*5.*&* 6.Ruino,Ægidio,Marsilio,Rolandus à Valle *vol.*2. *consil.*82.*n.*16.*&* 17. adeò ut nec usus aut possessio extra titulum aliquid prosit, sed ad illum oporteat limitari cum Geminiano, & aliis Mandellus Albensis *consil.*299.*n.*14. & faciunt verba Textus *in cap.Porrò de privilegiis*,ibi:*Si enim eos volumus privilegiorum suorum servare tenorem, quod eorum metas transgredi minimè videantur*; junctis,quæ notarunt D.Covarruvias *practicar.*c.17. *n.*9.Gutierrez *lib.*3.*practicar.q.*19. *num.*11.*cum sequent.*ex pluribus & fratre Emanuele Roderico tradit Barbos.*in collect.cap.cum persona,de privilegiis, lib.*6.*n.*16.

Præsertim ex verbis quæ in prædicti venditione 11
continentur,ibi:*segun mas cumplidamente*,quæ relationem

tionem faciunt ad jus quod Rex dedit, & ea clausula cùm relativa sit, nihil aliud disponit ultra quod in relato continetur, ex Bart. Dec. Curt Juniori, Gozadin. Socin. & Lanario tradit Marta *de clausul.* 3. *p. clausul.* 78. & & quando dicitur *prout*, quod idem est, ac *secundùm*, in eo casu si quis investitus de feudo *prout*, & *secundum formam*, *quâ Titius habuit*, nihil amplius quam Titii investituram habere. Et si illa non valuit, nec hanc valere in Baldo. Castrensi, Alexand. Jason. & aliis pluribus probavit idem Marta *de clausul.* 2. *p. clausul.* 51. *num.* 2. & 3. ex Bart. Dec. Ruino, Menoch. Maranta, Thusco, Gratian Azeved. Surd. & aliis pluribus, Augustinus Barbos. *dict.* 296.

12 Sed & quod plus est, etiamsi Imperator aliquid concedit, nihil præstat, nisi priùs appareat ad Cæsarem illud quod concessit, pertinere, ut notavit Ruinus *cons.* 13. *n.* 7. *vol.* 1. ubi adducit Cravetam *de antiq. tempor.* 4. *circa præmissa*, *in princip.* qui probat investitum de Castro cum furnis, & molendinis; solùm intelligitur investitus de juribus, quæ concedens in ipsis habebat, ex quo cùm appareat venditorem non hebere jus colligendi vectigalia, nec ipsi à Rege concessum, non potuit aliqualiter in emptorem transferre: & quamvis ille perceperit ex injusta usurpatione factum fuisse credendum, & semper præsumitur dominus Vassallorum in suis locis usurpare vectigalia, ideo non est concedenda manutentio eis in jure exigendi, Grammaticus *vol.* 12. Guido Papa *cons.* 67. *n.* 3. Franc. Ponte *cons.* 97. *num.* 26. Coccino *decis.* 354. *n.* 5.

13 Sed etiamsi Princeps in donatione facta venditori addidisset verba, quæ postea venditor addiderat, & in donatione non continebantur, videlicet vendere *las Rentas*, *Pechos*, *y derechos*, adhuc vectigalia non poterant comprehendi: nam ut sæpius diximus quia quæ de regalibus sunt nullâ conclusione quantumcumque generali debent comprehendi; & quæ notabilia sunt, nisi specialiter notentur, videntur negligi, & solùm attenditur quod principaliter disponitur *leg. Item apud Labeonem* 15. §. *ait Prætor. ff. de injuriis l. quaro de act. empt. d. si quis mihi bona* §. *sed utrum de acquir. hæredit.*

14 Cui addendum est, verba illa, *Rentas*, *pechos*, *y derechos* non sufficere, ut comprehendant vectigalia, quia omnia respicere possunt ad jus Vassallorum, nam redditus possunt deberi ei qui jurisdictionem habet ut Domino loci, non ut Regi, & verbum *Pecho* in proprio sensu respicit id quod solvitur ratione recognitionis & Vassalagii *l.* 8. *tit.* 22. *p.* 1. & distinguitur à Gabella, si attendimus originem verbi *Alcabala*, juxta quod nobiles Castellæ Regi Ildephonso ad Bellum servitia petenti responderunt, *que no darian pechos, si no es alque vala* ut ex Castillo *in Historia Gothorum*, tradit Lazarte *de Gabellis in præfat. n.* 28. ex quibus & Molina probavit Gutierrez *de gabellis dict. q.* 2. *n.* 13. quamvis, & futile, & falsum improbet Sebastian. Covar. *in Thesauro linguæ Castellanæ verbo Alcavala*, mutuans originem à verbo Hebræo *Cavala* quod sequitur Parladorus etsi non admittat Gutierrez, *ubi proximè*: utcumque igitur sit, & juris significato, & communi loquendi usu verbum *Pecho* à Gabella distingui dubium non est, & ideò ejus significatione comprehendi non potest.

15 Quod magis probat, & circa verbum *Rentas*, inde notandum, ut nullo modo eis comprehendantur vectigalia, quatenus respiciunt *Alcavalas*, etsi nomen *redditus* generale sit ad omne quod Principi solvitur & probatur *l.* 11. *tit.* 28. *part.* 3. & *in terminis l.* 4. *tit.* 11. *l.* 9. *recop.* eis verbis: *Los Remates de los arrendamientos de nuestras rentas y alcabalas*, quo significatur sub nomine redditus comprehendi gabellas, cum alio nomine specialiter notentur, & conjunctiva, &, ponitur inter diversa *l. sæpè de verb. signific. cap. querelam*, *verbo*, *emi non potuit de simonia*, Glos. *in rubrica de juris & facti ignorantia*, Gonzad. *in l. qui se patris*, *n.* 7. *C. unde liberi*, Ripa *in c. par. n.* 41. *de Rescript.* Tiber. Decian. *vol.* 2. *cons.* 25. *n.* 15. & 16. Surd. *cons.* 313. *n.* 22.

Sed & quod traditur *in dict. l.* 11. *partitæ*: verbum 16
Rentas non referri ad gabellas, sed ad aliud genus Regi solvendum, ut in portubus maris & terræ, salinis, & aliis, quæ *ibi* exprimuntur, ne quis dicat, ideò non comprehendi, quia eo tempore gabellæ introductæ non erant, tamen *in legibus recop. ex titulo* 8. *lib.* 9. ubi generaliter agitur *de las rentas reales*, *y que ninguno las usurpe*, adhuc de gabellis *ibi* non tractatur, omnis enim dispositio illius tituli respicit, ut indemne servorum pecorum servitium, & vectigal portuum maris *l.* 6. & 17. *de aliis impositionibus l.* 16. *de Salinis*, *l.* 19 & magis explicat *l.* 18. *ejusdem tituli*, ubi cum generaliter juberet maximâ curâ administrâdos omnes redditus Regiæ Coronæ, postea subdit Magistratus de eis debere curare, quêadmodum facere tenentur in Gabellis, quo aperte constat universali nomine reddituum non contineri gabellas.

Ex cum ex communi loquendi usu nomina sint 17
accipienda *ex l. Labeo*, §. *Item Tubero de supellectili legata* ex aliis in terminis gabellarum Angelus *cons.* 279. *n.* 2. *ad finem*, & ex nullo certius colligi potest hæc differentia: quàm ex communi usu loquendi supremi Consilii Regalis Regii patrimonii, ubi verbum *Rentas* distinguitur à gabellis, & succedit doctrina, ut quoties aliquid posset comprehendi nomine generali, si tamen speciali appellatione significetur, nunquam generali nomine comprehenditur nisi ejus expressa mentio fiat, *argumento legis*, *si de certa*: & quæ ibi notarunt *C. de transactionib. l. quoties idem sermo. ff. de regul. juris* ex Bart. Baldo Dec. & aliis Greg Lop. *in leg. glos.* 1. *tit.* 33. *par.* 7.

Ex quibus apparet in hoc casu amplius immorâ- 18
dum non esse, quia etiamsi Princeps concederet jura Regalia, & ea venditor ad emptorem transferret, adhuc tamen nisi expressè Gabellæ concederentur, non possent ab emptore possideri, quantò magis cum in prima donatione nulla de gabellis concessio facta fuit; nec de juribus Regalibus, etsi ad ea venditor extenderet concessionem, & jura perciperet, cùm nulla præscriptio etiam immemorialis, ut certum est, possit adquirere vectig. *l.* 1. *ad fin. l.* 2. *tit.* 15. *lib.* 4. *l.* 1. *tit.* 18. *lib* 9. *recop. l.* 6. *tit.* 13. *l.* 6. *ordinamenti*, & *suprà* pluries probavimus.

Imo etsi præscriptio non esset jure prohibita, ti- 19
tulus donationis, quâ non conceduntur gabellæ, impediret præscriptionem, quæ ex tempore posset causari, quia ipse titulus destruit possessionem, ut notatur *in cap.* vigilanti, *c fin. de præscript.* & in specie agens de immemoriali multis relatis tradiderunt Covar. *in reg. possessor.* 2. *p.* §. 8. *n.* 4. Seraphinus 1. *p. dec.* 707. *n.* 9. Pedroch. *cons.* 32. *n.* 359. Menoch. *cons.* 150. *n* 3. Gilchenius *de præscript. membro* 2. *c.* 1. *n.* 6. Fachineus *lib.* 8. *controvers. c.* 8. *n.* 26.

Et facit Textus *in cap. dudum*, *de decimis*, ibi *allegatus titulus nullus erat*, ubi notarunt omnes, Alciatus *l.* 5. *responsor.* 18. *n.* 13. & 14. Parisius *volum.* 1. *consil.* 114. *num.* 8. Aymon. *de antiquit. temporis*, 4. *part. in sectione Absolutis n.* 60. Olascus *decis.* 101. *n.* 37. Surdus *consil.* 373. *num.* 43. uti tradit semper

præsumi non existere alium titulum,quàm primævum.& qui illum allegaverit , probare tenetur ex glossa *in l. at si contra,C.de nuptiis*, Molin. *lib.2. de primogeniis ,c.6. n.66.* Hondedeus *vol.1. consil.82. n.43.* Bellamera *cons.10.* Puteus *lib.1.decis.356.* Menoch.*de retinendo remedio 3.quæst.74. n.639.* Gratianus *disceptationum forensium 3. tom. c.441.n.4. cum sequent.* ubi in terminis tradit in Regaliis errorem juris nullo modo prodesse,aut aliquod jus causare ut in hoc casu declarandum est : & ita in Senatu fuit obtentum.

ALLEGATIO. XV.

Præscriptio potest à Principe impediri in vectigalibus.

1 *Præscriptio immemorialis an possit à Principe impediri.*
2 *l.2.tit.15.lib.4.recop. an procedat in vectigalibus post eam adquirendis vel in jam præscriptione adquisitis ?*
3 *Possessionis causa summariè expedienda.*
4 *Iudicium summarium possessionis differt à judicio proprietatis.*
5 *Principis scientia an necessaria in adquirendis vectigalibus ? &c.n.28.*
6 *Procurator facere non potest contra voluntatem Domini.*
l. Pomponius, § in his, de procurat. &c. n.30.
l. si hominem, ff. mandati.
7 *Vectigalia Regia ex sua natura sunt imprescriptibilia.*
8 *Præscriptio immemorialis rectè in vectigalibus potest à Principe improbari.*
Vita longior hominis centum annorum.
l.an ususfructus ,63 ff.de ususfructu.
l.ususfructus,8. ff. de usufructu legato.
9 *Præscriptio jam causata & completa reprobatur in vectigalibus, l.2.tit.15.lib.4.recopil.*
10 *l. eos, §. super C. de usuris.*
11 *Præscriptio quæ iniquè declaratur etiam completa procedere non potest.*
cap. unico de Clericis non residentibus.
cap. 2. de probationibus.
12 *Præscriptio quæ per viam declarationis dicitur irrationabilis respicit ad præterita.*
13 *Lex declaratoria præterita comprehendit.*
14 *Præscriptio completa reprobatur ex lege quæ declarat injustam.*
15 *l.1. tit.15.lib.5. recop. &c.n.28.*
l.6.tit.29.p.3.
16 *Bona fides requiritur ab initio in præscriptione immemoriali.*
c.1.de præscript. l.6.&c.n.17.
17 *Bona fides præsumitur in immemoriali,& ex præsumptione accipienda opinio eorum qui tradunt non requiri.*
18 *Præscriptio rectè potest in vectigalibus prohibere, quia non possunt obtineri sine Regis cõcessione.*
19 *Magnatum fundamentum ut Princeps non possit prohibere immemorialem refutatur.*
20 *Vectigalia summario judicio sunt fisco restituenda.*
l.nisi opinatores,C.de exact. tribut. lib.10.
l.19.tit.9. lib.3. recopil.
l.26. tit.18. lib.6.Recopil.
21 *Possessio sine Regis concessione , in vectigalibus improbatur , l.2.tit.15. lib.4. recopil.*
22 *Probatio quæ prodesse non potest non admittenda.*
l.ad probationem C.de probation.
c.sæpe, 44.de appellation.
23 *Iudicium summarium in quo plenè cognoscitur parit exceptionem rei judicatæ ad plenarium.*
24 *l. à Divo Pio § si super rebus ff.de re judicata.*
leg.si quis à liberis §. meminisse, ff. de liber. agnoscen.
25 *Iudicium in quo de aliquo incedenti vel per viam exceptionis plenè agitur parit in eo exceptionem rei judicatæ.*
26 *Scientia Principis necessaria ad Præscriptionem jurium Regalium.*
27 *Principis scientia quia præsumitur ex longo tempore , & ita accipienda opinio contraria Doctorum,qui tenent non requiri.*
Præsumptio cedit veritati.
Principis assertioni credendum.
28 *Deliberare qui dicit non disponit.*
l.1.tit.10. l.5.Recopil.
l.3.tit.8. lib.9.Recopil.
29 *Fisci Patronus potest intendere pro fisco sine aliqua restrictione.*
l.12.tit.18. p.4.
l.1.tit.13. lib.2.recopil.
l.1.§.3.tit.2.lib.9. recop.
l.1.§.vetare, ff. de furtis.
l.unica,§.sin autem ad deficientis,C.de Caducis tollendis.
c.ad audientiam de decimis.
30 *Procuratori non videtur datum mandatum ut injustè aliquid petat.*
l.Aurelio, 21.§. Cajus ff. de liberat. legat.
31 *Rescripta & privilegia nociva publicæ utilitati rescindenda.*
l.ex facto ff. de vulgari.
l.quod semel.ff. de decretis ab ordin.faciendis.
c.suggestum de decimis.
c.quanto, de censibus.
32 *Princeps in casu necessitatis publicæ potest expendere bona subditorum ,*
33 *l.illud.§. fin.ff. de minoribus.*
Procurator potest ex justa causa revocare domini factum & voluntatem.
34 *Vectigalia recuperare Regem,justissimum est.*

Præscriptio immemorialis an rectè possit à Principe prohiberi in vectigaliũ acquisitione ,& prohibitio comprehendat tam futuram quàm præteritam præscriptionem ad explicationem leg. 2. tit.15. lib.4.recopil.

IN *allegationibus præcedentibus* probavimus jus Regis nostri in vectigalibus contra Magnates , nec eis aliqualiter posse tolerantiam prodesse , sed plura ab eis objiciuntur , ex quibus intendunt Regalis Patrimonii jura infringere, & ideò necessarium est objectionibus respondere, ex quo Regis nostri jus magis confirmetur,& manifestius cognoscatur , opponunt enim Magnates non posse à Principe præscriptionem immemorialem 1

rialem impediri, nam adeò efficax jus quod ex illa acquiritur ut jus naturale, censeatur quod non subest Principis constitutionibus, & probare intendunt ex Molina *de primog. lib. 2. c. 2 n. 20. & 21.* & referens Bald. etiam *cons. 439. in fin. n. 8. & 9.* Cevallos *de cognitione per viam violentiæ quæst. 55. n. 36.* Petra *de potestate Principis, cap. 25. ex num. 26.* Surdus *cons. 262 n. 6.* D. Castillo *de tertiis, c. 18. n. 178. & cap. 21. n. 21. col. 4. in princip.* Regnerus Sixtin. *de Regalibus, lib. 1. cap. 6. n. 15. 19. & 20.* Gironda de *privilegiis, n. 903.* Mieres *de majorat. part. 4. q. 20. n. 246 in nov. editione.* optimè Bald. *in l. imperium, quæst. 8. n. 13. vers. sed jus quæsitum, ff. de jurisdictione omnium judicum:* & eo tantum citato, Fulvius Pacianus *consil. 161, num. 22. & 32.* Rolandus *consil. 54. num. 18. lib. 4.* Craveta *consil. 135. num. 20. & consil. 640.* Pinellus *in rubrica, Cod. de rescind. vendit. p. 1. cap. 2. num 4.* Parisius *consil. 101. n. 7. lib. 1.* Cephalus *consil. 342. num. 75. lib. 3.* ubi de magis communi testatur, prout & Ludovicus Morosus idem affirmans *responso 89. num. 13* & antea *responso 64. num. 4.* D. Joannes Baptista Valençuela *consil. 92. n. 47. & 48. lib. 1.* Josephus Ramon. *cons. 24 n 99.*

2 Tum etiam objiciebant præscriptionem tunc solùm prohiberi in vectigalibus *ex l. 2. tit. 15. lib. 4. Recop.* quæ de novo acquiritur, non verò quæ jam causata & præterita erat, tempore quo dicta lex edita erat, ut ex Paulo Castrensi & Baldo, quos refert Joannes Gutierrez tradit D. Castillo *de tertiis, c. 30. n. 6.* & similiter dicebant esse in possessione magnates vectigalium, & ad manutentionem quæ inspicitur & attenditur in articulo summario recuperationis gabellarum, tantummodo facti insistentia, & corporalis detentio desideratur, ut docet. Gerard. Maiol. *cons. 91. n. 53.* Cancer. *var. p. 3. c. 14. n. 41.* Fontanell. *de pactis nupt. tom. 2. clausula 7. glos. 3. d. p. 10. n. 24. & 73.* Monachus *decis. Bononiens. 30. n. 12. & 22.* Cæsar Barcius *decis. 47. num. 19. & 25.* Franciscus Milanens. *decis. 3. n. 179. & 197. lib. 1.* quibus accedit Ludovicus Posthius *de manutentione, observatione 42. n. 98.*

3 Et rationem adjungunt, quia omnia quæ contra Magnates expenduntur, tradunt respicere judicium proprietatis: in possessione verò solùm summariè quærendum an possideat, & summarissimè circa hoc qui possidet, in possessione tuendus Bald. *in leg. solet. §. an verò ff. de officio Proconsul. & in cons. 485. lib. 3.* Decius *cons. 136.* Ripa *in l. 2. ff. quorum bonorum;* quos sequutus Peregr. *cons. 84. n. 5. lib. 6. & in tractatu vario, in titulo de causa possession. & proprietat. sub n. 14.* Conrad. *in l. unica, C. si de momentanea possess. quæst. 13. n. 16.* Fontanella *de pactis nuptialibus, tom. 2. clauf. 7. gloss. 3. dict. part. 10. num 23. 28. & 72.* Ludovicus Posthius *dict. observat. 42. n. 94.*

Et *dict. l. 2. tit. 15. lib 4. recop.* quæ improbat im-
4 memorialem, procedit quoad proprietatem, non verò quoad possessionem vectigalium, & in judicio summariissimo cõtinuationis, possessionis, & manutentionis in vectigalibus, quâ se defendunt Magnates, non debet misceri discussio ordinaria proprietatis, quo non differret judicium summarium ab ordinario, quod nullatenus ferendum est ex Larderchio *cons. 95. n. 4. & 6.* Ludovic. Posthius *d. observat. 42. n. 102.*

5 Tum, ut possit procedere, quod *suprà* notavimus in præscriptionibus, & de acquirendis vectigalibus esse necessariam scientiam Principis, quam nunquam Magnates probarunt, & eorum Advocati contendunt verius esse non requiri Principis scientiam, ex Alex *dict. cons. 6. viso themate, lib. 1. d. n. 4. usque in finem Consilii,* Balbus *de præscript. in 2. part. 3. partis principalis, q. 6. n. 22.* Jacob. de S. Greg. *in tract. feudali, vers. cum mero, & mixto imperio, columna fin.* & pluribus citatis Curtius Jun. *cons. 158. n. 12. vol. 2.* Anton. Rub. *cons. 21. viso & diligenter considerato. n. 7.* Bald. *in c. 1. in fine de constit. & in c. 1 quæ sint Regalia* Barbatia *cons. 35. in præsenti pauca, n. 13. 18. & 21. vol. 2.* Dec. *cons. 152. in causa n. 4.* Oldrad. *cons. 296. incipit de jure,* Rapha. Cuman. *consil. 84. ad fin.* & post plures alios Franc. Becius *consil. 15. n. 9. & 10. lib.* Ruin. *cons. 105. n. 5 l. 5.* Joan. Bapt. Costa *de fact. scientia & ignorantia, inspectione 72. n. 2.* Menoch. *lib 3. præsumpt. 132. n. 71. vers. & præterea,* Rosental. *de feudis, cap. 4. concl. 32. n. 3. & in scholiis lit. C.* Bertazol. *consil. civilium 71. n. 64.* D. Joannes del Castillo *tom. 5 cap 93. §. 8. sub n. 36.* egregiè Joan. Baptista Ferret *cons. 141 n. 3. per totum, lib. 1.* D. D. Ioan Baptista Valençuela *tom. 1. cons. 79. num. 94. 95. & 96.* Cancer. *par. 3. variar. cap. 4. n. 160.*

Sed etiam dicebant ex decreto mensis Septembris anni 1628. quo princeps edixit in vectigalibus 6
Magnatum velle deliberare, ut quod justum decerneret de quo *suprà alleg. 8. num. 37.* revocatum esse mandatum Advocatis fisci ne possint contra Magnates actionem intendere pro vectigalibus, idque confirmant ex Texru *in l. Pomponius, §. in his ff. de procurat.* ibi: *In his autem personis in quibus mandatum non exigimus, si forte evidens sit contra voluntatem eos experiri, eorum pro quibus interveniunt, debere eos repelli.* Et idem probatur *in leg. illud, §. fin. ff. de minor. & in cap. constitutus de in integrum restitutione* Bald. *cons. 118. incipit, quia plenissime, n. 5. l. 3.* & officiales & ministros Regios non posse facere contra quod ille decrevit, resolvit egregiè Craveta *cons 732. incipit, Illustrissima bona. n. 13. lib. 4.* & addit hæc notanda verba: *Rursus revocatio hæc sicut à voluntate domini pendet, ita à Procuratore non fit: cujus explorata voluntas esse non aliter potest, nisi de domino cognitum habeat,* Angel. *in l si quis intentione ambigua. n. 4. ff. de judiciis* Angel. & alii *in l. inter stipulantem, §. 1. ff. de verborum obligationibus:* facit *l. si hominem, ff. mandati,* ubi Procurator cum mandato generali non potest revocare illud, quod dominus specialiter providit, nec mutuare quod fecit Barbat. *l. 3. cons. 77. n. 4 & 5.* Menoch. *l. 3. præs. 44. n. 6.* & idem in simili probatur *l. 44. Tauri.*

Verumtamen valde in hoc peccarunt, & decepti Advocati con rarii, & prædictis non obstantibus 7
jus Regii fisci sine dubio in hoc casu procedit, & sequentibus suadetur.

Primò, quia certissimum est, & absque controversia, vectigalia Regia ex sua natura esse impræscriptibilia, ita ut in eis nec possessio immemorialis prodesse possit *d. leg. 2. tit. 15. l. 4. recop.* quam exornant & probant Azevedus *ibi. & in l. 1. tit. 18. l. 9. recop. n. 15.* Didac. Perez *in l. 6. tit. 13 lib. 3. Ordinam. verbo tributos* Greg. Lopez *in l. 6. glossa 4. tit. 29. p. 3.* Avendaño *de exequendis mandatis 2. p. cap. 4. n. 20. & 27.* Menchaca *de succes. creat. l. 1. §. 10. n. 22. & lib. 3. §. 26. n. 140.* Lazarte *de Gabellis cap. 19. à n. 4.* Gironda *de Gabellis 1. part. à n. 43. & 7. part. in principio, n. 1. & de privilegiis quæst. 6. n. 27.* Parlador. *lib. 1. rerum quotidianarum, cap. 3 n. 34.* Villalobos *in antinomiis, verbo præscriptio, n. 27.* Olanus *ibid. num. 49.* Molina *de justitia & jure, disputatione 75. versic. in regno Castellæ,* Gutierrez *de Gabellis quæst. 5. per totam,* D. Alfaro *de officio fiscalis*

glossa

gloſſa 20. qui & omnes Doctores Hiſpani, qui de hac re ſcripſerunt, conſtanter prædictum admittunt praxi & ſtylo regalis, & ſupremi Senatus patrimonii confirmatum, ita ut de eo dubitari non poſſit, & neceſſarium eſſet totum ordinem judiciorum,& adminiſtrationem vectigalium turbare, ſi de hoc controverſia fieret, & quid aliqui voluerunt, ut quamvis præſcriptio immemorialis non procedat ad vectigalia adquirenda, tamen non poterit prodeſſe ad interpretationem tituli, quo vectigalia adquiri intenduntur, ſatis improbavimus *alleg.* 15. *n.*34.*&* 35. ultra quam in hoc caſu procedere non poteſt, quando Magnates nullum habere titulum contendunt, ſed ſolùm tolerantiâ, & permiſſione Principum ſe defendunt.

8 *Secundò*, nam etſi poſſet admitti opinio, ut Princeps non poſſit jus quæſitum ex præſcriptione immemoriali adimere, id procedit ut conſtat ex Doctoribus, *ſuprà* relatis, quando poſtquam jam perfectum & cauſatum eſt, & præſcriptio immemorialis completa, Princeps id adimere vellet, ſed tamen nullus ex prædictis doctoribus negabit Principem poſſe ex juſtis cauſis prohibere, ne in aliquibus procedat præſcriptio immemorialis, ut ex Sixtino Romano, Mieres, & aliis in contrarium adductis probavit D. Caſtillo *de tertiis dict.c.*18. *num.*178. nam quamvis id in vectigalibus verum eſſet, non verò omnino improbatum, ut ſtatim dicemus, cùm *d.l.*2. *tit.*15. *lib.*4. *recop.* quâ præſcriptio immemorialis improbatur in vectigalibus, edita fuiſſe anno 1502. neceſſarium erat ut Magnates allegarent & probarent, ut eo tempore, quod eſt, 137. annorum ab hoc anno 1636. præſcriptionem immemorialem impletam fuiſſe cauſatam, quod hodie probari non poteſt quia teſtis de eo tempore deponere non valet, cùm longior vita hominis non excedat centum annos, *leg. an uſusfructus*, 63. *ff. de uſufructu*, *l. uſusfructus*, 8. *ff. de uſufruct. legat.* ex Menoch. Mol. & aliis D. Lara *de vita hominis c.*33. *n.*85.*&* 86. nec aliquis ex Magnatibus allegaverit, quo fit etſi procedere poſſet prædicta opinio in vectigalibus, nullo modo in his caſibus & hoc tempore locum habebit.

Ulterius *d.l.*2. *tit.*15 *lib.*4. *recop.* quæ improba-
9 vit immemorialem in vectigalibus, verius eſt etiam procedere in præſcriptione immemoriali, quæ poterat eſſe perfecta & cauſata eo tempore, quo lex edita fuit, quod in terminis notavit Lazarte *de decima venditionis*, *cap.*29. *n.*5.*&* 6. & ita tenendum eſſe reſolvit, nam *ex d. l* 2. non ſolum prohibetur & excluditur immemorialis in vectigalibus, ſed etiã reprobatur velut iniqua & irrationabilis, ideò tam præteritam, quàm immemorialem poſtea ſequutam excludit: nota ejus verba, ibi: *Atque ideò cum in illo caſu immemorialis etiam conſuetudo & præſcriptio tanquã iniqua reprobetur & irritetur à prædicta lege, ſit conſequens ut nunquam prodeſſe poſſit alicui; nec legi debeat derogare quæ de venditionis aut permutationis decima lata eſt, ſive conſuetudo illa præterita ſit, ſive futura poſt legem introducta, poſt legem ſcilicet quæ illam reprobat.* Et idem Lazarte diſtinguit inter alias res, & gabellas, ut in his ſpecialiter procedat prædictum: nota verba, ibi: *Atque iſtud quidem quod immemoriali præſcriptione diximus, intelligendũ eſt in gabella ſeu alcabala, de qua agimus.* Quaſi in ea iſtud ſpecialiter procedat & propter publicam utilitatem ſtatueretur, ex quo non poterunt ad conſequentiam trahi omnes Doctorum opiniones, quæ regulariter tenuerint, vel præſcriptionem immemorialem prohiberi non poſſe, aut prohibitionem ad jam completam,& perfectam non extendi.

Idem etſi aliud agens tenuit Azevedo *in l.*3. *tit.*7. *l.*2. *recop. à n.*17. ubi tradit contra leges Regni non poſſe allegari præteritam conſuetudinem, nam quando lex conſuetudinem damnat & reprobat, cenſetur omnis conſuetudo ſublata, ſive præterita, ſive futura: & *n.*19. tradit his verbis: *Item & quia per ſimplicem derogationem expreſſam tamen alicujus conſuetudinis prout hìc non ſolùm præterita conſuetudo reprobata cenſetur, verùm & futura*: & ex ſententia Felini, Ducñas, Avendañi, & aliorum, quos refert idẽ Azevedo *ubi proximè*, *n.*21. procedere prædictum ſtatuit etiam in quacũque conſuetudine immemoriali, ſive præterita, ſive futura, ibi: *Quæ quidem in tantum eſt vera, quod etiamſi talis conſuetudo ſit immemorialis, nihil adhuc operabitur contra legem conſuetudinem reprobantem*; quod expreſsè tenuit Greg. Lopez *in l.*6. *verbo, tributos, tit.*29. *p.*3. & ſufficere videtur ſola prohibitio immemorialis, ut etiam præterita & futura cenſeretur prohibita, ut notari ſolet ex Textu celebri *in l. eos*, §. *ſuper. C. de uſuris*, ibi: *Nec liceat Iudici memoratam augere taxationem occaſione conſuetudinis in Regione obtinentis.*

Quod cum locum habeat in ſola prohibitione 10
præſcriptionis, multo magis procedit, quando lex non ſolùm prohibet immemorialem, verùm etiam expreſsè illam reprobat, & declarat omnino nullam, injuſtam, & iniquam, ut *in d.l.*2. *tit.*15. *lib.*4. *recop. argum. cap. unici, de clericis non reſidentibus*, *lib.*6. ibi: *Conſuetudinem illam penitus improbantem*, *c.*2. *de probat.* ibi *Talem conſuetudinem reprobamus*; & cùm *in d. l.*2. immemorialis non tantùm prohibeatur, verùm reprobetur ut iniqua, injuſta, & contra utilitatem publicam Regni & vaſſallorum, hoc caſu omnis conſuetudo etiam præterita cenſetur reprobata, Gloſſa *verbo rationabilis*, *in cap. fin. de conſuetudine*, Panormit. *in c.*2. *de probat. n.*7. *&* 8.

Declarat prædictum Pater Suar. *de legibus*, *lib* 7. 11
*c.*7. *n.*9. ubi diſtinguit duos caſus *Primus* eſt, quando lex improbat conſuetudinem, vel præſcriptionem per modum ſimplicis declarationis. *Secundus* quando juſtis de cauſis diſponit lex, ut habeatur præſcriptio pro irrationabili, & iniqua, & uterque comprehenditur in hoc caſu, & in jure ejus mentio eſt: nam aliquando proceditur per verbum *declaramus*, ut *in cap. ex parte*, *de conſuetudine*: aliquando verò per verbum *irritamus*, ut *in c. cum inter*, *de conſuetudine*, eis verbis: *Talem conſuetudinem induximus irritandam*, quod rectè explicuit Pater Molina *de juſtitia & jure, diſput.*79. & in hoc ſenſu loquitur *d. l.*2. *tit.*15. *l.*4. *recop.* ibi: *Que nos per eſta ley y Prematica deſde luego la prohibimos defendemos, caſſamos*; & hæc non ſolùm prohibent præſcriptionem futuram, ſed etiam præteritam jam formatam & completam; nam id expreſsè denotat illud *caſſamos*, id eſt, annullare præſcriptionem jam cauſatam, & ita rectè tradit Pater Suarez *ubi ſuprà*, *n.*10. ibi: *Et in hoc ſenſu intelligenda videntur multa jura reprobantia aliquas conſuetudines, vel præſcriptiones.*

Et in jure certiſſimum eſt, ut quando lex facit 12
declarationem, etiam comprehendit præterita, ut ex Panorm. Dec. Felin. *in cap. fin. de conſtit.* Bart. & aliis *in l. omnes populi*, *n.*44. ubi id maximè procedere tradit, quando ratio non ſolùm eſt motiva, ſed deficiva, Navarr. *in cap. ſi quando, de reſcriptis. excom.* 21. *n.*4. & ex Felin. Bald. Dec. Menchaca, Menoch. Argiano, Morla: & communi Doctorum ſententia, ego notavi *in diſput Granatenſ. deciſ.*11. *n.*1. & ita ſine dubio procedit *in d.l.*2. ubi prohibetur præſcriptio, declaratur iniqua, injuſta, & contra publicam utilitatem; & ideò annullatur & caſſatur.

Tandem

Tandem in terminis *dict. l.2.* idem tenuit Joannes
14 Gutierrez de *Gabellis q.5.* ubi quæstionem movet *n.*
7. an prædicta lex comprehendat omnem immemorialem, sive jam completam tempore quo edita dicta lex, sive non. Et resolvit etiam jam formatam præscriptionem reprobatam censeri, idque tradit suaderi expressè ex verbis *d.l.2.* ibi: *por haver cogido y llebado*, junctis verbis, *por qualquier tiempo, aunque fuese immemorial.* Ex quibus si simul, ut debent, accipiantur, manifestè omnis præscriptio præterita immemorialis, si qua fuisset, tollitur.

Et inter alia illud fundamentum expendit Joan-
15 nes Gutierrez *n.9* quia ex lege valde antiquiori quâ dicta lex 2. tempore Regis Ildephonsi XI. anno 1386. quæ est *l.1. titulo 15. lib.4. Recopilationis*, cautum erat jura Regalia non posse aliquatenus tempore acquiri, ut etiam cautum erat *in l.6. tit.29. p.3.* & ita rectè potuit *dicta l.2.* ut iniquam & injustam præscriptionem immemorialem declarare, quia non potuit procedere à tempore *dictæ legis partitæ, & dictæ legis 1. titulo 15. lib.4.* & multò magis in hoc casu locum habebit, quia tempore dicti Regis Ildephonsi plura oppida, in quibus Magnates hodie vectigalia detinent, nondum erant fundata: & quod certius est, multò pòst id tempus eorum concessiones, & rescripta, & privilegia tempore Regis Henrici IV. ferè omnes Magnates obtinuisse, & ita rectè concludit Gutierrez *dict. n.9.* his verbis: *Quamvis igitur ab illa lege interrumpatur, idest, & fit ex justis causis præcedentibus quibus etiamsi jam completa esset, declaratur cassa & interrupta.*

16 Quod etiam in terminis *dictæ l.2.* Joannem Gutierrium secutus tenuit D. Castillo *tom.7. de tertiis, c.30. n.7.* ubi postquam retulit verba Gutierrii, tradit ibi: *Hactenus Ioannis Gutierrii placitum & resolutio, quam quidem verissimam arbitramur, & omnino tenendam.* Et reddit rationem, quia *in dict. l.2.* Reges Catholici ejus Autho es non videntur ademisse jus adquisitum parti ex præscriptione immemoriali, quia illa nunquam potuit ex prædictis incipere, nec impleri, & quia Magnates & alii qui vectigalia hucusque detinuerunt, id fecisse videntur, ut traditur *in dict l.2.* violenter, & cum malâ fide; & in præscriptione immemoriali, ut in reliquis debet ab initio bona fides intervenire ut *ex c.1. de præscriptionibus in 6.* ex Bald. Panormitano, Aretino, Franco, Alexandro, Guidone Papa, Calcaneo, Socino, Afflicto, Baldo, Craveta, Antonio, Gabriel, Molin. Menochio, & aliis plusquam centum Doctoribus quos refert, probavit D. Castillo *dicto tom.7. c.26. n.24.* qui in eandem sententiam adducit D. Ioannem de Solorzano, & Doctorem Ioannem de Balboa, qui me præcesserunt in hoc munere fisci Patroni Regalis Patrimonii, & quorum authoritas solùm sufficeret ex eorum doctrina, & quia nulli magis de praxi & stylo nostri Senatus deponere possunt.

17 Et ut excludatur quidquid in hoc casu opponi possit, videlicet quod non videatur exigi bona fides in præscriptione immemoriali, ut qui contrarium tenuerint possint interpretari; solùm notandum censeo quod *alibi* tradidimus *allegationibus sequentibus* omnes interpretes, qui tenuerunt in præscriptione immemoriali bonam fidem non requiri, non procedere quasi non requiratur bona fides, sed quia ex longo tempore præsumitur in immemoriali & quando expressè præsumptio excluditur bonæ fidei, certissimum est nullo modò posse immemorialem locũ habere, quia cum mala fide nulla præscriptio procedit. *c.1. de præscript. in 6.* & cum *in dict l.2. tit. 15. l.4. Recop.* apertè traditur possessionem vectigalium inductã violenter & cũ mala fide, nullo modo admitti poterit præsumptio bona fidei, quam lex excludit 18

Ulterius D. Castillo *dict. c.30. n.6 vers. Unde doctrina*, aliam subjungit rationem, ut eorum opinio qui tenuerunt reprobationem præscriptionis immemorialis non extendi ad jam perfectam & completam non posse in consequentiam eam opinionem adduci, nec admitti in vectigalibus, nam cùm ea sine expresso Principis privilegio & concessione adquiri non possint, non poterit præscriptio immemorialis procedere: & probat ex Geminiano, Alberico, & Peregrino, & subjungit in hoc nihil fisci privilegio tribui, sed ex jure communi procedere. Nota ejus verba ibi: *Item dum dicta lex 2. immemorialem præscriptionem etiã præteritã excludit in materia gabellarũ, non quidem aliquid exorbitans vel extraordinarium, sive quo jus adquisitum tollere videatur, statuit, vel introduxit, sed imò potius adeo juridicè, & justè se habuisse videtur, ut jure communi conveniens statueret,* sicut deprehenditur manifestè ex his quæ Petrus Barbosa latius scripta, atque annotata reliquit *in l. comperit, C. de præscript. 30. vol.40. annorum ex n. 11. usque ad 16.* ubi ex sententia aliorum multorum Auctorum, & ad explicationẽ legis illius observavit, quod *Gabellæ aut tributa, quæ imponuntur pro solvẽdis stipendiis militum, vel pro sumptibus, & expensis bellorum quæ occurrunt, vel pro beneficio Reipublicæ ad ejus tuitionem, nec etiam immemoriali præscriptione adquiri, aut tolli possunt,* prout latiùs *ibi* comprobat, & ideò ex sententia D. Castelli *dict. l.2.* rectè procedit, non solùm ut improbet præscriptionẽ jam completam, sed etiam ut in vectigalibus posse rectè prohiberi præscriptionem: nam etsi retulerit D. Castillo *d.c.36. n.6.* Jasonem, Cephal. Ruin. Parisium, Surdum, Anton. Petram, Mieres, & alios qui in contrarium expensi: ut Princeps non possit prohibere præscriptionẽ immemorialẽ, tamen id locũ non habere in vectigalibus statuit ex rationibus prædictis: & ideò non rectè in contrarium expeditur.

Ex quibus manẽt expeditæ duæ objectiones, quæ 19
contra Regium patrimonium Magnates objiciebant, de quibus *suprà n.1. & .2* videlicet Principem non posse prohibere præscriptionem immemorialem, & dictam legem secundam *titulo 15. lib.4. Recop.* quâ prohibetur non procedere jam cautata, quia hæc satis suprà explicata sunt.

Quod verò jam objiciebatur, quæcumque quæ pro 20
Regali patrimonio expendimus, locum posse obtinere, quando de proprietate vectigalium ageretur, non verò cum de possessione, in qua summariè quæritur, & qui possidet tuendus est, de quo *suprà n.3.* quia respondendum est: hæc omnia quæ regulariter procedere possent, locum non habent in vectigalium recuperatione; nam tunc summariè agitur, *ex l. nisi opinatores, C. de exact. tributorum, l.10.* & pluribus probavimus *allegat.5. per totam*, & jure nostro Regni expressè deciditur *in l.19 titulo 9. lib.3. l.26. tit.18. l.6. Recopil.* illis verbis: *Y que nos lo podamos todo mandar, tomar y occupar sin se guardar otro ordẽ de derecho, o sin otra sentencia, o declaracion como decho es,* & in totum (si quod contra objectũ admitteretur) delenda esset praxis Senatus regalis Patrimonii, in quo nec audiri oporter, quod de nõ admittenda hac discussion. in judicio sũmario expensũ est.

Rursus quod etiam objectum *dict. l.2. titulo 15.* 21
lib.4. recop. non improbare possessionem vectigaliũ, sed solum ne jure Dominii adquirantur, non solùm futile est, sed turpe, & valde reprehendendum, objicere: nã expressis verbis dicta lex 2. improbat possessionem, ut apparet his verbis *Aunque en ella pareciesse*

esse tolerancia nuestra, o de nuestros succesores, que para ello no puedan adquirir, ni adquieran possession, titulo, ni derecho, ni puedan alegar uso ni costumbre alguna; & valde absurdum est contra expressa verba velle in contrarium dictam legem adducere, & intendere præscriptione reprobatâ non reprobari etiam possessionem quam lex expressè tradit in vectigalibus adquiri non posse.

22 Sed ultra quod objiciebant non esse causam definiendam, ut vectigalia à Principe recuperantur in hoc articulo summario *del cobro*, ne confundatur judicium summarium cum ordinario, de quo *suprà n. 4. ad finem*, quia facilem expeditionem habebat, si consideres jure communi & Regio, breviter & summariè fisco restituendum, quod ex vectigalibus usurpatum est, ut sæpius diximus & quando probatio quæ facienda in judicio ordinario prodesse non potest, admittenda non est, *l. ad probationē, C. de probat. c. sapè 44 de appellat.* ubi Gloss. *verb. juris*, *Clem. sæpe de verb. signific.* Franch. *decis. 221. n. 12.* Ioan. Francisc. Ponte *lib. 1. conf. 59 n. 1.* & cum in vectigalium detentatione nulla possessio, probatio, vel præscriptio prosit, nisi constet de privilegio, aut concessione Principis probatio alterius cujusque rei non admittenda, cum prodesse non valeat non edocto vel demonstrato vectigalium privilegio in triplici termino, vel dilatione quæ in judicio summario hujus articuli *del Cobro*, concedetur, ut titulus, & concessio exhibeatur: nam tres termini & dilationes separatim assignantur, & in qualibet interpellatur possidens vectigalia, ut exhibeat titulum concessis triginta & plus diebus, juxta qualitatem rei in quocumque termino & cum in hoc planiùs, & plenius, quàm in judicio ordinario de causa cognoscatur, videtur de illa amplius non esse necessarium discutere.

23 Præsertim, nam quoties in judicio summario plenè de causa discutitur & cognoscitur, non est necessarium expectare judicium ordinarium, sed ex judicio executivo & summario nascitur exceptio rei judicatæ ad plenarium, quando de eo quod in plenario cognoscendum plenariò cognitum fuit in summario Bart. *in l. 1. n. 4. C. de ordine cognitionum, & in l. quod in diem*, §. 1. *ff. de compensat.* Socin. *conf. 264 versic. circa sextam quæstionem*, & probavit Abbas *1. p. conf. 50. n. 2. & 3.* Et ut singulariaponro ejus verba, ibi: *Præterea & secundò, ubicunque idē prorsus est finis agendi non potest deduci per viā agendi in secundo judicio quod fuit deductum in primo etiam per viam excipiendi.* Et est Textus notabilis *in l. duobus ff. de exceptione rei judicatæ*, & facit quod ex Bald. Decio, Alex. Curtio, & Parisio notavit D. Alex Ludovis. *decis 535. n. 15. usque ad 18.* ibi *Quia plenaria cognitio non attenditur penes ordinē judicii, sed penes qualitatem probationis, & quādo tempus ad probandū datū fuit ita ut plenè de re cognosci possit*, ut in hoc casu quia tres assignati termini, ut exiberetur titulus & privilegium vectigalium.

24 Nam quamvis regulariter sententia lata, vel decretum in judicio summario executivo non pariet exceptionem rei judicatæ quin possit iterum de eadem re ordinariè agere, *l. à Divo Pio*, §. *si super rebus, ff. de re judicata, l. si quis à liberis*. § *meminisse ff. de liberis agnoscendis*, tamē hæc regula limitanda est in casu de quo agimus, cùm plenè de re cognitum sit in judicio summario, & ultrà *suprà* adductos notarunt Cæsar Barcius *decis. 82. n. 24. & 25.* Simon de Prætis *vol. 1. conf. 107. n. 13.* Socin. senior *vol. 2. conf. 255. n. 2. & 6.* Gratian. *tom. 3. disceptat. p. 445. n. 4. usque ad 10.* Dec. omnino videndus *conf. 96. n. 1. cum seqq.* Alex. *in d.* §. *si super rebus.*

Et rectè notavit Sess. *de inhibit. c. 2.* §. 3. *concl. 1. n. 14.* qui postquam nostram sententiam admisit, reprobavit: & adeò verùm censet ut procedat etiam quando super aliquo jure incidenter per viam exceptionis, aut per modum causæ plenè cognitum fuisset, sicut super ipso principali, quia tunc sententia lata super incidenti parit etiam exceptionem rei judicatæ, ac si principaliter de illo actum fuisset, ut ex Bartol. Innoc. Panorm. Dec. & Ant. de Butrio probavit idem esse *ubi proximè n. 15.* 25

Præterea quod etiam objiciebatur, non esse necessarium ad detinenda vectigalia per Magnates probari scientiam & patientiam Principis quam nunquam probarunt, de quo *suprà n. 5.* facillimè excluditur, nam ultra quam ex plurium sententiâ longè probabiliori ad præscriptionem immemorialem scientiam & patientiam Principis requiri, ut in omnibus juribus incorporalibus desideratur ejus scientia & patientia, contra quem præscribuntur, & hanc tenuerunt opinionem Cynus, Bartolus, Baldus, Oldraldus, Salicetus, Angel. Castrens. Panorm. Aretin. Bertachinus, Ripa, Alex. Socin. Anania Boherius, Aimon, Craveta, & Palacios Rubios. quos refert Ant. Gabr. *lib. 5. communium, tit. de præscript. concl 1. num. 59.* Albertus Brunus, & alii, quos refert & sequitur Ioan. Garcia *de nobilit. glossa 7. n. 7.* Felinus, Iason. Socin. Iun. Ruinus, Beroius Crotus, Corneus, Cepola, Craveta, Cephalus, & Bursatus, quos refert Achilles Pedrocha *consil. 36 num. 386.* statuens hanc esse magis communem opinionem & ejusdem sententiæ, præter supradictos Covarru. Mascard. Raudensem, Sfortiam, & Azeved. refert Castillo *tom. 7. cap. 28. num. 4.* & de hoc egimus latius *alleg. 9 num. 14.* 26

Et ex eo contrariæ opinionis Doctores credidere- 27
runt, non esse necessariam patientiam & scientiam Principis, quia ex longo tempore videatur præsumi ut ex Becio, Padilla, Gutierr. Azevedo, Calixto, Ramirez, Peregrino, Barbosa, Surdo, Capitio, Mastrillo, & aliis probat D Castillo ubi proximè, & D. Molin quem maximè pro se ad hoc expendunt Magnates *lib. 2 de primogeniis, c. 6. n. 15.* idem tenuit eis verbis: *Vel ex eo quod ex hujus præscriptionis natura, scientia probatio necessaria non sit, vel quod ex tanti temporis lapsu hæc omnia præsumantur.* Igitur idem Molina & omnes qui in contrarium adducuntur ut scientia Principis non sit necessaria probari in præscriptione immemoriali, possessione, & detentatione vectigalium; inde probationem excludunt, quasi præsumatur scientia ex tanti temporis lapsu, & cum præsumptionem oporteat cedere veritati, *l. nuptura filio, ff. de jure dotium*, Surd. *consil. 37. n. 17. & conf. 80. n. 19. & conf. 523. n 18.* Grat anus *discept tom. 5. c. 832. n 15.* Thusc. *lit. P. concluf 612.* quando apertè constaret scientiam Principis non adfuisse, necessaria illa probanda, non enim potest manifestius ignorantia Regum nostrorum probari in hac re, quàm cum ipsi illam claris & non cavillandis verbis testantur *in d. l. 2. tit. 15. lib. 4. recop.* ibi: *Sin que seamos sabidores dellos*, & assertioni Principum semper credendum est, *Clem. 1. de probat.* ubi notatur, & ex Mascardo & pluribus ego notavi *alleg. 60 per tot.* & nulla potest contra illam præsumptio procedere, & ideò ut præsumatur Principis scientia, probanda est.

Denique quod ultimo loco objectum *n. 6.* ex de- 28
creto Regis nostri expeditum Kal. Septembr. anno 1628. videri ejus voluntatem declarari, ne istæ lites vectigalium adversus Magnates instituantur, & fisci Patrono mandatum revocatum, quia satis explicatum

catum relinquitur prædictum decretum *allegat.* 8. *n.*37. & cùm in eo nullo modo prohibeat Rex nollet, ut hæ actiones exerceantur, cùm facilè posset edicere, sed solùm dicat de illo velle deliberare, quia fortè aliqua proposita fuerunt Principi, ut ejus patrimonium posset damnum resarcire, quod ex Magnatum detentione vectigalium patiebatur; & qui deliberare dicit, non disponit, nec prohibet, ut *alibi* probavimus *arg. l.*1. §. *cassum, ff. de postulando, suprà alleg.* 8, *n.*49.

29 Dicendum est valde absurdum videri inde velle desumere revocationem mandati fisci Patroni, & illi prohiberi quod pro bono publico, ut popularis actio cuilibet de populo competit intendere, ut quod fisco usurpatum restituatur, ut resolvit Peregr. *de jure fisci lib.*6. *tit.*2. *n.*17. & probatur, *l.*1. *tit.*15. *lib.*4. *l.*3. *tit.*10. *lib.*5. *recop.* & non solùm id cuilibet permissum, sed adjunctis pœnis de quibus, *in l.*3. *tit.*8. *lib.*9. *recop.* jubetur illum qui cognoverit aliquid ex Regali Patrimonio injustè detentum, statim denuntiare, alias puniendum.

30 Et cùm Patronus fisci possit pro eo quascumque intendere actiones, generaliter, & sine aliqua restrictione, *l.*12. *tit.*18. *p.*4. *l.*1. *& per totum tit.*13. *l.*2. *l.*1. §.3 *tit.*2. *lib.*9. *recop.* non potest absque eo quod expressè revocetur mandatum prohiberi, cùm ultra ea quæ notavimus *alleg.*8 *n.*57. ut non videatur vetare qui expressè non prohibet, *arg l. qui vas*, §. *vetare, ff. de furtis*, faciunt verba Textus, *in l. unica*, §. *fin. autem ad deficientis, C. de caducis tollendis*, ibi: *Nam si contrarium volebat nulla erat difficultas conjunctim ea disponere, c. ad audientiam, de decimis*, eis verbis: *Nam si intelligeremus tantummodo de novalibus, ubi ponimus de laboribus, de novalibus poneremus.* Quia non videtur comprehensum quod facilè potuit declarari, si expressum non sit ex traditis à Menoch. *lib.*1. *præsumpt.*23. & addendi Craveta *conf.*6. *n.*66. Dec. *lib.*3. *conf.*114. *n.*15. Surd. *conf.*143. *n.*15. *& conf.*340. *n.*2. Cancerius 2. *tom. var. c.*20. *de legatis ex n.* 377.

31 Maximè cùm probetur ex eodem Textu qui in contrarium adducitur, esse necessariam expressam voluntatem ut mandatum datum revocari videatur *in l. Pomponius*, §. *in his, ff. de procurat.* ibi: *Si fortè evidens sit contra voluntatem eos experiri eorum, pro quibus interveniunt eos repelli.* Et cum nullo modo dici possit in dicto decreto evidenter revocari mandatum generale, quod habet fisci Patronus, videtur non posse prohiberi litem prosequi, & actionem intendere contra Magnates pro recuperandis vectigalibus: nam etsi in aliquo contractu expressè à Principe concederetur alicui uti privilegio concesso, vel officio, vel Princeps juberet, ne fiscus contra illū aliquid peteret, sed potius illum defenderet, quo casu evidens esset voluntas ne Patronus fisci mandato sibi concesso uteretur, adhuc illud intelligendum est, ne injustè aliquid petat, non verò si justè actionem intenderit nam id non prohibetur *arg. leg. Aurelio* 23. § *Gaius, ff. deliberatione legat.* ubi Scribentes, Covarr. *in c. Raynaldus*, §.1. *n.*8. Alberic. *in l. nullus videtur de reg. juris*, Carrot. *de locato*, 4. *p.* 9.14. *n.*36.

Tum etiam quia licet expressè Princeps judicia de vectigalibus contra Magnates non intendi juberet, tamen cum à tempore quo prædictum decretum prolatum fuit tredecim excurrerent anni, & in hoc tempore tot bella excitarentur, & propter ea ærarii publici penuria experta fuisset, de prædicto decreto quasi nocivo publicæ utilitati, novâ causâ interveniente, curandum non est, *l. ex facto, ff. de vulgari, l. quod semel, ff. de decretis ab ordine faciendis, c. suggestum de decimis, c. quanto de censib.* ubi Scribentes, & *in c. accedētes, de præscript.* Natta *conf.*63. Rolād. *conf.*1. *n.*170 *l.*2. Riminald Iun. *conf.*18. *n.*67. *& conf.*25. *n.*45. Lancellot. Gallia *conf.*25. *num.*40. Belluga *in pecul. Princip. reg.*35. §. *post. militares, n.*12. Francis. Ponte *de potestate Proreg. tit.*5. *n.*32. & 41. Ripa *responso* 7. *dub.*8. *p.*1. consonat de jure Regio, *l.*43, *tit.*18 *part.*3, ubi etiā notavit Greg. Lopez. 32

Et in casu simili publicæ necessitatis potest Princeps expendere bona subditorum, ut notant communiter Canonistæ *in c. quæ in Ecclesiarum, de const.* & nos *alibi* notavimus *alleg.*59. *n.*19. quanto magis permittendum Patrono fisci, ut vectigalia Regalis patrimonii recuperet, etiamsi expressè Princeps prohiberet, quando nova tam urgens & necessaria causa intervenit, maximè cum in præsenti nulla est prohibitio, nec tacita, nec expressa, ut sæpè animadvertimus.

Textus verò *in d. l. Pomponius*, §. *in his de Procu-* 33
ratoribus, l. illud. § *fin. ff. de minoribus* jam *suprà* explicari sunt, *alleg.*8 *n.*47. *&* 57. at verò textus *in l. si hominem* 30 *ff. mandati*, quem pro se adducunt Magnates, juncto consil. Cravetæ 732. minus etiam cōtra facit, quia Textus *in d. l. si hominem*, Maximè juvat factum Patroni fisci in præsenti, quippe in eo traditur, sine justa causa non posse Procuratorem factum domini, aut voluntatem revocare; at verò cum justa causa id rectè permittit, & ideò qui accepit hominem, ut eum manumitteret, si postea procurator id prohibeat sine mandato, imò potiùs contra mandatum Domini, si ex justâ causâ id fecerit, tradit Jurisconsultus teneri eum, qui non paruit denunciationi Procuratoris, etiamsi voluntatem Domini sequatur, & contra eam videtur agere Procurator, & illum textum interpretantur Decius, Ruin. Mozius, Josephus Ludovicus, & alii, quos refert Nevius *ibi*, Tiraquellus *de pœnis tempor. n.*23. *usque* 30. Pileus *quæst.*101.

An verò hodie justæ sint causæ recuperandi ve- 34
ctigalia? & ratio ipsa, & decretum Regis nostri ostendit, quo edicit maximè suam conscientiam gravari ex eo quod domini vassallorum detineant vectigalia: quibus adde verba, quæ *alibi* notavimus Domini de Soto *lib.*3. *de justitia & jure, q.*6. *art.*7. *n.*3. *vers. cæterum.* Consilium verò Cravetæ in longè dissimili specie procedit, videlicet quando Princeps expressè aliud privilegium dedit, vel concessionem fecit ad beneplacitum ipsius Principis, quia non potest ab ejus Ministris revocari, quod longè differt à tolerantia, & nostro casu.

ALLEGATIO. XVI.

Præscriptio non procedit nisi in jure causato.

1 *Præscriptio sine possessione non procedit.*
c. sine possessione de reg juris.
2 *Possideri non potest quod non extat.*
Non entis nullæ sunt qualitates.
l. qui superstitis, ff. de acquir. hared.
C. auditis de præscription.
*l.*1. §. *hoc interdicto. ff. de itinere actúque privato.*
3 *Consuetudinis, & præscriptionis differentia proponitur.*
4 *Præscriptio tollit jus causatum, consuetudo inducit de novo.*

5 §. *si quis per triginta, titulo si de feudo defuncto, & c. n. 6. & 7.*

6 *Feudum præscriptione adquiri non potest, nisi res ut feudalis possideatur.*

7 *Possideri non potest nisi quod certum est.*
l. possideri 3. §. incertam, ff. de adq. poss.

8 *Præscribi non potest quod jure communi competit.*
l. sequitur 4. §. lana, ff. de usucapionibus.

9 *Præscriptio, ut procedat, debet res possideri ut præscribenda.*
l. sequitur 4. §. furiosus, ff. de usucapion.

10 *Possessio rei diversæ non infert ad possessionem alterius, nec jungitur ut prosit.*

11 *Formaliter res possidenda & apprehendenda ut præscriptio procedat.*
l. cum hæredes, ff. de adquir possess.

12 *Possessio naturalis non sufficit, sed civilis requiritur ad præscriptionem.*
Possessio civilis adquiri nō potest sine affectu possidendi.
l. 1. §. per Procuratorem, ff. de adquir. possessio.
l. communi, 42. §. Procurator. ff. eodem.

13 *Possidere non potest, nisi qui rem naturaliter apprehenderit.*
l. possideri 3. §. inde Neratius, ff. de adquir. possess.
l. possideri 3. §. inde Neratius, vers. caterum, ff. de adquir.
l. peregrè 44. ff. de adquir. possess.

14 *Præscriptio non procedit ex generali detentatione, nisi specialiter res apprehendatur.*

15 *Depositarius non potest possidere rem depositam, nisi eam loco moverit, animo abdicandi possessionem.*
l. possideri, §. si rem, l. si rem 47. ff. de adquir. possess. conciliantur.

16 *Possessio distincta & formalis necessaria ad præscriptionem.*
c. cum Ecclesia Sutrina, de causa possess. & propriet.
c. cum de beneficio de præbendis lib 6.

17 *l. qui universas 30. ff. de adquir. possess.*

18 *l. rerum mixtura, §. Labeo ff. de usucapion.*

19 *Præscriptio non causatur ex actu negativo, sed requiritur positivus possessionis.*

20 *Annuæ solutiones tot habent præstationes quot anni.*

21 *Successori qui ex jure proprio succedit non nocet negligentia antecessoris.*

22 *Majoratus successori non nocet negligentem fuisse possessorem.*
l. fin. §. sed quia, C. comm. de legat.
l. 1. C de bonis maternis.
l. cùm notissimi, §. illud, C. de præscript. 30. vel 40. annorum.

23 *Privilegium non amittitur per non usum in juribus incorporalibus meræ facultatis, sed sunt necessarii actus contrarii prohibitivi.*
l. 1. ff. de nundinis.

24 *Præscriptio in Iuribus incorporalibus non procedit, sine scientia & patientia ejus contra quem præscribitur.*
Principis ignorantia in rebus facti præsumitur.
l. verius 21. ff. de probationibus.
l. quanquam 17. ff. ad S. C. Velleian.

25 *Principem præsumitur ignorare proprium factum propter negotiorum molem.*
Magistratum præsumitur ignorare proprium factum ex multis negotiis.
c. cum olim, de re judicata.

26 *Reges Castellæ in testamentis improbant possessionem, quam vassalli usurparunt, de Iuribus Regalibus.*
Vita hominis an longior centum annorum?

27 *Præscriptio in materia inhabili procedere non valet.*
l. ubi lex, ff. de usucapionibus.
Præscriptionis prohibitio à lege facta eam interrumpit.
c. 17. & 18. Bullæ in cœna Domini.
Præscriptio semel interrupta non potest nec per mille annos reviviscere.

28 *Privilegium amittitur per non usum.*
c. si de terra de privil. & n. 29. & 36.
c. accedentibus de privilegiis, & n. 29. & 36.
l. 22. tit. 18. p. 3.

29 *Privilegium amittitur per actum contrarium.*

30 *Præscriptio non causatur contra eos qui non sunt negligentes.*

31 *Privilegium non dicitur amissum per non usum, quando actus factus contra privilegium non inducit ejus renunciationem.*

32 *Privilegium permissivum, nihil fit contra illud non utendo.*

33 *l. 1. tit. 21. lib. 9. recop.*
l. neque utilem, ff. ex quibus causis majores.

34 *Præscriptio etiam invito aufert dominium & in alium transfert.*

35 *Privilegium quando concessum dignitati non potest renunciatio possessorum nocere.*
Privilegium solum amittitur per non usum illius, qui alias potuisset privilegio renunciare.

36 *Privilegium quando amittitur in præteritum non in futurum.*
l. 2. ff. de veteranis.

37 *Privilegium concessum Cameræ & dignitati reale existimatur, nec renunciatione Regis amittitur.*

De eadem re, quando immemorialis procedere non possit in Tertiis, eo quod Tertiæ nunquam separatæ à Decimis, & ideò non possessæ ut præscribantur, pro explicatione l. 1. tit. 21. lib. 9. recop.

IN multis controversiis, quæ circa Tertias in Regno & supremo Senatu Regalis Patrimonii se obtulerunt, apparuit Ecclesias aliquas nunquam deduxisse Tertias, ut Principi applicarentur, nec mandasse executioni Rescripta Pontificum expedita circa Tertias in favorem Regum nostrorum, sed integrè & indistinctè decimas suas percepisse: quo casu cùm nullus alius consideretur recursus, ut contra expressa rescripta Pontificum jus Regium excluderent in tertiis, ad præscriptionem immemorialem confugiunt, juxta *l. 1. titulo 21. lib. 9. Recopil.* & ultra plura quæ in his casibus immemorialem excludere possent, quæ unusquisque percipiet *in allegatione* 28. & prout casus exegerit inducet: in hac tamen specie videtur nullo modo posse immemorialem locū habere, quippe cùm nulla præscriptio sine possessione procedat, *c. sine possessione, de reg. juris*, Puteus, *decis. 107. part. 1.* Mascardus *de proba-*

probation.concl.24.n.23.& concluſ 946.n.8. Capicius *deciſ.209.n.32.* Boherius *deciſ.55.num.6.* Monach. *deciſ. Lucenſi, 14.num.36.* Hondedeus *lib.1.conſ.79. num.47.*

2 Et cùm Tertiæ non ſeparentur à decimis dici non poteſt poſſideri potuiſſe, quia quod non eſt, nec poſſideri valet, aut præſcribi ex doctrina Baldi, *in l.1.in principio, C. de emancipationibus liberorum*, quippe non entis nullæ ejus qualitates exiſtimantur, *l. qui ſuperſtitis.ff.de adquir.hæred.* Antonius Gomez *variar.tom.1.cap.1.nnm.9.& in l.17.Tauri, n.19.* Cevallos, *tom.4. commun. quæſt 905.n.80.* Gutierrez, *practic.lib.3.q.35.n.30.* ex Tiraquello, Surdo, Tuſcho, & pluribus, Velaſco *Axiom.Iur.lit. N,n.52.* & præſcriptio eſſe non poteſt in eo quod erat tempore quo incipere debebat præſcriptio, ita ut immemorialis non procedat, quando illud circa quod allegatur non extare à tempore immemoriali conſtat, ſed aliquibus annis antequam præſcriptio allegaretur, inciperet, ut cùm rem ab immemoriali non fuiſſe appareat, deſtruatur immemorialis, quæ rei adhæret, *cap.auditis*, ubi Gloſſa Panormit. & Felinus *de præſcript.l.1.§. hoc interdicto, ff.de itin. actúque privat.* Pariſ. *vol.1.conſ.114.n.23.uſque 29.* Rolandus *vol.2. conſ.94.n.17.* Ludovicus Gomezius, *deciſ.346.n.9.* Oſaſcus *deciſ.29. num 16.* Seſſe *deciſ.187.num.59.* Rebuffus *de decimis.quæſt.14.n.9.* ex Boherio, Hondedeo, Monacho, Molina, Antonio Gabriele, Garcia, & aliis, Auguſtinus Barboſa *in collectanea dicti c. auditis, n.2.*

3 Nec conſiderari valebit Tertias poſſideri quæ nunquam fuerunt, quia præſcriptio non poteſt inchoariſine poſſeſſione, Oldrad. *conſ.264.in verſ. Primò quidem*, Bald. *lib.5.conſil.365.* Aymon. *conſ.71.num.3.* Pariſius, *lib.3. conſ 92.n.39.* Alex. *lib.6.conſ.228. n.6.* & ideò notavit Baldus, *lib.5.conſil.401.* maximè differre conſuetudinem & præſcriptionem, nam præſcriptio eſt uſurpatio rei alienæ in eſſe productæ, conſuetudo verò quædam forma introducta ex conſenſu populi ſine uſurpatione juris alieni, & ideò ſucceſſionem recipit, & futura nondum nata, præſcriptio tollit præterita jam formata, ut notarunt Bellamera *conſil.10.in verſic. Tertiò differt*, Corneus *lib.3.conſ.22.n.30.*

4 Et quando jus alicui auferetur, non dicenda conſuetudo, ſed præſcriptio, Rolandus à Valle *lib.1. conſ.5.n.76.* Aymon. Craveta *de antiquit.tempor.4. part.ſectione 1.per totam*, Nicolaus Garcia *de beneficiis.5.p.c.4.n.98.& 99.* ubi pro hac opinione plures Rotæ deciſiones refert Cæſar de Graſſis *dec.2.* de his quæ fiunt à Prælatis, *n.3.& 4.* Oliverius *in annot.ad D.Alex.Ludoviſ.deciſ.191.lit.A,n.6.*

5 Vnde cùm in hoc caſu nunquam conſtet ex cumulo decimarum Tertias deductas, non valebit in eis poſſeſſio conſiderari, nec præſcriptio; quia ea dicitur quæ tendit ad tollendum quod jam eſt in eſſe productum, ut tradit Balbus *de præſcript.1.part.q.10. n.12.* & antea tradiderat Iaſon. *in l.de quibus, n.43.ff. de legibus*, ut præſcriptio currere incipiat à tempore primi actus, qui præſcribi intenditur, idque firmat ex Bartolo, Angelo, Imola, & Ioanne Andrea; & facit Textus *in § ſi quis per triginta, tit. ſi de feudo defuncti contentio ſit*, ibi: *rem aliquam poſſedit*, quaſi in ea quæ ſione, an ſufficiat rem poſſidere, ut inde oriatur præſcriptio rei feudalis, rectè tradatur non pro eſſe poſſeſſionem, niſi quæ tendit ad id quod præſcriptione acquirendum.

6 Et ideò Doctores quærunt, qui de re inveſtitus non fuit, an præſcriptione poſſit rem feudalem acquirere? & tradunt tunc poſſe rem ut feudalem acquire-

re, & præſcribere, quando illam poſſedit ut feudum, ex Baldo, Alvaroto, tradit Balbus *de præſcript.4. p. q.1.n 1.* ubi non probat non ſufficere longiſsimi temporis poſſeſsionem, ut præſcriptione feudum acquiratur, niſi poſſeſsio fuerit uniformis, ideſt, habita ſemper tanquam feudalis, quod etiam tenuit Alex *lib.2.conſ.169.n.7.* ſtatuens debere poſsidere formaliter qui ex poſſeſſione præſcribere intendit.

Et certum eſt non poſſe acquiri poſſeſsionem quando res non eſt certa ratione quotæ, ut in noſtro caſu quia nunquam potuerunt Tertiæ poſsideri, ut *argumento legis poſſideri 3.§.incertam.* ubi Gloſſa, *ff. de acquir. poſſeſſ.* ubi Bart. Caſtrenſis, Iaſon. Alex. & alii ex Cephalo, Nevizano, Romano, Tiraquello, & aliis, notavit Surdus *conſil.423. n.38.* ubi de ſimili feudali poſſeſsione agit, adducens Baldum, & ex Bartolo, Curtio ſeniori, Croto, Bertrando, & Craveta *ibi n.39.* probat non poſſe legitimam ante liquidationem poſsideri propter incertitudinem; cui addendus idem Surdus *conſ.168.n.48.& conſ.225.n.12.* ita ſimiliter Tertia in noſtro caſu, quæ nunquam deductione Tertiarum certificatæ poſsideri non poterunt quemadmodum diximus *in feudo dict.§.ſi quis per triginta.*

Ex quo Doctores tria colligunt cumulativè neceſ- 8
ſaria ad præſcriptionem: Primum continuam poſſeſſionem ſine interruptione: ſecundùm, rem poſsidere formaliter tanquam feudalem: tertium, quod incipere præſtare ſervitia Domino ut notavit Gloſſa magna in titulo de feudo dato, in vicem legis, *§.fin.* Alex. *ubi proximè, & lib.4.conſ.112.n.13.* Decius *conſ.144. verſ.ſed his non obſtantibus.* Et nihil præſtabit poſſediſſe omnes decimas & percepiſſe niſi quotam tertiarum poſsideret, nam debet poſſeſsio eadem jure procedere, ut notavit Baldus *lib.3. conſ.159. n.10.* ubi animadvertendum eſt, quod ille tradit, Regem non poſſe præſcribere aliquid in ſuo Regno quoad juriſdictionem, vel imperium, quia id habet de jure communi; ac perinde cum jure communi poſſederit Eccleſia decimas, non poterit præſcribere Tertias, *argum l ſequitur 4.§. Lana ff.de uſucap.* ibi: *Saltim emptoris ſit.*

Et omnino neceſſum eſt, ut res poſſideretur talis, 9
ut præſcribenda, & ut inquit Textus *in l.ſequitur 4.§.furioſus, ff.de uſucap.* ibi: *Sed hæc perſona ita dominum uſucapere poteſt, ſi ex ea cauſa poſſideat, ex qua uſucapio ſequitur*, Et addenda ſunt quæ circa hunc Textum notavit Gilquenius *de præſcription.3.p.c.2. num.7.*

Et cùm præſcriptio procedat circa Tertias, & 10
nunquam fuerint Tertiæ poſſeſſæ, inde fit, ut præſcribi non poſſint, nec dicendum eſt, quoad Tertias pertinet poſſidere ſimul cum poſſeſsione decimarum, nam hæc poſſeſsio quæ ad decimas pertinet, ex diverſo jure procedit, quam poſſeſsio Tertiarum, & poſſeſsio unius non infert poſſeſsionem alterius, nec jungitur ut proſit, ut tradit Baldus *lib.3.conſ.439.n.5.*

Sed verè non ſolùm ſpecialiter poſſeſſæ non 11
ſunt Tertiæ, ſed nullo modo poſſeſſæ nec poſsideri poſſent, quia licet generaliter in decimis id eſſe videantur Tertiæ, & eis comprehenderentur: tamen Tertiæ non poſsidentur antequam Tertiæ deducantur ex decimis, nam quamvis hæres in hæreditate omnia jura habeat, & ipſo jure in eum tranſeant, tamen titulus pro hærede non inducet præſcriptionem, antequam cujuſque re quæ præſcribenda, poſſeſsionem ſpecialiter apprehendat, *l.cum hæredes, ff. de adquir. poſſeſſione*, quia deficit unum ex ſubſtantialibus præſcriptionis, ſcilicet traditio vel quaſi, ut *argumento legis*,

cùm solus 29. *ff. de usucapionibus*, notavit Bald. *d. lib.* 3. *cons.* 159.

12 Et quamvis generaliter decimas aliquis possideret, & naturaliter tenere videatur Tertias quæ ex decimis deducendæ, tamen non sufficit naturalis possessio, quando agitur de re præscribenda, & dominii adquisitione, Calderinus *consil.* 195. *alias* 5. *sub titulo de præscriptionibus in principio*, Alexander *cons.* 35. *n.* 3. *in vers. pro ista opinione*, Socinus *cons.* 47. *n.* 12. *lib.* 1. Covarru. *in reg. possessor.* 2. *part. n.* 7. *in vers. est igitur necessaria*, civilis autem possessio non potest adquiri sine affectu possidendi, *l.* 1. §. *per Procuratorem, ff. de adquir. possess.* de cujus conciliatione cum *l. Communis* 42. §. *Procurator*, *eodem titulo*, videndus Covartu. *lib.* 3. *variar. cap.* 16. *n.* 9. Donellus *lib.* 5. *comment. c.* 8.

13 Sed etiam si quis affectum habeat possidendi nisi rem naturaliter apprehenderit, non potest verè possidere *l. possideri*, 3. §. *Neratius, ff. de adquir. possess.* & cùm in hoc casu, nec affectum habuissent possidendi Tertias non separatas, nec in eis apprehensio considerari valeat non poterit præscriptio procedere.

14 Pro qua re pondero Textum *in d. l.* 3. §. *Neratius, versic. caterum, ff. de adquir. possess.* ubi quæstionem proponit Iurisconsultus, si aliquis fundum usuceperit, an simul cum eo thesaurum qui ibi conditus erat, usuceperit. Et quamvis Brutus, & Manilius tenuerunt; quia fundo continebatur ejus occasione thesaurum usucapi, tamen Sabini sententiam probat Paulus, ut sive ignoret, vel sciat possidens fundum ibi conditum esse thesaurum, usucapi non posse; nam qui nescit, non possidet thesaurum, quamvis fundum possideat, qui verò scit, quia ejus non apprehendit possessionem, nisi loco moverit, nec possessio fundi tendit ad thesauri possessionem, quàm etiam rationem tradit Papinian. *in l. peregrè* 44. *ff. de adquir. possess.* ibi: *Cum si alius in meo condidisset, non alias possideret, quàm si ipsius rei possessionem super terram adeptus fuisset* agit enim Iurisconsultus, quãdo qui peregrè profecturus pecuniam custodiæ causâ in terra condidit; & cum reverteretur, & locum ubi condiderat, in memoria non repeteret; quærit, an desineret pecuniam possidere, & tradit non amittere possessionem, quia cum primò ejus pecuniæ possessor fuisset; adhuc possessio retinetur, nec damnum adferre debet possessioni memoriæ infirmitas. quando alius possessionem non invasit, & tradit nihil interesse, an pecuniam quis in suo, vel alieno fundo condidisset, quia etiamsi in alieno deponeret, alter non posset cum fundo possidere pecuniam nisi eam à terra defoderit, & suprà terram ejus possessionem apprehenderit, quasi non sufficiat generali detentatione aliquid contineri, nisi specialiter possessio ejus apprehenderetur, ut notarunt Doctores per Textum *in l. possideri* 3. §. *Neratius, ff. de adquir. possess.* Bart. *in l. fin. C. de Sacrosanct. Eccles.* Innoc. *in c.* 2. *de consuetudine*, Cevall. *q.* 156. *ad fin.* Barbosa *in l. divortio*, §. *si fundum, n.* 35. *ff. solut. matrim.*

15 Rursus, quod plus est, etiamsi quis rem ipsam in specie habeat, non tamen ex ea causa, ex qua possideat, ut depositarius, qui rem depositam detinet, & non possidet. etiamsi velit etiam à Domino abdicare, & sibi possidere, tamen id facere nullo modo potest, nisi rem ipsam loco moverit, quasi rem quam habet, & detinet, nisi ad hoc ut specialiter in eam novam possessionem adquirat, possidere non videatur, *l. possideri* 3. §. *si rem, ff. de acquir. possess.* nec obstabit *l. si rem*, 47 *ff. de adquir. possess.* ibi: *Nec reddere constitueris*, ubi in eodem casu denotari videtur, eo ipso quod noluit reddere depositarius amittere possessionem deponentem, quia ibi *constitueris*, accipiendum est, cum effectu, cum depositarius sibi apprehendit possessionem, quomodo eum Textum accipit Duarenus *in d. l.* 3. §. *si rem*, Donel. *lib.* 5. *comment. c.* 12. Osvald. *ibi in notatis lit. D*, interpretatur verba, *si possidere constitueris*, id est, si volens possederis, *argum. leg. ultim. ff. de rerum divisione*, ibi: *Transcendere voluerit*, pro volens transcenderit: igitur certum est absque eo quod res quam quis habet in specie, ut depositarius animo possidendi eam loco movens apprehenderit, non posse in ea adquiri possessio. Salicetus *in l.* 3. *C. depositi*, Panormit. *in cap. quod propter ad fin. de electione*, Osvald. *ad Donel. lib.* 5. *comm. c.* 12. *in notatis lit. D*, & omnes notarunt *in d. l.* 3. §. *si rem, ff. de adquir. possess.*

Similiter necessarium erat, ut aliquando ex decimis Tertiæ deducerentur, ut formaliter posset in eis considerari possessio, aliàs non distincta nec formalis ad præscriptionem non proderit, ut notatur communiter *in cap. cum Ecclesia Sutrina*, *de causa possessionis, & proprietatis*, & notari solet *in cap. cum de beneficio de præbend. lib.* 6. & pluribus firmat hanc doctrinã Balbus *de præscriptionibus* 4. *p. q.* 1. *n.* 1. *in vers. & sufficit*: aliàs enim in hoc casu cùm ad immemorialem præscriptionem debeat omnino probare, qui præscribere intendit se possedisse Tertias; & nunquam possessæ præscriptio non procedat, quia ea qualitas probari debebat, & nec allegata est, aliàs enim non præsumitur possessio Tertiarum, sed usurpatio etiam per mille annos, ut in simili notavit Rebuffus *de decimis, q.* 13. *n.* 76. 78. Veraldus 1. *part. decis.* 252. *n.* 2. & *decis.* 376. *n.* 2. 2. *p.* ubi tradit ita in Rota fuisse judicatum. 16

Deinde Tertias hoc casu non potuisse possideri suadetur ex sententia Pauli Iurisconsulti *in l. qui universas* 30. *ff. de adquir. possess.* ubi qui universas ædes possidet, singulas res possidere non videtur, & ideo usucapi non possunt res singulæ, *l. enim qui ædes* 22. *ff. de usucap.* sed & id magis probatur ex Textu qui in contrarium adducitur *in l. rerum mixtura*. §. *Labeo, ff. de usucap.* ubi si is cui ad regularum vel columnarum usucapionem decem dies supererent, in ædificium eas conjecisset, nihilominus eum usucapere si ædificium possideret, & sive admittas interpretationem antiquiorum, qui ex pauco tempore decem dierum non inhibendam usucapionem tenuerunt, quod rejicit Donellus *d. lib.* 5. *comment. c.* 12. quia etiamsi pauci dies supererent, non mutatur jus possessionis, ut ea deficiente non procedat usucapio) quasi jam qui eam tenuerunt interpretationem, fateri videantur non possideri regulas, vel columnas aliarum rerum occasione, sive cum Donello teneas, ideo sustineri usucapionem, quia formaliter & specificè regulæ, & columnæ ab initio possessæ fuerunt, & ea possessio prodest ad usucapionem complendam, quamvis obliteretur & confundatur possessio cum possessione ædificii, dum in illum conjiceretur, quippe ipse Donellus ideò usucapionem vel possessionem admittit, quia specifica in columnis, & regulis à principio possessio fuit, quod omnino in nostro casu deficit in Tertiis, quia nunquam in eis possessio potuit considerari. 17

Et quamvis admittas sententiam Osvaldi qui reprobat Donell. *in natatis dict. c.* 12. *lit. C.* & emendationem, quam ex Cujacio refert, ut *in dict.* §. *Labeo*, verba *nihilo minus*, interpretanda sint *nihilo magis*, ut ex Gilberto Regio *lib.* 1. *Enantiofanon. c.* 20. aliqua jura adducit, semper omnium concors sententia est, non posse regulas, vel columnas, etsi per se à 81

princi-

principio ſpeciem ſeparatam conſtituerint, cum in alia re includuntur, per ſe poſſideri, ut notarunt *in d. l. cum qui ædes 23. ff. de uſucap.* & Bart. *in l. univerſas, ff. de acquir. rer. domin.* Bald. *in l. 1. n. 4. C. de ſervis fugit.* Dec. *in l. ſi emancipari. n. 15. C. de collat.* Socin. Iunior. *conſ. 159. n. 16.* Unde tertiarum poſſeſſio quæ conſiderari non valet, non poterit producere præſcriptionem.

19 Præterea quia ex hoc caſu dici non poteſt, qui decimas poſſedit, Tertias poſſediſſe, nec id intendit, ſed ſolùm allegat nunquam deduxiſſe Tertias, tunc enim ex actu illo negativo cauſari præſcriptio non oportet, poſitivum enim eſſe debet poſſidere Tertias & eas præſcribere, ut ex doctrina Alexandri, Caſtrenſis, Iaſonis, & aliorum probavit Craveta *conſ.* 154. *n. 2.* ubi tradit ex actu negativo, ut quis non fecit, non produci præſcriptionem niſi contra probetur, facere prohibuiſſe, & ſolum actum negativum habere vim ſententiæ, quando habet implicitum affirmativum, ut ex eo appellatio ſit admittenda, poſt Butrium, Francum, Decium, Cardinalem, & Alexandr. D. Salgado *de protectione 2. p. c. 1. n. 72. & n. 104. cum ſequent.*

Maximè quia in annuis ſolutionibus, ut Tertiarum
20 tot præſtationes, quot anni exiſtimantur, & tot requiruntur præſcriptiones quot ſunt anni, ut ex Butrio Fulgoſio, Boërio, Guidone Papa, Cepola, Capella Toloſana, Putteo, Mohedano, & Cenſio, probavit Gratian. 5. *tomo diſcept. c. 883. n. 14.*

21 Tum quando privilegium ut in præſenti conceſſum Regibus Hiſpaniæ, & ita omnibus in Regno ſucceſſoribus, tunc eis prædeceſſorum negligentia non nocet, quia ex proprio jure ſuo ſucceſſores utuntur Privilegio, ut ex Caſtrenſ. Dec. Sylvan. Tiraq Covar. Menoch. & Mieres probavit Seſſe *deciſ. 74. num 25.* Avendaño *de cenſibus, cap. 68. num. 23.* Surdus, *conſ. 419. num. 28.* P. Suarez *de legibus lib. 8. c. 34. per totum* Hector Æmilius *de jure feudali, quæſt. 32. n. 43.* Natta *conſ. 437. num. 36.* Caputaquenſis *lib. 2. deciſ. 378.* Suarez *allegat. 3. n. 2.* ex ſententia Baldi *in cap. 1. n. 2. verſ. ego autem, tit. ſi vaſſallus feud. privetur.*

22 Ut in materia ſucceſſiva quilibet habet jus de per ſe; & tanquam independens ab alio, & juxta Curtium juniorem *conſ. 181. n 4. & 5.* nunquam currit præſcriptio ad aliquem actum explicandum, antequam ille actus incipiat, explicari poſſe, & ut tradit Corneus *volum 2. conſ. 43. n. 1. uſque ad n. 13.* præſcriptio etiam immemorialis non poteſt incipere antequam nata ſit actio; & ideò in majoratibus negligentia prædeceſſorum non nocet ſucceſſori, qui habet in ſe jus proprium, quia non poteſt concurrere poſſeſſio contra aliquem, antequam illius jus purificetur, *l fin. §. ſed quia ff. commun. de legat. l. 1. C. de bonis maternis, gloſſ. in l. cum notiſſimi §. illud. verbe longè pertext. ibi, C. de præſcript. triginta.* Natta *conſ. 437. n. 5. & 6.* Oſaſco *conſil. 15. n. 32.* Hippolytus Riminald. *conſ. 33. n. 142.* Mieres *de majoratibus. 4. part. quæſt. 21. ex num. 6.* Anton. Gomez *in l. 40. Tauri, n 90.* Fachin. *lib. 7 controverſ. c. 12.* ubi reprobat Pinellum, qui contra tenuit, & ubi non eſt negligentia ſucceſſoris, ad quem jus non devenit, non debet eſſe præſcriptionis pœna, Gratian. *tom. 2. c. 247. n. 10.*

23 Sed in his juribus incorporalibus meræ facultatis, ut eſt percipere ex decimis Tertias, vel non, juxta privilegium limitatur Doctrina, *l. 1. ff. de nundinis,* ut privilegium per non uſum amittatur, & erat neceſſaria prohibitio uſus privilegii, ut ab ea præſcribi poſſet doctrina *gloſſæ fin. juncto textu in l. fin. C. finiũ regundorum.* ubi Doctor. Franch. *dec. 166. n. 8.* Theſaur. *deciſ. 16. n. 4. deciſ. 245. n. 4.* facit elegans doctrina Andreæ Gailii *lib. 2. obſervat. 60. n. 4.* qui ex Alexandro, Felino, & aliis, docet jus aliquod per deſuetudinem amitti, intelligendum quando fiunt actus contrarii, ſine quibus amitti non poteſt, etiamſi per mille annos quis eo non uteretur, ideò cùm nunquam ex decimis deductæ tertiæ, nec Regni denegatæ contra illum circa Tertias præſcribi non poteſt.

24 Præterea in juribus incorporalibus, ut eſt jus percipiendi Tertias, non poteſt cauſari præſcriptio ſine ſcientia & patientia ejus contra quem præſcribitur. nam in ea conſiſtit poſſeſſio ſine qua præſcriptio. eſſe non poteſt. Bart. *in l. naturaliter n. 7. ff. de adquir. poſſeſſ.* Angel. *in l. cùm notiſſimi, §. imo & illud, C. de præſcript. 30. n. 6.* Caſtrenſis *in l. 2. n. 5. C. de ſervit. & aqua,* Alex. *lib. 2. conſ. 108. n. 4.* Abb. *in c. illud n. 21. de præſcript.* Ioannes de Amicis *conſ. 50. n. 8. & conſ. 56. n. 7.* Aymon. Craveta *lib. 5. conſ. 973. n. 23. 24.* Cavalcanus *lib. 5. deciſ. 4. n. 55. & deciſ. 7. n. 15.* Antonius Faber. *in C lib. 2. titulo de longi temporis præſcriptione, definitione 2.* & niſi à tempore prohibitionis non poteſt præſcribi jus prohibitivum, *ex c. Abbate, de verbor ſignific. l. 15. tit. 15 tit. 31. p. 3.* Iaſ. *in l. quominus, n. 29. ff. de fluminibus.* Ripa *in cap. cum Eccleſia Sutrina, de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Bald. *vol. 4. conſ. 473. n. 5.* Hippolytus, Riminald. *vol. 5. conſ. 589. n. 50.* Bellonus *conſ. 8. n. 15.* Craveta *conſ. 952. n. 15.* Gratianus *tom. 2. diſputationum, c. 292. n. 10* quia ex hac prohibitione inducitur ſcientia ejus, contra quem præſcriptio procedit, nec ſine ea ſuſtinebitur, ut præliximus, & cũ in hoc caſu non appareret Regi volenti deducere Tertias, prohibitũ fuiſſe ab Eccleſia, qui decimas poſſidebat, nec probaverint ſcientiam Principis nullo modo præſcribere poterit, quia facti ſcientia in Principe non præſumitur, imò potiùs quæ ſunt facti ignorare cenſetur *l. verius 21. de probat. l. quamquam 17. ff. ad Senatuſconſ. Velleian.*

Sed & facts propriis ipſius Principis non poteſt 25
præſumi ſcientia, vel memoria propter magnam negotiorum molem, Anchar. *in c. 1. n. 5. de conſtit. in 6.* Panormit. *lib. 2. conſ. 20. n. 2.* ex aliis, Thuſcus, *practicarum lit. I. concluſ. 15. per totum,* & probatur expreſsè. *c. Cùm olim, de re judicat.* ubi gratia Pontificis videtur ſubreptitia, ſi expediatur contra ſuum factum, nec ei expreſſum, quia præſumitur ejus immemor, & ſimiliter in magiſtratibus & aliis hominibus, multis negotiis implicatis præſumitur ignorantia facti proprii, Bart. *in l. quod juſſit, in fin. de re judic. & in l. non fatetur, n. 10. ff. de confeſſis,* Bald. *in l. 2 q. 6 n. 9. Cod. de reſcind. vendit.* Maranta *in l. is poteſt, n 227. ff. de adquir. hæred.* Maſcard. *concluſ. 879. n. 53.* Menoch. *lib 6. præſumpt. 23. num. 47.* Igitur prohibitione deducendi Tertias nunquam facta non probata aut præſumpta ſcientia Principis, aut Magiſtratuum, ejus facti ut Tertiæ non deducerentur præſcriptio non admittenda.

Juvat quia ex teſtamentis Regum Caſtellæ vide- 26
licet D. Reginæ Catholicæ Imperatoris Caroli V. Philippi II. & Philippi III. revocata fuit quælibet diſſimulatio quam haberent in permiſſione poſſeſſione Tertiarum, & nullam reddiderunt quamcumque præſcriptionem impletam, & hoc poſſe Principem facere tenuit Petra *de poteſtate Principis, q. 15. n. 15.* tamen ſine dubio in hoc caſu non procedet immemorialis, nam cum abhinc cẽ um & triginta annis à tẽpore Regum Catholicorum, & Regum ſuc-

cessorum, testamentis improbata esset præscriptio, ante reprobationem præscriptionis non potest aliqualiter hodie probari eam fuisse jam causatam, quia cum longior vita hominis centum annos non excedat, *l. an usufructus 63. ff. de usufructu*, ex Bart. Dec Gozadino, & Alciat. tenuit Menoch. *cons. 60. n. 37.* & nullus testis poterit de præscriptione hodie disponere, ac perinde prodesse non valebit.

27 Tum & ab eo tempore in Tertiis præscriptio procedere non valet, quasi jam in materia inhabili, & prohibita *argumento l. ubi lex. ff. de usucap.* & *ibi* communiter Doctores, *Bald. de præscrip. 5. p. 5 partis, q. 7.* Cephalus *lib. 1. c. 40. n. 46.* & in simili casu probatur *l. usus aquæ, C. de fundis rei privatæ, l. 11.* Glos. *in c. illud verbum præsumptum 9. distinctione*, Parisius *vol. 1. cons. 27. n. 53.* Raudensis *vol. 2. cons. 1. n. 449.* Hector Æmilius *de jure feudali, q. 42. n. 31. cum sequent.* & hæc generalis declaratio testamentorum sufficere ad interrumpendam præscriptionem immemorialem, quemadmodum ex clausula Bullæ in Cœna Domini, *c. 17.* & *capite 18.* Bullæ in Cœnâ Domini, quâ prohibent Pontifices usurpationem, bonorum, & redditnum Ecclesiæ Romanæ; & jubent, nullus audeat sibi retinere, tradunt Doctores id sufficere, ut interrupta præscriptio censeatur, & postea ex nullis actibus possit impleri, Felinus *in c. cum non licet, n. 19. de præscript.* Crescent *decis. 4. de locato, n. 5.* Gratian. *1. tomo disceptationum, c. 52. n. 6. cum tribus sequentibus*, ubi ex Calderino & Sorino probat contra Navarr. & alios, & semel intercupta præscriptio non potest etiam per mille annos reviviscere, *cap fin.* ubi Glos. & Doctores *de præscriptionibus*, Rebuff. *ad constitutiones Regias tom. 2. tit. de melcan mutat & vendent. glos. 22. vers. tamen de jure* Ruinus *volum. 4. cons. 118. num. 13.* Mandelus Albensis *cons. 484. num. 80.* idem *cons. 222. n. 10. cum sequent. vol. 2.* Puteus *lib. 3. decis. 385. num. 2. & 4.*

28 Sed contra prædicta opponere solebant præscriptionem, quæ admittitur contra desides juris sui conservandi & possidendi, potuisse ex negligentia Principis in hoc casu locum habere, & quamvis præscriptio non procedat, tamen privilegium Regum Castellæ, ut possint percipere Tertias decimarũ per non usum, ex longo tempore amissum fuit, cùm nunquam in his Ecclesiis Tertiæ petitæ fuerint, *c. si de terra, c. accedentibus. de privilegiis, l. 42. tit. 18. p. 2.* facit doctrina Glossæ Innocentii, Panormitani, Felini, & omnium *in c. cum accessissent, de constit.* Bartoli & aliorum *in l. falso, C. de diversis rescriptis, & in l. 1. ff. de nundinis*, Abbas *lib. 2. cons. 61. n. 7.* Menochius *libro 6. præsumptione 41. n. 16.* Greg. Acazius *de privilegiis, lib. 3. c. 15. n. 23.* Carolus *de* Tapia *in l. fin. de constit. Princip. 2. p. c. 1. n. 1. cum sequent.* Antonius Faber *ad Codicem, lib. 7. titulo 25. definitione 10.* Gratianus *3. tom. discept. num. 20.*

29 Sed & non solùm per non usum videtur privilegium amissum, sed per usum contrarium, quia Ecclesia integras decimas percepit, nec aliqualiter Tertias deduxit, & ita semper fecisse videtur contra privilegium Tertiarum; unde amissum fuit, ex Glos. *in c. gratum, de officio delegati, verbo recessum*, Glos. *in c. ex ore, de his quæ fiunt à majore parte Capituli verbo renuntiasse*, Glos. *in c. fin. de vita & honestate Clericorum, verbo cum facto*, ubi communiter Doctores tenuerunt, & *in c. cum accessissent, de constitutionibus, c. si de terra, c. de accedentibus de privil.* Bart. *in l. 1. C. de his qui sponte, l. 10. & in l. fin. C. de constitut. Principum*, ubi etiam Jas. *n. 53. 54. & 55.* ex Barbatia, Bellono, & Balbo probavit Menochius *cons. 908 n. 18.*

Hæc autem omnia quæ obstare videbantur, nihil nostram resolutionem turbare poterunt, quippe quod de negligentia, quæ inducit præscriptionem, objiciebatur, in præsenti locum habere non poterit, cùm appareat semper Reges Castellæ pro conservatione hujus privilegii, Tertiarum plura decreta & leges fecisse, & contrariam voluntatem insinuasse in testamentis, quæ *suprà* retulimus, ac perinde nulla poterit causari præscriptio, non data negligentia, Ancharanus *cons. 5. n. 12.* Aretinus *cons. 72. n. 24. & 45.* junctis quæ ex Bald. Alexandr. Rubr. Bertrando, Saliceto, Bertachino, Igneo, Ioan. Lupo, & aliis, probavit Menoch. *cons. 1098 n. 21. & 24.* 30

Nec privilegium potest dici amissum per non usum, quando actus factus contra privilegium non inducit ejus renunciationem, aut fit ab eo qui privilegio renunciare non potest, ut ex Felino, Decio, Alexandro & Claudio de Seisselo probavit Menoch. *lib. 6. præsumpt. 41. n. 7. & 8. & cons. 126. n. 23.* & antea tradiderunt Bart. *in l. filiis, C. de Decurionibus, lib. 10.* Glos. *in c. ut privilegia, verbo semel in anno, de privil.* Panormitanus *lib. 1. cons. 101.* Dec. *in c. cùm accessissent, de constitut.* Mandosius *in tr. ae præscript ad instar glos. 11. n. 9.* 31

Et juvat quod tradit Suarez *de leg. lib. 8. c. 34. n. 48. & 17. & suprà c. 6. n. 10.* ut quoties privilegium solùm est permissivum, eo non uti nihil facit contra privilegium, nec sufficit ad amissionẽ privilegii, quia non est morale judicium voluntatis renunciandi privilegio, & possit aliquando uti, quod etiam probat Suarez *dict. c. 34. n. 4. & 8.* eâ ratione, quia quemadmodum ex non usu privilegii Tertiarum nemo dicere poterit Regem renunciasse juri suo, ita nec Ecclesia in nostro casu præscribere poterit hoc quod in usu deductum non est. 32

Et quamvis probet possidere decimas, nunquam tamen probavit Tertias possedisse, & ita non procedet præscriptio, quam in defectum tituli permittit, *l. 1. tit. 21. lib. 9. recop.* & cum ex usu decimarum Ecclesia non uteretur Tertiis, quia nunquam deductæ fuerunt, non poterit eas auferre Regi cui competit privilegium, ex sententia Papiniani *in l. neque utilem, ff. ex quibus causis majores, Nec utilem actionem ei tribui oportet cum sit iniquissimum auferre Domino quod usu non abstulit*: Agit Jurisconsultus quando qui cœpit usucapere, ab hostibus captus fuit, quia tunc possessione interruptâ cessat usucapio, nec captivo redeunti utilis actio dabitur, quia antequam adquireret usucapione, impeditus fuit interruptione usucapionis, & non potest dominium auferre Domino, & clarius exprimunt verba ipsius Papiniani, quæ sequuntur ibi: *Quia non intelligitur amissum, quod ablatum alteri non est*, & ex eo Textu deducit Bartolus eum, qui de aliqua re jus habet, non antea amittere, quàm alteri adquiratur, quod nemini quæritur, à nemine perdatur, & ex Tiraq. *in l. si inquam, verbo libertis, n. 44. C. de revoc. donat.* tradit Nevius ad eum Textum. Et cum ex non usu privilegii Tertiarum dici non possit eas Regem Ecclesiæ obtulisse aut renunciasse Ecclesiam possidere Tertias, præscribere non valebit, antequam Ecclesia possideat jus Tertiarum, nec à Rege abdicatum antea censeri oporter. 33

Nec obstabit doctrina Glos. *in c. fin. 26. q. 4.* ubi distinguit inter amissionem privilegii per viam tacitæ renunciationis, aut per non usum per viam præscriptionis, quasi quando agitur de amissione privilegii ex præscriptione, tunc non amittitur ex volun- 34

tate

tate Regis, sed contra ipsam ex natura præscriptionis, quæ etiam invito auferet dominium, & in alium transfert, quippe doctrina Glossæ nullo modo poterit in hoc casu admitti, quia præscriptio, ut prædiximus, locum non habet ex defectu formalis possessionis Tertiarum, actus enim negativi non deducendi Tertias non constituunt in possessione earum, nec causare valebunt præscriptionem ut *suprà* notavimus.

35 Nec ex vi renunciationis, quia *ut suprà* animadvertimus ex Menochio *dict. præsumptione* 41. *n.* 7. & 8. privilegium concessum dignitati, videlicet Prælato, & Regibus Hispaniæ, in nostro casu, non potest illorum renunciatio obesse successoribus, nam solùm ex Panormitano *in capite cum accessissent, de constit. n.* 8. Felinus *ibi n.* 28. tunc per contraventionem amittitur privilegium ex tacita renunciatione, quando non usus & contraventio fit à persona, quæ aliàs potuisset privilegio renunciare, aliter enim nunquam amittitur privilegium, nisi interveniente positivâ præscriptione.

36 Idque adò verum est, ut quamvis non utatur privilegio, qui potest ei renunciare, tamen in præteritis renunciatio locum habebit, non in futuris, si quis enim ex privilegio exemptionem haberet, non solvendi tributa, & adhuc aliquando solverit, quando sibi præjudicet in jam solutis, non tamen in futurum, nisi contra eum præscriptio procedat, ut notavit Gregorius Lopez *in l.* 43. *gloss.* 1. *tit.* 18. *part.* 3. adducens Bartolum, Cynum, & Salicetum, & legem 2. *ff. de privilegiis veteranorum*; & tunc non amitti privilegium, nisi quoad illum actum præteritum, non futurum notarunt Baldus *lib.* 4. *cons.* 338. Alex. *lib.* 5. *cons.* 33. *versic. neque ad id constat.* Decius *cons.* 496. *n.* 2. Decianus *lib.* 3. *consil.* 143. *n.* 30. Suares *de legibus lib.* 8. *c.* 35. *n.* 10. & tunc ut præjudicet in futurum necessariam esse præscriptionem probarunt Natta *cons.* 1. *n.* 6. Gratus *cons.* 61. *n.* 6. Ruinus *vol.* 1. *cons.* 219. *n.* 8. & requiri præscriptionem deducitur *ex c. si de terra, c. accedentibus, de privilegii*, Alex. *vol.* 5 *cons.* 33. Greg. Lopez *per textum ibi in d. l.* 43.

37 Denique cùm in hoc casu non possit procedere præscriptio ex prædictis nullo modo consideratur amissio privilegii, sed quamvis essent plures actus ipsius Regis contra privilegium non posset illud amitti, quia non ut homini, sed ut Regi concessum intuitu Coronæ ad Religionis, & fidei tutelam, tunè quasi dignitati privilegium reale existimatur, nec cujusque Regis renunciatione poterit aboleti, ex traditis ab Oldrado, *consil.* 257. *n.* 1. Alex *lib.* 1. *consil.* 101. *n.* 2. Federico de Senis *cons.* 38. *per totum*, Calderinus *cons.* 8. *tit. de privilegiis*, Romanus *cons.* 433. *n.* 7. & 8. Decianus *consil.* 41. & eo casu amitti non posse privilegium, in terminis probavit Salas *de legibus tractatu* 14. *disputatione* 17. *sectione* 13. *n.* 65. ut nisi ex legitima præscriptione privilegium non aboleatur, & cum præscriptio non procedat, nec etiam ex non usu amissio privilegii sequi poterit.

ALLEGATIO XVII.

Vectigalium conductio respicit jus & spem ea percipiendi.

1 *Gabellarii solent plures fraudes excitare ut excusent solutionem pensionis.*
Renunciatio casus fortuiti quæ solet fieri nostris legibus à gabellariis debet specialiter eis perlegi.

2 *Locator debet præstare conductori liberum usum rei conductæ, ut exigat pensionem.*
l. si quis donum, 9 ff. locati.
l. habitatores, 27 ff. eodem.
l. ex conducto 15. §. Papinianus ff. cod. l. qui insulam ff. eodem.
Princeps ex suis contractibus obligatur ut privatus
l. 1. § si convenit, ff. depositi.
l. Princeps legibus, ff. de legibus.
Contractus ad æqualitatem reducendi.
l. cùm pater, §. evictis, ff. de legat. 2.

3 *Substantialia contractus pacto mutari non possunt.*
l. cùm precario ff. de precario.
Remissio pensionis fit propter sterilitatem.
l. si merces. §. vis major. ff. locati.
l. licet, C. eodem, & n. 4.
c. propter sterilitatem, de locato.
l. 22 *tit.* 8. *p.* 5.

4 *Renunciatio casus fortuiti ad solitum & ordinarium referenda, non ad insolitum & incogitatum.*
Conductor nunquam censetur recipere damnum quod provenit ex facto locatoris.
l. cùm proponas 3. C. de nautico fœnore.
l. qui officii 62. §. fin. de contrahend. emptione.
Princeps obligatur ex facto suorum ministrorum.
l. fin. in princ. ff. nautæ caupones.
l. 1. ff. de publican & vectigal.
l. ex conducto, l. excepto, C. locato.

5 *Contractus & dispositiones possunt fieri de fortuitis etiam tunc non existente re.*
l. nec emptio, 8. ff. de contrahend. empt. l. si jactum, ff. de act. emption. & n. 12.
l. de fideicommissa 31. D. de transact.
l. & quæ nondum, 15. ff. de pignorib.
l. quod in rerum, 24. in principio ff. de legat. 1.
l. etiam, 17. ff. de legat. 3.
l. 1. vers. ineft, ff. de condition. & demonstrat.
l. interdum 73. ff. de verb. oblig.
§. ea quoque res, inst. de legatis.
l. propter spem, ff. familiæ erciscundæ, & n. 12.
l. fin. ff. de act. empt.
l. nam hoc modo ff. de hæred. vel act. vendit. & num. 10.
l. in quantitate 72. §. magna, ff. ad l. Falcid. & num. 12.

6 *Nullum quod est rumpi non potest.*
l. nam etsi, 5. §. 1. ff. de injusto rupto.
l. si à primo, 8. ff. de liber. & posthum.

7 *Vectigalium conductio non respicit fructus, sed jus colligendi, & spem.*
Cessio in incorporalibus pro traditione habetur.
l. fin. C. quando fiscus vel privatus.

8 *Doctores plures qui probarunt conductionem vectigalium non respicere fructus, sed spem illorum.*

9 *l. necessariò, §. cùm usumfructum. ff. de periculo & comm. rei venditæ.*
l. 2. *tit.* 9. *lib.* 9 *recop. & n.* 16.

10 *l. Imperatores. ff. de jure fisci.*
c. quod verò 10. 25. q. 2.
l. 1. *§. eleganter ff. depositi.*
l. 1. *§ fin. ff. de act. empt.*
l. 1. *§. si intelligatur. ff. de ædilitio edicto.*
l. nemo 188. *ff. de reg. jur.*

l.1.§.fin.ff.quod falso tutore auctore.

11 *Contractum celebrans videtur se adstringere legibus de illo contractu loquentibus.*
l.qui cum alio,ff.de reg.jur.
l.Stichum,95.§.usumfructum,ff.de solution.
l.si Titius,49.ff.de fidejussor.
l.quod te mihi ff.si cert.pet.
l.si duo,38.ff.de acquir.possess.
l.in bonorum 10.ff.de bonor.hæred.
l.si is,39.ff.de donat.causa mort.

12 *Locationis vectigalium natura respicit spem & dubium eventum.*

13 *Minori non conceditur restitutio in eis quæ pendent ex dubio eventu.*
l.1.ff.de minoribus.
l.& si fine,8.§.quæsitum, vers.quæ fortuitis,ff. eodem.
l.nec emptio,§ 1.de contrah.empt.
l.cùm Arthemidoram,C.ut in possess.leg. 34.tit.14. p.5.

14 *Remissio pensionis non facienda conductori, qui omnibus casibus fortuitis renuntiavit.*
l.sed si quis,§.quæsitum,ff.si quis cautionibus.
l.si quis fundum,ff.locati.
l.2.tit.2.p.5.

15 *Remissio ex casibus fortuitis insolitis ideo admissa, quia de illis non potuerunt cogitare contrahentes.*

16 *Princeps ut non potest intendere augeri mercedem,si plura vectigalia percipiantur in conductione,ita nec conductor remissionem,si fuerint minora quàm speravit.*
l.si & rem,& pretium,ff.de petit.hæredit.
l.pen.C.de solutionibus.
l.si ea lege,C.de usuris.
l.ratas,C.de rei vendicat.
l.Iulianus,§.ex venditio,ff.de action.empt.
l.fin.§.sed eum,C.de furtis.

17 *Æqualitas contractuum est naturalis illorum.*
l.nihil tam naturale,ff.de reg.jur.
l.fin.C.de procuratoribus.
Æqualitatis servandæ causa receditur à juris regulis.
l.quæsitum,§. & ipse Papinianus, ff.de fundo instruct.
l.fin.C.communia utriusque judicii.
l.ad rem mobilem,l.ad legatum,ff.de procurat.
l.qui proprio,§.qui alio ff.eodem.
l.cùm pater,§.evictis,ff.de legat.2.
l.fin.C.de cupressis,lib.11.

18 *Vectigalium causa & argumentum respicit publicam utilitatem.*
l.1.ff.de loco publico fruendo.
Authentico de mandatis Principum, §. publicorum,collat.3.

19 *Publica utilitas potest admittere pactum insolitum in locatione.*
Lex potest obligare ad sic, & non aliter contrahendum.
Lex potest adimere judici facultatem, ne contra legem arbitretur.
l.eos,26.§.super usurarum,Codice de usuris.
Lex semper observanda in contrahendo.
l.semper,34.ff.de reg.jur.
l.1.ff.de usuris.
Duo vincula fortiora sunt uno.
l.cùm pater,§.libertis,ff.de legat.21.
§.affinitas,instit.de nuptiis.

20 *Vectigalia percipiendi jus, & spes continetur in eorum conductione.*
Vectigalia non solent in Senatu Patrimonii pro uno anno locari,sed ad decem.
l.cotem, §. qui maximos, ff.de public. & vectigal.

21 *Sterilitas unius anni in conductione vectigalium debet cum alterius ubertate compensari.*

22 *Commercio sublato mercium ex quibus percipiantur vectigalia, & conductio procedit ejus pensionis facienda remissio.*
l.ex conducto,§.1.ff.locati.

23 *Commercio sublato substantia & anima vectigalium extinguitur.*

24 *Impedimenta belli, aut alia pro regimine & defensione,quæ Princeps directò non opponit, ipsi non imputanda,sed pro casibus fortuitis habenda,& num.27.*
Princeps non potest à se exuere Regalia, quia diademati infixa.

25 *Latronum & Piratarum incursus est casus fortuitus,& valdè solitus.*
l.ex conducto,§.2 ff.locati,& n.28.& 29.
l.proinde,34.ff.eodem
l.in rebus,18.ff.commodati.
l.cùm unus,12.§. fin. ff.de bonis auctorit.jud. possidendis.
l.qui à latronibus,ff.de testamentis.
l.1.§.si vero.ff.de dolis & actionib.
l.qui commeatu ff.de re militari.
l.si quis domum,§.fin.ff.locati.
l.si quis postea ff.de judiciis.
§.qui potestatem,ff.de excusationib.tutorum.
l.23.tit.17.p.6.
Belli causa remissio pensionis peti non potest quando bellum erat tempore conductionis.

26 *Bellum quod immineat tempore conductionis excludit remissionem pensionis, quia prospicere debuit conductor.*
Authentico de mandatis Princip. §. publicorum.
l.21.tit.8.p.5.

27 *Bellum quod Princeps facit ex necessitate Principatus,ei non imputandum.*
l.Lucius,ff.de evict.
l.item si verberatum,§.item si fortè, ff. de rei vindic.

28 *l.si quis domum,§.1.ff.locati,& n.30.*

29 *Remissio pensionis excluditur quando etsi aliàs ex casu fortuito concedatur, contra pactum fuerit.*
l.si quis fundum,10.ff.locati.
l.sed addes,21.§.illud nobis,ad finem,eodem.
l.item quæritur,§.si gemma,ff.eod.

30 *Deceptus non potest dici qui expressè de casu fortuito renuntiavit.*
l.item quæritur,§.si quis servum,ff.locati.
l.item quæritur,§.si navicularius,ff.eodem.

31 *Leges quamvis de illis cum statuuntur,disputari possit,tamen semel latæ,observandæ.*
c.in istis,4.distinctione.
l.prospexit ff.qui,& à quibus.
Subtilitas cessat ubi de mente constat.

Contra Gabellarios pro explicatione & juſtitia, l. 2. & 3. tit. 9 lib. 9. recop.

1 UM in his legibus ad vitandas fraudes, quibus ſemper Gabellarii utuntur, ut excuſent ſolvere penſionem ac pretium conductionis vectigalium, ſtatutum ſit renunciationem ab eis fieri oportere omnium caſuum, etſi fortuito eveniant, qui cogitati ſint, vel incogitati ſive incendio, aquâ ruinâ, naufragio, & bello, quamvis bellum excitetur à Rege noſtro; ſive ab ipſo impedimentum cauſari dicatur, de juſtitia iſtarum legum agendum eſt, quia ex noſtris D. Joannes del Caſtillo *tom. 3. controverſ. c. 3. n. 23. dict. l. 2.* eſſe contrariam juris regulis teſtatur, & D. Menchaca *de ſucceſſio. creat. lib. 1. §. 20. 2. p. n. 67.* tradit cùm eſſet in Senatu Regalis Patrimonii maximè illum curaſſe prædictas leges ſpecificè gabellariis earum tenorem inſinuari quaſi nec ſufficerent clauſulæ indefinitæ, ut locatio fieret, juxta conditiones generales tributorum Regalium, ſed ſpecificam conductores faciant renunciationem caſus fortuiti, & Tabellio major, quem diximus, *Eſcribano Mayor de rentas*, Conductoribus gabellarum ſeriatim capitula renunciationis ſpecialiter perlegat, & teſtatur ſe ea perlegiſſe, ut talis renunciatio firma ſit.

2 Moventur autem ut dubitent de juſtitia & æquitate prædictarum legum, quia locator (id eſt Princeps) tenetur concedere liberum uſum rei conductori, & removere omne impedimentum, *l. ſi quis donum 9. l. habitatore 27. ff. locati*, & locatio habet relationem ad fructus rei, ita ut non videatur celebrata conductio ſi re non fruatur conductor, & ideo fieri debet remiſſio penſionis pro tempore quo impeditus fuerit fructus colligere *arg. l. ex conducto 15. §. Papinianus l. qui inſulam ff. locati:* Et cùm Princeps ſi uiliter ut privatus ad obſervantiam contractus, & ejus conditiones obligetur *l. 1. §. ſi convenit ff. depoſiti* juncto quod traditur *in l. Princeps legibus, ff. de legibus*: & notarunt communiter Doctor. per text. *ibi in c. 1. de probationibus, & in c. 1. de natura ſucceſſionis feudi*, & probarunt Bald. Caſtrenſ. Felin. Romanus Dec Lofredus, Zaſius, Roderic. Suar. Mench. Anton. Gomexius, Padilla, Matienço, & alii plures quos refert D. Caſtillo *de tertiis c. 18. n. 6.* iniquum videretur privatum adſtringi lege contractus, ut ſolvat penſionem, & Princeps non teneretur liberum uſum rei præſtare, & permittere fructus colligere cum omnes tractatus ad æqualitatem reducendi *l. cum pater, §. Evictis ff. de leg. 2.* pluribus Barboſ. *Axiomate 16. n. 2. cum ſeqq.*

3 Et quamvis pactum fieret ut *in d. l. 2. & 3.* & ſi impediatur gabellarius à Principe vectigalia percipere, adhuc ſolvat penſionem, cum de ſubſtantia ſit contractûs conductionis, ut penſio referatur ad uſum & fructus rei, ut prædiximus, non poteſt pacto mutari, quod eſt ſubſtantiale contractus, etſi pactum interponatur, nullum erit, *l. cum precario 12 ff. de precario*, ubi notant antiquiores communiter Bald. *in l. 1. n. 14 C. de uſufruct.* Nevizanus *conſ. 91. n. 12.* Curtius Senior, *conſ. 49. n. 40.* Alciat *l. 5. Paradox. c. 16.* Conanus *lib. 5 comm. jur. c. 2. n. 6.* Et ideò conventio ut conductor præſtet mercedem abſque eo quod re & ejus fructibus fruatur, injuſta & invalida cenſenda, Ant. Mozius *de contractibus tractatu de locato titulo de accidentalibus locationis n. 57.* imò potius ſi proveniat ſterilitas quaſi deficientibus fructibus, quorum contemplatione conductio facta, remiſſio penſionis à jure admiſſa *c. propter ſterilitatem de locato, l. ſi merces, §. vis major, ff. locati, l. licet, Cod. eodem, l. 22. tit. 8. part. 5.*

4 Et quamvis conductor in ſe recipiat omnem caſu fortuitum, ultra quam dici ſolet, id ad ſolitos, & ordinarios referendum, non verò ad inſolitos rarò contingentes, & incogitatos, ut ex *l. fiſtulas, §. Frumenta, ff. de contrahen. emptio.* Bart. Jaſon. Fulgoſio, Alexandr. Soc. Rip. Corneo, Felino, & Afflicto notavit Pinellus, *in l. 2. p. 1. C. de reſcind. n. 29.* tamen quocumque modo nunquam cenſetur conductor in ſe recipere damnum, quod provenit ex facto locatoris, *l. cum proponas, 3. C. de nautico fœnore, l. qui officii, 62. §. fin. de contrah. empt.* Idēque erit ſi Miniſtri Principis, ejus ſcilicet Conſiliarii impedimentum opponant, quia ſimiliter Princeps ex prædicto impedimento obligatur, *arg. l. fin. in princ. ff. naut. Caup. l. 1. ff. de public. & vectigal.* Anchar. *conſ. 414.* qui loquitur in conductione vectigalium ſalis, & in gabellariis, prædicta exornant latiſſimè Surd. *conſ. 34.* & D. Caſtillo *3. tom. controv. c. 3. per totum* & ex Bellono *conſ. 29. n. 8. & l. ex conducto, l. licet, l. Excepto. C. locati*, in eodem pacto ut conductor non poſſit petere remiſſionem ex cauſa belli, peſtis, tempeſtatis, vel alterius caſus fortuiti, eſſe contra naturam contractus locationis tradit Marſilius *de ſubhaſtationibus deciſ. 92. n. 8.*

5 Verumtamen hæc omnia quæ pro injuſtitia noſtratum legum expenduntur facilè expedientur, ſi ut ego, conſideres in locatione gabellarum, non fieri relationem ad gabellas, & eorum fructus, ſed ſolùm ad jus, & ſpem percipiendi vectigalia, quemadmodum emptio & locatio conſiſtere poſſunt ſine re exiſtenti ſolùm ſpei vel dubii eventus, ut cum alea emitur *in l. nec emptio 8. ff. de contrahen. empt. jactus retis, in l. ſi jactum ff. de act. empt.* quo caſu nihil certius eſt, ut licet nihil perciperetur, adhuc venditio conſiſteret, & pretium deberetur, nam ex incertitudine non poteſt contractus referri ad rem, ſed ad ſpem, & ut tradit *l. de fideicommiſſo 11. C. de tranſact* votum improbabile tanquam ſpes & deſiderium incertum facit, & dubii eventus, & rei quæ non eſt, tamen eſſe, & ſperat poſſe conſiſtere contractus, & legata probarunt *l. & quæ nondum 15. ff. de pignorib. l. quod in rerum 24. in princip. ff. de legat. 1. l. etiam 17. ff. de legat. 3. l. 1. verſ. in eſt. ff. de condit. & demonſtrat. l. interdum 73. ff. de verb. obligat. §. ea quoque res, inſtit. de legat. l. propter ſpem ff. familiæ erciſcundæ. l. fin. ff. de act. empt. l. nam hoc modo ff. de hæred. vel act. vend. in quantitate 72. §. magna. ff. ad l. falcid.* ex Cagnolo, Cremenſi, & Tiraq notavit Matienzo *in l 1. gloſſ. 8. n. 9. tit. 11. lib. 5. recop.*

6 Sed quod magis eſt, quamvis teſtamenti ruptura omnino requirat præexiſtentiam gradus validi; quia quod nullum eſt, rumpi non poteſt, *l. nam etſi 5. §. 1. ff. de injuſto rupto*, tamen ſpes gradus adeo præexiſtens ad rupturam judicatur, ut etiam rumpatur, *l. ſi à primo 8. ff. de liber. & poſt.* ex qua Bart. ſummarium deſumit *poſthumum rumpere ſpem gradus*, & ſententiam Bartoli firmarunt Jaſ. & Bald. ad eum Textum, quos & Cujacium refert Nevius *ibi.*

7 Hoc autem cum certiſſimum ſit ſpem & ejus dubium eventum ſufficere ad contractus & diſpoſitiones teſtamentarias, reſtat nunc ut probemus vectigalium conductionem ad ſpem ſolùm, & dubium eventum referri: quod tenuerunt in terminis Bart. *in l. cotem, §. qui maximos, ff. de publican. & vectigal.* ubi tradit *Pedagium & vectigal nihil aliud eſſe quàm jus percipiendi illud*, & expreſsè *ibi n. 4.* tenuit referri

loca

locationem vectigalium, tanquam si alea vel spes conduceretur, & Bartolum sequutus expressè probavit Bald. *in l. licet, n. 8. C. de locato*, ubi cum ageret de cõductione Pedagii Portuorii, cum pestis magna lues serperet & hominum mors, ut pauci transirent per portus, quærit an pensio deberetur, & subjungit hæc verba: *In contrarium, quia homines transire est à casu non certi temporis qualitate, ideo conductor casum, & fortunam conduxit, unde etiamsi nihil percipiat, debet solvere quod promisit, l. si factum*, &c. idem Bald. *in l. si ea lege 17. n. 9. 10. C. de usuris*, in similibus terminis tradit fiscum ex sua parte implere contractum eo solùm quod cedit jus percipiendi pedagium, quia in corporalibus cessio habetur pro traditione, ut notatur *l. penult. ff. de donation. & l. fin. C. quando fiscus vel privatus*: & nota ejus verba: *Unde fisco debetur pretium, quidquid contingat à casu & fortuna, quia implevit contractum ex parte sua, & quia, ut dixi, emitur spes, & jus quoddam in spe, & quia emptor debuit cogitare hoc posse evenire, quod pauci fortè transirent, ita quod pedagium parum valeret, imputet, ergo sibi si non cogitavit*, Bartolum & Baldum sequutus Paul. de Castro *in dict. §. qui maximos, n. 5.* ibi: *Quod vendidit redditus, siqui percipientur, nam videtur vendita alea seu fortuna per l. quod si venditione, ff. de hered. vel act. vendit.*

Similiter idem in nostris terminis notavit Ripa *in tractatu de peste, in princip. n. 53.* cujus verba nobis aptissima omitti non possunt. *In venditione redditũ gabellarum, eo quia censetur empta spes percipiendi redditus, quæ spes succedit loco rei, & quæ non perit, neq; diminuitur etiam quod omnes fructus intereant, imputet ergo sibi conductor, qui sola spe contentus fuit d. l. nec emptio*, idque firmat ex sententia Ludovici Bolognini *in additionibus ad consilia Ananiæ* & aliis probavit etiam Imola *in d. l. cotem, n. 4.* ubi ideo tradit nullam in pedagio remissionem fieri deberi; quia in effectu spes conducitur, quod etiam sentire videtur Ludovicus Romanus *in dict. §. qui maximos, n. 4.* ubi tradit conductorem pedagii spem & fortunam conduxisse, idem tenet Marienzo *in l. 1. gloss. 8. n. 9. tit. 11. lib. 5. recop.* ubi ampliat ad rem locatam. quæ pendet ex futuro eventu, *ut* (ejus verba sunt) *vel in locatione decimarum vel vectigalium*, & hanc similitudinem facit Ægidius Bossius, *in prax. tit. de remissione mercedis publicanorum, n. 6. 10. & 14.* refert & sequitur Gironda *de gabellis 2. p. §. 1. n. 43.* & in bello admisit Bertachin. *de locatione gabellarum 2. p. 43. & in q. An emptori gabellarum, vel conductori fiat remissio propter guerram*, & resolutionis negativæ partis rationem reddit, *quia emptus videtur futurus eventus seu alea præsuppositæ formæ contractuum, ut perceptio seu commoditas empta sit.* Ejusdem sententiæ fuerunt Abbas, Bicculus, Jacobinus & Cagnolus, quos refert & sequitur Boherius *decis. 248. n. 10.* ubi eisdem verbis tradit, *ut conducens vectigal à communi vel ab alio domino, videatur casum & fortunam conduxisse*, & locationem cum Tertiæ, vel Quartæ Regiæ conducuntur à viribus fortunæ, pendere & spem locatam velut jactum retis ex Joan. Andr. & Paulo tenuit Zevallos *pract. commun. q. 536. n. 35.*

Ad quod ultra jura *suprà* adducta expendo Textum *in l. necessario §. cum usumfructum. ff. de periculo, & comm. rei vendit.*, ubi in casu quoties qui usum fructum fundi habebat, illum vendiderit, vel locaverit, tradit Jurisconsultus: *Etiamsi statim moriaris, nihil hæres tuus debebit, hæredi autem meo debebitur si tu vivis*, quasi jus illud spei & fortuitum ususfructus videatur locatum, & nihil debeatur locatori mortuo usufructuario, etsi nihil perceperit, & hãc opinionem ut fortuitum & spes videatur contineri in locatione gabellarum, expressè probat nostra *l. 2. tit. 9. lib. 9. recop.* ubi loquens cum gabellariis in locatione vectigalium tradit: *Las cosas y recaudos a toda su aventura poco, o mucho lo que huviere sin poner en ellas, ni en alguna parte de ellas de quanto alguno*; & paulò post, *salvo que todo ello sea, à su aventura segun dicho es*, quibus verbis denotatur fortuitum & illud, *lo que huviere*, explicatur ex traditis, à Paulo de Castro, *in l. cotem, §. qui maximos, n. 5.* ut in his casibus locatio ita referatur ad fructus, *si qui percipiantur*, hoc est, ut incertum contineat, & respiciat fructus si fuerint vel non.

Facit *lex nam hoc modo 11. ff. de hæredit. vel actione vendit.* ibi: *Si quæsit hæreditas esto tibi empta & quasi spe hæreditatis, ipsum enim incertum res veniat ut in retibus*, & ita interpretatum *d. l. 2.* Azeved. in ea *n. 3.* dum inquit: *Nam illa verba, si qui percipientur, conditionem, & spem locatam esse ostendunt*, & justissimam esse testatur, & idem notarunt Lazarte *de decima venditionis, c. 18. n. 83.* Avendaño *respons. 34.* quasi quidquid durum videatur, id non ex lege, sed ex contractu procedere, cùm Gabellarii conductores eis conditionibus se subjecerint, juxta *l. Imperatores ff. de jure fisci*: *Ipse te huic pœnæ subdidisti*: Etsi aliqua injuria sit, eam sibi facit conductor cõsentiendo juxta Textum *in c. quod verò 10. 25. q. 2.* ibi: *Quia mihi injuriam facio*, nec consentiens postea conqueri potest de fraude, *l. 1. §. eleganter, ff. depositi. l. 1. §. fin. de act. empt. l. 1. §. si intelligatur, de ædilitio edict. l. nemo 188. de regulis juris*, & id est quod traditur *in l. 1. §. fin. ff. quod falsò tut. Auth. scienti merito non subveniri, quoniam ipse se decepit.* 10

Sed quamvis expressè non consentirent gabellarii prædictis legibus, sed solum illæ disponerent, ita fieri oportere conductiones vectigalium, id sufficeret, ut conductor qui tenetur, vel debet scire leges, & naturam suæ conventionis, subjici videatur conditionibus similium contractuum ex Regula Textus *in l. qui cum alio 20. ff. de reg. juris l. Stichum 95. §. usumfructum. ff. de solution. l. si Titius 49. ff. de fidejussor.* eis verbis *Cùm scire potuerit, aut ignorare non debuerit. l. quod te mihi 5. ff. si cert. petatur. l. si duo 38. ff. de adq. hæredit. l. in bonor. 10. ff. de bonor. possess. l. si is, 39. de donat. causa mort.* Bart. *in l. non solum, §. morte, n. 41. ff. de novi operis nunciat.* Greg. Lopez *in l. 4. gloss. 6. tit. 1. p. 5. & in l. 5. gloss. 6. tit. 1. p. 5.* & adeo præsumitur, ut actũ facturus censeatur se adstringere legibus de illo actu loquẽtibus, ut tenuit Gloss. fin. *in d. l. si duo, ff. de adquir. hæreditate*, non admitti probationem in contrariũ quasi præsumptio juris, & de jure sumatur ut qui actũ gerit, si se subjiciat legibus de eo disponẽtibus, Bald. *in d. l. si duo. c. cum super*, & *ibi* Dec. *n. 4. de offic. de legat.* Natt. *cons. 49. n. 22. & cons. 114. n. 11. & 12.* Craver. *l. 1. cons. 186. n. 9.* & in conductore gabellarum Menoch. *cons. 55. n. 12.* 11

Rursus quamvis ex consensu conductorum vectigalium id justè non procederet, natura ipsa contractus persuaderet, nam respicit fortuitum, aleam, & spẽ, ut quamvis nihil percipiatur, procedat *d. l. si factum*, eis verbis: *etiamsi nihil inciderit* quia ille dubius eventus æstimatur in locatione vectigalium juxta *l. propter spem 23. ff. familiæ erciscundæ*, ibi: *Nisi in tantum æstimatus sit dubius eventus, l. in quantitate 71. §. magna. ff. ad l. falcid.* eis verbis: *Sed hoc jure utimur ut quanti ea spes obligationis venire possit, tantum stipulatoris bonis accedere videatur, promissoris verò decedere*: & in omnibus transactionib. quæ fiunt de litib. quæ pendent, quarum exitus casui fortuito refertur, *l. quod debetur ff. de pecul.* ille dubius eventus in transactione 12

actionē venit, quæ est de re dubia, & lite incerta, *l.1. cum vulgatis, ff. de transactionibus.*

13 Ex quo fit ut conqueri non possit conductor ex regulis; quamvis nihil perciperet, quia id eventus fortuitus respicere potest: & nec restitutio minorū quæ ob bonum publicū favorabiliter introducta, *l.1. ff. de minorib.* locum habet, quando fortuitum aliqu d causa respiceret, *l. etsi sine* 8. §. *quæsitū, versic. quæ fortuitis ff. de minorib,* ubi traditur in rebus quæ fortuitis casibus subjectæ sunt, non esse minori adversùs emptorem succurrendum, Simoncellus *de decret.* quem refert & sequitur Gothofred. *in notis ejus text.* ex Bart. Bald. Socino, seniori, Jason Alex. Angelo, Archidiac. Alciat. Cephalo, Natta, Tiraq. & aliis pluribus communem dicit Sfortia *de restitutione 1.p.q. 4.n. 23.* & *argumento l. nec emptio,* §. 1. *ff. de contrab. emptione, l. cum Archimedorum*, ubi Bald. *n.3. C ut in poss. ff. legat.* notat Surd. *cons.* 435. *n.13. & 14.* & inde ego aliquando *in tomo 2. dec.* 68. contra communem probavi, in transactione litis non posse locum habere enormissimam læsionē quia dubius eventus qui transigitur, ut potest recipere magnam quantitatem, ita etiam nihil comprehēdere valet, & probatur mea sententia *l.34.p.5.* quāvis diversā à Doctoribus nostris interpretetur.

Maximè cùm permissa sit renunciatio casuū for-
14 tuitorum sive soliti vel insoliti sint, nam quamvis alias sit permissa remissio pēsionis ratione sterilitatis, tamen non habet locum quoties renunciatū fuerit cuicumque casui fortuito, sive cogitato vel incogitato: *ex l. sed si quis, §. quæsitū ff si quis cautio,* ex Baldo, Angelo, Meno hio, & aliis, Gironda *de gabellis, 2. p. §. 1. n. 44. l. si quis fundum, in princ. ff. locati, l.1.* ubi Jason. *n.29. C. de jure emphyteut.* Albensis *cons. 1. n.10.* pluribus Ant. Gomez *2. tom. var. c.3. n.19* alios refert D. Cast ll. *tom. 3. c.3. n.48.* ut expressè fit in conductione Gabellarū & nostra *l.2.* comprehenditur, & quāvis aliquorū sententia sit non sufficere casibus fortuitis generaliter & indistinctè renunciare, sed oportere fieri renūciationem expressè & specificè ex Pinello qui multis comprobat *in l.2. C. de rescind vendit. 1.p.c.3.n.26. cum sequentib.* id tamen procedit in nostra lege Regia, quia omnes casus exprimuntur, sive in ē lii, aquæ, belli, pestis, & similium, quibus possit exactio vectigalium impediri, & hoc casu sine dubio est periculum pertinere ad conductorem, ita ut licet fructus non colligerentur, adhuc remissio propter sterilitatem peti non possit, ut probatur expressè *l.2. tit.2.p.5.*

15 Et suadet ratio civilis, quia ex eo admissum est à Doctoribus, ex Iurisprudentiæ principiis, quando rati & insoliti fuerint casus fortuiti non cōprehēdi generali renūtiatione, quia ex raritate de illis non potuerunt contrahentes cogitare, Ancharr. *cons.* 402. ex Ripa, Nevizano, & aliis Menoch. *cons.* 27. *n.18. cum sequent.* Matienzo *in dialog. relatorū* 4. *p.n.5.* Bart. Jason Fulgos. & plusquam quinquaginta Doctores, quos refert. D. Castillo *dict. c.3. n. 8.* Unde quando expressi fuerunt, ut in hoc casu cessat ratio, ac per consequens remissio pensionis, & ideo qui expressit casus, non potest dicere non cogitasse, quando etiam renuntiatio generalis omnium casuum, qui non cogitati, ad eos se extendit ex plurium sententia.

16 Iuvat ratio juridica, quia si cōductor plurimos fructus colligeret, ita ut maximè excederunt pretiū conductionis; quemadmodum Princeps non debet intendere ut pretium augeatur, ita similiter ipse, cō ductor licèt pauci, vel nulli fructus procedāt nō oportet minuere mercedē, quia non decet admitt conductorem ad petendum id, cujus contra ille postulaturus, si contrarium cessisset, *l. si & rem & pretium, ff. de petit. hæredit. l. penult. C. de solutionib. l. si ea lege, C. de usuris, l. ratas, C. de rescind. vendit.* tenuit in conductore vectigalium Surd. *cons.* 435. *n.13.* etsi ad percipiendos fructus conductionis, etsi maximè excederent pretiū, posset juvari verbis *d. l.2. tit.9. lib.9. recop.* eis verbis, quæ *suprà* expendimus; *Las cojan y recauden è toda su aventura poco o mucho lo que hubiere* nec debet beneficio legis frui cùm maximum commodum inesset, & velle vitare periculum dispendii petita remissione pensis, *arg. l. Iulianus* §. *ex vendito, ff. de action. empt. l. fin.* §. *sed cum, C. de furtis* Castrens. *l.2. cons.* 133. *n.2.*

Nihil est tam contra leges contractus, *l. nihil tam*
17 *naturale; ff. de Regul. juris,* quibus æquitas & æqualitas servanda, *l. fin. C. de procurator.* Oldrad. *cons.* 311. *n.2.* adeo ut propter illam sæpè recedatur à juris regulis & sermonis proprietate, *l. quæsitum,* §. *& ipse Papinianus. ff. de fundo instructo, l. fin. C. communia utriusque judicii,* Cephal. *l.4. cons.* 545. *n.15.* Hōdedeus *l.1. cons.29. n.96.* & ex Ruino, Aretino, Socino Iuniori, Corneo, Cephalo, & aliis notavit Menoch. *cons.* 346. *n.4.5. & 6,* & addenda quæ tradit idem Menoch. *cons.* 452. *n.21. & consil.* 349. *n.14. & cōs.* 797. *n.39.* iniquū enim foret, ut conductor lucrū caperet, cum fructuū proveniret ubertas, nec dānū sēntiret sterilitatis, quasi debeat sustinere quod provenit ex natura rei & suader æqualitas *argum. l. ad rem mobilem, l. ad legatum, ff. de procurat. l. qui proprio,* §. *qui alio, ff. eodem, l. cum Pater.* §. *evictis, de leg. 2. l. fin. C. de cupressis, l.11.* Rolandus, *vol.2. consil.51. n.8.* Peregrin. *vol.1. cons.93. n.21.* Franc. *decis.23. n.9.* Surd. *decis.70. n.5. & decis.194. n.6.* Fusar. *de substit. q.241. n.67.* Escobar. *de ratiociniis, c.25. n.11.* Scaccia *de appellat. q.2. n.16.* relati à Thusco *in practicis, lit. C. conclus.* 737. compensanda igitur sterilitas cum ubertate, ut in terminis notarunt Lazarte *de decima venditionis, c.18. n.83.* Azevedo *in dict l.2 n.27.* ex aliis Gutierrez *de gabellis, quæst.136. n.24.* & in simili ex Bartolo, Fachineo, Richardo, pluribus doctè meus Collega D. Franciscus de Amaya Pinianæ Cancellariæ meritissimus Senator *lib. 3. observat. juris civilis c.3. n.15.*

Sed ita fieri conductionem vectigaliū persuadet
18 ipsa ratio & necessitas publica, quia ut notavit Lazarte *de gabellis dict. c.10. n.82.* quod *in d. l. 2.* justè decretum ne Regium Patrimonium, cujus publica utilitas est, quotidianis litibus vexaretur colore à Gabellariis ad differendam solutionem quæsito, omne quidem quod respicit vectigaliū augmentum ad Regni communē statum pertinere traditur, *in l.1. ff de loco publico* ibi: *Interdictum hoc publicæ utilitatis causa proponi palam est, tuetur enim vectigalia publica, auth. de mandatis Princip. §. publicorum collatio 3.* Patlador. *lib.1. rerum quotidianarum c.3. n.14. &* ut tradit Cornelius Tacit. *l.4. Historiarum:* ibi: *Tributa sunt omninò necessaria Reipublicæ, nam neque ejus quies sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi possunt.* Ideo rectè tributorum conditiones ne fraudentur legibus adjuvandæ.

Et quando publici interest, & experientia suader,
19 apponi potest in locationibus pactum insolitū licèt aliàs non apponatur, Lucas de Peña *in l.1. C. de Pascuis Public. & in l. si quando, C. de bonis vacantib. l.10.* Aflict. *dec.340. n.5. & 6.* & lex poterit ut in nostro casu obligare, ad sic & nō aliter contrahendū, & absque eo quod Iudex arbitretur ad moderationē contractus facti secundū leges *l, eos 26.*

§. *super*

§ *ſuper uſurarum, C. de uſuris*, ibi: *Neque liceat Iudici memoratam augere taxationem:* & iterum ibi: *Si quis autem aliquid contra modũ hujus fecerit conſtitutionis* Unde ſemper quod à lege jubetur in contractu obſervandum, adeò ut quamvis mos Regionis conventiones & pacta informet, *l. ſemper*, 34. *ff. de reg. juris: l. ſi fundus, ff. de eviction.* tamen id procedit ita ut legem non offendat, *l. 1. ff. de uſuris*, Afflict. *dec.* 22. *n.* 4. Gamma *deciſ.* 307. *n.* 20. *&* 21. ideò quoties cum diſpoſitione legis, ut in noſtro caſu jungitur pactum & conventio conductorũ vectigaliũ, qui juxta *prædictam l.* 2. conductionem fecerunt fortior ſequitur effectus, quàm ſi ſola lex vel pactum interveniſſet & *arg. text. in l. cum pater*, §. *libertis, de leg.* 2. tenet Roderic. Suar. *alleg.* 3. *n. fin.* & facit vulgare axioma, *duo vincula fortiora eſſe uno*, §. *Affinit. inſtit. de nupt.*

Ex quibus conſtat de juſtitia prædictarum *leg.* 2. 20 & 3. *tit.* 9. *lib.* 9. *recop.* quaſi natura conductionis vectigalium aleam, ſpem, & fortuitum reſpiciat, ut cùm ſi magna & inuſitata ubertas provenerit, ad eos perrinet, etiam comprehendatur maxima ſterilitas, & excluditur omne quod *ſuprà* oppoſitum fuit locationem referri ad fructus, ac per conſequens eis deficientibus pretium ſolvi non debeat, quia ut latè tot Doctorum ſententias probavimus, hæc vectigalium conductio potius reſpicit jus percipiendi illa & ſpem, quàm ipſa vectigalia quæ in hoc caſu conſiderantur in habitu potiùs quàm in actu, id eſt quæ poteſt percipere ex jure conductori à Rege conceſſo, non in actu quæ perceperit ut expreſsè donotant verba *d. l. ſuprà* expenſa *Reauden à toda ſu aventura poco o mucho lo que hubiere*, & ſimul ex his ſolvitur argumentum ut pactum juxta, *d. l.* 2. ſolvendam pẽſionem obductionis etiamſi ex illa fructus Gabellarius non percipiat eſſe contra naturalia contractus & non valere, quia ut notavimus hujus contractus naturale eſt fortuitum & dubium eventum conſiderari, qui ut reſpicit magnam utilitatem etiam nullam, & quemadmodum quando alea vel ſpes conducitur, valebit etiamſi nihil inciderit *d. l. ſi factum*, ita ſimiliter in noſtra ſpecie, & inde æqualitas ſervatur in contractu, ut non obſtet aliud argumentum, quod adverſus juſtitiam prædictarum legum objectum fuit de inæqualitate, quippe ſi conductor non auget pretium conductionis, etiamſi uberiores fructus nimis excreſcant, ita non debet diminuere pretium quamvis aliquo anno defecerint, cùm ex eo æqualitas & æquitas ſervatur.

21 Præſertim quia ut moris eſt, apud nos in conſilio Regalis patrimonii non ſolent redditus vectigalium pro uno anno ſolum locari, ſed ad decem, & quando locatio plures annos continet, etiamſi aliquibus annis fructus non perceperit publicanus, æquum eſt, ut cum aliis, in quibus ubertas provenit, aliorum ſterilitatem compenſet, ut in terminis probat *l. cotem*, § *qui maximos, ff. de public. & vectigal.* & notarunt Bart. & Caſtrenſ. *ibi*, Bald. *in l. 1. C. de hæred. vel action. vend.* Peregr. *de jure fiſci lib.* 6. *tit.* 5. *n.* 6. Vnde in medio tempore vel à principio locationis, ſi in aliquo anno fructus defecerint, immeritò remiſſionem mercedis, diminutionem, vel ſuſpenſionem petit Gabellarius, quia aliorum ubertatem, quæ eſſe poteſt cum ſterilitate anni, ſeu annorum præcedentium, debet compenſare, nec rect. in conſilio Regalis patrimonii audiri poterunt gabellarii, donec tempus conductionis finiretur.

22 Illud majorem difficultatem habet, ut conductor vectigalium teneatur ſolvere pretium conductionis, quamvis impedimentum ab ipſo Principe locatore opponatur, quia ſemper generalis, vel ſpecifica renunciatio caſus fortuiti interpretanda, ut renunciari non videatur caſus, ex quo impedimentum infert idem locator, ut jam prædiximus. Verùm ut rectè percipiatur mens noſtrarum legum, quæ non diſponunt, ut quoties Princeps directè impedierit vectigalium exactionem, adhuc conductionis pretium ſolvi debeat, notandum eſt: quia ſi Rex noſter prohiberet commercium univerſale ejus rei ex qua vectigalia dependuntur, tunc non debet ſolvi pretium conductionis, nec aliquid contrà prædictis noſtris legibus inſinuatur, ſi rectè attendantur, ſiquidem ſublato commercio nullo modo res exiſtit, nec ſpes ad quam poſſet referri locatio vectigalium, quia omnino redduntur inutilia, nec prohibito commercio aliquid ex illis poteſt ſperari, facit *l. ex conducto*, §. 1. *ff. locati*, ibi: *Sed etſi ager terræ motu ita corruerit, ut nuſquam ſit.* Bald. *in l. licet, n.* 4. *C. de locato*, Cephal. *conſ.* 577. *n.* 7. 8. & 9. Corneum, Ripam & alios refert Rodoanus *in tract. de redditibus Eccleſiæ*, q. 18 *tit. de renunciatione mercedis, verſic. multi autem caſus, n.* 5. Menoch. *conſil.* 27. *& conſil.* 55. ubi de eo latè agit & tradit, ſublato commercio ſublatam eſſe ſubſtantiam & animam (ut ſic loquamur) ipſius vectigalis, quo caſu, nec dubius eventus, ſpes, aut fortuitum aliquid conſiderari poteſt.

Et in terminis noſtrarum legum eas ſic interpretandas, & juſtas eſſe defendens tenuit idem Menoch. *conſ.* 671. *n.* 6. pro conductione vectigalium lanarũ Hiſpaniæ conſulens prohibito earum commercio à Rege noſtro Philippo II. cum Germania, Anglia, & Inſulis rebellibus diſtinguens, *Aliud eſt pati damnum conductorem belli cauſa non prohibito commercio & negotiatione, aut pati damnum ob bellum ſublato omnino commercio.* In hoc caſu poſteriori pretium conductionis non debetur, ut prædiximus.

Nec contra aliquid ſtatuitur *d. l.* 2. quia tunc ſublato commercio, propriè & immediatè facto Principis locatoris, patitur damnũ conductor. at verò in priori caſu, quando commercium non prohiberur à Principe, damnum quod provenit ex bello, caſui fortuito, quem reſpicit locatio vectigalium tribuendum eſt, quemadmodum & ſolum *d. l.* 2. *&* 3. *tit.* 9. *lib.* 9. *recop.* excipiuntur illi caſus ſi Princeps fecerit, quæ non reſpiciunt impedimentum uſus conductionis, ſed quæ pertinent ad Regni ſtatum, ut ſi aliqua decreta ediderit, vel leges pro utilitate ad Regimen fecerit aut mutatio monetæ ſequetur, vel ipſe Princeps naves aliquas, vel oneraria ad ſui ſervitium expoſcerit, ſeu bellum inciderit, etiamſi illud Rex qui locat vectigalia excitaverit, quia cum hæc omnia ad publicam reſpiciant utilitatem, cui privatam cedere oportet, non judicantur impedimenta conductionis, ſed facta neceſſaria, quæ pro dignitate ſua debet exequi Princeps, qui verè etiamſi vellet, non poteſt quocumque pacto ſe exuere eis, quæ pertinent ad dignitatem Regis, id eſt, ne bellum gerat pro utilitate ſubditorum, leges, & novas conſtitutiones pro regimine & communi bono ne edicat, juxta quod notarunt Bald. *in l. nuptiæ, ff. de Senator.* quem ſequitur *ibi* Oroſ. *n.* 1. Angel. *in l. ſi dominus. n.* 4. *ff. de his qui ſunt ſui*, Aleſ. *l.* 6. *conſ.* 224. *n.* 7. Mandel. Albenſ. *l.* 1. *conſ.* 185. *n.* 29. *& l.* 3. *conſ.* 555. *n.* 34. quibus adde Leonem *deciſ. Valentin.* 32. *n.* 31. *& deciſ.* 82. *n.* 17. *&* 2. *p. deciſ.* 144. *n.* 13. idque velut regali diademati infixum, nullo pacto à Regio ſolio avelli poteſt. Maſtril. *de Magiſtratib. l.* 3. *c.* 8. *n.* 18. Parlad. *lib.* 2. *rer. quotid. c.* 1. *n.* 15. Barboſ. *in remiſſionib. lib.* 2. *tit.* 26. *in principio, p.* 174. D. Salgado de *Regia protect.* 1. *part. cap.* 2. *n.* 38.

Præſertim quia bellum, ex quo impedimentum

ex

ex parte Principis Gabellarius objiciebat, respexit, quia Batavi Insulani rebelles nostri Regis, vel Piratæ, maria nostra infestarunt, & impedierunt exportationem aliquarum mercium, & ultra quàm hic casus quando à latronibus & Piratis damnum infertur non est insolitus, sed potius frequens, & ipsis juribus expressus *l. ex conduct* 15.§.2.*l.proinde* 34.*ff locati*,*l.in rebus* 18.*ff.commodat.l.cùm unus* 12.§.*fin. ff. de bonis auth.judic.possid.l.qui à latronibus*,*ff.qui testam.facere poss. l.*1.§ *is vero*, *ff.de oblig.& act.l.qui commeatu*, *ff.de re milit.* & aliis pluribus, & cum hi Batavi Insulani à tempore, quo in rebellionem ab hinc pluribus annis proruperunt, semper piraticam exerceant,& perfidiam in Religionem,& contra nostrum Regem prosequantur, mul ò magis Gabellarius erat excludendus,quia ut ex Baldo tradit Bertach. *de gabellis*,2.*p n* 44 ibi, *Quando bellum erat cœptum tunc ante locationem, non potest ex bello peti remissio, quia à præsenti statu tenetur conductor futurum eventum judicare l.si quis domum*,§. *fin.ff.locati* Alex.*in l. interdum*,§.*quod si*,*ff.de acquir poss*ff.& sibi imputent Gabellarii,qui cùm casum potuerunt prævidere,& sibi providere, id n on fecerunt ideò non debent excusari à pensione,ut *argumento legis si quis postea*,*ff.de judiciis*, §.*qui per potestatem, de excusat.tut.l.*23.*tit.* 17.*p.*6.ex Baldo & Gregor Lopez notavit in terminis Giron.*de gabellis* 2.*p.*§.1 *n.*44.

16 Nec solum procedit quando bellum jam excitatum & inceptum,sed etiam quando imminere posset vel timeri,ut ex Ioanne Andrea,Speculatore, Alexandro,Socino,Rirninaldo, & aliis pluribus tenuit Carrotius *de locato tit de remissione mercedis.q.*8 *n.*3.& 4. quemadmo lum,cum quis conduceret fundum saxosum vel sterilem non potest petere remissionem mercedis propter sterilitatem, quia eam prævidere potuit ut *ex Auth de mandatis Principum*, §. *Publicorum*,ex Bart.Bald. Alex & Ripa idem Carrotius, ubi proximè *n.*1. & ad explicationem, *l.*21.*tit.*8.*p.*5.ut conductori denegetur actio contra locatorem quando potuit prævidere justè posse impediri, probavit. D.Castillo, 3.*tom.c.*3 *n.*34.

17 Quoties enim bellum Princeps indicit ex necessitate sui muneris, & pro publica Regnorum utilitate nihil esse, quod possit Principi imputari, aut si leges edixerit pro communi bono, quia id quod ad Regum potestatem, & obligationem spectat, velut casus fortuitus & vis major debet existimari, ut *argum,l.Lucius ff.de evictio l item si verberatum*,§.*Item si forte ff de rei vindicat.* notavit in terminis, Æneas Robertus *lib.*1.*rer.judicat.cap.*16.*pag.*284.& casum fortuitum debet sustinere conductor, ut in reliquis certissimum est.

18 Et cum bellum Insulanis Batavis Rebellibus fit, quia ex sua perfidia in Ecclesiam Catholicam & suum Regem semper opprimi debent, & armis infestari, nihil queri potest conductor ex verbis Text. *in l.si quis domum* 9.§ 1.*versic.idem quærit*,ibi: *Quia hoc evenire posse prospicere debuit*: & cùm hujusmodi bellum jam multis ab hinc annis procedat, & velut nobis consuetum sit, nullam inde poterit remissionem mercedis petere conductor, sed damnum sustinere ex Textu *in l.ex conducto* 15.§.*si vis*,*versic.sed si tales*,*ff.locati*, eis verbis: *Si verò nihil extra consuetudinem acciderit*,*damnum coloni esse.idemque dicendum esse si exercitus præteriens per lasciviam aliquid abstulerit.*

19 Maximè quia, ut prædiximus, renunciationem fecit expressam conductor similis casus fortuiti, quam valere jam animadvertimus,& hoc casu etiamsi aliàs conductor excusetur casu fortuito,& vi majori, ex qua petere remissionem mercedis posse traditur apertè *l. ex conducto* 15.§.*vis major*, *ff. locati*, tamen si ut in nostro casu,expressè cautum, ut belli casus, & vis majoris in se conductor sustineat, pacto standum est,quæ sunt verba Textus *in l. si quis fundum* 10. *ff. locati*,& quæ aliàs ex natura locati veniunt,non comprehenduntur, si aliter pactum fuerit, ut quamvis isti casus possent præstare causam remissioni mercedis, tamen fieri non debeat, quando expressè aliter cautum,ut *in d.l.*2.*&* 3.*tit.*9 *lib.*9.*recop.*& faciunt verba Textus *in l.sed addes* 21.§.*illud nobis*,*ad fin.ff.locati*, ibi: *Hæc autem omnia sic sunt accipienda, nisi quid aliud specialiter actum sit*,& facit notandus Text. *in l.item quærit* 14.§.*si gemma*, *ff.locati*, ubi si artifex gemmam auro includendam receperit, etiamsi non teneatur,quando gemma non ex imperitia, sed ex vitio materiæ fracta sit,tamen si aliter pactus fuerit,tenebitur, verba Text. ibi, *Nisi periculum quoque in se artifex receperat*,*tunc enim etsi vitio materiæ id evenerit*,*erit ex locato actio.*

Nec enim potest imputari Principi, quasi conductorem deciperet, cum expressè caveret in hunc casum remissionem pensionis non faciendam, ut aliàs per argumentum ab speciali probatur *in d. l. si quis domum*,9.§.1.*versic.idem quærit*, ibi: *Decepit enim conductorem*,& quando juxta pactum casus fortuitus evenit,queri non potest, qui pactus fuit, *l.item quærit* 14.§. *si quis servum*,*ff.locati*, ibi: *Si modo non sic conduxerit, ut peregrè duceret*, & cum Principi culpæ non tribuendum, si bellum indicit, aut leges novas & constitutiones edixerit,non debet conductor petere mercedis remissionem, ut in difficiliori casu,quando non ex conventione, ut in præsenti, sed ex accidenti res fuerit mutata,videlicet cùm navicularius in aliqua navi onus vehendum conduxit, & cùm flumen ea navis subire non posset,in aliam navem merces transtulerit, eáque navis in ostio fluminis periret, ex Labeonis sententia *in d l.item quærit*, §. *si navicularius* sic: *Si culpa caret*,*non teneri navicularium traditur*,quando minus debet teneri Princeps,qui de his casibus expressè pactus, ut pertineat periculum ad conductorem, & non solum culpa caret bellum indicendo, aut leges condendo, imò potius maximæ culpæ tribueretur, si pro communi bono studiorum hæc facere omitteret. 30

Ex quibus apparet quantò juris Regulis conveniant leges nostræ, & judices debeant earum tenorem observare, quia licet permissum sit de legibus disputare cum eas homines instituunt, tamen cum fuerint institutæ & firmatæ, non est permissum de illis judicare,sed secundùm illas,*cap.in istis* 4.*dist.*& cum expressè prædicti casus comprehendantur in dispositione earum legum & decidatur ne possit ex illis remissio pensionis fieri, nulla interpretatio admittenda quæ offendat legis verba, & decisionem, etiamsi illa non adeo conveniret jurisprudentiæ, ut probavimus, sed aliquam contineret duritiem, ex *l. prospexit ff qui & à quibus* ibi: *Quod perquam durum est, sed ita lex scripta est.* Nec hoc casu restinctio vel interpretatio, (quæ ex mente est non contra mentem) recipi potest,Petr. Victor.*lib.*3.*var.lect.c.*11. Ant.August. *lib.singular. de legib.* & pro multis vide Patrem Suar.*lib.*6.*de legib.c.*5.& Bald.*lib.*2.*cons.*174. inquit: *Vbi sunt verba expressa*,*cavillationes Advocatorum non debent locum habere*; Et ut idem Bald. *in rubr.de Postulat.Prælator.*ibi, *Neque subtilitas locum habet*,*ex qua veritas vulneratur.* 31

ALLEGATIO XVIII.

De remissione mercedis conductionis vectigalium propter impedimenta.

1 *Locator debet conductori præstare liberum usum rei locatæ ad exigendam pensionem.*
l. si in lege, 27. §. colonus, & vers. item utiliter.
l. qui insulam, 23. in principio, l. si fundus, l. & hæc distinctio, ff. locati.
l. cum proponas, C. de nautico fœnore.
l. 21. & 22. tit. 8. p. 5. & c. n. 3. & 15.

2 *Locatio & venditio eisdem regulis censetur.*
l. 2. ff. locati.
§. 1. instit. de locato & conducto.
Emptor non tenetur solvere pretium, nisi res vendita tradatur.
l. Iulianus, §. offerri, de act. empt.
l. exempto, versic. & in primis, ff. eodem.

3 *Stipulatione habere licere tenetur quis non solum ex suo facto, sed eorum quos prohibere potuit.*
l. Fulminum, 24. §. quanquam, ff. damno infect.
l. in omnibus, 3. de noxalibus.
l. Scientiam, 45. ff. ad legem Aquiliam.
l. si fundus, 33. vers. similiter, l. & hæc. distinctio, 35. ff. locati.
l. qui insulam, 30. §. fin. ff. locati.

4 *Princeps debet esse benignus circa gabellarios.*

5 *Fiscus non debet cum subditorum damnis locupletari.*

6 *Remissio pensionis facienda, quando prohibetur à locatore conductor re frui.*

7 *Princeps debet semper præferre publicam utilitatem.*
l. 2. & 3. tit. 9. lib. 9. recop. & c. n. 9.

8 *Bellum quamvis Princeps excitet ex quo minuatur vectigalia, non tamen publicano debetur pensionis remissio.*
Injuria non fit consentienti.
l. cum donationis, 34. C. de transactionibus.
l. de fideicommiss. 11. C. eodem.
l. veteribus, ff. de pactis.
c. si quis justo, 48. de elect. lib. 6.

9 *Casus fortuiti renunciatio, etiam non cogitati admittitur.*
l. si quis fundum, 10. in principio, ff. locati.
l. licet, C. de locato, & c. n. 12.
l. 23. tit. 8. p. 5. & c. n. 12.

10 *Casus fortuitus qui provenit sine facto Principis non potest causam præbere remissioni pensionis.*

11 *Pensionis solutio solet suspendi in supremo Regalis Patrimonii Senatu, quando constat publicanos in conductione vectigalium dominum habuisse.*
Publicani apud Romanos relationem valoris vectigalium dare tenebantur, & apud nos etiam observatur.

12 *Sterilitas unius anni in conductione debet cum ubertate aliorum compensari.*
l. eotem, § qui maximos ff de public. & vectig.
l. penes illum, 4. C. de vectig.
l. si uno, in principio, ff. locati.

13 *Commercio rei ex quo solvuntur vectigalia sublato publicanus non tenetur, nec procedunt leges Hispaniæ.*

14 *Pactum ut solvat pensionem conductor quamvis prohibeatur à locatore uti re locatâ est contra substantiam locationis.*
l. cum precario, 12. ff. de precario.

15 *Substantiâ rei conductæ sublatâ pensio non debetur.*
l. 22. & 23, tit. 8. p. 5. & c. n. 24.

16 *Princeps non videtur detrahere locationi vectigalium ex eis, quæ pro Regio munere fecerit vel statuerit.*

17 *Accidentalia, quæ in consequentiam veniunt non attendenda.*
l. si quis nec causam, ff. si cert petatur.
l. 1. vers. prima enim ratio, ff. de auth tutor.

18 *Casui fortuito referendum quod Princeps, aut ejus Magistratus pro Regimine decernere cogitur.*
l. Lucius, ff. eviction.
l. item si verberatum, §. item si forte, ff. de rei vindicatione.
l. si merces, §. vis major ff. locati.

19 *Pactum facit recedere à jure communi.*

20 *Conjecturis non est locus, ubi verba sunt manifesta.*
l. ille aut ille, §. cum in verbis, ff. de leg. 3.
l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig.
l. ancillæ, C. de furtis.

21 *Interpretatio non procedit ut restringat legem, quæ aperte loquitur.*
Auth. ut sine prohibitione.
c. suggestum, de appellat.
c. post translationem de renunciatione.

22 *Remissionem pensionis Doctores qui concedunt vectigalium conductoribus, ex facto Principis impedientis percipere procedunt, quando ex culpa factum procedit.*

23 *Factum injustum locatoris tribuit causam remissioni pensionis.*

24 *Renunciatio generalis casus fortuiti efficit, ut periculum ad conductorem pertineat.*

25 *Impedimentum non prodest, quando est culpa impediti.*
c. propter sterilitatem de locato.
l. videamus, §. pen. l. merces, §. culpa ff. locati.
l. qui commeatu, ff. de re militari.

26 *Impedimentum qui allegat debet facere omne quod in se est, ut removeat.*
Impeditus dicitur qui potuit removere impedimentum.
l. sed & si per Prætorem, ff. ex quibus caus. ma.

27 *Impedimentum, ut prosit conductori ad pensionis remissionem debet denunciari, & protestari locatori.*
l. item quæritur, 13. §. exercitu, ff. locati.
Impedimentum modici temporis non præstat remissionem pensionis.
l. si in lege, 24. §. Colonus, ff. locati.
Tempus modicum quod sit Iudicis arbitrio relictum.

De impedimentis quæ conductores vectigalium solent opponere à Principe fieri, quominus gabellis fruantur, ut fiat remissio pensionis, & quomodo id accipiendum ad explicationem lib. 2. & 3. tit. 9. lib. 9. recop.

1 MULTOTIES gabellarum conductores ut excusent solutionem pensionis, quam debent pro vectigalium conductione, opponunt ab ipso Principe, cujus nomine locantur gabellæ, impeditos esse, eas percipere, ac perinde remissionem pretii fieri oportere, quasi ut *suprà alleg.* animadvertimus, teneatur locator liberum usum rei conductori concedere, & patientiam præstare, ut omnis conductionis fructus percipiat, aliàs non potest petere pretium conductionis, *l. si in l. 27. §. colonus, in princ.* ibi: *Si ei frui non liceat, & in vers. Item utiliter l. qui insulam, 33. in princ. l. si fundus, l. & hæc distinctio, cum aliis ff. locati l. cum proponas, C. de nautico fœnore*, Bart. *in d. l. si fundus, & in l. ex conducto, in princ. ff. locati*, & probatur jure nostro *l. 21. 22. tit. 8 p. 5.* Boher. *decis. 149. n. 5.* Mastrill. *decis. 299. n. 18.* D. Castillo *lib. 3. controv. c. 3. à n. 18.* ubi plures refert, quia pactum inhæret contractui, nihil facturus locator, quominus conductor impediatur re locata liberè frui, ut ex Bald. & aliis Surd. *decis. 326. n. 36. & cons. 400. ex n. 6.*

2 Nam cum locatio eisdem ferè regulis, ut emptio judicetur, *l. 2. ff. locati §. 1. instit. eodē*, sicut in venditione non tenetur emptor pretium solvere, nisi res vendita traderetur, *l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt. l. ex empto, vers. & in primis ff. eodem*, & quodcumque impedimentū, quod locator opposuerit, obstabit ei quominus pensionem conductionis exigere valeat.

3 Unde quoties Princeps suis decretis prohibuerit aliquarum mercium transportationem, sive ex bello impediatur, seu insolita tempestate id eveniat, & vectigalium nova impositione commercium diminuetur, vel ex Magistratuum facto aliud quodcumque impedimentum sequatur, quia Rex tenetur præstare factum eorum, qui ejus nomine Rempublicam administrant, & cùm posset prohibere, videtur teneri si non prohibuit, vel ejus nomine fecerit, quia in stipulatione habere licere (quod videtur concedere & permittere Princeps conductori gabellarum) non solùm ex suo facto obligatur promissor, verùm etiam eorum qui ab eo causam habent, & quos potuit prohibere, Bart. *in l. stipulatio ista in principio, ff. de verb. obligat. arg. l. fluminum 24. §. quanquam. ff. de dāno infecto* ibi: *Planè si prohibere potuit, committetur, l. in omnibus 3. ff. de voxalibus* eis verbis: *si cùm prohibere potuit, non prohibuit, l. scientiam 45. ff. ad l. Aquiliam*, ibi: *Vt qui prohibere potuit teneatur, si non fecerit l. si fundus, 33. vers. similiter, l. & hæc distinctio 35. ff. locati* Ias. *in d. l. stipulatio ista, n. 12.* ubi adducit Textū singularē *in l. qui insulam, 30. §. fin. ff. locat.* nota verba *Coloni servus villam incendit non fortuito casu, non videri eam vim exceptam, respondit, nec id pactū esse, ut si aliquis domesticus eam incendisset, nec præstaret.* Idem probatur *l. 21. tit. 8. p. 5.* quasi ex facto suorum quis teneatur: ac si ille feciſſet, & ita Princeps ex eo quod Ministri illius prohiberent: vel fecerint in terminis notarunt Anchar. *cons. 414. n. 2.* Soc. *cons. 152.* quem refert & sequitur Roland. à Valle *vol. 4. cons. 69. n. 14.* probavit Bursattus *lib. 3. cons. 309. per totum.*

Sed & juxta æquitatem Principem decet benignè 4
circa subditos in hoc agere, ut rescripsit Theodoricus Italiæ Rex Iuliano Comiti Patrimonii juxta Cassiodorum *lib. 1. var. c. 16.* ibi: *Considerandum esse judicamus, ut quorum non possumus accusare desidiam relevandam potius æstimamus fortunam in hac parte esse; inde enim constitutas pensiones inferri volumus, unde constat subjectos commoda consequutos*, & idem propter sterilitatem tributorum solebat exactiones remittere, ut in fundis emphyteuticariis, idem Theodoricus apud Cassiodorum *l. 4. variar. epist. 38. & 50.* eis verbis: *Æquum est ut agnorum fructibus datis subleventur onere tributaria functionis, quod fieri debere pietas acquiescit, ut quantum possessoris laborabit, utilitas sublevetur, quatenus mensurata conferatur quantitas beneficii, dum modus integer cognoscitur lasionis, repugnante siquidem naturâ, quælibet cedit industria, nec prodest laboris studium impendere, quod ubertas locī non cognoscitur adjuvare.*

Nam quamvis tributorum causa publica sit, augeri 5
debeat, & faveri, non tamen ut fiscus exigat pensiones tributorum quæ prohibuit; nam ut tradit ipse Cassiodorus *lib. 4. var. c. 6. ibi Crescat fiscus & utilitas publica, sed utilitas privata nullum dānum sentiat*; nec cum subditorum damnis oportet Principem & ejus fiscum locupletari, ut notavit meus collega Dominus Franciscus de Amaya *lib. 1. observ. juris civilis c. 1. n. 77.* nihil enim magis *ab æquitate alienum*, quàm exigere à Gabellario vectigalium pensionem, & impedire vectigalia percipere, quia substantia locationis consistit in usu pro certa mercede, Host. §. 1. *instit locat.* Petr. Greg. *lib. 27. Syntagm. juris, c. 1. n. 3.* Bart. *in l. si quis domum, in princ. ff. locati.* Motius *de contractibus, tr. de locat. tit de accidentalibus locationis, n. 55.* Marc. Anton. Eugenius *cons. 50. n. 19. & 20.* Cravet. *cons. 233. n. 9.*

Et ideo his casibus faciendam esse remissionem 6
pensionis, tenuerunt Alex. *lib. 6. cons. 84.* Joann. Anania, & *ibi* Ludovic. Bologninus *in addit. cons. 74. n. 2.* Anchar. *cons. 417. n. 1.* Aymon. Cravet. *cons. 95.* Beroius *lib. 1. cons. 144. n. 12. & 68.* Hippolyt. Riminald. *lib. 3. cons. 282. n. 16.* Cephalus *cōs. 577. n. 78. & 9.* Menoch *cons. 55. per totum* Surd. *cons. 24. in princ.* Alex. Raudens. *lib. 1. variar. c. 29. n. 44.* Renatus Chopinus *lib. 3. de doman. Franciæ, tit. 13. n. 10.* D. Castillo. *tom. 3. controv. c. 3. à n. 25. & 39. cum seq.* ubi plures, ut solet, refert.

Veruntamen quamvis hæc soleant continuò à Pu- 7
blicanis vectigalium conductoribus opponi, ut pensionis obtineant remissionem, expressè verò excluditur quod ab illis potest intendi ex *nostris leg. 2. & 3. tit. 9. lib. 9. recop.* quibus apertè cavetur sive ex bello, aqua, igne, sterilitate, aut quocumque casu cogitato, vel incogitato, damnum evenerit, in se suscipiunt vectigalium conductores, quamvis bellum inferat damnum, & à nostro Principe bellum excitetur, cui addendum est omne quod *suprà* circa præfictis leges, earum justitiam & interpretationem tradidimus *alleg. 17.* & meritò ita expressum in eis fuit, quippe etsi Princeps contrahat, & ut privatus ex contractibus obligetur, *c. sunt quidam, cap contra statuta 25. q. 1. Clement. Pastoralis, §. cæterum, de re jud.* Otosius *in l. Princeps, n. 6. 7. & 8. ff. de legib. l. 3. tit. 10. lib. 5. recop.* ubi Matienzo *gloss. 1. n. 4.* ubi plura congerit Alex. *vol. 7. cons. 69. ad fin.* Z sius *vol. 1. cons. 10.*

*n.*27.Maſtril.*lib.*3.*de Magiſtr.c.*4.*n.*333.*cum ſequent.* Semper tamen excipit Princeps, quæ reſpiciunt communem ſtatum Regni, & publicam utilitatem ſubditorum, cui cedere oportet commodum privatum, *l. Ius publicum, ff.de pactis,* Socinus *lib.*2. *conſ.*275. *n.*12. Craveta *conſil.*242.*n.*20. Menchac, *controv.illuſtr.lib.*1.*c.*5. *n.*16. Mexia *in Pragm.* Pariſ.*concl.*4. *n.*24. Aviles *c.*1. *Prætor. num.*6. Gironda *de privil. n.*902.Cevedo 1.*p.deciſ.*74 *n.*1.

8 Et ita congrue adjectum belli causâ fieri non oportere remiſſionem, etiamſi Princeps excitet bellum, quia nec potuit, aut debuit non excitare,quoties regendi munus ſuadet: & tunc Princeps nihil facit ut impediat exigi vectigalia,(ſua enim ſunt,& vellet augeri) ſed quod pertinet ad Regale officium in bello inferendo rebellibus aut inimicis, Regio munere fungitur,& cum his pactionibus Gabellarius conſentiret,nihil queri poteſt,cùm ſcienti & conſentienti injuria non fiat, & ultra quæ *ſuprà* adducta *alleg.*17. *n.*30.probatur *l.cùm donationis,*34.*C.de tranſactionibus,l.de fideicommiſſo* 11.*C.eodem,*ibi: *Et non poteſt eo caſu reſcindi tanquam circumuentus ſis,cum tali pacto conſenſeris*; debuit enim conductor vectigalium excipere illos caſus,ex quibus penſionis intendit remiſſionem, aliàs contra eum interpretatio facienda *l.veteribus, ff.de pactis,* nec admittere debebat generalem caſuum renunciationem, quæ abſolutè adjicitur *noſtris legibus* 2.*&* 3.quæ adeò connaturalis conductioni gabellarum judicatur, ut generales conditiones cenſeantur, quibus vectigalia Regalis Patrimonii locantur, nec de aliquo conqueri poteſt ex ſententia Textus *in cap. ſi quis juſto* 48.*de electione, lib.*6.*verſ. ſi autem,*eis verbis:*Sibique imputet qui ſic eos conſtituet indiſcretè*; & tradit expreſsè Menoch. *conſ.*55.*n.*12.dum ita Gabellario reſpondet juxta ſtatutum civitatis Montis Regalis, quo cavebatur ſimiliter, ut etiamſi communitas quæ locaverat vectigalia, aliqualiter impediret exigi, non peteretur penſionis remiſſio; & ſubdit Menoch. *quæ ſanè ultima verba,* ibi: *culpâ vel facto ipſius communitatis oſtendunt Brunum conqueri nõ poſſe cum ſua voluntate huic facto ſe ſubjecerit,non etiam poſito in neceſſitate propria voluntate leges non ſuccurrunt, l. fidejuſſor,*§. *ſi neceſſaria,ff.qui ſatis d.cog. ibi* Gloſſ. & Doctores.

9 Maximè cùm certiſſimum ſit in jure valère remiſſionem caſus fortuiti,& id ſine dubio cùm exprimeretur,ut in noſtris legibus,*l ſi quis fundum,*10.*in principio, ff.locati,juncta gloſſa, verbo ei præſtatur, l.licet, C.locato,* ibi:*Si tamen expreſſum non eſt in locatione, l.*23.*tit.*8.*part.*5.ex Iaſone, Beroio, Franciſco Becio, Mandello,Menchaca,Pinello, Antonio Gomezio, & aliis,probavit D Caſtillo 3.*tom. controv.cap.*3.*n.*48. ſed etiam ad incogitatos extendi renunciationem dicendum eſt ex verbis noſtræ *l.*2.ibi:*Por qualquier caſo penſados,o no penſado,*quo caſu non ſolùm caſibus fortuitis, qui ſperari poſſent, videtur renunciatum, ſed etiam aliis etiamſi inſoliti ſint; nec poſſent cogitari;id enim reſpicit abſoluta illa & univerſalis renunciatio,ut tenuit Hugo de Celſo *conſ.*18.*n.*2.ſi renunciatio ſe extendit ad caſus inſolitos & incogitatos, etiam eos comprehendi, & reprobans Corneum ex Ripa, Seraphino, Azevedo, & aliis D. Caſtillo *dict.c.*3.*n.*106.ex Pinello, Antonio Gomezio,Guterrio, Affl icto, & Antonio Fabro, qui ita refert,in Sebuſiano Senatu deciſum: & ſequitur Fontanella *de pactis nuptial.*1.*tom. clauſula* 3.*gloſſ.*3.*n.*66. *&* 67. & ſuadet ratio naturalis. Cur audiendus vectigalium conductor, ut intendat de illis caſibus non cogitaſſe, qui etiam incogitatis renunciavit? nec cogitare debuit evenire potuiſſe caſum non ſperatum, qui de non cogitato pactus fuit.

Hæc tamen, ut juſto moderamine procedant, no- 10
tandum eſt,aut impedimentum provenit caſu fortuito ſine ullo facto Principis locatoris,& eo caſu ex ſerie,*d.l.*2.*&* 3.junctis illis,quæ pro earum ratione, & juſtitia expendimus *ſupra alleg.*17.nullus poterit eſſe locus remiſſioni penſionis, ſi peſte, incendio, aqua, nivibus,ſterilitate, aut aliis caſibus fortuitis vectigalia decreſcerent, quia ultra quam hæc omnia reſpicit expreſsè renunciatio, quæ fit in conductione vectigalium,ejus natura,& conductio, ut prædiximus, cõprehendit quid fortuitum, ut omne ſive plus,aut minus, quàm penſio vectigalis comprehendere valeat, etſi ad juris exactam diſciplinam & regulas hæc cauſa referatur,nulla remiſſio ex prædictis fieri debebit conductoribus Gabellarum.

Tamen æquitate ſuggerente Regalis patrimonii 11
ſupremum Conſilium ſolet Gabellarius, quando apparuit magnam fuiſſe jacturam in vectigalium perceptione ſuſpendere aliquod tempus ſolutionum partis pretii conductionis,ita verò fieri oportet me pluribus in caſibus ſuadente,ſi prius rationes tributorum diſcutiantur circa valorem qui in præcedentibus annis vectigalia habuerunt,quia juxta ordinationes,quibus regale Patrimonium adminiſtratur omnes conductores Gabellarum,Theſaurarii,aut alii quorum cura ſit vectigalium collectio,debent quotannis Regali conſilio mittere relationem valoris cujuſcunque Gabellæ, ut ita cognoſci poſſit, an rectè adminiſtratio procederet, quid vectigalia valerent, & idem apud Romanos obſervatum tradit Cornelius Tacitus *lib.*13.*annalium*, dum tradit Senatum decreviſſe *Publicanæ rationes cujuſque tributi,& vectigalis extare,ne quam Publicani fraudem faciant, oportet.*

Nam fieri non debet ex aliquibus annis uberiores 12
fructus & maximum lucrum percipiant, etſi aliquo anno minus feliciter conductio ſuccedat,remiſſionem petant, nam ultra quàm ſterilitas debet cum ubertate cõpenſari,ut *ſupra* notavimus *alleg.*17.*n.*21.expreſsè cavetur in noſtra ſpecie,*l.Cotem* §.*qui maximos.ff.de public.& vectig.* & ideo tributa cõduci non poſſunt, niſi ad minus pro tribus annis *l.penès illum,*4. *C. de vectig.* ne conductores eorum in anno ſterili petant remiſſionem ut petere ſolent, ſed omnium collatio fiat & cõpenſentur,*l.ſi uno,in principio.ff.locati,l.licet, C.eodem,*ubi Bald.*n.*11.*c.propter ſterilitatè,de locato,* dicit poſt alios communẽ Socin.junior *vol.*2.*conſ.*68. *n.*3.*&* 9.& probatur jure Regio *l.*23.*tit.*8.*p.*5.ubi id expreſsè cavetur,& notat Gregorius Lopez in ea.

Si verò vectigalium diminutio ex facto Principis proveniat dicendum eſt,quia ſi directè impedimentum ſit, commercio ſublato, ex quo vectigalia dependebantur eo caſu non procedunt leges noſtræ 2. & 3. *tit.*9.*lib.*9.*rec.*quia tunc iniquum foret,ut compelleretur conductor ſolvere pretium vectigalium,quæ non extant, nam ſi non fruatur re locata oportet conductionis penſio dependi ex his quæ pluribus notavit P. Caſtillo *lib.*3. *contr.c.*3.*n.*65. ubi tradit etiamſi pacto adjiciatur,ut penſionem præſtet conductor, quamvis re uti à locatore impediretur adhuc prædictum pactum non obſervandum, quaſi contra ſubſtantiam contractus quæ conſiſtit in rei uſu.

Et ultra plurimos quos refert D.Caſtillo qui ſem- 13
per ferè omnia cumulat, illud pactum quaſi adverſetur ſubſtantialibus locationis non valere *argumento l.cum precario,*22.*ff.de precario* & contrarium eſſe locationi notarunt Bart.*in l.ſi quis domum in principio, ff. locat.* Andreas Gail. *libro* 2. *pract. obſervat.*

caſ.

*cap.23.num.7.*Marcus Antonius Eugenius, *conſ.50. num.19 & 20.*Navarr.*in Manuali,cap.17.num.287.* Petrus Pechius *in regula contractus, num.9. de regul. juris in 6.*

Et inde notandum eſt rectè *in d. legib.2. & 3.*non 15
tradi conductorem manere obligatum ex renuntiatione quæ in eis fit ad penſionem ſolvendam quando commercium impediretur vel in totum vectigalia non colligerentur, ſed ſolùm quando ex caſibus augetur vel diminuitur vectigalium ſolutio quaſi in caſu quo ceſſat cauſa ex qua percipiuntur vectigalia, non poſſit ſequi effectus mercedis veluti re non extante,ut *ſuprà in allegat.17.n.22.& 23* probavimus, *arg.leg.ex conducto,§.1.ff.locati,*ex Bald.Rip.Corneo Cephalo, & tribus conſiliis Menochii qui hoc caſu tradit ſublatam eſſe rei ſubſtantiam & animam (ut ſic loquamur) ipſius vectigalis, ex quo rectè D. Caſtillo *d.c.3.n.63.*pro interpretatione, *l.23.tit.8.p.5.* tradit ejus diſpoſitionem qua ſtatuitur etiamſi diminuatur penſio, ex caſu fortuito teneri conductorem, ſoluere penſionem quando obligatus fuit pro ea in quocumque caſu ei renuncians rectè *ad legem 22. præcedentem* tantum referri in qua agitur de impedimentis naturæ ex caſibus, non verò *ad l.21.* ubi traditur non deberi penſionem quando ipſe locator impedimentum objecit, quo minus fructibus rei conductor frueretur, quia tunc nec noſtris conditionibus generalibus admittitur ſolvendam eſſe penſionem.

16 Sed tamen id in vectigalium conductione recipit interpretationem *ex noſtris legibus 2.& 3.tit.9.lib.9. recop.* quando Princeps non prohiberet commercium ut in caſu præcedenti, ſed ex munere Regio leges condiderit pro ſubditorum utilitate, & pro authoritate publica bellum excitaverit, aut quid pertinens ad dignitatem Regiam decreverit, quia tunc ut expreſsè dictis legibus excipitur, nihil videatur impedire aut nocere locationi, verum ſolùm exequi id quod abſque muneris injuncti jactura omittere non poteſt, & tunc rectè traditur nullatenus poſſe conductores vectigalium petere remiſſionem pretii quippe cùm Princeps non poſſit exuere Regalia, & quæ ejus dignitatem ſpectant pactis immutare; ut *alibi* notavimus,*allegat.17.n.24.*ita ſemper illa in conductionibus debuerunt excepta manere, quaſi conſentirent conductores cùm ſubjaceant illis quæ ad publicum ſtatum pertinent, nec Princeps remittere aut omittere poſſet, & his caſibus ſpectant omnia quæ pro ratione & juſtitia, prædictarum legum *ſuprà allegatione præcedenti* animadvertimus, inde petenda, nam hic ſatis eſt indicare.

17 Et illa quæ Princeps per ſe non operatur, ut impediat uſum rei locatæ,ſed veniunt in conſequentiam Regiminis, & publicæ utilitatis, etiamſi damnum inferant,non attendenda,*arg.text.in l.ſi quis nec cauſam,ff.ſi certum petatur,l verſ.Prima enim ratio,ff.de author.tut.*ex quibus non attenduntur ea quæ veniunt præter intentionem primariam,ſed ſecundariò, & in conſequentiam facti juſti, ut in terminis expendit Marcus Antonius Eugenius,*lib.1 conſ.50.n.40.* conſiderari enim poteſt impedimentum, hoc caſu non provenire ex facto locatoris, quia non intendit impedire uſum rei,ſed potius ex caſu fortuito,qui compellit bellum excitare, aut leges condere, aut quid aliud pro publica utilitate decerni,ex quo non colligantur tam uberiora vectigalia, idque ita præſenſiſſe noſtras *leg.2. & 3.* videtur, quibus non traditur renunciationem fieri oportere ſi Princeps abſolutè impedierit uſum locationis, ſed quoties aliquid pro publica utilitate decerneretur, veluti bellum inferendo, aut leges condendo quod cum non tam ex voluntate quàm neceſſitate Regiminis, & publici communiſve ſtatus proveniat rectè ex caſu qui ad hæc impellit provenire dicendum, & huc reſpicientes leges noſtræ cum caſibus fortuitis incendii, aquæ, nivis,grandinis, peſtis & ſimilium, ſimul quaſi ad illos ſpectaret caſum belli aut novarum legum ſtatutum adjecit.

Et quando iniquè Magiſtratus aliquid decerne- 18
rent, quominus vectigalia læderentur, de quo noſtra etiam diſputatio eſt, hoc caſui fortuito ſterilitatis, grandinis, nivium, aut ſimilium, qui cœli inclementia veniunt, æquaſſe videtur, quod iniquiſſimus proconſul Cerealis dicebat apud Cornelium Tacitum,& adfert juſtus Lipſius *lib.4 de magn.Rom.c.8.*ibi: *Quomodo ſterilitatem,aut nimbos,imbres, & cætera naturæ mala,ſic luxum,injuſtitias,vel avaritiam dominantium tolerate,vitia erunt,donec homines,*de quo nos *alibi in deciſ.Granatenſ.diſp.9.n.58.*& conſonat,quod notavit Æneas Robertus *lib.1. rer. judicat. cap.16.* Regiam poteſtatem, & ex illa decreta eſſe vim majorem cui reſiſti non poteſt, & ita propter eam evictionem deberi *argumento,l Lucius,ff.de evict.l.item ſi verberatum, §. item ſi fortè, ff.de rei vindicat.* & quemadmodum vis major ſine dubio inter caſus fortuitos exiſtimatur, *l. ſi merces.25.§.vis major,ff. locati*, ita etiam quod ex regendi neceſſitate & caſu qui evenerit, Princeps compellitur ſtatuere, ut *alibi* in ſimili contra gabellarios notavimus *deciſ.Granat. diſput.18. per totam,* & idem *diſput.13.n.15.* circa mutationem monetæ eroſæ, & ſufficiat Principem ſi iniquè fecerint ejus Miniſtri in eos animadvertere,& facta revocare, ut gabellariis conſulat cùm primum cognoverit damnum inferri.

Rurſus id pactum expreſſum operatur,quia ſi aper- 19
tè caſum belli aut novarum legum in ſe ſuſceperunt conductores, ut quamvis ex prædictis vectigalia diminuerentur, petere non poſſent mercedis remiſſionem, nihil conqueri poſſunt, ut jam prædiximus, & quamvis jure communi deberet in his caſibus fieri remiſſio mercedis, nec extaret diſpoſitio noſtrarum legum 2.& 3.pactum ſufficeret,quia illud debet aliquid operari ultra id ad quod locator tenebatur de jure,& in terminis notarunt Salicetus *in l.licet in fin. C.locato,* Alexand.*in l.Titius,in princip.n.2.ff.de lib. & poſthumis, & in l. ſed ſi quis,§. quæſitum,n.15 ff. ſi quis cautionibus,*Beroius *vol.2.conſ.142.n.10.& 24.* Ruin. *vol.1.conſ.81. per totum*, & ubi adeſt pactum cenſeri receſſum à jure communi ex Angelo, Decio, Natta,Beccio, Grato, Cephal. & aliis in ſpecie conductionis vectigalium probavit Surdus *conſil. 34. num.28.*

Ex quibus colligitur, quod de interpretatione aut 20
reſtrictione dictarum legum, aliqui notarunt debere temperari, ut quoties ex facto Principis quocumque modo læderentur vectigalia penſio conductionis eorum minueretur, quia ultra quam ubi aperta verba ſunt, diſpoſitio manifeſta, quæ procedit in his caſibus, nullus remanet locus interpretationi, aut conjecturis,*arg.l.ille aut ille;§.cum in verbis.ff.de legat.2. l.continuus,§.cum ita,ff.de verb.obligat.l. ancillæ,C.de furtis,*Bart.*in l.quod conſtitutum,ff.de milit.teſtament.* Dec.*in l.1,n.68.C.de ſervis fugitivis, & conſ.33.*Tiraquel. *in l.ſi unquam, verbo libertis, n.5. C.de revocand. donat.* Fulvius Pacianus *conſ.58.* & quod *alibi* prædiximus interpretationem juxta mentem eſſe,non contra illam, & quantumvis duritiem præ ſe ferat quod ſcriptum illud ſequendum *l.proſpexit,ff.qui,& quibus.*

Quoties autem apertè legis verbis, aut diſpoſitione 21

aliquid comprehenditur, non potest interpretatione lex restringi sine dispensatione legislatoris, quia per interpretationem non potest aliquid eximi à lege, ut tradit Pater Suarez *de legibus lib.6. c.5.* & tunc solùm restrictio poterit locum habere, quando verba constitutionis adeo generalia sunt, & plus comprehendant, nec adæquentur rationi, aut menti legislatoris Gloss. *in auth.ut sine prohibitione*, ibi *Existimamus ineptum esse dicere, non fallere regulam, ubi æquitas id suadet*, probavit Panormitanus *in cap. quia in insulis,de regularibus,cap.post translationem, de renunciatione,c.suggestum,de appellat.* ubi Dec.*notab.*1.*&* 2.plures relati à Tiraquello *tractat.cessante causa* 1. *p. n.*144. quo casu potius dicendum legem cessare quasi in eo non disponat, nec obliget D. Thom.1 2. *quæst.*96. *art.*6. *&* 22. *q.*60. *art.*5. *ad* 2. & ubique Caietanus, Soto *lib.*1.*de justitia & jure, q.*6. *art.*8. Tiraquel. *tractat. cessante causa à n.*130. & cum dici non possit, nec rationem aut ipsam legem cessare in hoc casu, quia potius in eo expressè disponit, non procedunt interpretationes quas circa ejus restrictionem tradiderunt plures, & D. Castillo *tom.*3. *controvers. cap.*3. *num.*69. *cum sequentibus.*

22 Vnde interpretandi sunt Alex.Ananias,Bolognin-nus, Anchar. Aymon, Craveta, Beroius, Hippolyt. Riminald. Cephalus, Menoch.Surd. Alex. Raudens. Renatus Chopinus, & D. Castillo, quos *suprà* expendimus *n.*6.& Corneus *lib.*4.*cons.*12.*n.*9.Alciatus *respons.*489. *n.*4. Paris.*lib.*1. *cons.*40. *n.*6. Bosius *in prax.tit.de remission.mercedis,n.*65.Grammat.*cons.*9. *n.*1.*inter consilia civilia* Roman *singul.*441.Hippolytus *singulari* 96. Paulus de Monte Pico *cons.*76. *n.*18.Natta *lib.*2.*cons.*360.*n.*1.Roland.*lib* 4.*cons.*69. *n.*14.Gozadinus *cons.*27.*n.*20.Socinus,Senior *lib.*2. *cons.*156.*in fine*, Ruinus *lib.*1.*cons.*23. *n.*5.*cons.*65. *v.*3.*cons.*85.*n.*4.*cons.*147 *per totum,& lib.*4.*cons.*39. *n.*13. Nevizanus *cons.*91. *num.*9.Ioannes Bolognetus *cons.*30.*n.*23. Carrottius *de locato* 4. *part.de casibus, quæst* 5.*in princip.*Decius *cap.ex parte,col.fin.de offic. deleg.*Morla *in emporio tit.*10.*in præmissis n.*23.Surd. *cons.*12.*num.*63. Paulus Æmilius *decis.*183.1. *part.* Paleotus *decis.*138.Mohedanus *decis.*326.Boherius *decis.*249.*num.*4.Franciscus Marcus *decis.*62.1.*part.* Surdus *decis.*326. Magonius *decis. Florent.*67. Mastrillus *decis.*299. *num.*95. Valascus *de jure emphyteutico quæst.*27. *n.*31. Navarrus *in manuali cap.*17. *num.*107. Covarr. *pract. cap.*30. *num.*2. Cevallos *communium, quæst.*27.*num.*5. facit *l.*21. *&* 22.*tit.*8. *part.*5. quæ omnia adducuntur pro conductionibus vectigalium, ut quoties aliquod impedimentum opponitur, quominus fruantur re conductâ debeat fieri remissio mercedis, quia intellige ut ex prædictis Doctoribus apparet, quando factum locatoris culpam respexit, quia omnes loquuntur si facto & culpâ locatoris impedimentum fieret, vel locator potuit illud removere, & quoties non est ut in nostris, conductionibus vectigalium his casibus expressè renunciatum, vel cùm factum Principis directè, & ex voluntate respicit impedimentum, non quando ex necessitate muneris Regis, quia tunc tribuendum casui fortuito, qui induxit pro bono Regni bellum indicere, aut novas leges condere & huic casui fortuito renunciatum est, in qua specie non loquuntur *suprà* citati, sed procedunt omnia quæ notavimus.

23 Et nota consilium Menochii 55. *n.*7. ubi agens de simili conductore gabellarum, quando omnibus casibus conductor renunciavit, & quando aliquod impedimentum proveniret ex facto ipsius, communitatis quæ locaverat;tradit ideò remissionem faciendam pensionis, quia injustè sine causæ cognitione debitores vectigalium communitatis liberavit,quasi factum esset injustum, & directè respiceret impedimentum usus conductionis, ut tradit idem Menoch. *ibi n.*17.

Et leges *partit.*21.*&* 22.*tit.*8.*p.*5.nihil nobis ob- 24
stant,quia procedunt in privatis, qui non possunt ex necessitate publica impelli, ut aliquid decernant, quominus conductor fruì possit,sed inter eos quando expressa renunciatio casus fit remissio pensionis, quæ alias competit,denegatur,*l.*23.*tit.*8.*p.*5 eis verbis:*Et primo es si quando se fiço el pleito de arrendamiento se obligo el que recibio la cosa que por qualquier ocasion que se perdiesse el fruto a el pertenecesse el daño*, ubi ex Saliceto & aliis Gregor Lopez *gloss.*1. tenet sufficere generalem renunciationem, ut periculum pertineat ad conductorem, quantò magis in hoc casu, ubi specialis renunciatio de his casibus facta fuit.

Denique etiam animadvertendum est, Magistra- 25
tus Principis aliquibus decretis, quæ pro regimine Provinciæ ipsius commissæ edixerint,aliqualiter dam. num irrogaverint vectigalium exactioni, aut impediendo commercium, vel extractionem aliquarum mercium, tunc debent conductores ad Regalis Patrimonii Consilium supremum relationem facere, ut medela adhibeatur, qui aliter cum sine scientia Principis locatoris fiat, qui non confirmavit decreta, nec ab eo remedium petitum fuit, non debet peti remissio,aut illi imputari,*argum.c.propter sterilitatem de locat.*ibi: *sine culpa coloni,l.videamus,§.penult.d.si merces,§.culpæ.ff.de locati*, Ruin.*lib.*5. *cons.*136.*n.*4. Bossius *titulo de remissione mercedis,n.*37.*&* 39.Burgatus *cons.*11 *n.*31. Valascus *de jure emphyteut.q.*27. *n.*17.*&* 29.Gomez *tom.*2. *variar.c.*3.*n.*23. nec quidem culpâ vacat conductor,qui cùm posset adire Consilium supremum & impedimentum removere, pigrè se habuit nec adhibuit diligentiam: nam quoties qui allegat impedimentum, in eo potuit aliqualiter ipsi quid imputari,ei non prodest *argumento l.qui commeatu.ff.de re milit.*ibi: *Et si se probet valetudine impeditum, vel à latronibus detentum, similive casu moram passo, dum non tardiùs à loco profectum se probet quàm ut occurrere posset intra commeatum, restituendus est*, quasi impedimentum irreparabile valetudinis non prosit, si tardius à loco profectus quàm debuerat,& culpa præcessit tenet Bart. *in eo textu,& in l.*2.*§.quod diximus,ff.si quis cautio*,ubi Bald.Iason. & Angelus qui tradit *d. l. qui commeatu*, non esse *alibi*, & esse communem opinionem ex Socino, Decio, Parisio, Croto, Ruino, Alex. Felino, Natta Vantio, Rubeo, Menochio, Affliicto, & Beccio, tenet Surd *cons.*12. *n.*21. & in terminis, ut in culpa sit conductor qui non adierit Senatum ut impedimentum removeret,idem Surd.*cons.*8.*n.*25. ibi:*Cùm ergo illi de Gara possent allegatum Iudicis impedimentum removere recurrendo ad Senatum, vel etiam ad Dominum Auditorem Marchionis Bassi, qui est Callusii dominus,& non fecit,non excusantur, sed dicuntur in culpa*, quia qui non facit pro impedimento removendo, sibi videtur impedire, Bald.*in l.sed & si per Prætorem*, §.1. *ff ex quibus caus.majores*, Decius *cons.*677.*num.*3. & qui superiorem facilè potuit adire,ut gravamen repararet, ut cum Butrio, Alex. Roman. Dec. & Ioanne de Amicis, idem Surd.*cons.*8. *num.*24.

Et ut prosit impedimentum, debet impeditus 26
fatere omne quod in se est, ne impediatur, ex Bart. Bald.Castrens. Alex. & aliis Surd.*cons.*369. *n.*42.&

illud

illud esse impedimentum, quod nullo modo potuit vitari, Paris. *lib.3. consil.67.n.94.* ex Bart. Socin. Menoch. *consil.100.n.116.*& qui allegat impedimentum, debet probare omne quod in se est, fecisse, ut removeret ex communi Doctorum calculo *in d. l. 2. §. quod diximus ff. si quis cautio*, & tale fuisse impedimentum, ut removeri minimè potuerit, *d. l. sed & si per prætorem*, ex Boherio, Gozadino, & aliis pluribus, Menoch. *de arbitrariis, lib.2.centur.2.casu 118. n.6. & 7.* & ideo qui impedimentum allegat in re locati, debet illud locatori protestari, ex Socin. juniori Ruin. & Boher. Menoch. *consil.21.n.22.*

27 Et ut conductor teneatur denunciare impedimen um locatori protestando ut tollat, probatur à majori *l. item quæritur 13. §. exercitu, ff. locati*, eis verbis: *Si domino non denuntiavit, & migravit, ex locato tenetur: Labeo autem si resistere potuit, & non restitit, teneri ait, quæ sententia vera est*, ubi notandum non solùm teneri domino impedimentum denunciari (& ideò Principi & ejus consilio) sed etiam quando exercitus domum occupavit, & potuit conductor resistere, si non fecerit, tenebitur, quia etiam cum periculo suo debet conductor impedimentum removere, ex quo Textu & Bossio probavit Menoch. *consil.246. n.28.* & debet conductor probare se fecisse omne quod potuit, ut impedimentum tolleret, & ex illo non aliunde damnum sequutum ex Jas. Alex. Dec. Gozadino & aliis Cravet. *consil.151. n.21. & 23.* ex Beroio, & aliis Menoch. *consil.384.n.8. & consil.496 n.18.* cùm impedimentum modicum tempus duraverit, non poterunt excusati conductores de solvenda pensione *l. si in lege 24. §. Colonus, ff. locati*, ibi: *quod si paucis diebus prohibuit*, quod sequitur Alex *lib.6. consil. 127. n.7.* arbitrio judicis relinquens, quod modicum tempus dicatur, cui adde quod ex eodem Alex. *in l. si insulam, n.15. de verb. obligat.* Iacobo de Nigris, Joanne Annibali & Cujacio tradit Menoch. *lib.2. de arbitris. casu 8. n.10.*

ALLEGATIO. XIX.

De impedimentis ex maris navigatione in conductione vectigalium, mercium, quæ navibus transportantur.

1 *Conductio vectigalium Regis fit cum renunciatione omnium casuum fortuitorum, qui excogitari possint, vel non.*
2 *Maria pertinent ad jurisdictionem Principum, quorum terris adhærent.*
tit. ne quid loco publico.
tit. ne quid in flumine publico.
3 *Maris impedimentum præstat excusationem.*
l.2. § si propter, ff. si quis cautionibus,
4 *Contractus celebrari videtur firmo manente rerum statu.*
l. quod Servius 8. ff. de condict. causa data.
l. cum quis, in principio, ff. de solutionibus.
5 *Latronum & Piratarum incursus valdè solitus casus in jure, & ejus mentio fit.*
l. ex conducto, 15. §.2. l. proinde, 33. ff. locati.
l. in rebus, 18 ff. commodati.
l. cùm unus, 12. §. fin. de bonis auctor. judic. possid.
l. 1. §. is verò de oblig & action.
l. quis à latronibus, 13. ff. de testam.
Fortuitus casus est qui ex mari pendet.
6 *Casus fortuitus qui provideri non potuit, esse debet, ut excusetur conductor.*
l. licet, C. locato.
l. merces, §. vis major ff. locati.
c. propter sterilitatem, de locato.
7 *Bellum quod posset dare causam remissioni pensionis, non prodest si imminebat.*
l. damnum. 12. C. locato.
l. inter, §. non omnia, ff. mandati.
l. si quis postea de judiciis.
§. & qui potestatem, instit. de excusat. tutor.
l. 2. & 3. tit. 17. p.6.
l. si quis domum, §. fin. ff. l. locati.
l. 22. tit. 8. p.5.
8 *Rebelles Hispaniæ Hollandi piraticam exercent.*
9 *Universalis dispositio restringitur.*
10 *Dispositio hominis universalis comprehendit quod aliàs eâ non veniret.*
l. fin. §. uxori. ff. de aur. & argento legato.
l. Iulianus, 60. ff. de legat. 3.
11. *Navigatio non impeditur quando plures res transportantur.*
12 *Confessio partis superat omnem probationem.*
l. cùm te, C. de transaction.
13 *Iudici qui testatur de facto proprio credendum.*
Acta judicialia faciunt rem notoriam.
14 *Bellum non tribuit causam remissionis pensionis, nisi bello commercium impediatur.*
Conductor qui recipit tributa post protestationem ab ea recedit.
l. si tibi alienam, l. ex conducto, ff. locati.
15 *Exceptiones casus fortuiti, læsionis, vel sterilitatis, non impediunt viam executivam.*
16 *Maria libera sunt, & omnium communia.*
17 *Princeps licet debeat defendere vassallos, non potest dare liberum usum maris.*
Romana Respublica à Piratis infestata Magno Pompeio illorum debellationem commisit.
18 *Maria non possunt libera reddi à Principibus.*
19 *Casus qui potest provideri, non excusat.*

De impedimento quod objiciebat Conductor vectigalium, cum ex maris navigatione deberentur Portuaria, à Piratis impediri merces transportari, & Remissionem pensionis faciendam, quia princeps mare liberũ non dedit.

AD hujus rei intelligentiam notandum, horum vectigalium conductionem, ut reliquas gabellarum locationes, fuisse contractam, juxta formam *l. 2. & 3. tit. 9. lib. 9. recopil.* & renunciationem factam cujusque casus fortuiti, sive qui aqua, incendio, peste, bello, aut similis evenerit, cogitatus, vel non cogitatus, & talis qui posset remissionem pensionis præstare, & solum exceptum si impedimentum universale evenerit navigationi. 1

Prog bellario, hoc suppositio, allegabatur teneri Principem locatorem, præstare successivam patientiam navigationis, & liberum usum maris, nam ad protectionem Principis pertinet libera navigatio, Gloss. *verbo interdicam in l. 1. vers. Item per locum ff. ut flum. publico navigat. liceat*, & constat dictis prohi- 2

bitoriis *titulo*, *ne quid in loco publico*, *titulo ne quid in flumine publico*, & idem quod in flumine procedere in mari tradit *d. gloss.* & probarunt qui tenent mare pertinere ad protectionem Principum Provinciarum, cujus territorio adhæret, & deservit usui, ita ex Bart. Aretino. Felin. Borello, D Valençuela, & aliis pluribus, D. Solorzan. *de Iure Indiarum, tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 6. *n.* 22. *& lib.* 3. *c.* 3. *n.* 35. Freitas *de justo emporio Lusitano, c.* 10. *n.* 30.

3 Unde cùm à Piratis impedita fuisset navigatio, meritò excusari videbatur conductor quemadmodum *in l.* 2. § *si propter, ff. si quis cautio*, excusatur qui ex defectu navigationis non adimplevit quod facere tenebatur.

4 Maximè, quia eo tempore, quo conductio facta fuit, non erat Piratarum incursus, nec posset timeri, navigationem ab illis impediendam, & omnis contractus censetur celebratus firmo manente eodem rerum statu, *l. quod Servius* 8. *ff. de condict. caus. dat. l. cùm quis, in princip. ff. de solut.* Paris. *vol.* 1. *cons.* 72. *n.* 45. Cravetta *cons.* 233. *n.* 3. Gozadinus *cons.* 27. *n.* 5. in terminis Carroc. *de locat. quæst.* 8. *n.* 69. plures relati à Tiraquello *in præfatione legis si unquam, n.* 166. *Cod. de revocand. donat.* ac perinde ex novo eventu incursus hostium non teneri conductorem allegabatur.

Pro fisco tamen, prædictis non obstantibus, ut nul-
5 la remissio pensionis fieri debeat, sequentia & manifesta probare videntur; *Primò* casibus fortuitis renunciet condnctor juxta *d. l.* 2. *&* 3. nullus casus magis poterit in renunciatione contineri, quàm incursus latronum & Piratarum, de quo ut valde solito semper in jure mentio fit, *l. ex conducto* 15. § 2. *l. proinde* 34. *ff. locati l. in rebus* 18 *ff. commod.* ibi: *de latronibus & Piratis, l. cum unius* 12. § *fin. ff. de bonis author. possid.* eis verbis, *vel propter latronum potentiam: l.* 1. §. *is verò ff. de obligat. & act.* ibi: *aut Prædonum hostiumve incursu amiserit. l. qui à latronibus* 13. *ff. de testamentis*, cum aliis pluribus. Et ideò cum fieret renunciatio, cujusque casus fortuiti etiam insoliti & incogitati, nullo modo poterit intendi remissio ex casu valde contingenti renunciato, qui verè fortuitus est, ut omne quod ex mari pendet Jason. *in l.* 1. *n.* 9. *ff. si quis cautio*, ex Bald. & aliis, Stracca *decis.* 36. *Rotæ Genuens. n.* 6.

6 Et magis procedit quando etiam absque pacto & renunciatione legum nostrarum, ut propter sterilitatem possit peti remissio pensionis, requiritur casum esse valdè insolitum, qui à principio contractus prævideri non posset, *l. licet, C. locato, l. merces*, §. *vis major ff. locati, c. propter sterilitatem, eodem tit.* unde hic casus qui ex natura rei semper imminebat, ut statim probavimus, & à jure, ut valdè solitus & consuetus exprimitur nihil poterit juvare Gabellarium.

7 *Secundò*, quia etiamsi non extaret dispositio nostrarum legum, quibus expressè excluditur casus belli, & comprehenditur renunciatione, sed ex jure cómuni res decidenda, quamvis juxta illud casus belli posset dare causam remissioni pensionis, *ex d.* §. *vis major. l. damnum*, 21. *C. locato, l. inter*, 26. § *non omnia ff. mandati*, ex Fulgos. Menoch. Bossio, Cujacio, & Cassiodoro, eruditè probavit meus Collega D. Franc. de Amaya *lib.* 3. *observat. juris civilis, c.* 13. *n.* 11. sed tamen id etiam juxta juris communis regulas limitatur, quia si casus belli, aut incursus prædonum, vel Piratarum tempore conductionis imminebat, & prævideri potuit, non potest ex eo remissio pensionis intendi, ut expressè tenuerunt Bald. *in* §. *vassalli qui tempore, de Pace Constantiæ in usibus feudor.* Grez. Lop. *in quota verbo Hueste, in l.* 22. *tit.* 8. *p.* 5 *& arg. l. si quis postea, de judiciis*, §. *& qui potestatem, institut. de excusat. tutor l.* 2. *&* 3. *tit.* 17. *p.* 6. in nostris terminis Gironda *de Gabellis* 2. *p.* §. 1. *n.* 44. qui probat non posse peti remissionem pensionis, si eminens vel patens erat bellum, vel pestis, tempore locationis, quia tunc imputandum est eis qui statum & rerum conditionem prævideruntnt, & non providerunt sibi, & in specie Bertachin. *de Gabellis* 2. *p. n.* 44. ex Baldo, & Alex. tradit his verbis: *Fit remissio propter guerram supervenientem, non si guerra jam cœpta erat ante locationem, debet enim conductor à præsenti statu futurum judicare eventum, l. si quis domum*, § *fin. ff. locati*, Alexandr *in l. interdum*, § *quod si, ff de acquir. possess.* & id non solùm quando bellum, aut periculum erat patens, sed etiam quando poterat timeri aut prævideri, ut ex Joanne Andrea, Speculatore, Portio, Æmiliano, Socino, Alex. Nevizano, Rolando, Afflicto, Bossio, & aliis, tenuit Carrotius *de locato, tit. de remissione mercedis, quæst.* 8. *n.* 3. *&* 4. & ad explicationem *l.* 21. *tit.* 8 *part.* 5. probavit D. Castillo 3. *tomo controv. cap.* 3. *n* 34. ut conductori denegetur actio contra locatorem, quando potuit providere posse impediri.

Hic enim incursus latronum, de quo nostra quæ- 8
stio, & maris impedimentum à piratis provenit à Rebellibus nostris insulanis Hollandis, qui adhinc multis annis dum à Domini sui Regis nostri obedientia desciverunt, Piraticam in mari exercent, & nostras naves continuò infestare solent, & eo tempore quo facta conductio, cum rebellibus nullum fœdus, sed bellum ingruebat, & ipsi littora nostra Piratæ infestabant, ideóque multis abhinc annis hic casus provideri potuit, & ipse conductor providit, quia solùm excepit casum, si impedimentum universale fuisset in commercio Indiarum, ita ut nullo modo servi Æthiopes, (de quorum vectigalibus conductio hæc erat) navigari possent.

Et ultra quam plures navigati fuerunt, & plus 9
quam conductione permissum, ut statim notavimus ex illa adjectione, quâ solùm exceptum si esset impedimentum universale in commercio manifestè videtur prævidisse conductorem impedimentum, quod tunc & postea esse poterat Piratarum, cùm solùm ad universale impedimentum se referret, ut tunc faciendo esset remissio pensionis, quod denotat solum eo casu sibi cavisse, quia universalis locutio non aliter verificari posset *arg. l. Ballista*, & *ibi* Alex. *ff. ad Senatusconsultum Trebell. & in l. promittendo, junctis gloss. ff. de jure dotium, l.* 1. § *generaliter, ff. de leg. præst.* Bart. *in l hoc articulo ff. de hæred. instit. & in l. si is qui ducenta*, §. *utrum, ff. de rebus dubiis*, Doctores communiter *in l.* 1. §. *renuntiatio. ff. de novis operis nunciatione*, Hostiens. *in c. satis, de officio Archidiaconi*, Ioann. Andr. *in cap. quisquis, de electione*, Geminian. *cons.* 29. *col.* 1. Surdus *decis.* 283 *n.* 3. Alexand. *vol.* 1. *cons.* 17. *n.* 1. tradit dispositionem universalem non restringi, aliàs non esset universalis, Decius *consil.* 597. *num.* 1. Cravetta *consil.* 308. *num.* 6. Cephal. *cons.* 156. *n.* 22.

Idque in hominis dispositione magis sine dubio 10
procedit ex Ruin Roland, Beccio, & aliis idem Surd. *cons.* 31. *n.* 17. ex Panormitano, Dec. Paris. Nevizano & pluribus, idem Surdus *cons.* 73. *n.* 63. & id operatur, ut excludantur casus, qui aliàs non excluderentur, Decius *in l. omnia, in principio, ff. si cert. petatur*, Riminald. *cons.* 61. *n.* 30. Menoch. *cons.* 302. *num.* 4. *&* 335. *num.* 10. *argumento l. fin.* §. *uxori*, *juncta glossa* 1. *ff. de auro & argento legato* ex Bart Alberic. & Mantica probavit idem Surdus *decis.* 150. *n.* 8. & ex Aretino, Tiraquello & aliis idem Surdus *dec.* 96. *num.* 10.

n.10. Joannes Nicolaus *in repetitione, l. generaliter, n.13. C. de secund. nuptiis* ex Iason. Ruin. Natt. & aliis pluribus Gratian. *4. tom. discept. 5. Forensium q. 744. n.2.* & probatur apertè *l. Iulianus 60. ff. deleg. 3.* ubi ex adjectione verbi *omne*, illud comprehenditur, quod aliàs non veniret in dispositione, & ideò nunquam legibus nostris ex renunciatione casus fortuiti excluditur ille, qui à piratis provenit, quasi in jure valde solitus, quamvis posset admitti remissio pensionis, ex eo tamen non admitteretur, quia solùm sibi cavit faciendam conductor quando impedimentum commercii esset universale.

Rursus, quia etsi in octo annis conductionis, aliquando Piratæ maria infestarent, tamen apparuit 11
juxta conductionis contractum potuisse viginti quatuor millia servorum Æthiopum in eo tempore navigari, & ipse conductor decem & octo millium permissum vendidit, & eorum, qui absque Regia facultate navigarunt, apparuit triginta naves servorum ad Indias Occidentales in annis conductionis pervenisse, ubi ad minus juxta computationem, quæ cujusque navis in actis apparuit, quatuordecim millia servorum, ipsius conductoris confessione comprehensum plusquam millies aureorum valere, quod ex commisso condemnationem fisco applicandam, ex quibus duæ tertiæ partes conductori juxta conventionis contractum competebant, & judex ipse, qui de causis cognoscebat ad regale consilium Indiarum misit acta & relationes, quibus constabat, quod ex prædictis condemnationibus jam factis posset sperare excedere summam octocentorum millium ducatorum.

Unde omni genere probationis apparuit non 12
fuisse impediram servorum navigationem, & commercium ex ipsa conductoris confessione, quæ, ut vulgare est, superat omne genus probationis, etiamsi confessio non esset ipsius qui litem instituit, sed auctoris à quo ille causam haberet *arg. leg. cum te, C. de transaction.* Bald. *l. 2. cons. centesimo nonagesimo, num. tertio.* Socin. *libro tertio consilio vigesimo quarto num. 8.* Surdus *consil. 60. num. 1.* Beltramin. *in additionibus ad decis. 3. Ludovici decis. 143. num. 5.* Farin *lib. 2. decis. criminal. decis. 320. num. 2* Gratian. *discept. cap. 981. num. 34.* & confessio alicujus contra eum prævaleat mille testibus, Bart. & plures cumulati ab Antonio Gabriele, *lib. 2. tit. de testibus, conf. 4. n. 75.*

Et quamvis ea cessaret, probatur assertione Ju- 13
dicis, qui testatur de facto proprio, & illi esse credendum, tenuerunt Corsetus, Marsilius, Nevizanus, & alii, quos refert Menoch. *cons. 60. n. 18.* ex Bald. Jas. & Imol. & pluribus, ut Officiali credatur, Mascard *de probation. conclus. 1138. n. 1.* & tunc sine dubio est credi Judici; quando quod edixit testimonium constat ex actis, & acta judicialia id probarunt, quæ faciunt rem notoriam, Bald. *in l. 1. Cod. si de moment. possess.* Nevizanus *cons. 81. n. 23.* Paris. *lib. 4. cons. 111. n. 7* Socin. Iunior *lib. 1. consil. 16. num. 18.* Menoch. *consil. 55. num. 7.* ex Felino, Aretino, Decio, Puteo & aliis Gratianus *discept. cap. 501. num. 20.* ex quibus appareat nullo modo audiri posse commercium universale navigationis non fuisse, cum appareat, navigia etiam sine Regali permissu ex orientalibus regionibus ad Occidentalia litora & portus appulisse.

Sed etiamsi expressè non comprehenderetur pac- 14
to, ut solùm remissio fieret propter commercii, universale impedimentum, idem etiam juxta nostras leges 2. & 3. *tit. 9. lib. 9. recop.* accipiendum est, quia propter bellum, quando commercium non est sublatum, omne damnum conductori ex illis tribuendum est, ut prædictarum legum explicatione notavit Menoch. *consil. 67. n. 6.* dum incipit: *Respondetur primò, duo hæc inter se longè differre, pati damnum belli causâ non sublato commercio & negotiatione, aut pati, damnum ob bellum prohibito commercio: nam quando conductor patitur damnum causa belli, & prohibito commercio immediatè & propriè facto Principis locatoris, patitur damnum, diversum est, quando commercium non est ab ipso Principe prohibitum, commercio enim non prohibito, si negotiator dānum sustinet, vel suæ malæ fortunæ dum in hostes incidit, vel suæ temeritati adscribere debet, nec belliū ipsū omninò tollet lucrum aliquod, imò sæpe auget, quod non contingit sublato commercio.* Et quod notandum est, ut quamvis in hoc casu conductor allegavit Piratarum incursus, & impedimentum, nunquam tamen renunciavit conductioni, sed in ea remansit, & succedit doctrina ejusdem Menochii, *consil. 246 num. 25.* quia videtur recedere à protestatione & perseverare in locatione conductor, quando post casus exegit tributa *l. si tibi alienum, & l. ex conducto, ff. locati.*

Deinde, quia prædictas exceptiones oppositas 15
rat in executione residui pro quo viam executivam intenderant Regii Officiales & sive ad casum fortuitum sterilitatis, læsionis, aut alterius referamus, quod à conductore allegabatur, adhuc tamen ad judicium ordinarium remittendæ istæ exceptiones, nec possunt impedire executionem debiti liquidi: ut *arg. l. 3. §. ibidem, ff. ad exhibendum.* ubi communiter Doctores *l. fin. C. de ordin. cognit. l. penult.* & *ibi* Bart. *ff. de petitione hæreditatis*, idem Bartolus & cōmuniter scribentes *in l. 4 §. condemnatum, ff. de re judicata.* Roderic. Suarez *in l. post rem judicatam, in declaratione legis regni, versic. sed pro evidentia, n. 37.* Parlador *lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. 5. part. §. 11. num. 42.* sequitur Cevallos *practicar. commun. quæst. 726. n. 55.* Flores de Mena *variar. quæst. lib. 1. quæst. 12. n. 42.* Rodriguez *de executionibus cap. 6. num. 25.* Gratianus *tom. 2. discept. cap. 365. num. 41.*

Denique quod in contrarium objectum pro Ga- 16
bellario facilem expeditionem habebit, si consideres nunquam Principem potuisse obligari, ut mare liberum conductori daret, quia maria libera sunt, & omnium communia, *l. 2. de rerū divisione, l. 3. tit. 28. part. 3. l. 4. ff. ne quid loco publico*, ex pluribus juribus, Cicerone & Virgilio, probavit Freitas *de justo Imper. Lusitan. cap. 10. num. 7.* & Ovidium, Plinium, Paulum Orosium, Plinium, D. Ambrosium, & plures Doctores eleganter expendens D. Solorzanus *tom. 1. de jure Indiar. lib. 2. cap. 20. num. 37. & l. 3. c. 3 n. 28. & 29.* Et quamvis Princeps teneatur suos vassallos defendere, *l. 4 tit 7. l. 17. tit. 18. l 11. tit. 28. p. 3.* Greg. Lopez *in gloss. 2. dict l. 17. & gloss. 2. l. 8. tit. 20. p. 2.* & maris & littorum ejus protectio ad Principem spectet, Gloss singularis *in l. quædam, de rerum divisione*, & *ibi* Baldus, Roderic. Suarez *allegat. 17. num. 9.*

Tamen nullo modo potuit obligari Princeps, ut 17
præstaret liberū usum maris, quia ex maribus Orientalibus usque ad Occidentalia, in quæ Æthiopes navigantur, ideò totius orbis fere immensum spatium à nemine in totum tueri, & liberari potest à latronibus & Piratis, unoque maximo exemplo probabitur; nam eo tempore quo Romana Respublica majori potentiâ, divitiis & hominibus floruerat ut quasi toti orbi dominaretur, mare Mediterraneum quod prope

Romam

Romam eſt, à Piratis cœpit infeſtari, ita ut annonæ, & victualium maximam urbi indigentiam inferrent, & cùm Romanus Senatus Piratarum vaſtationem committeret Magno Pompeio, ei quingenta navigia centum & viginti millia peditum militarium, & ultra quinque millia equitum pararunt, ſimulque ingentem & penè incredibilem ſummam pecuniarum) quâ bellum ſemper ſuſtinetur) nam, ut refert Apianus in vita Mithridatis, & Plutarchus in vita Pompeii, tradiderunt ei ſex millia talenta Attica, & juxta computationem Joannis Marianæ *de ponderibus & menſuris*, *c.7.* cujuſque talenti æſtimatio erat octo millium & quingentorum aureorum, quod omne facit pecuniarum millies quinquaginta & unum, id eſt, *milliones* aureorum. Et quando computatio fieret hujus talenti ad exiguiorem æſtimationem, quod dicebatur talentum Atticum, minus illud ex ejuſdem Marianæ ſententia, valebat ſex mille tercentos, & ſeptuaginta quinque aureos, & omnia ſex millia talenta Attica minora computabantur triginta & octo milliones, ducenti & quinquaginta mille aurei; quod ferè incredibile eſt, niſi maxima potentia Reipublicæ Romanæ eo tempore ſuaderet, & quæ de admirandis circa ejus magnitudinem, vectigalia, multitudinem ſubditorum, eorum capitationem, opes, omnium rerum affluentiam, eorum Principum munificentiam, dona & divitias cumulavit Lipſius *de Magnitudine Romana*, *lib.2. per totum*, & de his Piratarum inſultationibus, & debellatione integrũ tractatum ſcripſit Lucius Florus *de bello Piratico*, & Pompeius in tribus menſibus hoc bellum abſolviſſe tradit Plinius *lib.7.c.25. & 26* & capta incendiſſe octocenta & quadraginta & ſex navigia Piratarum, quod ad mille & trecenta auget Strabo *lib.* 14. & diviſionem, quam ſuæ claſſis fecerat Pompeius totius maris Mediterranei, maximè laudans illius peritiam militarem refert Pineda *in Monarchia Eccleſiaſtica* 1.*p.lib.9. c.29.§.1.*

18 Ex quo apparet cùm adeò difficile fuiſſet Romanæ Potentiæ, & ejus Magno Duci Pompeio ſolùm mare Mediterraneum à Piratis liberum reddere, quam ſit alienum à ratione omnia maria quæ extant ab Oriente in occidentem, velle noſtrum Principem libera conductori præſtari, maximè quia id nunquam fuit comprehenſum conventione, ſed ſolùm quaſi conductor prævideret poſſe alia impedimenta in mari evenire, ſolum excipit univerſale impedimentum commercii, nec aliud contractu comprehenſum fuit, nec colligi poteſt ex tota illius ſerie, *arg. legis Lucius*, §. *Imperatores*, *ff.ad municipalem*, eis verbis. *Cum ad ea quæ mandari poſſunt, voluntatem dediſſe videaris*; & quod mare liberum cenſuit author libelli, qui hoc titulo editus, ad aliud pertinet, & impium authorem oſtendit, ut ejus memoratur D. Solorzanus *de Indiarum jure, tom.1.libro 2. c.1. n.48.*

19 Nec quod etiam conductor objiciebat, in omni contractu intelligi clauſulam *rebus in eodem ſtatu permanentibus*, aliquid movebit, quippe ut notavimus, ſemper poſt rebellionem Hollandium Inſulanorum, Piraticam illi contra nos exercuerunt, & iſti caſus tunc extabant, & futuri imminentes prævideri potuerunt, ac proinde ex eis nullo modo potuit fieri remiſſio penſionis; & ita à Senatu Regalis Patrimonii decretum.

ALLEGATIO XX.

Remiſſio penſionis quomodo facienda Gabellario, vel intereſſe ſarciendum.

1 *Commercio à Principe impedito remiſſio facienda Gabellario.*

2 *intereſſe ſarciendum conductori quando à locatore damnum ſentit.*
l.21.tit.8.p.5.

3 *l.ſi ſterilis, §. cùm per venditorem, ff. de act. empt.*
l.3.§. fin. ff. eo quod certo loco.
l.ſi commiſſa 13. in princ.ff.rem ratam haberi
l. ſi uno 17. §.ubicumque, verſ. planè, ff.locati
l. ſi in lege, 27. §.Colonus, ff. locati, & n.12.
l. ſi fundus, 36.verſ. nam & colonus, ff.locati, & num.13.

4 *Locatio comprehendit hoc damnum ſarciri conductori & intereſſe.*
l. qui fundum, l. ſi mercos, §.1.ff. locati.

5 *Damnum quod ab inimico locatoris conductori factum debet ſarciri.*
l.ſi merces §.culpæ, ff. locati, & n.23.

6 *Princeps non tenetur ex facto ſuo ad intereſſe conductoris, ſed ſolùm ad remiſſionem penſionis.*
Locationi inhæret, vel locator debeat rem dare liberam, & ea uti poſſit conductor.
l.ex conducto, in princ.l.ſi quis domũ, ff. locati

7 *Intereſſe debetur ex culpa, mora vel lucro ceſſante.*
Principi non poteſt culpa imputari ex eo quod ex conſilio Senatorum pro regimine decreverit.
Bellum quod infert Princeps, juſtum præſumitur
c. quid culpatur, 23.q.1.

8 *Præſumitur facto Principis.*
Clementina unica de probat.
c.cùm ſi nobis, de teſtibus.

9 *Principem non cenſetur velle præjudicare Gabellariis.*
c.1.de officio deleg.

10 *Præſumitur pro judicibus & Magiſtratibus.*
l.ſi quis. C. de officio civil. judic.

11 *Princeps quod decrevit pro bono publico, non ex voluntate, ſed ex neceſſitate regiminis, cui deſervit ſtatuit.*

12 *Conductor qui ſine culpa locatoris impeditur, non poteſt intendere lucrum quod amiſit, ſed ſolùm damnum ſarciri remiſſa penſione.*
l. ſi quis domum, §. hinc ſubjungi, ff.locati.

13 *Conductor qui caſu fortuito impeditur, non poteſt petere intereſſe, ſed ſolum remiſſionem penſionis. l. ſed addes, 21.§. ſi quis cum ff. locati.*

14 *Lucrum ceſſans non debet venditor qui rem venditam non tradidit.*
l.ſi ſterilis, §.cùm per venditorẽ, ff.de act. empt.

15 *Locator impedimentum juſtè intulit conductori, non tenetur ad pœnam lucri ceſſantis ſed ſolùm ut remittat penſionem.*
l. qui inſulam, 33. ff. locati, & n.24.

16 *Opinio ut non diſtinguatur de impedimento juſto vel injuſto locatoris, ut teneatur conductori, procedit quoad remiſſionem penſionis.*
l ſi quis nec cauſam, ff. ſi cert. pet.

17 *Impedimentum si justum ex parte locatoris, etiãsi ex publica utilitate, sed privata, non tenebitur ad interesse, sed ut remittat pensionem.*
l. ade C. locato, & n. 24.

18 *Impedimentum justum factum conductori adhuc obligare locatorem, non procedit in conductione vectigalium, ex l. 2. tit. 9. lib. 9. recop.*

19 *Coactus dici potest qui necessitate rei familiaris compellitur.*
l. cùm te 4. C. de pignorib.
l. non idcirco, 12. C. de rescindend. vendid.

20 *Locator ex justa causa expellens inquilinum, debet remittere pensionem, nec tenetur aliam similem domum ad habitandum praestare.*
l. quod si domus, ff. locati.

21 *Remissio solùm pensionis est in obligatione locatoris, qui justè impedimentum intulit conductori.*

22 *Culpâ levi non tenetur aliquid faciens pro salvanda persona sua, & res proprias.*
l. si ut certo. §. quod verò, ff. commodati.
Locator non tenetur ex impedimento facto à tertio conductori, si non potest imputari locatori.
l. 21. tit. 8. p. 5.

23 *Inimicis bellum movere culpæ Principis tribui non potest.*
l. pen ff. solut. matrim.
Inimicorum violentia tribuitur casui fortuito.
l. ad eos, l. in rebus. ff. commod.
l. sed & damno. ff. locati.
l. contractus, ff. de reg. jur.
Inimicitia non debet nocere quando suscepta est ex justa & legitima causa.
l. 2. titulo 9. lib. 9. recop. & n. 15.

24 *Doctores debent intelligi secundùm jura quæ allegant.*
Ratio similis eandem dispositionem induere debet.

25 *Conductioni vectigalium naturale est, ut Princeps ad interesse impedimenti non teneatur.*

26 *Damnum cui sarciendum etiam debentur quæ causa rei præparavit.*
l. si quis domum, §. hic subjungi, vers. idem quærit. ff. locati, & n. 27. & 29.
l. si pecuniam, ff. de condit. causa dat.

27 *Gabellarius remissâ pensione ex impedimento, non potest petere quod in fidejussione impendit, quia tenetur fidejubere.*
l. si Titius, 48 ff. de fidejussorib.

28 *Gabellarius an prævidere debeat omnia quæ continentur l. 2. & 3. tit. 9 lib. 9. recop.*

29 *Sumptus recuperandi ab eo cui ex impedimento pensio remittitur, sunt qui fiunt in ipsa re.*
Sumptus quos fecit Gabellarius pro emendis censibus ad vadimonium conductionis vectigalium, non censentur facti in ipsa re, sed propter fidejussionem ad quam tenetur.
l. socium 61. §. socinus, ff. pro socio.

30 *Census ad vadimonium vectigalium ex ordinationibus Senatus Regalis Patrimonii, debet in constitutione superari à redditibus in quarta parte.*

31 *Pensionis remissionem non faciendam, quando conductor modicum damnum sustinuit, procedit si ex casu fortuito, vel sterilitate, petitur remissio, non si ex facto locatoris, quia tunc facienda etiam ex modico damno.*
l. ex conducto. §. si vis tempestatis, l. si merces, §. vis major, l. habitatores. ff. locati.
l. qui insulam. in principio. & §. ædiles ff. locati

32 *Publicani debent exhibere valores vectigalium in consilio Regalis Patrimonii.*

33 *Lanarum Hispaniarum conductio refertur.*

34 *Conductor lanarum ex commercio cum Galliâ impedito, magnam remissionem petebat.*

35 *Conductor lanarum nè à conditione desistere cogeretur, remissioni renunciavit.*

36 *Vectigalium conductorum magnæ fraudes quæ sedulò discutienda.*

Quando ex facto Principis vectigalium perceptio impediretur, vel diminuitur, utrùm debeat Princeps solùm diminuere Gabellario pensionem, aut eius partem, vel etiam omne interesse quod posset lucrari satisfacere.

HÆc quæstio justa quæ *in præcedenti Allegatione* notavimus, tunc procedit quando directo Princeps suo facto vectigalium perceptionem diminuerit, vel commercium impediat; quo càsu animadvertimus leges nostras 2. & 3. *tit. 9. lib. 9. recop.* non procedere, & remissionem pensionis faciendam, de quo videndum an ultra damnum sarcire Princeps teneatur. 1

Pro gabellariis ut omne id interesse, quod ex conductione habere potuissent, Princeps locator teneatur præstare, videtur apertè probari jure nostro regio *l. 21. tit. 8. p. 5.* eis verbis: *Que les deben pechar todos los daños è los menoscabos que vinieren por tal raçon, como esta, y acun debeles pechar demas de esto las ganancias que pudieren haver echo en aquellas cosas que tenian arrendadas, o alogadas si non que las hubiessen ellos embargado.* 2

Et de jure communi probatur *l. si sterilis, §. cum per venditorem, ff. de act. empt.* ibi: *Omnis utilitas emptoris in æstimationem venit, quæ modo circa ipsam rem consistit. l. 3. § fin. ff. de eo quod certo loco*, ibi: *puto & lucri habendam rationem. l. si commissa 13. in princip. ff. rem ratam haberi*, ubi in ratihabitione quam locator facere debet conductionis tradit I.C. *In tantum competit, in quantum mea interfuit, id est, quantum mihi abest, quantum lucrari potui*, & in specie locationis, *l. si uno, 17. §. ubicumque. vers. planè ff. locati* ibi: *quod interest præstabitur, l. si in lege 27. §. colonus, ff. locati*, ibi: *Et quantum per singulos annos compendii facturus erat, consequetur, l. si fundus 36. vers. nam & colonus, ff. eodem* eis verbis: *Tantum eis præstabis, quantum ejus interfuerit frui, in quo etiam lucrum ejus continebitur.* 3

Et in termnis locationis hanc opinionem expressè 4
tenuerunt Bart. *in si uno §. item, cum quidam. n. 2. ff. locati*, Ludovic. Roman. *cons. 178. n. 1.* Corneus *lib. 4. cons. 12. num. 7.* Boër *lib. 1. cons. 146. n. 44. & cons. 143. n. 13.* Bertagol. *lib 2 cons. 267. n. 6* Burfat. *lib. 3. cons. 309. n. 5.* Becc. *cons. 45. n. 20.* Ruin, *lib. 1. cons. 65. n. 3.* Paris. *lib. 1. cons. 40. n. 2. & l. 4. cons. 98. n. 15.* Menoch. *cons. 27. n. 54. & cons. 55. n. 14. & cons. 671. n. 24.* Roland. à Valle *vol. 4. cons. 69. n. 22.* faciunt quæ notavit Mandelus Albensis *cons. 318. à n. 11. usque ad 22* & quod ex *l. qui fundum, l. si merces, §. 1. ff. locati*, tradit. Nat. *tom. 1. cons. 25. n. 5* Decian. *lib. 2. cons. 108. n. 2.* & ita sæpius in Senatibus judicatum probarunt Paulus Æmilius *1. p. decis. 183. n. 2. & 3.* Mastrillus *decis. 299. n. 18.* Surd. *decis. 326. n. 25.* Pereira *decis.*

cis. 106. & idem tenuit Bossius *in praxi de remissione mercedis. n.* 108. & 109. Cotta *in memorabilibus, verbo conductor versic. quartò adde* ex Socino *cons.* 56. *lib.* 2. & doctoribus *in l. unica, Cod. de sent. quæ pro eo quod interest*, Greg. Lopez *glossa* 2. *l.* 21. *tit.* 8 *p.* 5. & Bartolum, Bellonum, Nattam, *cons.* 261. Paulum de Monte Pico, Carrotium, Cavalcanum, Morlam, Cujacium, Conanum, & alios pro eadem sententia refert D. Castillo. 3. *tom. controvers. cap.* 3. *num.* 26. & 17.

5 Sed etiamsi dominus rei locator non impedierit, verùm ejus odio inimicus damnum fecerit, adhuc etiam tenebitur remittere pensionem, & damnum sarcire, *argumento l. si merces*, §. *Culpæ ff locati* ibi: *Culpa autem ipsius & illud annumeratur, si propter inimicitias ejus vicinus arbores exciderit*, ex Bartolo, Cephalo, Bezio, Riminaldo, Menoch. Greg. Lopezio & aliis, idem D. Castillo *ubi proximè, n.* 31. in terminis Ant Fab. *in C. lib.* 4 *tit.* 42. *difficult.* 24. unde gabellarii intendunt ex bello, quod inimici Principis excitant quo mercium transportationi & vectigalibus damnum inferatur, non solùm pensionis faciendâ remissionem, sed etiam lucrum & interesse sarciendũ.

6 Verumtamen pro fisco contra illos plura & solidiora sunt fundamenta, ut quando Princeps impedierit commercium earum rerum, quarum vectigalia conducta, vel quid fecerit diminutis vectigalibus, quo apertè conductionis pretium minuatur, adhuc solùm teneatur ad remissionem pensionis, quæ damno respondeat, non verò ut damnum sarciat, & simul lucrum præ let, quod apertè suadent omnia jura, quæ pro gabellariis expensa, nam ut ex illis apparet, ideo ad interesse condemnatur locator, quia culpa sua conductor impeditus fuerit, uti re conducta, ac perinde probant ad illud non teneri, quoties culpæ tribui non potest impedimentum, aut diminutio conductionis, etiamsi tunc ex natura contractus locator teneatur, ita præstare conductori rem, ut liberè eâ uti possit, nec aliquod præjudicium irrogare, idque quasi inhærens ipsi contractui censeatur, *l. ex conducto, in principio, l. si quis domum, ff. locati*, Connanus *lib.* 7. *comment. cap.* 11. Ferretus *de gabellis num.* 294. ut pensio remitti debeat.

Sed tamen interesse locum habere non potest, 7 quia vel illud debetur ex culpa, & mora, aut ex lucro cessante, ut ex *l.* 2. §. *si navis, ff. ad l. Rod. de jactu, l. Lecta. versic. non enim, ff. de rebus creditis, l. in hac, in fine ff. de condict. tritica.* ultra ordin. in ejus juribus, Mascardus *de probat. conclus.* 934. *num.* 34. Andreas Gail. *lib.* 2. *observat. cap* 6. *n.* 1. & 2. *controvers. c.* 1. ubi congerit ad saturitatem, in hoc vero casu damnum emergens jam sarcitur remissa pensione, & culpa Principis locatoris nullatenus considerari potest, quia cum omnia, quæ pro regnorum tutela decreverit, ex consilio Senatorum statuat: *l. humanum, C. de legibus* eis verbis *Benè enim cognoscimus, quod cum vestro consilio fuerit ordinatum id ad beatitudinem nostri imperii, & ad nostram gloriam redundare.* Adde Jasonem *in l fratres, n.* 4. *C. de inofficioso*, Æmilio Verallo *dec.* 5. *n.* 2. *p.* 2. quod salubre, & justum est, sine dubio decernet, & potius si non faceret, culpa quam in faciendo in considerari oporteret, & bellum justum in dubio existimandum, & subditi in eo Principem obedire debent, *cap. quid culpatur* 4. 23. *q.* 1. junctis quæ ex Abbate, Cephalo, Menochio, Alvaro, Velasco, Sairo, Sancio, & aliis notarit Barbosa *in collect. ad eum textum.*

Tum & pro facto & decretis Principis semper 8 præsumitur justis rationibus aliquid feciſſe, Glossa *in l. relegati, C. de pœnis, cum si nobis, de testibus, Clem. unica de probat.* quia loquitur ore Dei. & hanc præsumptionem non admitteret probationem in contrarium, ex Alciato, Cinno, Marsilio, Romano, & Grammatico, latè probavit Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 10. *per totam.*

Tum & Princeps nunquam censetur velle præju- 9 dicare gabellariis, ut nec cuicumque tertio ex juribus vulgaribus, Andreas Gaillius *lib.* 1. *observat.* 14. *n.* 6. & *lib.* 2. *observat.* 58. *n.* 10. sed cum aliquid statuit damna sui Regni vitare censendum, ut pro munere Regio tenetur, *c* 1. *de offic. io delegat.* Glossa *in* §. *apium verbo incluserit instit. de rer. divis.* Federicus 185. & 201. Alex. *lib.* 5. *cons.* 7. *n.* 11.

Sed nec pro Principe solùm, verùm etiam pro 10 Judicibus illius, & Magistratibus semper præsumi debet, quod decreverint ad bonum publicum pertinere *argumento l. si quis, C. de offi. civil. Judic.* Bald. *in l. observare*, §. *proficisci, quæst* 10 *ff. de officio Proconsulis*, Bossius, Puteus, Grammaticus, & alii quos refert Menoch *lib.* 1. *de præsumpt. quæst.* 85 *n.* 2 Sesse & Raudensis ex quibus Matrillus *de Magistratibus lib.* 6. *cap.* 10. *num* 8. Aviles *cap.* 1. *Prator verbo Dadivas, num.* 28. & ex Bobadilla Mageno, & aliis D. Solorzano *de Indiarum gubernat.* 2. *part. lib.* 4. *cap.* 8. *num* 17.

Cùm igitur in omnibus juribus, quæ *suprà* retuli- 11 mus, quando non solum damni sit contemnatio, sed etiam lucri, id procedit, quando potest imputari locatori non præstare liberum usum, & patientiam conductori, hoc tamen nullatenus admittendum in hoc casu, quoties pro bono, & statu publico Regni sui commercium impediret, & multò minus lucrum Gabellario debebit sarciri, quia ut prædiximus, non tam ad factum Principis locatoris, quàm casui fortuito, qui compellit ad tale quid statuendum, tribui oportet commercii impedimentum, aut vectigalium imminutio, quia Princeps non tam ex voluntate decernit, quàm necessitate regiminis, cui deservit.

Et sine dubio, quando conductores casu fortuito 12 sine locatorum culpa impediuntur, nihil amplius quàm ut mercedis pretium pro impedimento remittatur, petere possunt, *l. si quis domum*, §. *hinc subjungi, in l. si fundus, in fine, ff. locati*, Glossa *verbo prohiberi in l. si inlege*, §. *colonus, ff. eodem*, ex Bartolo, Romano, D. Alex Ludovisius *dec.* 235. *n.* 2 ubi Oliverius Beltraminus *n.* 6. notat procedere, quando constaret de aliquo impedimento, & conductor posset intendere interesse, donec liquidetur, non valet detinere solutionem pensionis, & pluribus Rotæ decisionibus ita confirmatum tradit, & quando ex casu provenit impedimentum, satis esse conductorem servari indemnem, & remitti pensionem temporis, quo non est usus conductor, quia condemnatio interesse respicit culpam locatoris, probavit D. Castillo 3. *tom. controvers. c.* 3. *n.* 28. & 29.

Sed etiam etsi fortuito non tribuitur, etiamsi facto 13 locatoris provenerit impedimentum, quando non ex libitu, & voluntate, sed necessitate regiminis aliquid faceret, quo vectigalium conductioni, damnum inferatur, solùm remittendam pensionem ferè omnes practicati admittunt, & expressè Hippolyt. Riminaldus *lib.* 3. *cons.* 282. *n.* 16. eis verbis: *Quod etiam hic agitur de conductoribus impeditis uti & frui casu fortuito, contingente facto locatoris ob proclamata facta prohibentia concursum*, ubi concludit faciendam esse remissionem pro rata, & quemadmodum sine dubio, quando ex casu fortuito impeditur conductor, non potest amplius petere, quàm pensionis remissionem, quæ respondeat impedimẽto, ut *ex d. l. si quis domũ l.*

si

si fundus,& aliis notavit D. Ludovis. *ubi proximè l. sed addes* 21. § *si quis cum ff. locati*,eis verbis:*Sed sufficit quod pensionem pro residuo tempore remittat*, sicut quando casu fortuito prohibetur conductor, ita etiam nec ex facto Principis, qui aliquid pro publica utilitate decernit, amplius quam remissio pensionis peti potest,non verò interesse.

14 Quod faciliùs admittendum,ut nihil debeatur pro lucro cessante, quando ultra Principem in alio quocumque etiam procedat *ex l. si sterilis* 22 §. *cum per venditorem*, *ff. de act. empt.* ibi: *Quando steterit per venditorem quominus rem tradat, omnis utilitas emptoris in æstimationem venit, quæ modo circa ipsam rem consistit,nec enim si potuit ex vino negotiari, & lucrum facere, id æstimandum est*:quod etiam in locatione regulariter procedere ejus Textus argumento tenuit Greg Lop. *in d.l.* 21. *gloss.* 2. *tit.* 8. *n.* 5.

15 Rursus etiamsi factum Principis locatoris directò impedimentum inferat, etiam non debet amplius quam pensionem permittere, quoties justè impedimentum intulit, ut magistraliter notavit Bart. *in l. si uno* §. *item cùm quidam ff. locati*, quasi ex prædictis non possit lucri ratio haberi in pœnam impedimenti, quoties justis de causis aliquid fecisset locator,*l. qui insulam*, 33. *ff. locati*,eis verbis: *Respondit, si vitiatum ædificium necessario demolitum esset, pro portione quanti dominus prædiorũ locasset, quod ejus temporis habitatores habitare non potuissent in ratione deduci & tanti litẽ æstimari*;quasi quando necessitate aliquâ ductus locator impediret usum conductori,ad nihil amplius quàm ad pensionis remissionem teneatur, *l. & hæc distinctio*, 37. *ff. eodem*, ita Princeps, qui ex necessitate regiminis commercium prohibuit, ex quo procedunt vectigalia,vel ea diminuit, publica suadente utilitate, nihil amplius tenebitur quàm ut pensionem remittat pro impedimenti qualitate.

16 Præterea opinio Marci Antonii Eugenii *cons.* 50. *n.* 56. ut distingui non oporteat, an factum sit justum vel injustum vel locatoris vel directo, aut in consequentiam impedimentum inferatur, sed sufficere conductorem impeditum, nec procedat argumentum quod desumitur *ex l. si quis nec causam*, *ff. si certum petatur*,& cum Bertazola,Burato,& aliis,comprobat D. Castillo *d.* 3 *tom. c.* 3. ex ejus sententia,*n.* 44. accipiendum,ut locum habeat quoad remissionem pensionis non verò ut præstet interesse.

17 Sed & quod plus est, quando hæc necessitas non ex jure publico, verùm pro utilitate privata provenit, adhuc idem dicendum est *ex l. æde, C. locato*, ubi qui domum locavit, si prohibeat conductori ejus habitationem, quia sibi necessariam esse probaverit aliquo casu postea superveniente, si uxorem duxerit aut domus corruerit,quam antea habitabat,ut notat Gloss. *in eo textu,verbo necessariam*, tunc ad nihil amplius quam ad pensionem remittendam teneb tur locator, ut ex eo textu,Cino, Angelo, Baldo, & aliis probavit Natta *cons.* 25. *n.* 1.

18 Ex quo declaranda erit illa opinio Doctorum,ut quoties conductor in se susceptit casus fortuitos, sive generali aut speciali renunciatione, aliquibus expressis, ut in conductione vectigalium, *l.* 2. *tit.* 9. *l.* 9. *recop.* non teneatur conductor ad casum fortuitum, quando culpa locatoris provenit, ut ex Ancharano, Roman. Anania Paris. Alciat. Craver.Corn.Grammatic. Menoch. Surd. & aliis probavit D. Castillo 3. *tom. c.* 3. *n.* 56. qui quamvis *numeris sequentibus*, ex pluribus probet id procedere etiam in facto justo locatoris, & Aretinus, Alex. & Corneus quos refert exemplum proponunt in casu justo si bellum moverit Princeps, quia attendi non debet justitia impedimenti, sed conductorem usum non fuisse re conductâ, in quo conductionis essentia consistit, sed tamen idem D. Castillo *ubi proximè*,*c.* 3. *n* 90.*ex l.* 2. *tit.* 9. *lib.* 9. *recop.* quæ apertè excludit impedimentũ belli,aut alterius quod pro regimine publico fiat, ut quamvis pro parte Principis inferatur,ad nihil tenetur,& quamvis de ratione *d.l.* 2. dubitaverint plures, tamen eam defendit D. Castillo ex publica utilitate quam respicit vectigalium augmentum, & conductio, & cùm non cogerentur conducere Gabellarii, & certiorati de dispositione prædictæ legis conduxerint, ei debent subjacere quando Princeps velut coactus, ex munere Regio bellum inducit, aut aliquid pro bono pnblico & regimine statuit, & de justitia *d.l.* 2. jam aliqua notavimus *suprà Alleg.* 17. *per totam.*

Et qui necessitate rei familiaris compellitur,ut cùm 19
egeret domo ducens uxorem, aut alio simili casu coactus dici potest, de quo videnda Glossa notabilis *in l. cùm te*, 4. *C. de pignor. verbo vi, per text.* ibi: *Quæ coactum aliquem dicit, qui necessitate rei familiaris impellitur.* & facit *l. non idcirco*, 12. *C. de rescind. vendit.* eis verbis:*sumptibus necessariis urgentibus.* Et quamvis non ideo quasi metu coactus possit contrahens rescindere contractum, tamen sine dubio culpa vacabit, & excusabitur, ut tradit Salicetus *in d.l.* 12. ut meritò jure permittatur inquilinum à domo expellere, & ex eo quod impedierit locator,conductori non debet amplius quam mercedis remissionem facere,quia factum justum est,& lege permittente,quod insinuarunt Antonius de Butrio *in c. propter sterilitatem*, *de locato col.* 1. Bald. *in d.l æde*.& communiter Scribentes,*ibi,& in d. l. si fundus*, *ff. locati.*

Et quando expulit locator inquilinum,vel impedi- 20
mentum fecerit conductori, tunc ad interesse ex illorum sententia obligatur quoties fecerit sine causa. Unde id omninò cessabit quando aliqua justa causa intercesserit, ut in hoc casu, ex quo reprobata est Gloss. *in d.l. qui insulam*, 33. *verbo habitatores*, *ff. locati* quæ tradit quod in eo casu deciditur quando necessitate coactus locator impedierit conductorem uti re locatâ, debere remissionem facere pensionis tradit Glossa, *nisi aliam domum conduxerit, tunc id præstandum, arg. l. quod si domus*, *ff. locati* ; quia ultra quam is textus nihil probat, & dissimiliter procedit, etiamsi aliqui voluerint locatorem ex tali necessitate expellentem inquilinum, teneri illi tradere aliam domum ad habitandum, verius est ut quemadmodum non tenetur ad interesse, ita etiam nec ad aliud,quia si tenetur similem domum ad habitandum conductori præstare,indirectè in interesse obligaretur,quod admitti non debet,*arg. l.* 1. *C. de naturalibus liberis*, *l. si per impressionem*,*C. de eo quod metus causa*, & tenuit Cacheranus *cons.* 47. *n.* 48.

Si igitur in quocumque privato causa necessaria 21
excusat ut interesse non præstet, quantò magis in Principe admittendum, qui ex necessitate muneris Regii aliquid fecit, quominus conductor uti posset re locatâ ? Et generaliter nihil amplius quàm mercedis remissionem peti deberi,quando factum locatoris justum fuit, ut in nostro casu post Bart. Bald. *in d. l. si uno*, §. *item cùm quidam*, probarunt Romanus *cons.* 178. Ananias *cons* 74. *n.* 2. Paris. *vol.* 1. *cons.* 40. *n.* 3. Natta *d. cons.* 25. *n.* 6. *& cons.* 610. *n.* 8. & communem dicit Bellonus *cons.* 22. *n.* 1. ex Castrensi,Cardin. Imola, & aliis Surdus. *consil.* 34 *n.* 1. Bertachinus *de gabellis*, 2. *p. principali, quæst.* 21. Bossius *in praxi titulo de remissione mercedis*, *n.* 112. & Morla *in emporio, titulo de locato in præmiss. num.* 23. D. Castillo *d. c.* 3. *n.* 45.

22 Suadet ipſa ratio, aliquid faciens pro ſalvanda perſona ſua, & res proprias, non tenetur etiam de levi culpa, ut communiter notatur *in l. ſi ut certo, §. quod vero, ff. commod.* ita etiam multò magis non tenebitur Princeps, qui pro ſuo ſtatu & communi ſubditorum ſalute aliquid decreverit; & in caſu quoties à tertio impedimentum fuit conductori factum, ut non teneatur locator quando ipſi non poteſt imputari, tenuit *l. 21. ad fin. tit. 8. p. 5.*

23 Ex quo facilius expedietur quod ſuprà objectum fuit, *ex l. ſi merces, §. culpæ ff locati*, ut quoties propter inimicitiam locatoris aliquod damnum conductori obvenerit, locator teneatur: ſic damna quæ ex bello intulerint inimici horum Regnorum, Principem obligent, quia textus ille non poteſt in Principe locum habere, quia ultra diſtinctionem gloſſæ, ut poſſit accip quando inimicitiæ culpam habuit locator, *arg. l. penult. in principio ff. ſolut. matrim.* quamvis eam diſtinctionem, juſtæ, vel injuſtæ inimicitiæ reprobet Anton. Faber. *in Cod. lib. 4. tit. 42. definit. 24.* tamen cùm ex Textu apparet, procedat, quia culpæ locatoris tribuitur, quod ab ejus inimicis damnum factum, ut id longè differt ut poſſit aliqualiter in Principe conſiderari, qui debet bellum inferre inimicis, ut ſubditos defendat, & tueatur, & in eo procedit doctrina Bart. *in d. l. penult. ff. ſoluto matrim ex l. ad eos, & l. in rebus ff. commod. l. ſed & damno, ff. locati l. contractus, de reg. jur.* ubi inimicorum violentiam tribuit caſui fortuito; & ideò culpæ locatoris, non tribuenda præſertim quando non per indignationem in locatorem inimici inſurgunt ſed ob aliam cauſam, ſicut in Principe propter Regnum, & probavit Bald. *in l. nam & Servius ff. de negotiis geſtis*, ut non debeant nocere nimicitiæ, quando ſuſceptæ fuerunt ex juſta & legitima cauſa: ſequitur Gozadinus *conſ. 17. num. 16.* & ultra id in noſtro caſu locationis vectigalium expreſsè caſus belli inimicorum Regni exceptus fuit, & illi conductor renunciavit, *dict. l. 2. tit. 9. recop.*

24 Nec pro parte Gabellarii contra expendebatur deciſionem *d. l. qui inſulam, & d. l. ade*, procedere: quia ex natura contractus provenit, ut quoties egeret domo, locator poſſet expellere conductorem, aut quoties neceſſarium ſit, domum fulciri, aliter ea corruet, alias enim ſi ex ſua voluntate voluerit dominus melius ædificare: tunc non excuſatur, ſed quanti conductoris intereſſet condemnari oportere, quaſi quæ ex contractu ipſo non proveniunt, etiamſi facto juſto locatoris fiant, non proſint, & eo caſu juxta ſeriem illorum jurium accipiendam Interpretum diſtinctionem de facto juſto, quia Doctores debent intelligi & interpretari ex juribus quæ allegant, & quibus moventur, ex doctrina Bart. *in l. non ſolum, §. liberationis, n. 10. ff. de liber. legata*, ſequuntur Roland. *volum. 1. conſ. 68. num. 18.* Gutierrez *lib. 1. practicarum. quæſt. 2. n. 22.* Surdus *deciſ. 59. n. 7.* pluribus D. Valençuela *conſ. 35. n. 10.* id quidem nihil impugnat prædictam reſolutionem, quia ratio propter quam in prædictis caſibus ad intereſſe non tenetur locator, ex eo provenit, quia imputari non poteſt locatori qui ex neceſſitate ſua, vel rei aliquid fecit, quo conductori impedimentum fieret: quæ ratio ſimiliter procedit in Principe, qui pro bono publico aliquid decernit, & ex ſimili ratione idem ſtatuendum, *argum. l. illud, ff. ad legem Aquil.* ubi notatur Giurba *ad conſuet. Meſſan. c. 6. gloſſ. 1. num. 13.* Gratian *tom. 5. diſcept. c. 918. n. 66.*

25 Ultra quam etiam ex natura contractus id venire denotant leges noſtræ 2. & 3. *tit. 9 lib. 9. recop.* quibus excipitur, ne Principi imputandum, ſi quas conſtitutiones, aut decreta edixerit pro Regnorum regimine, ac proinde certiſſimum eſt eo caſu, quo Princeps directè impedierit vectigalium exactionem, aut ipſa diminuerit, quo caſu ad remiſſionem penſionis teneatur, nunquam intereſſe locatori ſarcire debere, quia cum juſtè faciat, ut prædiximus, ad illud non eſt obligandus.

Illud autem maxima animadverſione dignum eſt, non eſſe audiendos Publicanos, qui in hoc caſu etſi 26
lucrum eis denegavimus, tamen cùm damnum ſarcire velimus, & penſionis remiſſionem fieri, nomine *damni* comprehendi intendere ſolent, ſi quid paraverint ad vectigalia percipienda, præſertim quod illi dicebant, impenderant in redditibus annuis (vulgo *Iuros*) comparandis, ut pro vadimonio offerrent pro penſione vectigalium conductionis ſolvenda, ut ſecura exiſterent, nam quoties ex pacto Principis conductoris impedimentum provenit etiamſi ex prædictis lucrum non habeat, tamen in damno manere non debet, & per ſe inducebant ſententiam Textus *in l. ſi quis domum, §. hic ſubjungi poteſt, verſ. idem quærit, ff. locati*, ubi ſumptus quos fecit conductor, ut re locatâ frueretur, debet ſarcire locator, ſi ante finitum tempus conductionis prohibuerit uſum rei locatæ, junctis quæ *ex gloſſ 2. l. 3. ff. de impenſis in res dotales factis*, notavit Barb. *in l. divortio, § fin. n. 19 ff. ſoluto matrim.* & quamvis expendi in idem rectè poſſet Text. *in l. ſi pecuniam ff de condict. cauſ. dat.* ibi: *Vel ſumptus, qui neceſſarii ſunt ad profectionem jam facti, & manifeſtũ ſit plus fortè quam acceperis te erogaſſe, condictio ceſſabit*, quia in damno reſarciendo conductori venit illum indemnem ſervare.

Nihilominus tamen hæc movere nullo modo 27
poſſunt, ut intentio publicanorum admittatur, quia ex ratione ejuſdem Textus *in d. § hic ſubjungi poteſt, verſic. idem quærit*, excluditur apertè in quocumque utriuſque caſus, in quo loquitur Juriſconſultus. Primus procedit, quando qui uſumfructum habebat fundi in quinquennium fruiturus, & mortuo fructuario, ideóque uſufructu finito, conductio ceſſabit tunc enim apertè tradit tempus non recepturum conductorem, quia illud evenire poſſet, & proſpicere debuit, ſed nec quod in ſecundo caſu ſtatuitur cùm admittitur ſumptus recuperaturum conductorem, quando ut dominus fructuarius fundum locavit, quia tunc decepit conductorem, poteſt aliqualiter in noſtra ſpecie procedere, ſed juxta utriuſque deciſionis rationem locum habet non eſſe præſtandos Gabellario ſumptus, quos feciſſe intendit pro vectigalium conductione, quia ratio illa quæ denegat ſumptus, quia proſpicere debuit conductor illud evenire poſſe, æquè militat in præſenti, quando cum Principe contrahitur, quia ſcire potuit, aut debebat, quod idem eſt, *l. Titius 48. ff. de fidejuſſoribus*, poſſe, & teneri Principem edicta & decreta facere, quæ ad publicum ſtatum pertineat, etiamſi vectigalium conductori damnum inferatur, ac proindè proſpicere debuit illud evenire, & expreſsè cavetur *dict. l. 2. tit. 9. lib. 9. recop.* ex cujus diſpoſitione conductiones fiunt.

Tum & quia ſecundi caſus ratio procedit, nam ſi 28
ex eo ſumptus præſtantur conductori, quia cum decepit locator fructuarius, qui ut dominus fundum locavit, in hoc caſu nullo modo fuit deceptus conductor vectigalium, cùm potiùs expreſsè *d. l. 2. & 3. tit. 6. lib. 9. recop.* cavetur renunciare oportere his caſibus quando pro Regnorum utilitate, & regimine alias Princeps fecerit conſtitutiones, & ideo deceptus nullo modo poteſt dici conductor, ut prædictos ſumptus recuperet.

Tum

Tum etiam, quia ſumptus, de quibus loquitur ille
29 Textus, & *l. ſi pecuniam*, facti fuerunt in re ipſa conducta, & neceſſarii ad illud quod mandatum, & impedimentum etiam fraude locatoris, aut voluntate mandantis factum, ut *in d. l. ſi pecuniam*, quoties revocavit, qui juſſerat ad locum ire: in præſenti verò non voluntate Principis, ſed neceſſitate muneris Regii conductor impeditus fuit, & ſumptus facti in emptione redditruum Regalium, id eſt, *Iuros*, ut pro fidejuſſione offerret, non cenſentur eſſe in ipſa re facti, ſed ex neceſſitate fidejuſſionis, quod longè differt: & cùm debeat conductor neceſſariò fidejuſſionem dare, nec deberet emere ſibi prædictos redditus, nam quod pro vadimonio offertur fidejuſſoris, non ipſius debet eſſe, id enim generali obligatione bonorum, etiamſi poſt contractum bonis ejus accedat, comprehenditur *l fin. Cod. quæ res pignori oblig. poſſ.* Et quamvis à conſilio regalis Patrimonii admittatur ad faciliorem conductionis expeditionem, magis videtur emiſſe conductor, ut ſuæ obligationi vadimonii præſtandi
2 ſatisfaceret, quàm ut quid Regali Patrimonio accederet, & uſurpari rectè poteſt ſententia Textus *in l. ſocium*, 61. § *ſocius ff. pro ſocio* ubi: *Socius cum reſiſteret communibus ſervis venalibus ad fugam erumpentibus, vulneratus eſt, impenſam quam in curando ſe fecerit, non conſequuturum pro ſocio Labeo ait, quia id non in ſocietate venit, quamvis propter ſocietatem impenſum fuit.* Ita p æ dicta emptio redditruum, & impẽſa non in conductione facta, quamvis propter conductionem redditus emerentur propter obligationem, quâ conductor præſtandi fidejuſſorem tenebatur.

30 Rurſus non poteſt allegare conductor eſſe in damno ex tali emptione, quia cùm prædicti redditus, id eſt, *Iuros*; non poſſint ex ordinationibus ſupremi Conſilii Regalis Patrimonii pro fidejuſſione admitti in vectigalium conductione, niſi vectigalium in quibus cenſus conſtitutus, quarta pars in computatione valoris ſuperſit, ſemper integram æſtimationem, & valorem obtinebit; & ſuccedit illa opinio Doctorum, cenſum, vel *Iuro*, non poſſe vendi in minori pretio quàm conſtitutus fuit, & à lege permittitur unus pro viginti, quia alias ſaperet naturam uſuræ, nec redditus juſtitiam continerent, ut probarunt Sarmientus, Navarrus, Ioann. Gutierrez, Corduba, Felicianus, qui alios adducunt, & latè fundamenta refert Avendaño *de cenſib. c. 3 4. n. 7.* Et ille caſus, quo admittunt poſſe vendi minori pretio, quando hypothecæ cenſus ſecuræ non ſint, & redditi um ſolutio minus certa, quia periculum ſupplet pretii defectum, ut notatur Olanus *in Antinom. verbo annui redditus, n. 113.* Salazar *de uſu & conſuetud. c. 11. n. 9*; Sylveſter, Navarrus, & alii quos refert Roder. *lib. de ann. reddit. c. 18. n. 7.* in præſenti non procedit, cùm ſemper ut redditus conſtitutio, id eſt, *Iuro*, ſuper vectigalia Regis admittantur, debet excedere ejus conſtitutionem quarta pars valoris, id eſt, ut ea ſemper remaneat ſuper cenſum, & ideò ſecura in omnem eventum manet ſolutio, & quando jam ſemel ad legitimum modum conſtituti poſſint vendi minori pretio notavimus *alleg. 25. per tot.*

31 Deinde pro Fiſco illud etiam ſummè notandum, nam quamvis, ut penſio remittatur, hoc caſu cum Princeps damnum irrogavit, & penſionem, aut partem ejus remittendam admiſerimus, non procedat ſecundùm communiorem Interpretum opinionem ea ſententia, ut damnum illud magnum & intolerabile conductoris eſſe debeat ad remiſſionem obtinendam, ſed ex quocumque damno facto Principis proveniente remiſſio pro ea parte procedat, quia jura quæ ex modico damno, remiſſionem penſionis non admittunt, ut *l. ex conducto*, § *ſi vis tempeſtatis*, *l ſi merces* § *vis major*, *l habitatores ff. locati. cum ſimilibus*, intelligunt in caſu proveniente ex ſterilitate, caſu fortuito, quando ex illo poteſt fieri remiſſio mercedis: ſin verò facto locatoris proverierit impedimentum, tunc non attendi plures cenſent, an damnum modicum ſit, vel intolerabile, & in id Cotam, Florianum, Bertachinum, Hippolytum, Riminaldum, Marcum Antonium Eugenium, & alios refert D. Caſtillo *d. c. 3. n. 39.* & probari videtur *leg. qui inſulam, in principio, & § ædilis, ff. locati*, tenuerunt Boſſius *de remiſſione mercedis*, *n. 107.* & quaſi deficiente uſu rei locatæ ſublato commercio, aut vectigalibus diminutis neceſſariò debeat ceſſare penſionis, vel partis ſolutio, ut idem ſit in toto, quod in parte, ſine diſtinctione, an modicum ſeu magnum damnum ſequatur? ex Baldo, Petro de Vbaldis, & alii, latè & conſtanter comprobat Surd. *conſ. 400. n. 27.* quamvis idem Surdus contrà tenuerit *conſ 34. n. 13. uſque 22.* ubi intendit reſpondere omnibus juribus, & Doctoribus, qui pro contraria ſententia expenduntur, & diſtinguit inter prædia ruſtica, & urbana, & in vectigalium conductore tenuit non poſſe fieri computationem, an damnum habuerit, niſi omnium vectigalium perceptorum ratio habeatur.

Vtcumque igitur velis communiorem ſequi ſen- 32
tentiam, ut quando ex facto Principis locatoris impedimentum fiat conductori vectigalium, diſtingui non oporteat an magnum vel modicum fuerit damnum: monendi tamen ſunt Senatores Regalis Patrimonii Conſilii, ut cautè ſe habeant cum Publicanis, & explorent valores vectigalium in annis præcedentibus; nam ſi apparuerit maximum lucrum habuiſſe in eorum perceptione, non nimis indulgendum eſt remiſſioni penſionis ex nimia jactura, quam pro tempore, rerum ſtatus, & cauſa publica ſuaſerit, hæc omnia quæ tradidimus, cùm ex æquitate procedant, quaſi deficiente parte rei conductæ: quoad illam non videatur conductor Publicanus, ideò penſionem non præſtet, tamen ipſa æquitas ſuggerit, cùm prætextu fructuum penſionem ſoluat, ſi eos perceperit qui ſufficiant ei ſoluendæ, quaſi nullum damnum habeat, remiſſio non fiat. Aliàs enim quando à Principe aliqualiter vectigalia pro communi Regni utilitate minuerentur, & tunc debeat facere penſionis remiſsionem, cùm ex prædictis ſolum conductor indemnis ſervandus, nec lucrum poſsit percipere, tunc non ſolùm damnum ſarciri videretur, ſi quando eo anno, aut præcedentibus, maximam utilitatem ex vectigalibus percepit ultra penſionem, ſi ea remitteretur, ex aliquo impedimentum, non ſolum damnum videretur ſarciri, ſed lucrum præſtari, & cùm Princeps, non ex ſua voluntate, ut cæteri locatores, impediat, ſed neceſsitate publica compellatur, ut caſu fortuito; qui ad illud decernendum coëgit, in hoc caſu meritò poſſent expendi omnia argumenta, & rationes, quas Surdus notavit *dict. conſ. 34. num. 13. uſque 22.* ad quem Iudices remitto cùm caſus contigerit.

Vnum tamen, ut cautè ſe habeant, animadverten- 33
dum eſt, nam cùm me fiſci Patrono in Conſilio Regalis Patrimonii, conductio vectigalium lanarum facta fuiſſet pro penſione quotannis ſexaginta quatuor millies maravedinorum, qua comprehenſæ, & nominatim conducta vectigalia lanarum, quæ exportarentur, ad Germaniam, Italiam, Galliam, Belgium, & reliquas Regiones, quibus ex Hſpania lanæ invehi & navigari ſolent, poſtea bello excitato anno 1635. inter Hiſpaniam, & Galliam & à Rege noſtro cũ Gallis commercio impedito, vectigalium conductor

pro tempore belli triginta millies maravedinorum pensionis in quolibet anno remitti debere intendebat, quod est octoginta millia ducatorum, quod in sex annis, qui conductionis supererant, & jam duo anni belli transacti sine fœderum aut pacis spe ad summam quatuorcenta & octoginta millia ducatorum attigerat, & multis testibus conductor probaverat tantæ summæ ex prohibitione commercii jacturam habuisse, & verè partem conductionis lanarum, quæ à Gallis extrahebantur, defeciſſe.

34 Ego instabam in ejus conductione nullam esse conditionem restauri aut remissionis pensionis faciendæ, sed ut posset à conductione recedere Publicanus, si ex bello commercium impediretur, & ut contractus dissolueretur, petebam: ultra quam tempore quo prædicta conductio facta fuisset, bellum erat cum Anglia, & commercium impeditum & lanæ quæ ad Anglos navigari solent, ex Hispania per Gallos transportabantur; nunc fœdera cum Anglis facta erant, & quibus Galli ex Hispania lanis egerent, illas Angli ad Galliam similiter transferebant, inde nullum damnum ex commercii cum Gallia impedimento; & si aliquod damnum sentiret conductor, cùm ad nihil aliud in hoc casu Principem teneri probavimus, facilè posset vitare recedendo à conductione: cùm verò conductor nollet recedere, quia verè maximum lucrum ex conductione experiretur, solum restaurum & diminutionem pensionis intendebat.

35 Ideò de his ego certior, alium obtuli conductorem, qui pro tempore belli eandem pensionem sine aliquo restauri, aut diminutione mercedis vectigalia lanarum conduceret, & ultra tria millies maravedinorum, id est, octo millia & ducentorum ducatorum in quolibet anno pretium augeret; & quanvis instaret primus conductor, non posse admitti pretii auctionem, quasi semel addictâ conductione, id est, *remateda*, non possit augmentum nisi quartæ partis mercedis admitti juxta ordinationes Regalis Consilii; tamen ego admittendum probavi, quia tempore belli octuaginta millia ducatorum quolibet anno minus valere ipse conductor primus asserebat, cùm tam ingentis summæ peteret remissionem, quæ cum octo millibus aureis, quæ à novo conductore augebantur, verè non solùm quartam partem pretii, sed dimidiam superabant; & ideo juxta regulas juris auctionem admitti oportere, ut admissum fuit primo decreto visionis. Et antequam ad ejus confirmationem judicium procederet, primus lanarum conductor in Consilio Regalis Patrimonii suæ actioni cessit, & pro annis præteriti belli & futuris restauro & remissioni renunciavit, & sine ulla diminutione pensionis in conductione voluit manere, & ita res transacta fuit.

36 Quod necessarium censui referre, ut Iudices fraudes conductorum vectigalium percipiant, & qui tam magnam quatuorcentorum & octuaginta millia ducatorum quantitatem in sex annis remittendam intendit, nulla postea contentus fuit, ne à conductione desisteret; & omnes Principes debent eorum fraudibus obviare, ut *suprà* ex Cornelio Tacito *lib.* 13. *Annalium* notavimus, qui etsi in omnibus desidem, in eo tamen maximam curam habuisse Neronem testatur; & de Ludovico I. Vngariæ Rege referunt Cromerus *lib.* 13. & Bonfinius *lib.* 10. *decade* 2. ne plebs, aut rustica multitudo gravioribus, quam par est, tributis & portuoriis, à Quæstoribus & Publicanis gravaretur, simulato sæpe habitu vicos & oppida lustravit, perscrutaturus mores publicanorum. *Vtinam hodie.*

ALLEGATIO XXI.

Executionem adversùs Publicanum non excludit exceptio remissionis pensionis.

1 *Instrumentum quod non habet vitium visibile, habet executionem paratam.*
l. fin. C. de edicto Divi Adrian. tollend. l. 1. & 2. tit. 21. lib. 4. recop.
Instrumentum habet vicem rei judicatæ, facit rem liquidam & notoriam.

2 *Instrumentum potest executioni mandari jure Hispano, licèt non habeat clausulam Guarentigiæ.*

3 *Clausulæ quæ de stylo Notariorum suppleri possunt, ac si appositæ instrumento.*

4 *Executio instrumenti non impedienda exceptionibus, quæ ante eam opponantur, sed remitti debent ad decem dies viæ executivæ.*
l. 19. tit. 21. lib. 4. recop.

5 *Executionis instrumentorum Hispaniæ praxis & ratio.*

6 *Exceptiones læsionis, sterilitatis, vel non implementi, non impediunt viam executivam.*
Exceptiones quæ requirunt altiorem indaginem, ad judicium ordinarium remittendæ, nec impediunt executionem.
l. 3. §. ibidem, §. ad exhibendum.
l fin. C. de ordin. cognition.
l. penult. C. depositi.

7 *Executio instrumenti non impeditur etiamsi pendeat lis de nullitate per viam actionis.*

8 *Nullitatis judicium per viam exceptionis tunc impedit executionem instrumenti, quando nullitas est notoria vel intra decem dies ab illa constat.*

9 *Instrumentum exequi potest etiamsi modificari possit, dum est modificatum.*

10 *Instrumentum an reddatur illiquidum expressâ certâ quantitate ex adjectione* plus vel minus
l. hæc venditio, § fin. de contrahend. emptione.

Publicanus conductor gabellarum ad pensionem solvendam obligatus, an possit adversùs eum executio procedere, etiamsi ex aliquibus causis pensionem minuendam allegaverit?

ET in hoc casu executionem locum habere suadet, nam ex instrumento, quod non habet vitium visibile executio procedere potest, ut de jure communi probatur *l. fin. C. de edict. Divi Adriani tollendo*, & jure Regni *l. 1. & 2. titulo 21. lib. 4. recop.* ex Panormitan., Bald. Angel. Dec. Roland. & Beccio probavit Surd. *cons.* 431. *n.* 1. ubi tradit instrumentum publicum habere vim definitionis causæ, & ei standum, nam pro eo præsumitur in omnibus, quæ à partibus fuerint dicta, vel facta, Alciatus *de præsumpt.* 13. *n.* 9. Cephalus *lib.* 1. *cons.* 109. *num.* 6. Olasçus *dec. Pedemontana* 17. *num.* 1. & constituit probationem probatam, & facit rem liquidam, & notoriam, ut exequi

exequi possit, Tiraquellus *de retractu lignagier,§.2. glos§.1.à num.20.cum seqq.* Rolandus *lib.1.cons.9. num.15.*

2 Et adeo verum est instrumentum exequi debere, ut quamvis non habeat clausulam guarentigiam (etsi aliqui contra tenuerint) adhuc sine prædicta clausula executio procedit de jure Regni, ut resolvit Avendañus *in dictionario, verbo Scriptura,* Castillo *in l.63.Tauri,n.*11. Palacios Rubios *ibidem n.1. vers. hodie tamen,& n.2.* Antonius Gomez *in l.64.Tauri,n.*4. quem sequitur ejus additio, *ibi* Olanus *in antinomia, lit.L. n.40.* Villalobos *in eadem antinomia juris, lit.L.n.21.* Salazar *de usu & consuetudine cap.3. n.* Albornoz *de contractibus lib.1.titulo 2.cap.2.* Matienzo *in l.10. tit.17.lib.5. recop.gloss.11.* Gratian. *regul.279.* Parlador. *lib.2. rerum quotidianarum. c. fin.1.parte, §.12.ampliat.1.n.5.& 6.* Paz *in praxi.3. tom.cap.6.§.6.num.28.* Azeved. *in l.1.n.54.tit.21. lib.4.recop.*

3 Et quamvis de stylo Notariorum sit eam clausulam apponere, tamen non est necessaria, sed ex abundanti ad majorem cautelam eam adjiciunt, ut tradunt Avendaño *ad titulum de las excepciones, in l.4. & 5.n.2.& 3. cum seq.* Azeved. *ubi proximè,* & quãvis esset hæc clausula ex necessitate, tamen ex aliquorum sententia, cùm hæc clausula sit de stylo Notariorum suppleri debet, ut licèt non exprimeretur in Scriptura, censeretur apposita, quamvis omissa sit, ut instrumentum executioni mandari debeat, ut si clausulam guarentigiam haberet expressam, ut observant Didacus Perez *in l.4.tit.8. lib.3.ordinamenti, gloss.1. colum.6. vers.probaritamen,* Paz *in praxi 4.p.1.tom. c.1. num.22.*

4 Unde cùm in hoc casu Publicanus instrumento publico, adjecta prædicta clausula obligaretur ad solvendam pensionem, pro ea exequutio intendi potest, nec retardabitur exceptionibus, quæ objecerit debitor, nam etsi antequam executio fiat, apponantur, debent remitti ad terminum, in quo in via executivè exceptiones probandæ sunt, ut notavit Curtius Junior *in l.si quis in conscribendo,n.47.Cod. de pactis,* Milanensis *lib.2.decis.Siciliæ 15.n.16.* Cavalcanus *2.p. decis.28. n.28. & 90.* & probatur *leg.19.titulo 21.lib.4.recop.* in qua deciditur, ut quoties instrumentum habet paratam executionem, debitorem antequam executio fiat, audire non oporteat quia exceptiones à jure remissæ sunt ad terminum decem dierum, in quibus allegari debent, & probari illa de quibus *in l.1.tit.21.lib.4. recop.*

5 Et ratio est, quia lex voluit privilegium dare instrumẽtis, ut Reo non citato executio procedat, sed tamen non ideò defensionem ei denegavit, verùm eo modo faciendam esse decrevit, ut *Primò* fiat executio, & post illam terminus statuatur, in quo exceptiones & defensiones rei allegari possint & probari, ut notarunt Angel. *in l.si sic, de leg.1.* ubi Imola & Alex. Milanensis *lib.2. dec.8. n.17.88. & 90.* idque omnino necessarium fuit, ne alias qui ante executionem reus ad exceptiones admitteretur, & adversus eas actori injungeretur probatio, tunc efficeretur via ordinaria, ita executio impediretur, quæ ex probatione non nascitur, unde semper debuit præcedere executio ut judicium executivũ procedere posset

6 Præsertim, quia exceptiones, quas in hoc casu Publicanus opponit, videlicet defectus implementi contractus, læsionis, vel sterilitatis, ut pensio diminuatur, requirunt discussionem judicii ordinarii, & altiorem indaginem, & similes exceptiones noc admittuntur in via executiva, nec possunt illam impedire, *l.3.§. ibidem, ff. ad exhibendum, l. fin. Cod.de ordin. cognit.l. penult.* ubi Bart. & communiter Scribent. *in l.4. §. condemnatum, ff. de re judicat.* Parlado. *lib.2. rerum quotidianarum,§.11.n.40.* Roderic. Suar *in l. post rem judicatam, in declarat.l. Regni, vers. sed pro evidentia, n.37.* & post Imolam *in Clement. sæpe de verbor. significatione* tradit Afflictis *decis.351.n.4. ad fin. & n.5.* Capicius *decis.17.n.6.* Rodriguez *de executionibus,c.6.n.25.* & licet Publicanus intenderat contractum nullum esse, & ex quadam conditione illius executionem non habere, quasi ex conventione, si pondus speciei ponamus piperis, cujus pretium & vectigalia conductione comprehensum, cariùs quàm triginta ante annos venderetur in Lusitania, illud amplius, quod excederet, Regem solvere debere, & longè pluris pretium rei fuisse.

Adhuc his non obstantibus dicendum est executionem locum habere, nec esse infirmandam, quia 7
lite pendente super nullitate contractus & instrumenti, illi standum est, & potest instrumentum executioni mandari, Cartharius *decis.113.* Francis. *decis.373.* Joan. Gutierr. *practicarum,1.p.c.2.n.16.* Felicianus *tom.1.de censibus lib.2. cap.1. n.34.* Ludovicus Cencius *tractatu de censibus. 2.p.c.2.q.4. art.1.n.6.* quod verissimum est, quando ut in hoc casu in formam actionis judicium nullitatis contra instrumentum intenderetur, & licèt aliqui tenuerint executionem impediri, quoties per exceptionem nullitas opposita, ut resolvit idem Gutierrez *ubi proximè n.22.* adducens Textum *in cap. fin. cum gloss. verbo potenter, vers. sed si ego de ordin. cognitionum,* Parlador *lib.2. rerum quotidianarum, c. fin. 5.p.§. 11. n. 12.* Giurba *decis.100.n.8.* ibi: *Aut excipiendo proponeretur instrumenti nullitas, & executionem impedit:* Surdus *decis.377.n.42.* Cæs. Baronius *decis.39.n.4.* Milanens. *lib.2.decis.2. n.133. & n.249. & 153.* Franciscus Vequius *cons.2.num.54 & 55.* Gratianus *tom.1.disceptationum, c.118.n.46.* Intrigliolus *lib.2. singulari 16.num.4.*

Tamen procedit: quando intra decem dies apertè constaret, vel nullitas esset notoria, quia tunc id 8
locùm habere *arg. l. fin. ff. de constit. pecunia,* ex Avendaño, Villalobos, Didaco Perez maxima, Suarez, Menessio, Hippolyto, & Rebuffo tradit Azevedo *in l.1. tit.21. lib.4. recop. n.91. & 92.* ex quo cùm in hoc casu per viam actionis nullitas intenderetur, & quamvis in modum exceptionis opposita esset, nullitas notoria non esset, nec intra decem dies de nullitate contractus apparuit, tenendum est adversus Publicanum executionem procedere posse.

Denique quod de exceptione modificativa objectum est, quasi majus esset pretium rei, quàm facul- 9
tas vendendi contineret, & vectigalia locata, nihil executionem impediet, quousque judicio obtinuerit Publicanus illud à Rege solvendum esse, vel ex pretio pensionis detrahendum, nam etsi instrumentum sit, quod potest ad minorem quantitatem redigi, non tamen ideò illius executio denegabitur, & facit doctrina Bartoli *in l. Iulianus verum debitorem, num.39. ff. de condict. indebiti,* ubi tradit decreta reformatione, ut reviderentur omnes Represaliæ factæ & quæ revisione approbarentur valerent, adhuc pendente revisione exequi debent, quia licèt possint illa reformari, aut annullari, adhuc ex statu præsenti, cum reformatio facta non sit, executio rectè procedet, & Bartolum sequitur Socinus *in l. pecuniam, num.10. ff. si certum petatur,* ubi ex doctrina Bartoli in terminis tenuit, si in quadam scriptura promissa est quantitas certa, cum ea conductione, ut si facta calculatione

appareret minus deberi in tantò minori quantitate esset obligatio, adhuc executionem habet paratam in quantitate promissa, etiamsi ex calculatione posset ad minorem quantitatem religatio redigi, & hanc resolutionem Socin. sequitur Alciat. Dec. Grammatic. & Anton. Massa Galesius, quos refert & sequitur Vincent. de Franch. *decis.* 291 *n.* 2. & idem tenuerunt Paul. de Castr. Cagnolus, & Seraph. quos etiam refert, & sequitur Rota Genuensis apud Flaminium Chartarium *decis.* 49. *n.* 9

10 Et ex prædicta doctrina magna Curia Neapolitani Senatus decrevit (quod magis acre videri posset) ut quoties locatio facta fuit, viginti & tres jugerum terræ, pro quolibet jugere assignato pretio, ea conditione, ut deberet fieri mensura jugerum, & sicut ex illa appareret, augeri deberet, vel minui pretium & cum dubitaretur, an interim quo facta fuit mensura, posset instrumentum locationis exequi, & executionem procedere posse magna Curia pronunciavit, & licet causa ex appellatione ad magnum Consilium delata: & de quatuor Senatoribus tres decretum magnæ Curiæ revocarent, quasi instrumentum non existeret liquidum, unus tamen Senatorum tenuit confirmandum, quia illa verba *plus vel minus* apposita cum expressione certæ quantitatis, non operantur, quod confessio facta de certa quantitate reddatur incerta quoad quantitatem expressam, & *arg. l. hac venditio, § fin. de contrahend. emp.* & quoad illam instrumentum liquidum apparet, ut ex Bart. Soc. Dec. Alciat. Galesio, & Capicio probat Franch. *d. de.* 292. *n.* 3. *& ad finem*, & se remittit ad ea quæ scripsit *decis.* 23. *num.* 3. & dubius hærens, cogitandum relinquit.

ALLEGATIO XXII.

De novis venditionibus reddituum Regalium.

1 *Venditiones reddituum Regalium quinque modis fiunt, quando Rex de novo constituit.*

2 *Redditus vectigalium solent vendi à disputatione factorum Regiorum ex Regis mandato.*

3 *Negotiatoribus ut solvatur quod debetur, & interesse extinguatur, solent consignari reddit. Regis qui vendantur.*

4 *Venditio nova fit cùm is qui censum id est,* Juro, *habet in vectigalibus ex clausula novæ venditionis, quæ inserta in omnibus privilegiis petit consumi, & alteri de novo consignari.*

5 *Venditio nova etiam fit jurium Regalium si cessione facta à Dominis eorum cessionarii petunt in eorum favorem novam venditionem expediri.*

6 *Non entis nullæ sunt qualitates.*
Obligatione comprehendi, non potest quod in rerum natura non est.
§. 1. instit. de inutilibus stipulation.
l. liber. homo, 69. ff. de verborum obligat.
l. domum, 57. ff. de contrahend. emptione.

7 *Census reddituum regalium nova venditio non fit, quando in eo adnotatio, & glossa apposita, nisi ei satisfaciat.*

8 *Hypothecæ novâ venditione census an solvantur, procedit quando Dominus ejus petit luitionem, id est,* consumo.

9 *Nomen debitoris generaliter & specialiter obligari potest.*
l. nomen 4. Cod. quæ res pignori.
l. si convenerit, 18. ff. de pignorat. actione, & num. 62.
l. Postquam, 7. Cod. de hæred. vel act. vendita
l. si fundum, 16. §. si res. ff. de pignor.
l. cum tabernam, 34. ff. de pignoribus, & n. 72

10 *l. 1. §. aiunt, ædiles, ff. ædilit. edicto.*

11 *Pignus, ut resolvatur, requiritur voluntas creditoris.*
l. bovem, 43. §. pignus ff. de ædilit. edicto, & num. 73.
l. si debitor 4 ff. quibus mod. pign. vel Hypoth. solvitur, & n. 74.

12 *Malitiis in jure non indulgendum.*
Pignora ante contracta nova venditione census non resolvi qui tenuerunt.

13 *Consuetudine fieri potest, ut pignora pereant quæ alias vivere deberent.*
l. 6. tit. 3. p. 1. & n. 48.

14 *Novæ venditiones jurium Regalium juxta consuetudinem Castellæ qui egerunt.*

15 *Senatus Regalis Patrimonii tria sunt tribunalia.*

16 *Senatus Patrimonii præcipuum tribunal est.*
Equitum expertium negotiorum, qui cum assensu duorum ex Senatoribus Regalis Consilii Castellæ Patrimonium Regis administrant.

17 *Regalis Patrimonii aliud tribunal Senatorum, Togatorum, Iurisprudentum, qui causas justitiæ decidunt.*

18 *Ad Calculatorum tribunal in Senatu Regalis Patrimonii pertinet, ut ejus rationes reddantur.*

19 *Resoluto jure dantis resolvitur jus accipientis.*

20 *l. lex vectigali 31. ff. de pign. & n. 29.*
l. si ex duobus, 6. §. 1. ff. de in diem adjectione.

21 *Pignus evanescit resoluto contractu ex quo dominium habebat qui pignoravit.*
Pacto de retrovendendo ad effectum perducto pignus interim contractum dissolvitur.

22 *l. si res 3. in principio, ff. quibus mod. pignus vel hypotheca solvitur.*

23 *l. si quis hac lege, 42. ff. de rei vindicatione.*
l. in diem, 9. in principio, & §. non autem, ff. de aqua pluvia arcenda.

24 *Gravamen ut noceat alicui qui jus habet, ad rem debet cum ejus voluntate apponi.*

25 *Census qui habet adnotationem Hypothecæ, nisi cum eius onere ad alium non transfertur in senatu Patrimonii.*

26 *Creditor debet prospicere quod evenire potest.*
l. mulier, ff. de lege commissor.
l. si delegatio, 3. C. de novation. & n. 61.
l. si quis domum, §. hanc subjungi potest, ff. locati.
l. grege, 13. §. statuliber. ff. de pignor.

27 *l. is cui, 11. §. hæres ff. quem servit. amittit.*
l. necessario, 8. §. quod si prudente. ff. de pericul. & comm. rei venditæ.
l. si fundum à te 104 ff. de condit. & demonstrat.
l. fin. §. sin autem sub conditione, C. communia de legatis.

28 *l. si Titius, 48. ff. de fidejussor.*
Creditor debet scire conditionem debitoris & rei quæ ipsi obligatur.
l. qui cum alio, ff. de reg. juris.

29 *Officium pignori obligatum vel majoratui suppositum, si amittatur ex defectu renunciationis, & Rex faciat novam gratiam, officium manet liberum.*

tit.4. lib.7 recopil.
l. inter ſtipulantem , §. ſacram, ff. de verbor. obligat. & n.34. & 38.

30 *Officium novum dicitur quoties finito tempore conceſſionis prorogatur.*

31 *Feudum ad officia valet argumentum.*
Vaſſallus ſi commiſerit delictum, ex quo feudum amittatur, & dominus delictum remiſerit, non antiquum, & Paternum feudum , ſed novum feudum cenſendum.

32 *Feudum novum dicitur ex nova conceſſione, quamvis feudum ſit antiquum.*
cap.1.tit.de eo qui finem fecit agnatio in feudis
l.Pacta conventa,72 ff. de contrah. empt.

33. *Novum feudum dicitur ex novis qualitatibus.*
c.1.de eo qui finem fecit.

34 *Ædificium deſtructum & poſtea reſtitutum dicitur novum ædificium.*

35 *l.qui res, 98.§. aream, ff. de ſolutionibus.*
l. lana, 86. verſiculo nave, ff. de legat.3.
l.quid tamen,10.§.non tantũ,& §.in navis,ff. quibus mod. uſufruct.amitt.
l.ſi ita legatum, 68.§.ſi domus,ff.de leg.1.

36,*l. tabernam,7. ff. de fundo inſtructo.*
l.ſi chorus , §.area, & §. ſervus quoque,ff. de leg. 3.
l.qui res, §. aream, verſic. ſi alienum,ff.de ſolutio.
l. cum ſervus, ff. de adimend. legatis.
Actio extincta quando reviviſcit.

37 *l.Si quis ædes,in princ.ff.de ſervit. urb. prædior l.17. tit. 31.p.3.*

38 *l. proponebatur.72. ff. de judiciis.*
l.ſi ita legatum,§.ſi domus, in principio, ff. de legat.1.

39 *Nova venditione mutatur perſona , dominium & res.*

40 *Nova cauſa ſupervenieus facit mutari diſpoſitionem.*

41 *l ſi cum non uno hærede,ff. de except.rei judicatæ.*

42 *Diverſa res exiſtimatur ex nova conventione.*
l. juris gentium,§.adeò, ff.de pactis.

43 *Feudum novum dicitur licet antiquum poſt renovationem quæ ex pacto fit.*

44 *Reſcriptum Regium de novis venditionibus anno 1608.*

45 *Reſcriptum Regium quo aliquid jubetur fieri facultate ſublatâ aliter judicandi:nullum reddit quod contra factum eſt.*

46 *Actiones perſonales niſi viginti annis reales,niſi triginta non præſcribuntur.*
l.63. Tauri.
l.cum notiſſimi,in principio & §.1.l. ſicut rem, C. de præſcript.30.vel 40.annorum.

47 *Nova venditio cenſus Regis,* de entrada por ſalida

48 *Conſuetudo in Hiſpania jus facit.*
l. Patrem, ff. quæ in fraud. creditorum.
l.ut liberis, C. de collationibus.

49 *Negotium videtur cum Principe geri illud quod procedit ex pacto cum eo inito.*

50 *Fictio brevis,magnus ejus effectus.*
l.ſingularia, ff. de rebus credit. & num. 52. & 54.
l.qui negotia.ff.mandati.
l.hæc ratio 3. ſed ſi debitorem,ff.de donatio inter.
l. receptitia, C. de conſtit. pecunia.

51 *Circuitus vitandus.*
l. Dominus teſtamento, ff. de condict. indebiti.

52 *l. ſi ex pretio 6.C. ſi cert.*
l.certi condictio, §. depoſiti,ff .de rebus credit & num.54.

53 *Simulatio excluditur quando verum debitum ex una cauſa convertitur in aliam.*
l. Lucius la.2. ff.depoſiti.

54 *Cenſus poteſt conſtitui ex verò debito anteriori Solutionis vicem ſuſtinet, quidquid datur ex contraventione contrahentium.*
l. ſi rem,§. omnis.ff. de pignorat.actione.
l.1. ff. qui ſatisdare cogantur.
l. ſatisfactio , ff. de ſolutionibus.

55 *Fraus quæ in cenſibus intenditur excludi, Reſcriptis Pontificum qui pecuniam præſentem requirunt. & jam excluditur quando cenſus conſtituitur ex vero debito.*

56 *Redimendi facultas non poteſt adimi debitori reddituum à Domino cenſus , niſi ejus voluntas accedat.*
l.1.§ fin ff. de rebus eorum.
l.debitorum pactionibus,C.de pactis.
Redemptione cenſus ſequutâ ab eo qui facere poteſt , omnes ejus obligationes , & hypothecæ ſolvuntur.
l. contrahitur ff. pignoribus.

57 De ſempeño y crecimiento de Iuro *quomodo fiat.*

58 *Cenſus conſumptio in libris Regiis etiamſi ex falſis inſtrumentis,non nocet emptori,etiamſi conſumens maneat Regi obligatus.*

59 *Officialis Regii factum non nocet emptori cenſus, quamvis fiſco officialis maneat obligatus.*

60 *l. nomen, 4.C.quæ res pignori.*

61 *Praxis ut quando cenſus hypothecæ ſupponitur, vel delegatiocrediti fit,debeat denunciari debitori, ne ſolvat creditori , aliàs creditor poteſt exigere , & debitor ſolvere.*

62 *Pignori qui dedit nomen debitoris ſi exigat debitum ſolvitur pignus.*
l. quæ dotis,33 ff. ſoluto matrimonio.

63 *Compenſationem ſignificat nomen* penſando *quod in legibus invenitur.*
l. unum ex familia, 67. §.ſed ſi uno & ſi duos, ff. de leg.2.
l.ſi conſtat, 4.C. de compenſat.
l.grege,13.§. cum pignori , ff.de pignor.
Compenſatio non fit de ſpecie ad quantitatem.

64 *l. bene à Zenone,C.de quadrien.præſcript. l.53. tit.5.p.5.*

65 *Creditores ſe opponentes fiſci venditioni non comprehenduntur diſpoſitione d.l.bene à Zenone.*

66 *Princeps cùm vendit rem ut alienam,non procedit d leg. bene à Zenone.*

67 *Poſſeſſio cenſus reddituum Regalium transfertur eo ipſo quod ejus privilegium expeditur.*

68 *Princeps jure ſuo vendit cenſum Regalium reddituum.*

69 *Novatio extincta quæ obligationem primam tollit, etiam extinguit ejus pignora & acceſſiones*
l.ex novatione 18.l. Paulus , 30. ff. de novationibus.
l.qui uſumfructum,58. ff. de verb. obligat.
l novatione,C.de fidejuſſor.

70 *Venditioni faciliori jurium Regalium ſuffragatur nova eorum venditio.*

71 *Pignus ſubſiſtere non poteſt extinctâ re quæ pignori data.*
l.ſicut,8.ff.quibus modis pignus vel hyp, ſolvit.

72 *Cenſus novus,ex nova venditione non ſubrogatur loco primi,quia primus omnino extinguitur.*

73 *Venditio nova ex parte Regis non voluntaria est, sed necessaria, quia à Principio conventa.*
l. fideicommissa, §. si rem, ff. de legat. 3.

74 *Necessaria causa resolutum jus debitoris etiam creditoris resolvit.*

75 *l. ubi, 4. §. sed & Marcellus, ff. de in diem adjectione.*

76 *Dolum non facit qui jure suo utitur.*
l. nullus, 66. ff. de Reg. juris.
l. quod autem, §. sciendum, ff. quæ in fraud. cred.

77 *l. cum inter eos, §. cum inter, ff. de fidejus. l. fin. de in integr. restit.*
injuriam non habet juris executio.
l. injuriarum, §. 2. ff. de injuriis.

78 *Notitiam videtur quis habere de eo, de quo mentionem facit.*

79 *Fraude factâ nova venditio rescindenda.*
l. bovem, §. si quis consilium. ff. de ædilitio edicto.
l. quia nova, ff. de alien. judic. mutandi causa.
l. si vir. 8. ff. quæ in fraud. credit.
l. nam etsi sub conditione, ff. de injusto rupto.

80 *Dolo desinens possidere habetur pro possessore.*
l. sin autem, §. sed etsi, ff. de rei vindicat.
l. si debitor. ff. quibus modis pignus vel hypoth. solvi.

81 *Emptor census reddituum Regalium ex nova venditione debet esse particeps fraudis, ut ex eo nova venditio rescindatur.*
l. 1. Codice, si venditio pignore agatur.

82 *Cessione factâ, etiam nova venditio sit.*
Cessionario, sed pignora anteriora non extinguuntur.

83 *Cessionarius repræsentat personam cedentis, & in illius jure succedit.*
l. in creditore, 38. ff. de usuris.
l. Herennius la 2. 43. ff. de usuris.
l. si res, 3. ad finem, ff. quibus modis pignus vel hypotheca solvit, &c. n. 89.

84 *Pignus non solvitur ex rescissione contractus, si datum fuit ex causa voluntaria.*
l. si debitor, 4. ff. quibus mod. pign. vel hyp. sol.

85 *Census cum suis pignoribus transit ad possessorem.*
l. si inter, 21. §. finali, ff. de pignor. &c. n. 92.
l. Paulus, 29. §. domus, ff. de pignoribus, &c. num. 92.

86 *Novatio sit interventu novæ personæ.*
§. Præterea instit. quibus mod. tollitur obligatio.

87 *l. si ita legatum. 68. §. fin. ff. de legat. 1.*
l. servus legatus. §. fin. ff. de adim. legat. Extinct. ius non revivisci.

88 *Redhibitoria uti ex voluntario actu procedit.*

89 *Voluntarius actus censetur ab emptione discedere*

90 *Cessione res transit cum suo onere.*

91 *Personam diversam intervenire ad novam venditionem, vel fieri in cessionario maxima differentia.*

92 *Rescripti Regii verbum*, cessione, *malè adjectum.*

93 *Cessio pro translatione rei de una persona ad aliam accipitur.*
l. delegare 11. l. delegare, 17. ff. de novat.

94 *Venditione nova pignora extingui expedit commercio.*

95 *Census reddituum regalium qui pro vadimonio, & fidejussione dantur à conductoribus vectigalium caveri debent, ut fisco non noceant anteriores census hypothecæ, nisi in rationalibus Regii adnotatæ.*
l. 3. tit. 15. lib. 5. recopil.

Novæ venditiones ex redditibus Regiis id est, Juros, *quomodo fiant, & ex eis pignora anteriora, & Hypothecæ extinguãtur?*

AD cujus rei cognitionem animadvertendum multipliciter novas venditiones jurium Regalium in consilio Regii patrimonii fieri consuetum. *Primò*, quando Rex noster per ipsum Senatum, vel aliquem ejus administratorem, vel factorem vendit redditus, super vectigalibus, & de novo constituuntur cum anterioritate à tempore venditionis. 1

Secundò, quando thesaurum generalis, aut alius suo nomine, ut commissum fuit deputationi (& plures hoc tempore constitutæ) quæ verè redimit *Juros*, & in eodem loco, & anterioritate alium constituit, & & nomine Regis vendit. 2

Tertiò, quando ad consignationem ejus, quod negotiatoribus debetur, datur à Rege facultas, ut super gabellis, aut aliis vectigalibus annui redditus vendantur, & hæc facultas in libris Regalis patrimonii consilii transcribitur, & annotatur, & cùm negotiator consensum præstat, & petit ut virtute dictæ facultatis redditus annui in vectigalibus constituantur in favorem alicujus, tunc à Rege expeditur privilegium, & negotiator acceptum facit Regi pretium census prædicti, qui ad ejus petitionem, & consensum alteri est constitutus: 3

Quartò, si aliquis in vectigalibus Regiis haberet census, id est, *Juro*, constitutum, & convenit cum alio, ut ei illũ census ex nova venditione transferat cum eadem antelatione, tunc dominus census libello dato petit à Rege in consilio Regalis patrimonii expediri rescriptum, ut Thesaurarius generalis redimat censum, ut alteri, quem Dominus census nominaverit, vendatur, tunc expeditur rescriptum cum clausula expressa, ut Regalis patrimonii pecunia in redemptione non consumatur, sed eodem pretio, quo deberetur domino census, fiat ejus intentio, & novæ constitutio compensatione, quod dicitur: *Que para en quanto a la Real hazienda sea entrada por solida*, & antequam extinguatur census antiquus, & novus constituatur, expeditur decretum ad calculatores librorum quos dicimus, *de mercedes*, & Thesaurarium, Publicanum, vel conductorem vectigalium, in quibus constitutus erat census extinguendus, ut sciant agi de redemptione census, & postea non solvendum, & denunciavit Senatui Regalis patrimonii, an sit aliquod impedimentum, videlicet hypothecæ subscriptæ in libris Regiis, quod dicimus *glossa*, vel aliqua cessio reddituum sit Thesaurario, vel conductori denunciata, aut facta à Judice reddituum sequestratio, vel sortis, id ne aliquod tertio præjudicium fiat, & cùm de nullo impedimento constiterit Thesaurario Generali Dominus census acceptum fert pretium census cum renunciatione traditionis, & non numeratæ pecuniæ, & aliis solemnitatibus consuetis, cum ea clausula, *ut acceptum pretium*, ideo

decla

declaratur, ut alteri, quem designaverit, nova venditione census constituatur, tunc primi census extinctio, & resolutio fit, quem dicimus *Consumo*, & primum instrumentum, & privilegium cancellatur, & aliud de novo fundatur, & constituitur: & ideo quia verè prior census, id est, *Iuro*, extinguitur, noviter vendi à Rege censum dicimus.

5 *Quinto*, etiam fit nova venditio, quoties Dominus census illum cedit, aut vendit alicui, & instrumentum venditionis aut cessionis in libris rationalibus Regiis coram calculatoribus, quos dicimus *de mercedes*, exhibetur, ut in libris Regiis adnotetur, & cum illorum relatione ipse petit rescriptum, ut consumatur, & iterū illi revendatur nova venditione, & id fit eo modo, quo nuper notavimus, absque eo quod Regis pecunia interveniat, quo casu animadvertendum, etsi novus contractus, & venditio intercedat, non tamen mutare censuum personam, quia idem est ad quem primus census, excessione, aut venditione pertinuit, & ille cui etiam secunda, & nova venditio fit.

6 His animadversis, in quo multoties implicantur peritiores Officiales Regis supremi Regalis Patrimonii Senatus, de tribus primis modis quos expressimus, nostra quæstio procedit, quippè cum de novo census fundetur, non potest ante fundationem considerari jus hypothecæ, ut novâ venditione extinguatur, quippe non entis nullæ sunt qualitates *l. ejus qui in Provincia, versic. Quoniam, ff. si certum petatur, l. Pomponius, §. fin. ff. de acquir. poss. ff.* Gratian. *discept. tom. 4. c. 763. n. 7.* nec considerari potest esse quod pignori, vel obligationi supponeretur, quia quod in rerum natura non est, nèc cadit in pignore, nec obligatione, §. 1. *instit. de inutil. stipulat. l. liber homo 69. ff. de verbor. obligat. l. domum 57. de contrahend. emptione* Donell. *lib. 12. comment. 12.*

7 Dubitatio verò versatur circa quartam, & quintam novæ venditionis speciem, nam cùm antè novam secundam census venditionem fuerit obligatus primus census, qui potuit ab ejus possessoribus pignori, & obligationi supponi, sive hypotheca speciali, vel omnium bonorum generali obligatione, quæstio est, an primi census extinctione, resolutione, & redemptione, quam dicimus, *Consumo* pignora priora solvantur, posito, quod in Regiis rationalibus, quos dicimus *de mercedes*, non sint adnotata, id est, *pueſta gloſſa de la hypotheca*: nam quoties prædicta fuerit adnotatio, nisi obligationi satisfiat nova venditio expediri non potest, nec solet, ut prædiximus, nisi cum qualitate, onere adnotationis vel glossæ.

8 De quarta igitur novæ venditionis specie disputatio suscipienda, nam ex ejus resolutione, quid in quinta decernendum facilè colligi poterit, ut statim dicemus.

9 Et non resolvi hypothecam, vel pignus in hoc casu suaderi videbatur, nam cum nomen debitoris generaliter & specialiter pignorari possit, *leg. si nomen, 4. C. quæ res pignori obligari possint, leg. si convenerit 18. ff. de pignorat. actione, l. nominis 3. l. postquam 7. C. de hæredit. vel actione vendit.* ideò pignore consistente in dicto censu Regalium reddituum, ad quemcumque possessorem postea perveniat, illum debet sequi pignus, cùm etiamsi res quæ pignori data sit postea mutetur, adhuc hypothecaria actio competit *l. si fundus, 16. §. si res, ff. de pignoribus.*

10 Et facit optimè *l. cum tabernam, 34 ff. de pignoribus*, ubi taberna pignori, data etiam merces comprehendi traditur, etsi illæ quæ pignoris tempore distractæ, & consumptæ earum loco subrogatæ pignori cedunt; & ideò nullum præjudicium afferre debet creditoris hypothecari juri ex nova venditione ad aliud nomen (id est *Iuro*,) fuisse translatum, vel novum censum loco antiqui subrogari.

Et in terminis, quando primus contractus resolvi- 11
tur, ut fit redhibitoria actione, *l. 1. §. aiunt Ædiles ff. de ædilitio edicto*, & tamen pignus interim contractum adhuc durat, *l. bovem. 43. §. pignus, ff. de ædilitio edicto* eis verbis: *Pignus certè manebit obligatum etiamsi redhibitus fuerit servus quemadmodum esset eum alienasset*, & requiri voluntatem creditoris, ut pignus dissolvatur apertè probat, *l. si debitor 4. ff. quibus mod. pignus vel hypotheca solvitur*, ibi: *Et magis est, ne desinat nisi ex voluntate creditoris hoc factū est.*

Præsertim quando id provenit ex facto ipsius debi- 12
toris & ex causa voluntaria non necessaria, vel fraus interveniat, nam cùm in jure malitiis indulgendum non sit, *l. in fundo, ff. de act. vendicat* admittendum non est, ut debitor eludat contractum, & pignora ab ipso conventa nova redditum Regalium venditione, ita tenuit Bart. *in l. diem, n. 2. de aqua pluvia arcenda*, idem Bart. *in leg. 3. ff. de quibus mod. pign. vel hypothec. solvit. n. 1. & in l. si res, §. Marcellus ff. de in diem adjectione*, sequuntur Franchis *decis. 64. n. 4. & dec. 162. 226. 369.* Anton. de Amato, *variar. resolut. c. 4. n. 17.* dum tradit redempto feudo vel re alia ex pacto retrovenditionis, cum ex causa necessaria jus resolvatur, & nullum factum necessarium possessoris concurrat, omnia onera hypothecæ vincula vel gravamina medio tempore contracta resolvi, ut apertè tradit quoties in præsenti voluntaria causa fieret resolutio pignora & gravamina non solvi, & in actu voluntario tenuerunt Capreolus, *in l. 2. C. de pactis inter emptorem n. 24.* Menochius *cons. 116. n. 55.* & in aliis casibus notarunt Cyriacus, *tom. 1. controvers. cap. 55. n. 27. & 43.* Cancerius, *tom. 1. variar. c. 13. de emptione & venditione, n. 134. 136. & 137. & dict. lib. 1. c. 18. 19. & 20.* idem Cancerius, *tom. 3. variar. c. 1. n. 131. & 132.* & post alios testes *alleg. 12. n. 4. & seqq.* & addendus Joannes Garcia, de cujus sententia statim agemus.

Sed tamen contraria sententia praxi & stylo no- 13
stri Senatus Regalis Patrimonii recepta est, ut ex ea nova venditione pignora & hypothecæ solvantur, & generalis consuetudo efficere potest, ut hypotheca pereat eo casu quo debebat vivere, ut ex *l. 6. tit. 3. p. 1.* Baldo, & Boërio, *dec. 182. n. 12.* probavit Joannes Garcia *de hypotheca post contractum, n. 20. & 21.* & de praxi, usu, & consuetudine Regni Neapolitani in simili casu testatur Ponte *decis. 28. n. 18. cum sequentibus*, quem refert & sequitur Molfesius *ad consuetud. Neapolit. 2 tom. 4 part. quæst. 26. n. 7. & 8.* & in Regno Siciliæ eis relatis etiam admittit Gaitus *de credito c. 4. quæsito 12. n. 2181.*

Et hujus novæ venditionis consuetudinem Re- 14
gnorum Castellæ ex Joanne Garcia *de hypotheca post contractum, n. 21.* notavit Cassanate *consil. 10. n. 193.* quamvis idem Garcia, *ubi proximè*, quia in nova venditione tota res ex voluntate debitoris vendentis annuos reditus pendere videatur, & inde petat à Rege novam venditionem fieri jure stricto tradit non posse procedere, quasi sine Regis particulari intercessione venditio fiat, nisi contraria consuetudo sit, quam comprobari remittit ex rationalibus, qui præsunt regalis Patrimonii rationibus vulgo, ut ille inquit, *Contadores de Quentas*, qui rectè cognoscent, quæ consuetudo in hoc vigeat, ut hypotheca pereat vel conservetur?

Sed tamen quamvis Joannes Garcia disertissimus 15
fuerit Fisci Patronus in Pinciana Cancellaria, tamen prorsus negotia Regalis Patrimonii, & ejus Senatus videtur ignorasse, cùm hæc res petenda existimet à

ratio

rationabilibus, id est, *los Contadores de Quentas*, cùm ad illorum officium nihil eorum spectet, sed tantùm calculatio accepti, & dati in redditibus regalibus, & an summa aliqua accepto ferri debeat, vel non? in quo si juris controversia inciderit, statim ad justitiam remittitur ad Togatos Senatores literatos, qui causam decidant juxta juris regulas, sunt enim plura in hoc Senatu, quæ doctissimi viri non percalleant, nisi ei assederint, & causas Regalis Patrimonii, praxim, & stylum pertractaverint, institutа enim in eo tria tribunalia, quibus tota res, quæ pertinet ad regale patrimonium commissa, & distributa est.

16 *Primum* est majus Equitum, qui negotiis assueti, & versati, apud eos universa administratio Regalis Patrimonii residet; ejus Consiliarii dicuntur vulgo *Consejeros de hazienda*, qui pro munere suo cum assensu duorum Consiliariorum supremi Senatus Justitiæ Castellæ, qui ad regalis patrimonii administrationem adsident & assistunt, omnia circa Regium Patrimonium disponunt, & quod ad illud pertinet decernunt, isti Consiliarii expediunt constitutiones, & fundationes reddituum regalium super Regiis vectigalibus resolvunt, & novâ venditione iterum constituunt, & ideò prædicta consuetudo ab eis potiùs quã à rationalibus petenda erat, & de illa ex quinque annis, quibus in prædicto Senatu fisci Patroni munere functus testari possunt nunquam de hoc fuisse dubitatum, & consuetum fuisse adjici clausulã novæ venditionis in juribus regalibus, ut postea securior eorum vendi io fiat ab anterioribus debitis, aliàs nullius momenti foret nova venditio, cùm etiam sine illa posset expediri privilegium in favorem emptoris, quando ad eum annuos redditus pertinere constaret

17 *Secundum* tribunal, quod dicitur justitiæ, est Senatorum ex quinque literatis, qui togati sunt, & ad eos spectat expedire omnia, quæ ex tribunali primo se offerunt, quæ pertinent ad justitiam vel juridicam disputationem, de jure partium, & ita ad illos remittuntur, ut sententias proferant, & à Rege nostro pluribus rescriptis, & ordinationibus regalis patrimonii decretum, ut Equites quibus commissa ejus administratio possint expeditiùs, & accuratiùs ei incumbere, juridicis controversiis non implicantur, & impediuntur, sed ad togatos, & justitiam causarum decisionem remittant.

18 *Tertium* tribunal, & inferius, quod alia duo præcedunt, est rationalium calculationum, id est, *los Contadores de Quentas*, ad quos spectat cum pluribus aliis plusquam centum Officialibus Thesaurariorum, conductorum redditуum Regalium, vectigalium, & omnium contractuum, qui à Rege fiunt, calculationem facere, ut quæ residua fuerint, & regali patrimonio debeantur, exigi possint, qui nihil facere possunt circa administrationem Regii Patrimonii, vel redditũ constitutionem, nec ab ipsis debet intelligi consuetudo, vel peti ejus interpretatio, ut Joannes Garcia testatur circa jus, & essentiam novæ venditionis reddituum regalium, quæ ab ipsis nec fit, nec fieri aliquo modo potest.

19 Ex quibus tam praxi, stylo, & consuetudine quàm jure stricto antiquas hypothecas resolvi in quarta specie novæ venditionis, quam expressimus eis fundamentis statuo.

20 *Primò* ex vulgari regula legis *lex vectigal. 31. ff. de pignoribus*, quâ cavetur resoluto jure dantis resolvi jus accipientis eis verbis, ubi in terminis pignorum loquitur & respondit: *Si ut proponeretur vectigali non soluto jure suo Dominus usus esset etiam pignoris jus evanuisse, l si ex duobus, 6. §. 1. ff. de in diem adjectione* ibi: *Si melior conditio allata sit, rem pignore esse desinere, si emptor eum fundum pignori dedisset*; & eam regulam ut resoluto jure dantis resolvatur jus accipientis ex Bartolo, Alberico, Saliceto, Antonio Gomezio decisione Pedemontana, Barbosa Thusco, & aliis, & *cap. nuper, 6. de donat inter*, probavit Valasco *axiomat. juris, litt. R, n. 108.* & pignus medio tempore contractum resolvi pro explicatione, *dict. l. lex vectigalis*, post Bartolum, Baldus, *in cap. 1. §. rursus, tit. quibus modis feud. amitt. n. 2.* & *ibi* Præpositus, *n. 1.* Alvarotus Tiraquell. *de retract. lignag. §. 34. gloss. 1. n. 10.* Guid. Pap. *dec. 575. n. 3.* Boherius *dec. 181 n. 8.* Osascus *decis. 156. n. 9.* Franchis *dec. 64. n. 4.* Pinellus, *in l. 1. C. de bonis maternis, 3. p. n. 72.*

Et in terminis nostri casus, ut causâ redditâ ad non causam & resoluto contractu, ex jure & pacto quod 21 ab initio conventum fuit, pignora, vincula, & onera quæ interim gravata in totum resolvi ex Curtio, Guidone, Bertrando, Decio, Tiraquello, Craveta, Osasco, Frecia, Magonio, Covar. Molina, & aliis in variis casibus notavit Casanate, *cons. 7. n. 8.* ex Cagnolo, Menochio, Moricio, Robito, Tepato, Folenio, Fachineo Milanensi, Antonio Fabro, Mantica, & aliis Anton. de Amato, *variar resolutione 4. n. 15. & 17.* quæ fuit doctrina originalis Bartoli *in l. 3. ff. quibus modis pignus vel hypothec. solvit.* ut quando ex causa antecedenti jus resolvitur debitoris ab eo contractũ, pignus debet cessare, secus si ex causa posteriori, quod ex Petro de Bella Pertica, Reinaldo, Guillelmo, Benedicto, Corrasio, & aliis pluribus, Pinellus *in dict. l. 1. 3. part. n. 72.* & Isernia, Baldo, Accaroto, Alexandro Cardinali, Cagnolo, Boherio, & decisione Pedemontana, Surdus *decis. 286. num. 11. & 12.* & in pacto de retrovendendo tradit Bart. eo sequuto pignus antea medio tempore contractum evanescere quasi resoluto jure pignorantis, ut in terminis ex Cino, Alberico, & aliis probavit Franchis *dict. decis. 64. num. 4.*

Secundò probari videtur ex *l. si res 3. in principio,* 22 *ff. quibus modis pignus, vel hypotheca solvitur*, nam si res vendita fuerit eâ adjectâ qualitate, nisi intra certum diem meliorem conditionem invenisset, traditaque fuerit; & emptor antequam melior conditio offerretur, rem pignori dederit, si melior conditio fuerit allata, pignus finiri oportet, quasi tunc resolvatur jus contractus, & omnes effectus ejus evanescant, ut notavit Bar. *in l. in diem, ff. de aqua pluvia arcenda*, & *in l. si ex duobus § Marcellus. ff. de in diem adjection.* ubi notatur, & faciunt, quæ notarunt Bald. Præpositus, Alvarotus, Laudensis, & alii *in c rursus, ff. quibus modis feud. amitt.*

Et exemplum proponit Jurisconsultus *in l. si quis* 23 *hac lege 42. ff. de rei vendicatione*, nam si eâ lege aliquis emerit, ut si alius meliorem conditionem attulerit, recedatur ab emptione, etiamsi interim dum melior conditio allata est, potest vindicationem intendere, tamen postea vindicationem non habebit quasi dominio resoluto, & idem videtur respicere Textus *in l. in diem, 9. ff. de aqua pluvia arcenda*, ubi prædio in diem addicto, emptoris, & venditoris voluntas exquirenda est, ut sive remanserit penes emptorem, sive recesserit, certum sit voluntatem domini factam fuisse cessionem juris ejus prædii, quippe si postea redierit prædium ad venditorem quidquid facto emptoris à prædio decreverit, evanesceret, nisi venditoris voluntas accesserit, nec solùm ejus ad quem jus pertinet, voluntas exigitur, sed etiam illius ad quem aliquo modo pertinere potest, & in ipsum jus recidere, dicit *l. in diem, §. non autem*, nam ut tradit Bald. *in eo textu* non solùm inspicitur quod de præsenti est, sed quod evenire

evenire poteſt, Caſtrenſis *lib.1.conſ.314.n.6.* Gratian. *diſcept.tom.4 cap.608 n.14* Gabriel *conſil.120.n.8. uſque ad n.10 lib.1.* ex Bellono, Socino Iuniori, & Rotæ deciſionibus, idem Gratianus *c.784 n.4. & 5.*

24 Quod maximè congruit noſtræ quæſtioni, quia cùm jus prædicti cenſus in redditibus Regalibus redire poſſit ad ipſum Regem jure luendi, ex retroceſſione quæ ad novam venditionem, quæ in ipſo contractu ineſt, exprimitur, & per modum conditionis apponitur; ideò pignus vel gravamen ſuper redditibus Regalibus, id eſt, *juro*, impoſitum, ut Regi poſſit præjudicare, ejus voluntas intervenire debet in prædicto gravamine juxta verba Textus *in dict. §. non autem*, ibi: *Quia recidere jus ſolidum ad eum poteſt*, & faciunt quæ notantur *in l.inter veſtem, ff. de auro & argento legato, & in l. quod in rerum*, 24.§. *ſi quis poſt, ff. de legat.1.* ubi Gloſſa multa jura adducit.

25 Vnde fluit praxis noſtri Senatus Regalis Patrimonii, ut in libris rationalibus Regiis redditus illi annui, qui ab eo cui competunt, creditoribus ſuis obligantur, ſoleant annotari, & ſignari hypothecâ vel obligatione, exhibitis ejus inſtrumentis & ſupplicatione Senatui factâ, qui jubet in prædictis annuis redditibus, id eſt, *juro*, eam adnotationem fieri & ſcribi, quam dicimus *gloſſam*, quo caſu voluntas Regis accedit cùm permittat Princeps annotationem hypothecæ, & eo caſu ex recepto uſu & praxi Senatus, nova venditio annui redditus nullo modo expeditur, niſi prius annotatæ obligationi, & hypothecæ ſatisfiat, aut emptor ſi velit, reddituſ, id eſt, *juro*, ipſi ſuo nomine conſignari, admittat cum onere prædictæ annotationis & gloſſæ, ut jam animadvertimus, quippe juri tertii, qui annotationem & gloſſam appoſuit, nullo modo poſſe aut nolle Principem inferri præjudicium probatur *l.2.§. meritò cum vulgatis ff.ne quid in loco publico.*

26 Tertiò, quia in prima venditione reddituum Regalium ex clauſula expreſſa & conditione juris luendi, & novæ venditionis, videtur ab initio in eſſe jus hypothecæ, vel alterius gravaminis reſolui novâ venditione factâ, ac perinde queri non poteſt qui ſibi non proſpexit, cùm facilè poſſet annotatione, & gloſſa facta in libris Regalibus quo caſu non procederet nova venditio, nec eam admittit Patrimonii Senatus, ut prædiximus, & creditor cui obligatur cenſus, ſibi proſpicere debebat ex eo quod evenire poſſet, *argum. l. mulier, ff. de lege commiſſ. l. ſi delegatio, 3. C. de novat l. ſi quis domum, § hinc ſubjungi, ff. locati*, aliàs enim quaſi ineſſe videtur in re jus reſolubile debet pignus evaneſcere, *argum. legis grege 13.§ ſtatuliber.ff.de pignoribus*, ubi ſtatuliber quamvis hypothecæ dari poſſit, tamen conditione exiſtente evaneſcit pignus cùm ex natura ſtatuliberi præſens ſtatus ſervitutis habeat admixtam cauſam libertatis, ut apparet, evanuiſſe jus illud ex quo licet pignori potuit obligari, tamen etiam poterat diſſolui adveniente libertatis conditione, & pignus evaneſcere, quando pervenerit ad cauſam, quæ à principio ineſt, ex qua pignorari non poterat, probavit Alexander *vol.3 conſ.17.47.& conſ.193.*

27 Et idem probare videtur Text. *in l. ſi is cui, 11.§. hæres ff. quemadmodum ſerv. amitt.* ibi: *Servitutes extinguentur, ſi legati conditio exiſtat*, nam ſi hæres qui impoſuit ſervitutem, eo tempore jus quod impoſuit erat reſolubile, ſequutâ reſolutione extinguitur onus rei impoſitum, & omnes effectus contractus ceſſant, ut probatur *l.neceſſario 8.§.3 quod ſi pendente*, ibi: *Et fructus medii temporis venditoris ſunt, ff. de periculo & commodo rei venditæ*, ut fructus qui aliàs emptoris ſunt, poſt perfectam emptionem ſequutâ reſolutione fiant venditoris, quaſi nullo reddito & evanido contractu, nec ſolùm ut ſervitus imponi non poſſit, ſed nec favore religionis piæ cauſæ locus Religioſus fieri poteſt, *l. ſi fundum à te*, 104. *ff. de condit. & demonſtr.* & in hypotheca expreſsè reſolutionem fieri probavit Textus *in l. ſin §. fin.autem ſub conditione, Cod.communia, de legatis*, & notarunt Barr. Salicetus, Bald. & Iaſon. *ibi*, idem Baldus *lib.1. conſ.280.* Decius, Pariſius, Alexand. Theſaurus, Craveta, Surdus, Oſaſcus, & alii, quos refert Nevius *in d.§ ſin autem.*

28 *Quartò*, quia cùm creditor qui redditus annuos ſuper vectigalibus in pignus vel hypothecam admiſit, ſciat vel ignorare non debeat) quæ ſunt verba Textus *in l.ſi Titius 48.ff.de fidejuſſ.*) in ipſo cenſu, id eſt, *juro*, de Regalibus redditibus, ineſſe expreſſam conditionem de nova venditione, quod ultra quam ſcire debebat, ſibi potuit facilè cavere factâ eâ adnotatione vel gloſsâ quam prædiximus, ſi non fecit, ſibi imputet, juxta doctrinam Baldi *in titulo, quibus mod. feud.amitt.§. Rurſus ſi fidelis*, dum tradit, *Creditor dum feudum hypothecæ admiſit, debet ſibi proſpicere, & cavere rem quæ hypothecæ ſubjiciebatur, ex ſua natura eſſe reſolubilem, & tenetur ſcire conditionem rei quæ hypothecæ ſupponitur, & debitoris cum quo contrahit* ex regula *legis qui cum alio, ff. de regulis juris*, & notavit etiam idem Bald. *in l.2. Cod. de reſcind. vendit q.13.n.17.* ubi tradit deberi potius conſiderari id quod ex natura contractus, & ita creditur accipiens rem pignori, debuit cautiùs proſpicere naturam rei & cavere ſibi alio juris remedio ſeu indemnitate juxta latè tradita per eundem Baldum *in d.l fin.§. ſed quia noſtra Cod.comm. de legat.* quod refert & probat. Ioannes Garcia *ubi ſupra n.12.*

29 *Quintò*, in officiis quæ à Rege conceduntur ex nova conceſſione eorum facta, ſi fortè officium amiſſum fuerit, quia renunciatio non facta intra tempus quod à jure requiritur, ex *toto tit.4.lib.7 Recopil.* vel alio modo amiſſum ſit, tunc ſi Rex de novo officium concedat alteri, gravamina hypothecæ, quibus officium ſuppoſitum erat, ſoluuntur *arg. d. l.lex vectigali, ff de pignoribus, l.inter ſtipulantem §. ſacram.de verb.oblig.* ex Bald. Aymone, Antonio Gabriele, & aliis, probavit Mieres *de Majoratibus, 3.parte, quæſt.5.num.32.ad finem*, ibi: *Ex quibus, deciſum fuit quod cùm quidam vinculum feciſſet cujuſdam decurionatus, quod officium poſtea amiſſum fuit, quia Decurio non renunciavit in tempore debito, & ideo Rex fecit gratiam novi illius officii, quod tale officium remanſit liberum & non reſtitutioni ſubjectum, & ita obtentum fuit per duas ſententias conformes.*

30 Et ex nova aliqua conceſſione officii dicitur novum officium, idque ſine dubio eſt etiamſi antea conceſſum prorogatur ſi finita prima conceſſione datur, Barr. *in l dies cautionis, n.3. de damno infecto*, ubi Caſtrenſis *n.2.* Angelus *ibi, n.2* idem Angel. *in dict. l. ſed ſi manente. ff. de precario*, Bald. *in l. penultima, num.2. de ex uſat. tutor.* idem Bald. *in l. eum qui, §.1.num.2. ff. de juriſdict. omnium judicum, & in l. meminiſſe*, per Textum *ibi n.4. ff. de offic. Proconſ.* Boërius *deciſ.284. num.12.* Natta *conſ.75. num.1. cum ſequent.* Surdus *conſil.202.num.9.* Gratian. *tom.4.diſceptat.cap.791. num.1.* Pont. *de poteſt. Proregis, tit.10. Rubrica de poteſtate ſubſtituendi in officiis*, Maſtrillus *de Magiſtratibus lib.1.cap.28.num.67. & ſeqq.* quaſi extincto officio aliud novum cenſeatur conceſſum.

31 Facit in feudo (cujus ad officium valere argumentum ex Marino Frecia, Boërio & Ponte probavit Auguſtinus Barboſa *locorum communium, & argumentorum*

torum loco 47. *n.*4.) nam si Vassallus tale delictum commiserit, ex quo ipso jure feudum amittitur, & dominus ei hoc delictum remiserit, illud feudum non antiquum & paternum, sed novum existimatur, ut post Andream de Servia, Marotũ, Præpositum, Baldũ, Fredericum, Matthæum de Afflictis, Alexandrum & Zasium, probavit Seraderus *de feudis*, 2.*part.cap.*3. *num.*43.

32 *Sextò* facit, quia novum feudum dicitur ex nova concessione etiamsi feudum antiquum sit, & renovetur, *cap.*1. *de eo qui finem fecit agnato in usibus feudorum*, eis verbis: *Non obstare illud pactum nisi feudum omnino refutaverit, vel nisi ad hoc refutaverit ut dominus eum quasi de novo beneficio investiret, tunc enim sequuta investitura nova, quasi novum sit feudum non succedit*; quasi ex nova investitura omnia pacta antiqua refutationis evanescant, ut ex Manerto & Rosentali, Aretino, Afflicto, Milanensi, & aliis, probavit Armengolus *in respons. feud. sect.*1. *artic.* 2. *inspectione* 1. *num.*162. ubi nobis aptissimè subdit, ibi: *Et ratio est, quia tunc non existimatur obtinere feudum, ex quo abstulit se de medio refutans, & dedit locum refutatio in successione ad eum pertinere, sed potius censetur feudum refutatum in manibus Regis, & de novo concessum. ex quo investitus efficitur novus dominus, c.*1. *vers. tertiò illud videtur, de alien. feud. quia consensus Regis viventis, & confirmatio contractus. & Rex confirmans videtur donare feudum.* Ita in præsenti factâ redemptione & refutatione prioris census, non quasi ab antiquo domino, sed à Rege videtur nova venditione emptor habere & valdè ad propositum inducenda & notanda verba Textus *in l pacta conventa*, 72 *ff. de contrahẽd. empt.* ibi: *Recessũ à priori contractu & nova empt. interveniſſe videtur.*

33 Quibus addendi Cacheranus *decis.*23.*n.*22. ubi ex nova causa feudum novum fieri tradit, probat Manertus *consil.* 43.*num.*88. & ex novo jure ex Zabarella & Valzaro probat *num.*43. dum inquit: *Quoniam novum dicitur quod nunquam fuit, vel fuit, & postea ex novo jure acquiritur.* Et novam qualitatem facere novum feudum probarunt Surdus, Gosredus, Tobias Marin. Cacheranus, Cephalus, Ludovicus, Bolognetus, & Tiraquellus, quos refert & sequitur Manertus *ubi proximè.n.*66. Vide Rosental. *de feud. c.*1. *concl.*9. *n.*3. *& c.*9. *concluſ.* 52.*n.*2. ubi *in additione, lit. A*, pro explicatione *dicti capitis* 1. *de eo qui finem fecit*, adducit Iserniam, Afflictum, Alvarotũ, Petrum de Rabena, Schenkec, Camerarium, Hotomanum, Cujacium, Fredericum, & alios, & feudum videri novum respectu novi domini, & novarum conventionum tenuit Oldradus *cons.*178. & notanda quæ tradiderunt Afflictis *decis.* 112. *n.*5. *& decis.* 248. *num.*8. Menoch. *de recuperand. remedio* 6.*n.*5. *& de arbitr. l.*1. *q.*11. *num.*13. Surdus *q.* 344.*n.*36. *cum seqq.* Gratianus *tom.*3. *disceptationum, cap.*519. *num.*4. *cum seqq.* D. Castillo *tomo* 5. *controvers. cap.* 89.*n.*171.

34 Cujus rei nobis aptissimam rationem subjungit Seraderus *de feudis*, 2. *part. cap.*3. *num.* 43 *&* 44. ut procedat quemadmodum ædificium penitùs destructum & restitutum novum dicatur *l. inter stipulantem* 83. *§. sacram, ff. de verb. obligat.* & comprobat ex Bartolo, Jasone, Abbate, & aliis, sed melius comprobare posset exemplo navis, de quo idem *§. sacram*, ibi: *Nam & navis si hac mente resoluta sit ut in alium usum tabula destinarentur, licet mutato consilio perficiatur, tamen & perempta prior navis, & hac alia dicenda est.*

35 Quod idem traditur *in l. qui res*, 98. *§. aream, ff. de solut.* ibi: *alia enim videtur esse posterior navis*, & adjungo Textum *in l. lana* 86. *versic nave, ff. de leg.* 3. ubi tradit Paulus Jurisconsultus: *Nave legatâ dissolutâ, neque navem, neque materiam deberi*; & Textũ *in l. quid tamen*, 10. *non tantum, ff. quibus mod. ususfructus amitt.* ibi: *Non tantum si ædes ad aream redacta sint, ususfructus extinguitur, verũ etsi demolitis ædibus testator alias novas restitueret, & in §. in navis, d. l. quid tamen*, eis verbis: *In nauis quoque usufructu legato Sabinus scribit siquidem per partes refecta sit, usumfructum non interire, sin autem dissoluta sit, licet eisdem tabulis nulla præterea adjecta restaurata sit, usumfructum extingui, quàm sententiam puto veriorẽ, nam etsi domus diruta fuerit; & ex eisdem cæmentis tignisque restituta fuerit, ususfructus extinguitur, l. si ita legatum*, 68. *§. si domus, ff. de legat.*1. ibi: *At si ea domo destructâ, aliam eodem loco testator ædificaverit, dicemus interire legatum, nisi aliud testatorem sensisse fuerit probatum.*

Et in simili, quando legatur insula, & diruta fuit 36
& nova postea facta, videndus Textus *in l. tabernam 7. ff. de fundo instructo*, ibi: *Respondi, ea in quibus voluntas mutata esset non deberi*, de quorum jurium intellectu, & *l. si chorus* 77. *§. area. & §. servus quoque, ff. de leg.*3. ubi servo legato, si interim manumittatur, & postea servus factus sit, peti potest, quomodo cum prædictis conciliandum, & *cum dict. l. qui res, §. aream, versic. si alienum, & l. cùm servus, ff. de adimend. legatis*, quæ videntur obstare, videndi post Bartolum, Albericum, Oddofredum, Cumanum, Fornerium, & Morlà relati à Genua legum conciliatarum *ad dict. §. servus quoque*, qui admittit sententiam Celsi in eo Textu reprehendi à Paulo *in dict. §. aream* aliter Donellus *lib.*8. *comment. cap.*17. & ex Brisonio, Azema, & aliis Osualdus *in notatis lit. K*, qui distinguit inter contractus, & ultimas voluntates, videndus Antonius Faber *in rationali, d. l. quid tamen. §. non tantum, & §. in navis*, & quando actio extincta reviviscat, vel non Tiraquellus *in l. si unquam verbo suscepcrit, n.*191. *Cod. de revocand. donat.* Gamma *decis.*161. *num.*4. Barbosa *in l.*1. *part.* 4. *num.*140. *ff. solut. matrim.* Surd. *de alimentis, tit.*7. *quæst.* 5. *n.*5. Molin, *de primogen. lib.*2. *cap.*16. *n.*25. Sesse *decis.* 133. *num.*9. Tuschus *lit. A, concluſ.* 216. ex Aretino, Jasone, & Cagnolo Gratianus *tom.* 5. *disceptationum, c.*962. *n.*34. *&* 35.

Juvat Textus, qui maximè congruit *in l. si quis a-* 37
des, in principio, ff. de servit. urb. prædior. ibi: *Quod si domus, quæ rei inserviebat mea effecta sit, confunditur servitus, etsi de novo alii vendatur, nova servitus constituenda est*, consonat *l.*17. *tit.* 31. *part.*3. eis verbis: *Emaguer la enagene despues e la tenga parasi de alli adelante. nunca debe ser de mandada ni es obligada la cossa, que assi es comprada a aquella servidumbre sueras ende si despues dello fuesse puesta nuebamente*, igitur ex consumptione facta à domino, & à Rege census redemptione, ut in his juribus servitus, etiam hypotheca anterior debet extingui, nec durabit in nova census venditione.

Igitur id omne regulari oportet, ut prima obliga- 38
tio dissolvatur, & suscitari valeat, vel non eo quod res non sit extincta, aut in totum dissolvatur, & ex voluntate, & destinatione ejus, qui rem mutavit, ut traditur *in d. §. sacram*, quia quando res non extincta, quamvis in totum mutetur, non res diversa, sed eadem censenda, ut in exẽplis legis proponebatur 72. *ff. de judiciis* in legione, grege, navi, populo & corpore humano: nã si in totum non dissoluatur, licet ita mutentur, ut nihil ex priori materia remaneat, non alia res nova, sed quæ antea existimanda, & in domo explicat Textus *in d. l. si ita legatũ, § si domus in princip. de legat.*1.

Vnde

Vnde si in nostra specie in totum primus census, id est, *Iuro*, dissolutus fuerit, & extinctis redemptione, in idque voluntas Domini consenserit, cùm novam venditionem fieri à Rege petierit, meritò alius ex nova venditione census oportet censeri priori extincto, & obligationes primi, quæ resolutæ non debent suscitari.

39 *Septimò* juvat, quia verè persona, dominium, & res mutantur novâ venditione, ac perinde nullum potest manere jus hypothecæ antea contracte extincta re, cui accedebat, mutatur persona emptoris, quia primus census omnino extinguitur redemptione, & ad secundum transfertur novâ venditione factâ à Rege, qui vendendi jus habebat, inde dominium aliud est, & res similiter, quia novus census creatur primo redempto.

40 Et quia ex nova causa supervenienti dispositio censetur mutata, ut in pulchra specie, quando res augeretur, notarunt post Bart Castrensis *in l. 2. §. ultimo per textum ibi. ff. de aqua pluvia arcenda* Decius *cons.* 335. *n.* 1. *&* 3. Alex *lib. 2. cons.* 178. *num.* 6. 7. 8. *&* 20. *versic. præterea, ibi* loquitur Ancharranus *cons.* 83. *incipit prima facie* Hippolytus Riminaldus *cons.* 59. *num.* 72. *& sequentibus*, Surdus *decis.* 239. *num. fin.* Thuschus *practicarum lit. P, conclus.* 755. *n.* 14. *& sequent.*

41 Et faciunt verba Textus *in l. si cum uno hærede, ff. de exceptione rei judicatæ*, ibi: *Nam si eadem quæstio in omnibus judiciis vertitur, tamen personarum mutatio cum quibus singulis suo nomine agitur, aliam atque aliam facit rem.*

42 Et ex nova conventione, & contractu, diversa etiam res existimatur *arg. l. juris gentium, §. adeo, ff. de pactis*, ibi: *Quoniam & ex alio contractu paciscendo alter ex hæredibus adquirere sibi exceptionem potuisset* & in terminis, & similitudine feudi, de quo egimus in præcedenti fundamento notavit Albericus *in dictionario, verbo novum ad medium*, eis verbis. *Videtur etiam novum ratione novarum conventionum, quæ fuerunt, ut isti succederent, & eorum hæredes cum*
43 *ex antiqua etiam alii debeant succedere.* Et in valde simili specie an fundum novum dicatur, quando dominus ex pacto tenetur revocationem facere, quod maximè congruit nostræ quæstioni, quia ex prima jurium venditione tenetur Rex secundo aut tertio novam venditionem facere juxta qualitatem privilegii cum clausula novæ venditionis tradit Caldas Pereir. *de renovatione emphyteusis, lib 1. q. 4. n. 7.* ut quamvis antiqui feudi mentio fiat in renovatione, & verè sit idem feudum, tamen facta renovatione virtute pacti, necessariò aliud, & novum feudum dicendum quemadmodum in hoc casu, non solùm census revocatur venditione novâ, sed ad illam primus census consumitur, & adjungit naturalem, & evidentem rationem, *Quia non videtur, qua ratione antiquum possit dici, non magis quàm si puer anniculus statim nasceretur sexagenarius, senex de puer asceret, idque cùm per rerum naturam impossibile sit, eique minimè consentaneum frustrà admittendum videtur in proposita specie.*

44 *Octavò* ulterius quando prædicta aliquod dubium habere possent, quod prorsus à juris regulis alienum, id jam sine dubio procedit, ex consuetudine & praxi Senatus Regalis patrimonii, & rescripto Regio ad illud expedito anno 1608. ut explicarentur effectus novæ venditionis jurium regalium, nota verba: *Que la fuerça de ella consiste en que las partes que la tienen en su fabor tengan plena seguridad para no poder ser inquietados por ningunos acreedores de las personas, que les hubieren echo las cessiones aunque loe tales acreedores sean menores o obras pias, o otras personas previlegiadas de qualquier genero y calidad que sean sin qua darles remedio, ni recurso alguno aunque muestren y aleguen que a tenido justa ignorancia, y aunque pidan restitucion como menores, o personas privilegiadas, o como mayores por algun justo impedimento o por otra qualquiera causa, que sea, porque de ninguno de los dicho remedios ni de otros an de poder usar passados quatro messes desde el dia que se toma re la raçon de los despachos, porque despues ha de quedar serrada la puerta para noser oydos*, &c. aliàs enim nullius esset momenti nova venditio, quod non ferendum, ut non operentur contractus maximè Principum, qui debent effectum sortiri, *c. si Papa de privilegiis in 6.*

45 Præsertim sublatâ facultate aliter judicandi ex prædicto rescripto Bart. *in l. fin. circa finem, C. de Canone frument Vrbis Romæ, lib.* 11. Alex *in l. Gallus, §. & quid si tantum, n.* 20. *de liberis, & posthumis*, Ruin. *lib.* 1. *cons.* 21. *num.* 1. adeo ut nullum sit, quidquid in contrarium factum, Decius *cons.* 255. *num.* 2. Paris. *lib.* 4. *cons.* 1. *num.* 38. *cum sequent.* Rota Genuensis *decis.* 190. nam cùm Princeps, ut alliciat emptores jurium regalium super vectigalibus promittat jus novarum venditionum & illarum privilegia, videtentur decipi principali auctoritate, si aliter admitteretur contra *l.* 1. *Cod. de his, qui veniam ætatis impetraverunt l. ait Prætor, §. permittitur, de minoribus*, Glossa *in cap. unico, verbo de cetero, de postulation. Prælat, in* 6. facit doctrina Baldi. quam ex Innocent. & aliis sequitur Iason *in l. si urbana, ff. de condic. indebiti, n.* 10. ubi admittit solventem falso prælato liberari, quando est in possessione auctoritate Superioris, quamvis ea non valeret, ne decipiatur, & laqueus ponatur illi, qui communi judicio non peccavit.

Sed ut omnino istud maneat explicatum, occurren- 46
dum est difficultati, quæ posset insurgere ex verbis finalibus, quæ retulimus, prædicti Præscripti Regii, ut post quatuor menses aditus præcludatur ad agendum eis, qui contra novam venditionem judicium intendere voluerint, unde videtur in totum non extingui hypothecas novâ venditione, quia facilè respondendum tempus quadrimestre solum concedi ut actionem proponat, si aliquid velit contra novum censum intendere, quasi non posset fieri primi resolutio, & de eo in judicio audiantur, non verò inde ex anterioribus hypothecis jus habere traditur, quemadmodum in legibus, quibus temporales actiones præscriptione limitantur, etiamsi intra tempus agi permittatur, non statuitur justas esse actiones, sed agi posse, ita in hoc casu cùm expressè plenam securitatem novis jurium Regalium emptoribus Rescriptum concedat, id quod pertinet limitare actionem ad tempus quadrimestre potiùs securitatem confirmat, quam lædit, cùm etiamsi ex aliqua justa causa creditor anterior ejus, qui census consumpsit, possit intendere rescindendam consumptionem, videlicet ex dolo, collusione, simulatione, aut fraude, cujus tam debitor, quàm secundus emptor fuissent participes ad excludendum creditorem, ut postea notabimus, tamen licet in jure decem & viginti, aut triginta annorum tempus daretur regulariter ad agendum actione personali, vel reali, *l. cùm notissimi, junctis §. 1. l. sicut in rem, C. de præscript. trigint. vel quadraginta annor.* ubi communiter notant Doctores, adde Tuschum *lit. P, conclus.* 547. 560. 572. & constat *l.* 63. *Tauri*, id verò restringere intra quadrimestre potius est confirmare securitatem novæ venditionis, quam aliquatenus infirmare.

Nonò, nec contra prædicta audiendus Ioannes 47

Garcia *de hypothec. post contractum, n.* 11. dum limitat superiorem traditionem, ut solùm procedat quando primus census redimitur pecunia Regis, cui ut impediri non potest redemptio, ita & cum eo negotium gestum esse debet, ut pereat pignus, aliàs cum solùm ad supplicationem Domini census, non intervenient pecunia, sed compensatione fit quod dicimus, *entrada por salida*, & tunc non extingui hypothecam
48 censet.

Sed tamen ex prædictis facilè eliditur: tum quia & ipse Ioan. Garc. limitat suam sententiam, nisi contraria consuetudo sit, quam in nostra Hispania jus facere *l. 6. tit. 3. p. 1* & constat probari praxi, & stylo supremi Senatus Regalis Patrimonii, & rescripto Regio, quod retulimus, & in terminis ex consuetudine posse abdicari creditoribus jus, quod habere possent, & fraudem excludi, tradit Alberic. *in l. Patrem, ff. quæ in fraudem creditorum n.* 2. ubi in quæstione, an si pater remittat filio emancipato, quod ei à jure competeret in præmium emancipationis, possent patris creditores revocare? tradit hæc verba: *Determinatum fuit, quod creditores revocare non possent per hanc legem, & quia patres tempore emancipationis consueverunt nedum tales remissiones facere, imò de suo filiis dare, ut C. de collat. l. ut liberis*, ibi, *ut assolet fieri.*

49 Tum etiam quia negotium cum Rege videtur gestum cùm ex clausula anteriori primi casus secunda venditio procedat, & ex clausula resolutionis quæ inest à principio videtur procedere, quod in ejus consequentiam fit, ut jam *suprà* retulimus, & tunc idem est ac si verè à principe sua pecunia redimeretur ex vi pacti anterioris census.

50 Rursus idem est intervenire pecuniam ex parte secundi emptoris ac si à Rege procederet, *arg. legis, singularia, 15. ff. de rebus credit.* ibi: *Nam videtur mihi data pecunia & à me ad te profecta*, Quæ dicitur in jure fictio brevis manus, ut notatur communiter *ibi* & de ejus Textus conciliatione cum *l. qui negotia ff. mandati*, videndus Castrens. Fulgos. Alex. Oddofred. Jason Salice. Rom. Curt. Iunior, Cagnolus, Purpur. Loriotus, Coraffius, Connanus, Viglius, Alciatus, & plures quos refert Genoa legum conciliatarum ad hæc jura, Cujacius, & alii apud Morlan *in emporio titulo de rebus creditis q. 6* ubi latè de horum jurium explicatione agit: addendus Donnellus *lib. 14. comment. c. 20.* ubi Osuald. *in notatis lib. D.* ubi ex Duareno *ad titulum de rebus creditis, c. 3.* ex fictione brevis manus remissionem debiti idem ut donationem censet & non admittendam inter prohibitos donare, *arg. l. hæc ratio 3. §. sed si debitorem, de donation. inter*, & conducunt verba Textus *in l. receptitia, Cod. de constit. pecun.* ibi: *Sed ut subtilitati eorum satisfit, qui non sensum sed vana hominum vocabula amplecti desiderant, ita omnes res venient in constitutam actionem, tanquam si fuisset ipsa pecunia constituta.*

51 Id enim utilitati contrahendi concessum ex fictione brevis manus, ut circuitus vitetur, *l. dominus testamento, ff. de condict. indebiti*, junctis quæ ex Iasone, Soc. Curt. Iunior. Purpurat. Afflict. Boher. Grammat. & D. Castillo ego notavi *1. p. decis. Granat. 79. n. 16. ad finem, & decis. 27. n. 23.* ubi quod fisco solvendum, si alteri relinquitur, à fisco processisse videtur, & in hoc casu pecunia quæ solvenda fisco pro secundo censu relicta apud primum emptorem census, secundo in favorem alterius constituto idem est, ac si à fisco procederet, ut verè redemptio à Rege fieret.

52 Sed & quod plus est, licet falsò pecunia mutuo data dicatur, tamen si voluntate contrahentium mutuum fit, non impedit quominus usuræ legitimæ exigi possint juxta decisionem Textus *in l. si ex pretio 6. C. si cert. petatur*: nota verba, quia agit de renovatione contractus, ibi: *Si ex pretio debitæ quantitatis facta novatione per stipulationem usuras licitas, ab eo contra quem supplicas stipulatus es, falsa mutuo datæ quantitatis demonstratio præmissa, cum obligationis substantia, non defecerit quominus usque ad modum placitum usuræ possint exigi nihil nocet.* nam cum obligationes dependeant ex partium voluntate, possunt de una re mutare in aliam, Hieronymus Gabriel *lib. 1. conf. 81.* & inde Alciat. *lib. 5. responso 83.* ubi ex veritate debiti anterioris, de quo constabat in libro rationum defendit à simulatione literas cambii, quibus alia diversa causa fuerat adjecta facit *l. certi condictio §. depositi*, ubi Doctores *ex l. singularia*, ubi sequitur Iason. & Cagnolus *ff. si certum petatur*, & pro eis juribus vide quæ notavi *1. part. decis. Granat. 14. num. 42.*

Nec quidem hæc conversio de una obligatione & causa in aliam potest sapere simulationem, quia fomentum habet ex veritate causæ præcedentis juxta Bart *in l. Lucius la 2. ff. depositi* ut sufficiat in hoc casu Regem qui verè debet pretium primi census si ei remittatur, ut constituat secundum, posse rectè novum constituere, & in terminis census notavit Surd. *conf. 162. n. 44.* ubi cùm traderet confessionem mutui subjacere exceptioni non numeratæ pecuniæ ex Iacobo, Butricario, Felin. Ruin. Acost. Roland. Barbatia, Suarez, & Menchaca, quos refert, tradit limitandum quando debitum ex alia causa fuisset conversum in causam mutui, quia habetur pro vera numeratione & circa censum tradit hæc verba: *Cùm verum debitum quod suberat convertitur in solutionem pretii, perinde erit ac si interveniret in emptione census pecunia numerata, quia etsi hæc qualitas in venditione census requiratur ad excludendam fraudem, satisfiat tamen per dictam conversionem, quæ non patitur fraudis aut simulationis suspicionem.*

Cui annectenda practicorum sententia, ut quamvis ad constitutionem census requiratur pecunia præsens, tamen ex debito anteriori possit fieri census constitutio; nam pro solutione habetur quidquid datur conventione contrahentium, *l. si rem §. omnis, ff. de pignorat. actione, l. 1. ff. qui satisd. cogant. l. satisfactio, ff. de solut.* & quia debitum ex una causa potest ex conventione partium, in aliam converti fictione partium, in aliam converti fictione brevis manus, *d. l. certi condictio, §. depositi. l. singularia, ff. de rebus credit.*

Et fraus quæ ex rescriptis Pontificum intenditur vitari in censibus ex pecuniæ præsentia, & interventu, omninò excluditur, quando certum debitum & liquido præcedit, & hanc opinionem tenuerunt Follerius, Bertrandus, & Tiraquellus, & quoad forum conscientiæ Navarrus certissimam admittens, quos refert & sequitur Surd *d. conf. 162. n. 38.* & idem probarũt Salaz. Emanuel Roderic. & Anton. Gomez, quos refert Felician. *de censibus, 2. tom. lib. 1. c. 8. n. 7. vers. eandem*, & post prædictos pro ea re adducit Cavallinum & Benedictum de bonis, idem nervosè defendens Avendañus *de censibus. c. 38. per totum*, ubi alia fundamenta cumulat, & sigillatim respondit argumentis Feliciani, qui contra tenuit.

Decimò, in hujus rei comprobationem facit, quia redimendi facultas quæ in libera voluntate Regis collata est, & regulariter posita in arbitrio reditualis debitoris, non potest ex postfacto, pignoratione, vel hypotheca primi emptoris coarctari aut moderari, *l. 1. §. fin.* ubi Bald. notat, *ff. de rebus eorum, l. debitorum pactionibus. C. de pactis*, ex Negusantio, Sesse

&

& Feliciano, Giurba *decis.79. n.17.* nisi ut prædiximus, accedat in nostro casu voluntas Regis primi, venditoris & debitoris annui redditus permittentis, & jubentis adnotationem vel glossam prætextu obligationis vel hypothecæ, fieri in suis libris, & generaliter quando ab initio inest qualitas redemptionis, eâ sequutâ & factâ ab eo qui facere potest in totum censum evanescere, & onera extingui probarunt Roderic. *lib.2. de annuis redditibus, q.15. per tot.* Sesse *decis.63. n.2. ad fin.* Giurba *ubi proximè n.19.* redemptione sequutâ ipso jure censum resolvi, & omnes hypothecas & obligationes accessorias, ex Bartolo, Follerio, Decio, Cagnolo, & Tiraquello probavit Avendaño *de censibus, c.102.n.1.* adducens rationem *n.2.* ex Feliciano, Menochio & Mascardo, quia redemptio vicem solutionis habet, & quemadmodum solutio obligationes & hypothecas dissolvit etiam redemptio, & in terminis hypothecæ, ex leg. contrahitur, & *ibi* Bart. *ff. de pignoribus*, Negusantio & Surdo notavit Cencius *de censibus, 2.p. cap.2.q.3. art.5. n.4.*

57 *Undecimò*, & hoc fundatur, quia etsi in hoc casu debitor qui censum hypothecæ supposuit, non peteret consumi, sed alius tertius Regi offerret pretium ut redimeretur invito dicto debitore primo, domino census, posset Rex facere, & consumere primum censum, & nova venditione iterum constituere secundo emptori, & eodem pretio, vel majori (ut quotidie videmus in Senatu Regalis Patrimonii augmentum fieri pretii reddituum, ut si ad rationem unius pro viginti venditi fuerant, & aliquis velit aliquid crescere, ponamus ad viginti duos) tunc primus census, invito ejus domino, redimitur, quod dicitur *desempeñar el juro*; & alius de novo constituitur ejusdem quantitatis & anteriooritatis in eisdem vectigalibus, primo consumpto.

58 Sed quamvis instrumenta, quæ exhiberet dominus census ut consumeretur, falsa fuerint, aut habeat aliud vitium, tamen cùm per Officiales Regios hæc instrumenta quæ spectant ad pertinentiam (ut sic loquamur (census discutiantur & approbentur; nihil poterat) onere emptori census ex novâ venditione, cui sufficit Regali Patrimonio pretium inferre reddituum, quos emerit, & primus dominus census, qui illum consumit, manet fisco Regio obligatus, sed & ipsi Officiales manent excusati, quando nihil eis possit imputari, si falsis instrumentis decepti, ut consumptionem facerent; quæ omnia confirmari possunt ex traditis à Bart. *in l. si urbana, ff. de condict. indeb.* Innocent. *in cap. nihil, de electione, n.4.* Castr. *volum.1.consil.295.n.2.* ibi: *Si justam causam credulitatis habuisset, quia fortè instrumentum in forma publica portassent, quod tamen erat falsum.* Dec. *conf.25. n.1. ad medium*, ibi: *Sed tamen quantum ad propositum de quo agitur, scilicet ad excusationem Ludovici qui solvit dici potest & sufficit instrumentum publicum confirmationis, cui probabiliter creditur etiam in præjudicium creditorum, dato etiam & posito, quod tale instrumentum falsum fuisset*; & in confirmationem adducit Anton de Butrio, & Rotæ decisiones.

59 Sed etiamsi injuriâ vel dolo Officialis Principis, ad quem pertinet examinare instrumenta ad census consumptionem aliquid malè in ea factum tunc nocere Principi, sed novum emptorem, qui fraude non participavit, securum esse plures tenuerunt ex traditis à Bart *in l. si Publicanus, §. in omnibus vectigalibus ff. de public. & vectigalibus*, Innoc. *in cap. vestra de locato, & in cap. veniens de verbor signific.* & *ibi* Gloss. *verbo memoriâ*, Aretim *conf.42 col. ult.* Peregr. *de jure fisci, tit 3.n.fin.* ibi: *Et his adde, quod scientia, & negligentia Officialis Principis in his, quæ curæ illius commissa sunt à Principe fisco præjudicant*, Sigismond. Lofredus *conf 36. n. 10.* eis verbis: *Tamen illud procedit, quando Officialis est talis, ut ad ejus curam pertineat ea res in qua dicitur eum Domino præjudicasse*, quæ licèt admitterentur propter fidem, & auctoritatem publicam, quantum ad emptorem novæ venditionis, qui bonâ fide versatus omnis fraudis expers, & quia Regali patrimonio pretiũ intulit, tamen Officialis, & primus dominus census ad cujus petitionem consumptus, & nova venditio facta fine dubio fisco teneri debent.

60 *Duodecimò*: in hujus rei comprobationem annotatione non factâ in Regiis libris à creditore hypothecario, ex nova venditione debere hypothecam contractam dissolvi, pondero Textum *in l. nomen 4. C. quæ res pignori*, ubi si debitoris nomen creditori pignori supponatur, & ille cujus nomen pignori datum partem solverit suo creditori, antequam ei fieret denunciatio à creditore pignoratitio, pro parte soluta pignus solvitur, & solùm à debitore nominis poterit creditor pignoratitius consequi residuum quod deberet, nota verba: *Quare si debitori satis non fecerit, cui tu credidisti, ille cujus nomen tibi pignori datum est, nisi ei cui debuit, solvit, nondum certior à te de obligatione tua factus, utilibus actionibus satis tibi facere usque ad id, quod tibi deberi à creditore ejus probaveris, compelletur, quatenus tamen ipse debet.* Et probarunt post Bald. & Salicet. *ibi* Roman. *conf.356.* Dec. *conf.98.* idem Bald. *lib.1.conf.257.* Soc. Iun. *vol.3.conf.124 n.13.* Cacheranus *decis. 62. n.3.* Chartarius *decis. 19.n.5.*

61 Nota, ubi pro ea parte quæ ante denunciationem à creditore pignoratitio, facta solutio fuit pignus & hypotheca solvitur, & inde fluit praxis, ut si census, vel aliud nomen debitoris pignori supponatur, vel delegetur, debeat denunciari debitoris census, vel nominis, ne primo creditori solvat, aliàs enim rectè primus debitor exiget, & omnis obligatio dissolvitur ex ratione Textus *in l. si delegato 3. Cod. de novat.* ibi: *Tamen antequam his conteſtetur, vel aliquid ex debito accipiat, vel debitori suo denunciaverit exigere à debitore suo debitam quantitatem non vetaris & eo modo tui creditoris exactionem contra eum inhibere*: quibus addendum, quod pro *dict. l. 3.* exoneratione notarunt Bart. *in l. penult. num. 10. ff. de re judicata, & in l. si insulam, n.23. ad finem, ff. de verborum obligat.* Cevallos *q.754. n.18.* Parlador *in sexquicent. differentia 50 §. 2. in princ.* quod id fortiori casu procedit, quando non solùm pignori supposítum nomen debitoris, sed etiam cessio ejus, & delegatio facta, & facilius pignus solvi debet extinctâ re, quæ pignori datâ, ut in nostro casu.

62 *Decimotertiò*, quod plus est, si nomen debitoris exigat ipse creditor pignoratitius, tunc pecunia non manet loco pignoris, sed dissolutâ obligatione nominis per exactionem pecuniæ extinguitur pignus, quod apertè notare videtur *l. si convenerit 18. ff. de pignoratitia act* dum distinguit, an speciei, vel corporis alicujus sit, quod acceperit creditor, cui nomen debitoris pignori datum est, quia tunc erit ei loco pignoris, quando verò pecuniam recipit, tradit Jureconsultus *in dict. l. si convenerit*, ibi: *Ergo si id nomen pecuniarum fuit, exactam pecuniam tecum pensabis*: quod referendum est ad compensationem, & ita interpretanda *l. quæ dotis 33 ff. soluto matrim.* ibi, *Secum pensasse*, quomodo legi oporteret tradit Othoman. *lib.10. observat.3, c.4.* Cujac. *tract. 7. ad Africanum in dict. l. quæ dotis*; Antonius Faber. *lib. 7. conjecturarum, cap.17.*

63 Nec exponi debet, *pensasse, deliberasse*, sed ad compensationem referendum quia ita accipitur verbum, *pensare, in l. unum ex familia*, 67. §. *sed si uno, & §. si duos, ff. de leg. 2. & in dict. l. si convenerit*, ubi ideo compensatio fit ipso jure indebito pecuniario, quia de pecunia ad pecuniam, & quantitatis cum quantitate facile procedit compensatio, *l. si constat*, 4. *C. de compensat.* & tunc soluto debito principali pignus evanescit, ut rectè probat Textus, *in l. gregè* 13. §. *cum pignori, ff. de pignoribus*, ubi etiamsi pignus pignori dari possit, & quatenus utraque pecunia debetur, si in ea pignus consistat, pignus secundo creditori teneatur tamen tradit Jurisconsultus eis verbis: *Quod si Dominus solverit pecuniam pignus quoque perimitur*, & ipso jure in hoc casu procedere compensationem, *dict. l. si convenerit*, contra Duarenum, & Armenopolum probavit Schyfordegerus *l. 1. ad Antonium Fabrum tract. 2. q. 4.* at verò cùm corpus recipitur, *in d. l. si convenerit*, ideo pignoris loco manet, nec illud extinguitur quia cum de specie ad quantitatem non fiat compensatio *glossa final. in l. etsi quid*, 24. *ff. de compens. & in l. fin. C. eod. l. Papinianus, juncta gloss. C. de sentent. ex pericul. recitand.* manet autem principalis obligatio, & ita etiam durat pignoratitia, quæ ideo subsistere nō potest, in nostro casu quia nova venditione & redemptione reddituum regalium, extincto primo contractu hypothecæ & eorum onera evanescere debent, & in casu retrovenditionis censum extinctum censeri, ut nec redditus ex primò censu exigi possint, ex Rota, 1. *p. decis.* 587. Seraph. 1. *p. decis.* 890. *n.* 1. in optimo casu probavit Farinac, 2. *p. novis. decis.* 642. *per tot.* & *suprà*, post Bartolum, Vincent. de Franchis, & alios retulimus in hujus rei confirmationem.

64 *Decimoquartò*, deinde quia quando prædicta ex jure stricto non procederent, tamen juxta dispositionem, *l. bene à Zenone, C. de quadriennii præscriptione*, quæ ementi à Principe plenam securitatem statim pollicetur, & ab omni injuria tutum, & expertē facit, nec adversus eum dominus rei experiri possè, sed adversus fiscum domino salvam manere actionem intra quadriennium, *l.* 53. *p.* 5 ubi Gregor. Lopez Duenas *regul.* 238. Caldas Pereira *de emptione, & venditione, c.* 12. *n.* 28. *cum seqq.* adde Bald. *lib.* 1. *conf.* 253. Dec. *conf.* 357. Ludovic. Romanus *conf.* 798. videtur in hoc casu agi non posse adversus emptorem census.

65 Nec aliqua limitatio, *d. l. bene à Zenone*, poterit hoc casu impedire quod notavimus, nam etsi quoties tertii creditores venditionem à fisco faciendam impugnaverint, & pro jure suo ei alienationi se opposuerint, plures tenuerint non procedere sententiam ejus Textus, sed rem transire cum onere & hypotheca creditoris qui contradicit, ut tenuerunt Castrensis, *l.* 3. *n.* 2. *C. si adversus fisc.* Socin. *lib.* 4. *conf.* 46. *n.* 24. Peregrin. *de jure fisci, lib.* 6. *tit. de vendit. fiscal. n.* 10. *vers. Quarto declara.* Greg. Lopez *in l.* 53. *gloss.* 6. *columna* 2. *tit.* 5. *p.* 5. tamen id in nostro casu locum non habet, quia nova venditio non procedit, quando antequam perficiatur nova venditio, primo censu cōsumpto aliquis creditor pro jure suo se opposuerit, aut fuerit annotatio in rationalibus Regalis Patrimonii, quia tunc ut animadvertimus, non expediretur nova venditio nisi hypothecæ, id est, annotationi, & glossæ satisfiat, vel cum ejus onere transeat ad novum census emptorem.

66 Præterea alia limitatio *d. l. bene à Zenone*, ut locū habeat quando Princeps vendit rem ut suam, non verò si vendit ut alienam quia tunc non transit res libera sed cum suo onere, ut per Socinum vel proximè Peregrinus *ubi suprà*, *num.* 18. Gregor. Lopez *in dict. leg.* 53. *gloss.* 4. Pereira *d. cap.* 12. *n.* 37. quia nullo modo procedere potest in hoc casu, cùm Princeps census & jura super vectigalibus non vendat ut rem alienam, sed ut suam & jure proprio à se retrovenditio procedat consumpto primo censu.

Nec obstabit alia ejus Textus limitatio, ut quan- 67
do Princeps etiamsi venderet rem suam, tamen nondum tradita possessione, *dict. leg.* decisio non procedat, ut notarunt Gregor. Lopez *gloss.* 5. Peregr. *vers. tertio limita*, Pereira *n.* 39. quia eo ipso quo expeditur privilegium novæ venditionis census, & traditur emptori, tunc possessio transfertur.

Sed & quod ab aliquibus exigitur ut possit ad- 68
mitti dispositio *dict. l. bene à Zenone*, necessarium esse Regem vendere cum scientia rem esse suam, & post *suprà* relatos plurimos probavit D. Castillo 2. *tomo, controvers. cap.* 5. *num.* 6. ubi per totum caput latissimè agit de eo textu, & omnes qui de ea scripserunt adducit, verùm in præsenti non procedit, quia non potest ignorare Princeps ad eum pertinere censum vectigalium, quem nova venditione constituit, & ita ejus Textus sententiam dicendum est rectè adaptari, ut novus emptor securus existat propter novam venditionem.

Decimoquintò, nam cùm in hoc casu novum quid 69
fieri, & contractum venditionis novæ, & actus ipse ostendat, simulque primum censum redemptione, & consumptione in totum extingui, consequens est, ut ex primo illo censu pignora, & hypothecæ extinguantur, quemadmodum in novatione admittitur, nam primâ obligatione in aliam translatâ, omnes ejus accessiones pereunt, & in terminis pignorum probat lex *novatione* 18. *l. Paulus* 30. *ff. de novation, l. qui usumfructum* 58. *ff. de verbor obligat. l. novatione, Cod. de fidejussorib.* ubi traditur id indubitatum, nisi in sequenti obligatione pignora, & fidejussores repeterentur, & notarunt omnes Doctores communiter, *ibi* Donell. *l.* 16. *comment. c.* 20 ex Alex Jason. Bubalo, & Rotæ decisione probavit Grat. 3. *tom. discept. c.* 509. *n.* 19. & nullum manere obligationis primæ vestigium in novatione extinctiva ex Decio, & aliis idem Gratian. *tom.* 4. *c.* 672 *n.* 11. & 12. ex quibus, quod in novatione contingit, eo quod prima obligatio dissolvitur, pignora & accessiones extinguantur, multò magis ex nova venditione procedit, ubi res pignorata, id est, primus census omnino extinguitur, & redēptione à Rege facta in totū evanescit.

Decimosextò hanc nostram opinionem constanter 70
admittunt Ponte, Molfesius, Gaitus, & Casanate, *ubi suprà n.* 13. & cautè id adhibitum tradit Molfesius *dict. quæst* 28. *n.* 7. ut facilius isti census vendi possent, & inventus modus, ut securus sit emptor, & tollat hypothecam aliorum omnium creditorum, nec remaneat obligatus oneribus venditoris, & ideo contrahit cum cessione juris luendi à Regia Curia, vel cum civitate ex pacto speciali inter primum emptorem, & venditorem facto, quod idem esset, quod apud nos, *la venta nueva*, quo omnes hypothecæ dissolvuntur, quia considerandum est, quod generaliter fit, & ita sibi rectè cavere secundos emptores, & ad hoc etiam videndus Horatius Montanus *in tractatu de Regalibus, rubrica de Regalibus officiis, cap.* 62. *ad finem. vers. nec dissimile allatum pag* 233. & conducunt, quæ circa feudum novum rectè notarunt Oldradus *conf.* 178. *incipit factum, circa medium*, Albericus *in l. qui testamentum, ad finem, ff. de probation. & in dictionario, verbo novum*, Baldus *in præludiis feudorum divis.* 3. & *ibi*, Martin. Laudens.

cap.

c.1.divisione 3.qui feud. dare possint, Castrens *lib.2. cons.183.incipit,de utroque* Iason *vol.1.cons.57.n.15.* Gabriel *lib.3.de feud.concl.1.n.1.& 2.*

71 Quibus ita constitutis non obstant, quæ in contrarium expendimus, nam quoad primum mutatione rei hypothecam non extingui fatemur rectè procedere, in hoc autem casu res non mutatur, sed in totum perimitur, ac perinde pignora, & hypothecæ, quæ accessoriè evanescere debent, quia extinctâ re pignori datâ,pignus subsistere non potest,*l.sicut 8.ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur*, & ultrà Doctores *ibi* communiter,Neguſantius *tr.de pignoribus 2.memb.2.p.* Morius *de pignoribus,tit.quibus modis dissoluatur,n.14.*

72 Nec aliquid contra facit *d.l.cùm tabernam 34.de pignoribus*,de qua *suprà* objicimus *n.10.*quippe longè diversa species est illius Textus, cum ibi merces,quæ in taberna inveniuntur, loco mercium, quæ distractæ subrogantur,ut *ibi* apparet,non enim tabernæ hypotheca ad eam nudam, sed ad merces,quæ in eam inveherentur referenda, at verò census nova venditione constitutus, non subrogatur loco primi,imò alius consumitur, ut ejus nullum vestigium remaneat, & alius denuò fundari possit, & pro explicatione *dictæ legis, cùm tabernam*, videndi Iason, Socinus, Castrensis, Neguſantius, Zasius, Baldus, Salicetus, Cumanus, & alii plures, quos eum textum interpretatus refert Pinellus *in rubrica, Cod.de bonis maternis,1.p.num.46.* ex Croto, Romano, & pluribus Covar.*lib.2.var.c.5.num.2.* Fannus *de pignoribus 2. p.memb.2.n.14.*Menoch.*de adipisc.rem 3.n.26.*Carrot. *de locat q.15.* Alciat *lib.2.disp.c.18.& lib.9.c.17.* addendus Thesaur.*lib.2.q.forens.c.16.per totum,maximè n.25.*

73 Nec enim obstabit, quod desumptum est *ex l.bovem,§.pignus.ff.de adilitio edicto*,junctis quæ notavimus de differentia alienationis necessariæ, & voluntariæ,quippe *in d.§.pign.* agitur de redhibitione, quæ est omnino libera, nihil dependens ab anteriori contractu, nec à natura ipsius, ac perinde rectè admissum est pignus non periret: at verò in nostro casu reluitio, & venditio nova licet ex parte ementis sit voluntaria, ex parte tamen Regis revendentis necessarius est actus: nam à principio pactus fuit in prima venditione reddituum Regalium, ut *argumento l. fideicommissa, §. si rem, ff. de legat. 3.* ibi: *Sed si debitor ultrà pecuniam obtulerat, quam offerente ipso non potuit non accipere*, ex Bart. Beccio, Vincio,Peregr. Menoch. Tiraquell. Pinel. & Surd. probavit Giurba *dict. decis. 79.n.18.* ex Portoles & aliis Casanate *cons.9. num.59.*

74 Minúsque facit *l. si debitor 4. ff. quibus modis pignus,vel hypotheca solvitur*, nam procedit etiam in redhibitione, quo casu pignus durare, & ideo nisi voluntate creditoris pignoratitii non esse dissolvendum certum est; qui casus longè differt à nostro, in quo ab initio pactum novæ revenditionis Regem fecisse apparet,& ex causa necessaria potius revendere videtur,& quando ex necessitate præcedentis pacti jus debitoris resolvitur,etiam creditoris resolvendum, ut *ex c.1.§. rursus ff.quibus modis feudum amittatur*,adductis Thesaur.Plor.Surd.Decian. Schradero, Fabio de Anna, Corrocio, Cameratio, Mastrillo, & aliis quamplurimis probavit Antonius de Amato *d. resolut. 4. num.17.*

75 Unde explicanda *l. ubi 4.§.sed.& Marcellus, ff.de in diem addictione*,quæ videbatur obstare *dict.l boves §. pignus*,& *dict.leg. si debitor,qui ad § sed & Marcellus*, procedit in pacto addictionis in diem, quod cum à principio videatur inesse contractui ex ejus necessitate, & ex jure præambulo procedere meritò pignus solvitur,& evanescit,ut post gloss.& Bartolum *ibi* notarunt Donellus *ad titulum de ædilitio edicto,& ibi* Duarenus *ad fin.*Pacius *ad tit. de pignorib. axiom. 13.n.17.* & de effectu juris præambuli in singulari Majoratus quæstione vide Molinam *lib. 2. de primog. c.4.n.62.* & quæ ego notavi *1.p. decis. Granatensi 31. n.18.*

76 Nec etiam obstabit,quod tradidimus *ex l.in fundo de rei vindicatione, malitiis indulgendum non esse*, nec ferri oportere,ut cum fraude creditoris pignoratitii nova venditio procedat, quia cum nemini denegatum sit suam quærere utilitatem dolo, nam facit debitor, qui vendit redditus annuos, cùm suo jure utatur,*l. nullus 66.de regulis juris*,nec debet qui suam omittere utilitatem, etiamsi alii noceat *l. Proculus, ff. de damno infecto*, & ex Baldo, & aliis probavit Joannes Garc.*de hypotheca post contractum n.14.*ubi *& n.15.* tradit pluribus id confirmasse *de Hispanorum nobilitate,glos.21.n.59.& 60.& n.16.* expendit Textum *in l. quod autem 6.§.sciendum, ff. quæ in fraud.credit.*ibi:*Ut qui debitam pecuniam accipit antequam bona debitoris possideantur,quamvis sciens solvendo non esse recipiat,non teneri hoc edicto sibi enim vigilavit*,ex quibus quamvis scire solvere debitorem non posse, ad dolum videatur pertinere, tamen Jurisconsultus,quia creditor quod utile sibi facit, diligentem illum vocat, non dolosum,& quantum diligentia prosit creditori, vide quæ rectè pluribus notavit Thesaur. *lib.2.forens. q.6 n.15.*

77 Nec alium læsit,id est, pignoratitium creditorem, qui ex vi præcedentis conventionis, quæ inest in ipso contractu de nova venditione censum retrovendit. *l. inter eos, §. cum inter,ff. de fidejussor. l.fin. ff.de in integrum restitutione*,ex Oldrado, Calderino, Tiraq. Casanate. Dec. & Ponte probavit Giurb. *d. decis. 79.n.27. ad finem*,& ratio est,quia cum ex præcedenti conventione ad novam venditionem reddituum Regalium teneatur Rex,juris executio non habet injuriam,*l. injuriarum,§.1.ff.de injuriis.*

78 Idque eo maximè procedit,quia cum in ipso censu,id est, *luro*, clausula novæ venditionis expressa sit, videtur eam scire pignoratitius creditor,cui redditus pignoris suppositi fuerunt, quia in ipsa hypotheca census,id est,*luro*,expressus est & ejus mentio facta, & dicitur aliquam habere notitiam ejus, de quo mentionem facit,ut ex Castrensi Lancellot. Galiacila, Cravet. Carthar. probavit Giurb. *ubi proximè, num.5.*

79 Sed tamen prædicta, quæ ex juris stricta ratione procedunt, æquitate tamen temperanda sunt, videlicet, si non ut sibi utilitatem quæreret, is cui annui redditus debebantur, & illos pignori supposuerat, vendidisset, sed intra illum, & venditorem simulatè venditio fieret, ut fraudarentur hypothecæ novæ venditione, quia tunc crederent posse alienationem factam revocari, ut creditor pignoratitius suo jure non fraudaretur, in quo pondero Textum *in leg. bovem,§. si quis cùm consilium, ff. de ædilitio edicto* eis verbis:*Si quis cùm consilium iniisset fraudandorum creditorum redhibuerit non redhibiturus aliàs, nisi vellet eos fraudare, tenetur creditoribus propter mancipium venditor*; & facit *l.quia nova, ff. de alienatione judicii mut. caus. facta*, ibi: *nisi propter hoc ipsum redhibet non redhibiturus aliàs*, quo enim casu cùm cessent rationes suprædictæ, & totum negotium respiciat fraudem creditoris pignoratitii, iniquum esset ei non succurrere, & quamvis apertè redemptio, & revenditio per dolum & & fraudem facta, quia tamen causa necessaria

anteriori ex pacto novæ venditionis fit, etsi mero jure hypotheca solvatur ex his, quæ notavimus, fraudi aliunde occurrendum est ex edicto, de his, quæ in fraudem credit. quia hoc edictum etiam in pignore procedit, *l. si vir* 8. *ff. quæ in fraud. creditorum*, quo casu non dabitur actio hypothecaria, utpotè extincto pignore, sed revocatoria, ut ejus extinctio revocetur, & reviviscat, quod tradit Ioan. Garc. *d. tr. de hypotheca post contractum, n.* 17. quo apertè fatetur pignus extinctum, aliàs enim ejus revocatio non necessaria, *argum. l. nam etsi sub conditione, de injusto rupto.*

80 Verumtamen id ideo procedere dicendum quoties fraudis ad extinguendam Hypothecam fuerunt participes, debitor pignoratitius & emptor secundus pignorati census videlicet si ideo nova conditio fieret, ut creditoribus hypothecariis jus suum fraudari possit & aliqua simulatio interveniret, vel paulò post novam venditionem debitor pignoratitius decoxerit, ita ut consilio & eventu fraus inter utrumque procedat, quia quasi dolo desierit possidere censendum, ut revocetur nova venditio, *arg. dict. leg. bovem*, §. *pignus, & l. si quis consilium, l. sin autem*, §. *sed & is ff. de rei vendicat. l. si debitor. ff. quibus modis pign. vel hypotheca solvitur*, junctis quæ notarunt Bart. *in l. Pupillus, ff. quæ in fraud. credit.* ubi etiam Albericus, *n.* 3. & Cumanus Bald. *lib.* 1. *cons.* 432. Rip. *in l. privilegia, ff. de privileg. creditor. n.* 57. Roman. *cons.* 11. *in fine.* Matienço, *in l.* 7. *tit.* 16. *l.* 5. *recop. glos.* 5 *n.* 15. & post quantum tempus secuta decoctio fraudem probet, Bald. *in l. si cum dotem*, §. *si mulier, ff. solut matrim.* quem sequitur Angel. *ibi*: Alex. *n.* 5. & latè Barbos. *n.* 38. & 39. Grivellus *decis. Dolana*, 56. *num.* 8. 9. & 10. Guizarellus *decis.* 62. *num.* 1. Camillus de Curte *diverf. juris feudalis tom.* 2. *c.* 3. *n.* 109. Thoro *in compendio tom.* 1. *lit. C. versic. creditor ex causa venditionis mercium.* Gaito *de credito, c.* 4. *q.* 11. *n.* 1216. *cum sequent.* & semper id relinqui Iudicis arbitrio, ut fraus præsumatur, ex fallimento subsecuto Zepola *tractatu de simulat. cõtract. in præludiis*, 2. *casu n.* 9. & 10. Menoch. *de præsumpt. l.* 3. *præsumpt.* 124 *n.* 20. & *sequent. & lib.* 6. *præsumpt.* 12. *n.* 52. Sess. 1. *part. decis.* 16. *ad finem* Guizarellus *dicta decisio.* 62. *n.* 13.

81 Hoc autem ideo quia secundus emptor magis fraudi incumbit, quàm ut sibi consulat consequendo quod ei deberetur, nam cum de hoc ageret, magis diligens dicendus, quam dolosus etiamsi scierit debitorem solvendo non esse, ut notavimus, ex *dict. l. quod autem, ff. quæ in fraud. credit.* & quamtumvis dolosè versaretur debitor, ut fraudaret hypothecario, creditori, si tamen emptor census, novæ venditionis hujus fraudis particeps non fuerit adversus eum agi non potest, sed contra ipsum debitorem *argum. l.* 1. *C. si vendito pignore agatur*, ibi: *& probatum fuerit emptorem mala fide emisse* Gloss. *verbo emptores fraudis participes, in l.* 3. *eodem titulo* Cagnol. *in l.* 2. *n.* 111. *C. de rescind. venditione* Pinel. *in eadem leg.* 2. *p.* 2. *c.* 3. Morotius *in tractatu juris offerendi, n.* 28. Mastrill., *dec.* 33. *n.* 7. ibi: *si ergo emptor non est in mala fide non tenetur ad restitutionem rei* & justus emptor pati non debet controversiam ad rescissionẽ contractus ex læsione, & sufficere malam fidem non adesse quamvis bonam fidem positivè non habeat, ut ex Bartolo, Cagnolo, Pinell. Negusantio, Surdo & aliis probavit idem Mastrill. *ibi*, & fraudem cessare si ut sibi satisfaceret de credito secundus emptor novam venditionem licitavit, ut ex Baldo, Alexandro, & Franchis tradit *d. num.* 7. idque præsertim cùm Rex impediri nullo modo potest, ne redimat censum & alium ejus loco constituat ut animadvertimus.

Ex quibus omnibus quæ latè quia nullus hucusque rectè expedivit, pro explicatione novæ venditionis notavimus, in quarta ejus specie, de qua *suprà n.* 4. ut in ea praxi, consuetudine, & juris regulis admittatur anteriores hypothecas extingui, simul constabit quid in quinta, quam *n* 5. proposuimus, specie dicendum, quoties, Dominus census illum vendit aut cedit alicui & instrumentum cessionis ad libros rationales Regis defertur, ut illud adnotetur, & ipse emptor vel cessionarius petit sibi expediri novam venditionem ex clausula privilegii quæ illam concedit. 82

Quo casu ex prædictis etiam apparet non posse admitti ut priores hypothecæ extinguantur, tum quia res quæ pignori subjacet, licet ad alium transferatur adhuc cum onere hypothecæ transit, & cum in hoc casu census fuerit, antequam redimeretur & consumptione pignora extinguerentur, debent ex juris regulis confirmari in eo cui census venditus fuit vel cessus; quia cessionarius repræsentat personam cedentis. & in illius jure succedit, *l. in creditore*, 38. *l. Herennius, la* 2. 43. *ff. de usuris*, & facit argumentum, *l. si res, ad finem, ff. quibus modis pignus vel hypothec. solu.* ibi: *Quamquam sic res distracta est nisi emptori displicuisset pignus finiri non putet*, quasi cùm semel in emptore pignus consisteret, distractio contractus pignus non extinguat Bartol. *in d. leg.* 3. Bald. *in c.* 1. §. *rursus, tit. quibus modis feud. amitt. n.* 2. & *ibi* Præpositus & Alvarotus, Tiraquellus, pluribus *de retract. lignag.* § 34. *glos.* 1. *num.* 10. ex Corrasio, Cagnolo, Socino Iuniori, & aliis Menoch. *consil.* 116. *num.* 35. multis Pinellus, *in leg.* 1. 3. *part. n.* 72. *Cod. de bonis maternis* Surdus *decis.* 286. *n.* 11. Franchis *decis.* 64. *num.* 4. Tessay *allegatione* 12. *num.* 24. *& seqq.* 83

Ex quorum sententia, quando ex actu solùm voluntario rescissio procedit tunc pignora & hypothecæ durant quasi rectè potuissent obligationes sustineri, quæ tempore habili contractæ rem afficiunt, & postea subsistant, cùm res non pereat, vel omnino extinguatur, sed ad alium transeat cum onere obligationis; nam ut rectè tradit Menochius *dict. cons.* 116. *n.* 35. *pro explicatione d. l.* 3. *ad finem, ff. quibus mod. pignus vel hypotheca solvitur*: ibi: *Nam si emptor sua ipsa sponte nulla l. urgente recessit à contractu, ex quo dixit emptionem sibi displicere, ejus ergo factum nocere non potuit illi cui ex pignore jus medio illo tempore quæsitum fuit*, & *ex l. si debitor*, 4. *ff. quibus mod. pignus vel hypotheca solvitur*, notarunt Ioannes Garcia *de hypothecis post contract. n.* 5. & 8. Gutierrez, *de gabellis, q.* 11. qui loquitur in redhibitoria, de qua *suprà* egimus, & alia exempla in variis casibus de rescissione contractus notarunt Cyriac 1. *tomo, controv.* 55. *per totam, maximè n.* 43. Cancer. *l.* 1. *variar. c.* 11. *n.* 18. *cum seq. & c.* 13. *de emptione & venditione n.* 134. 136. & 137. 84

Præsertim cum census cum suis hypothecis quæ transeunt ad quemcumque possessorem, *l. si inter*, 21. §. *fin. Paulus*, 29. §. *domus, ff. de pignor.* etsi nova venditio fiat non mutet personam, quia idem cessionarius ad quem venditione vel cessione census translatus, etsi novam venditionem expedierit, idem est & sibi expedit novam venditionem qua à se ipso non potest avocare onera & hypothecas rei. 85

Nec id retardabit si consideres etiam in quarta specie novæ venditionis, in qua pignora, & hypothecas extingui latè probavimus videri ad novam venditionem procedi ex causa voluntaria, quia ad primi 86

Domini

Domini census supplicationem Rex concedit, & similiter in quinta specie si post cessionem nova venditione census expediatur, omnino extinguitur, & alius novus creatur: Quippe ultra quod *suprà* notavimus, *n.* 83. & 84. differentia apertè constat in quarta specie novæ venditionis, primus Dominus census qui illum pignori supposuerat non transfert illum cum onere ad eum in quo nova venditio expeditur, imò nec iste particeps est aut aliquid petit de illo censu in eum transferendo, sed primus Dominus illum consumit & omnino extinguit, & secundus emptor solum recipit à Rege qui constituit novum censum, & nullo gravamini & pignori suppositum, quo casu verè nova res est tum interventu novæ personæ quæ solet novationem obligationis producere, §. *præterea, inst. quibus modis tollitur oblig.* ubi D. Pichardus *n.* 4. & 18.

87 Tum & quia verè extinguitur census antiquus, non à novo emptore, sed à primo domino, & re extinctâ pignora & accessoria dissoluuntur, *ex l. si ita legatum* 68. §. *fin. ff. de legat.* 1. *l. servus legatus*, §. *fin. de adimend. legat.* notarunt Doctores *in dicta l. qui rem* §. *ream ff. de solutionibus*, ex Dino *in l. Pater*, §. *Tusculanus, de leg.* 3. Speculator *inst. de his quæ fiunt à Prælat. in fine*, tradit Archidiaconus *in c. nullus*, 17. *q.* 2. ibi: *Ecclesia, civitate vel Monasterio semel extinctis si postea iterum restituantur, & de novo fiant jura per priorem extinctionem amissa amplius non recuperant, sed in perpetuum extincta manent.* Quod urgentius procedit quàm in nostro casu, in quo nullum primi census ex nova venditione vestigium remanet, sed in totum dissoluitur tanquam si à principio in secundo emptore census constitueretur, secus verò est quando cessionarius sibi petit expediri novam venditionem, quia in se ipso censum mutare & pignora extinguere non potest.

88 Sed nec aliqua exempla alienationis voluntariæ, quæ à Doctoribus *suprà* relatis considerantur obstare poterunt, quia omnia procedunt ut ille teneatur qui ex sua voluntate dissoluit contractum tunc pignori antea convento maneat obligatus, sive in redhibitoria de qua loquuntur Ioan. Garcia & Gutierrez, quia ille qui redhibitoria utitur cum ad illam teneatur vel supplere pretium, tunc si elegerit redhibere voluntarie agit & ad pignora antea contracta debet manere obstrictus, licet & ipse possit pro damno agere, & *suprà* animadve. timus pro explicatione, *l. duobus*, §. *pignus de ædil edicto, & l. si debitor.* 4 *ff. quibus mod. pign. vel hypotheca solvitur.*

89 Et in casu *dict. l.* 3. *ad finem, ff. quibus modis pign. vel hypoth. sol.* si displiceret venditio emptori, quia id totum ex voluntate procedit, quæ nocere non debet creditori pignoratitio, ut notavit Menoch. *d. cons.* 116. *num.* 35.

90 Et in casu quo loquitur Testay *de alleg.* 12. *n.* 24. quando pactum de retrovendendo fuit ad certũ tempus, & transacto emptor renunciaverit tẽporis elapsi exceptioni, & retrovenderet, tunc quia non ex necessitate juris præambuli prioris contractus, sed ex voluntate, & novo consensu fit retrovenditio, hypothecæ non pereunt, & in hoc casu rescissionis cõtractus, quoties sententia datur, ut pretium suppleatur, aut rescindatur, de quo Pinellus, & Ciriacus *ubi suprà* semper ad voluntatem ejus, quod elegit rescissionem, ille refertur, & in casibus, quos refert Cancerius *ubi proximè* in his omnibus casibus cùm ex voluntate fiat rescissio, vel resolutio contractus, & nõ ex præãbulo pacto, & illũ merito teneri dicemus, qui ex sua voluntate rem mutavit, in ipsa quinta specie novæ venditionis, quando idem ad quem translatus census cessione, vel venditione sibi ipsi petit expediri novam venditionem, tunc rectè prædicta procedunt, ut pignori anteriori census adhuc subjaceat, licèt in eo nova venditio expediatur, quia idem sibi causam mutavit: quia apud ipsum pignori, & hypothecæ supposítus census transit ex cessione, quæ illas non mutat, quia in eadem persona concurrit antiqui, & novi census dominium: & valdè dissonum foret, ut auctoritate Principis idem qui obligatus hypothecæ, quia ad eum ex cessione translata in se ipso nova venditione causam mutet, & hypothecam extinguit.

Quæ omnia, quæ procedunt in quinta novæ venditionis specie, ut hypothecæ, & pignora durent ex nostra scientia cessant omnino, & aliter procedunt in quarta specie, nam in ea ille ad quem novus census transfertur post primi consumptionem, nunquam oneribus subjecit, quia in eo primi census dominium nunquam fuit, nec jus habet à primo domino census, sed à Rege à quo emit, & à quo novus census constituitur, ut in ejus favorem expediatur, quod licet fiat ad petitionem primi domini, census tamen secundus, & novus emptor, nec novæ venditionis contractu, nec oneribus antiquæ implicatur, sed solùm cum Rege contrahit, & ab eo censum recipit: nec eadem est persona, ut in quinta specie, quando cessio procedit, ut novus census ex antiquo mutetur, & transfundatur, sed alia, & diversa est persona in quarta specie, ut animadvertimus ex quo maxima oritur differentia. 91 92

Vnde pro explicatione dicti rescripti Regii anni 1608. de quo *suprà* egimus *n.* 45. cùm ageretur de nova venditione, quæ hypothecas & pignora extinguit, notandum est, parùm accuratè adjectum fuisse verbum, *cessionis*, ibi: *tengan plena seguridad para no poder ser inquietados de ningunos accreedores de las personas, que les hubieren decho las cessiones*, quia ubi cessio intervenit, ex iuris regulis debent pignora rei ad ejus possessorem transire *d. l. si inter* 21. §. *fin. l. Paulus*, 29. §. *domus, ff. de pignoribus.*

Sed tamen Officialis cui cõmissa ordinatio rescripti hanc subtilem differentiam quam notavimus, nõ percallens verbo *cessionis* usus pro translatione census de una persona ad aliã eo modo quo expressimus in quarta specie novæ venditionis, quâ pignora soluuntur quando primus dominus census consensum præstat, ut census cõsumatur, ut in secundo novo emptore denuò constitutus, expediri valeat, quia cessio omnis quocumque modo translatio dicitur, & pro altero consensum præbere, ut in hoc casu ex Cicerone & aliis probavit Kalmus *de verbis juris, verbo cessio*, & videnda *l. de legare* 11. & *de legare* 17. *ff. de novat.* 93 94

Hoc autẽ omne quod notavimus ritè, ut animadvertimus, factâ novâ venditione, pignora & hypothecas anteriores primi census extingui justissimè procedit ad commercii & contrahendi utilitatem, cum creditor cui primus census obligatus facilè posset sibi cavere annotationem & glossam in libris Regiis petens scribi, quo impediretur nova venditio; tamen si non fecerit, illi meritò imputandum, & commercium, ac translatio jurium Regalium impediri nõ oportet. 95

Postremò cũ prædicta ex eo proveniant quia glossa hypothecæ in libris nõ adnotatur, inde ad satisdationem, quæ in Senatu Regalis patrimonii à conductoribus gabellarum, vel Thesaurariis vectigalium exigitur, cùm ex illius ordinationibus decretũ sit, ut ex quatuor partibus quãtitatis satisdationis tres dentur in censibus super redditibus regalibus, & cum in libris discussio fiat, an aliqua adnotatione, vel glossa prædicti redditus sint gravati, & prædicta annotatione omissa ex negligẽtia, vel malitia creditoris, cui cẽsus obligati liberi appareant, & inveniãtur, pro satis-

datione admittuntur, nihilque amplius inquirere, cognoscere potest, etiam diligentissimus fiscalis, ad cujus curam spectat vadimonium, & securitatem harum satisdationum inquirere, & multoties tempore quo reliquum, quod debetur Regi exigendum, & pro cujus prompta & secura exactione satisdatio data fuit, & redditus annui hypothecæ suppositi, tunc invenitur eos antea aliis creditoribus obligatos, vel nõdum venditoribus censuum, ideſt, *Iuros*, pretium solutum, qui ex eo eludunt Regalis crediti exactionem, quasi in re ab ipsis vendita pretio non soluto præferendi, & quamvis maximam circa id cautionem adhibui, cùm essem Patronus fisci, & me consulente Rex noster decerneret eos, qui obligaverint redditus annuos, exhibere oportere, si ab alio tertio, & non à Rege redditus emissent, instrumentum, quo pretium solutum esse constaret, & semper à venditoribus ego petebam declarari, an pretium accepissent quia fidem emptoris multoties sequebantur, ut pro satisdatione redditus darentur, & clancularijs scripturis factis sibi jus reservabant venditores, quo plures simulationes, & fraudes detegebantur in dispendium Regalis Patrimonii nec facilè cognosci possunt stellionatus ejus, qui pro satisdatione offert redditus annuos, si antea alteri creditori obligaverat & annotationem non fecerit in rationalibus Regijs, idcò multoties existimavi valde Regali Patrimonio conducere, & consentaneum esse publicæ utilitati, dolis, & fraudibus occurri posse ut lege generali caveretur, omnes qui hypothecas haberent prædictorum egalium redditurum, aut si scirent obligatione generali bonorum debitoris comprehendi intra certum tempus debere adnotationem creditores facere, in libris Regijs ut possit constare de obligationibus, vel hypothecis quibus illi redditus subjacerent, aliàs non habeat effectum obligatio, vel hypotheca, si postea defectu glossæ deceptus Rex quando pro satisdatione accipit redditus, , vel alii privati in vadimonium obligationis admiserint.

96 Nec in hoc aliquo modo gravantur creditores, qui jus habent ad prædictos redditus, sibi hypotheca speciali, vel obligatione generali pignoratos, quia in ipsorum voluntate est sibi cavere, & adnotationem facere in libris Regijs, cùm etiam jure nostro Hispano cautum sit, ut si census, & eorum hypothecæ non scribantur in libro qui statuitur, esse debere, in qualibet urbe census non valeat, & tertius ratione hypothecæ non possit cõveniri ad obviandas fraudes, simulationes, & stellionatus, qui in hypothecis fiunt, & extat decisum *in l. 3. tit 15. lib. 5. recop.* ubi Azeved. tradit salubrem & utilissimam esse dispositionẽ ejus legis, & de similibus insinuationibus vel registrationibus vide quæ notarunt Bart. *in l. universa. Cod. de precib. imperat. offerend. & in l. commissa, ff. de publicanis & vectigalibus*; & quamvis *in d. l. 3.* doleat Azevedo, eam non practicari, tamen id ex eo credit, quia in judicium non deductum, quia si deduceretur, non posset omitti ejus legis observantia, quæ cum usu non recepta ea fortè de causa Senatores Patrimonii nunquam inducere potui, ut eo salubri remedio Regali fisco mederentur, quo fraudibus, imposituris & simulationibus occurreretur, quod utique fieri oporteret, quando experientia compertum est à conductoribus gabellarum & Vectigalium Thesaurarijs, propter eorum calliditates & imposituras, tam gravem jacturam pati Regale Patrimonium, cùm in jure donatio quæ liberalis & magis favenda nulla reddatur, si excedens quingentos solidos, coram judice, actis judicialibus non insinuetur, & de simili registratione nostræ legis 3. vide quæ notarunt Simon de Prætis *de interpretation ult. volunt. lib. 2. pag. 196. n. 75.* Decius *in c. sedes. de rescriptis*, ubi limitat in censibus piorum locorum, & Barbosa *in l. 1. p. n. 2. ff. solut. matrim.* ubi ex Tiraquello, Puteo, & aliis probat registrationem quæ inducit nullitatem, non comprehendere causam dotis ex ejus privilegio. Sed ultra fisci utilitatem ipsorum privatorum commodum respicit, ne in hypothecis redditurum Regalium decipiantur, & apponendi glossam pro pignore necessitas demonstret, quibus subjaceant census qui obligantur; & cùm id respiciat majorem cautionem & utilitatem creditoris pignoratitii, ne ex venditione nova census consumatur, glossa apposita & adnotatione facta, idque ex uniuscujusque voluntate pendeat facere, & facillimè possit utique ut valde utilissimum subditis & Principis fisco admittendum est.

ALLEGATIO XXIII.

Ce censibus id est, *Iuros*, constitutis in fructibus.

1 *Census, id est,* Juros, *super tertiis, & fructibus Regalis Patrimonii constituti.*

2 *Instrumentum qui habet pro se censetur habere veritatem.*

3 *Contractus à principe factus bonæ fidei existimatur.*

4 *Principis contractus pro lege habetur.*
Possessio transfertur absque apprehensione ex contractu Principis.

5 *Census in fructibus constitui nulla prohibitio.*
l. cum non frumentum, C. de usuris.

6 *Actus consuetus fieri licitus creditur.*

7 *Contractus celebratus à Principe licitus existimatur.*

8 *Principem juste agere præsumitur.*

9 *Princeps contrahẽdo adversus leges in eis dispẽsat.*
l. quidam consulebant, ff. de re judicata.
l. donationes quas Divus, C. de donat. inter.

10 *Census ex pecunia in fructibus jure Hispano prohibentur.*
l. 4. 5. & 7. & 9. tit. 15. lib. 5. recopil. & n. 40 & 44. sequent. usque n. 51.

11 *Census in fructibus ex pecunia reprobat Navarrus.*
l. cum quidam, 17. ff. de usuris.
Authentico nullum credentem Agricolæ, §. Sancimus collat. 4.

12 *Usuræ semper restringendæ.*

13 *Reges Hispaniæ curarunt census redditus reformare.*

14 *Taxatio certa fieri non potest in redditibus fructuum.*
Senatuum plurium decretis census fructuum improbati.

15 *Senatu Pedemontano reprobati census fructuum.*

16 *Lex potest quod in fructibus solvendum decernere, ut solvatur in pecunia.*

17 *Pecunia habet majorem proportionem ad redditus census quàm fructus.*

18 *Lex prohibens census in fructibus ad evitandam usuram an comprehendat clericos?*

19 *Census fructuum pro pecunia in Hispania reprobantur.*

20 *Pretia fructuum varia sunt ex tempore.*
l. pretia rerum. §. fin. ff. ad l. Falcidiam.

l. dico,

l. ideo, 4. ff. de eo quod certo loco.
l. si ea lege, 18. l. oleo, 23. Cod. de usuris, & num. 24.
§. post naturalem tit. de pace tenenda.

21 Redditus ad justum modum redigendi, quando ex incertitudine pretii possunt excedere.
l. pecuniæ fœnebris, 9. ff. de usuris.
l. cum quidam, ff. eodem.
c. quanto de censibus.
c. suggestum de decimis.

22 Census fructuum justitia non solùm à principio, sed quolibet anno in redditibus consideranda.
l. si voluntate, C. de rescind. vendit.

23 Census tempore impositionis justus, si postea injustitia apparet reformandus.

24 Usurarum taxatio an comprehendat usuras ex fructibus.
l. eos, 26. l. de his, C. de usuris, & n, 30. & 33.
l. quamvis, 3. concil. cum, l. frumenta, 32. Cod. de usuris.

25 Redditus in fructibus certum pretium non potest taxari.

26 Census plures in fructibus annullati sententiis Senatus Regalis Patrimonii.
Consuetudo melior quæ sententia firmatur, sed non indiget ea.
l. si de interpretatione, ff. de legibus.

27 Stylus & practica ex rebus judicatis constituitur l. 15. tit. 2. p. 1.

28 Principis sententia vel interpretatio pro lege habetur.
l. fin. C. de legibus.

29 Redditus census semper legibus nostris reformatus.
l. 6. tit. 15. lib. 5. recop.

30 Usurarum taxatio jure communi facta.

31 Principis boni est usuras cohibere.
Sententia in materia usurarum, & nutritiva peccati non transit in rem judicatam.
c. lator, c. consanguinei de re judicata.
c. etsi Christus, de jurejurando.
c. super eo, de usuris.

32 Census justitia an consideretur tempore contractus.

33 Contractus qui habet tractum successivum admittit læsionem ex futuro tempore.

34 Bonæ fidei contractus recipiunt rescissionum ex dolo, læsione vel injustitia conventionis.

35 Usurarum reformationes ex legibus juris consultorum & de pluribus provinciis.

36 Usurarii è Gallia expulsi.
Princeps ex officio tenetur usuras cohibere.

37 Consuetudo irrationabilis, & nutritiva peccati non excusat.
c. fin. de consuetudine.

38 Consuetudo injusta est quæ rescriptis Principis improbatur.

39 Facta plura sustinentur quæ si in judicio deducta improbanda.
l. Patre furioso, ff. de his qui sunt sui vel alieni

40 Clausula irritans non potest tolli consuetudine contraria.

41 Consuetudo ad ejus justitiam requirit Principis voluntatem.
Consuetudo potest excusare à pœna legis.

42 Princeps non videtur dispensare in legibus contra illas contrahendo, quando sequeretur peccatum.
c. super eo, de usuris.
c. non licet, dist. 10.
c. fin. de præscriptionibus.

43 Princeps non potest vendere res suas majori pretio quàm à legibus suis taxato.
Princeps non præsumitur ut velit quod injustum.
l. filius 15. de condit. institut.

44 Lex pœnalis restringenda.

45 Loquentis persona excepta censetur.
l. inquisitio, C. de solutionibus.

46 Census appellatio etiam comprehendit. Juros.

46 Verba sunt intelligenda secundum sensum legalem
l. illud, ff. ad leg. Aquil.
c. ex literis, de sponsalibus.
l. stipulatio ista, 28. §. his qui sunt, & §. hæc quoque, de verb. obligat.

48 Expressum dicitur quod sub natura expressi comprehenditur.

49 Verbalis differentia futilis.

50 Gabellam non solvi de redditibus Regiis id est, juro, non facit argumentum ad reliquos census privatorum.

51 Lex justa debet comprehendere ipsum Principem.
l. digna vox, C. de legibus.
l. ex imperfecto, C. de testam.
c. omnes de constitutionibus.
c. justum distinct. 9.
l. 6. tit. 6. p. 1.
l. si quando, C. de inoffic. testam.

52 Derogatio generalis legum non prodest, ubi est clausula irritans.
c. penult. de Capellis Monachorum.
c. eam te, de ætate & qualitate.
c. nonnulli de rescriptis.

53 Clausula irritans inducit nullitatem & ejus effectus.
c. dilecto, versic. nisi fortè, de præbend.
c. statum, §. sancimus, de rescriptis lib. 6.

Rex si censum id est, Juro, de suis redditibus constituerit in certa fructuum frumenti, olei, aut similium quantitate pro pecunia solvenda, an justè constitutio in favorem privati procedat, pro explicatione, leg. 4. titulo 15. libro 5. Recopilationis, &c.

HUius generis sunt census super omnibus Regalibus tertiis, nam pro certa quantitate, videlicet quatuor, aut sex mille marapetinorum, & antea longè exiguiori pretio vendebantur quilibet modius tritici pro reditu in quolibet anno, & ita sunt plures census, id est, *Juros*, fructuum, ita ut ferè omnes tertiæ ejus consumptæ sint. 1

Pro eorum justitia facit nam privilegia prædictorum censuum, vel *Juros*, solemniter expedita sunt à Rege nostro, qui habet pro se instrumentum, censetur habere præsumptionem, & veritatem apparentem realem, & notoriam, nec indiget disceptatione fori, & habet vim decisionis causæ, ut ex Socino, Alexandro, Cagnolo, Craveta, Cephalo, Nevizano, Mascardo, Menochio, Turreto, Beccio, & Hippolyto, Riminaldo probavit D. Castillo *tom. 2. controversiarum, cap. 16. n. 5. & 6.* 2

Et

3 Et cùm hi contractus à Principe celebrarentur, & ab eo privilegia, & reſcripta expedita forent, eo ſolum contractus bonæ fidei exiſtimabitur, ex Bald. *in l. § ſi quis verò, n. 1. de pace Conſtantiæ*, Anton. Petra *de poteſtate Principis, c. 8. n. 60.* Mantica *de tacitis, & ambiguis conventionibus lib. 3. tit 10. n. 54.* ultra quam ex ſua natura venditio cenſus bonæ fidei exiſtimatur, *§. actionum*, cum *ibi* notatis, *inſtit. de actionibus*, ex Iaſone, Nevizano, & Alciato, Menoc. *conſ. 27. num. 36.*

Iuvat etiam, nam contractus pro lege exiſtimandus, & ejus vim habere dicitur ex Boſſio *in praxi, titulo de Principe, num. 84.* Anton. Petra *d. c. 8. n. 81.* ex Iaſone, Ruino, Alciato, probavit Menoch. *conſ. 1. n. 341.* Mantica *dict. tit. 10. n. 46. 47. & 48.* Barboſa *in tract. de appellativa verborum ſignificatione, verbo, lex, appellat. 129. num. 3.* & ex contractu Principis transfertur poſſeſſio abſque alia apprehenſione actuali, Angelus *in l. officium de rei vindicatione*, & cum aliis Iaſon. *in l. civitas, de rebus creditis, n. 6. & in l. quoties, n. 5. C. de rei vindicatione*, Mantica *dict. tit. 10. num. 50.*

5 Et jure Canonico, Divino, Naturali, nulla eſt prohibitio conſtituendi cenſus in tritico, frumento, & aliis fructibus, ut probatur *in l. fin. ad finem, ff. de contrahenda emptione*, Innocentius *in cap. in civitate de uſuris, ſub n. 2.* Navarrus *de uſuris, n. 104.* Virginius *de cenſibus, part. 2. num. 9. & part. 3. n. 32.* Intriglio lus *in addit. ad Petrum Gregorium de cenſib. quæſt. 5 n. 225.* Cencius *de cenſibus lib. 1. c. 1. quæſt. 1. art. 3. num. 6.* imò potius ex capitatione Regni anno 1562. quæ refertur à Gutierr. *poſt tractatum de gabellis, pag. 611.* approbantur venditiones reddituum in fructibus olei, vini, tritici, & jubetur admitti Regno in computatione ſuæ capacitatis, & videtur cenſus in fructibus poſſe conſtitui de jure communi, dum legitimum modum non excedant, *l. cum non frumentum, C. de uſuris*, Medina, Conradus, Alvarus, Valaſc. Navarr. & alii quos refert Rodericus *de annuis redditibus lib. 1. q. 12.* in quo Covarr. *lib. 3. variarum, c. 10 n. 3.* Ioan. Garcia *de expenſis, cap. 2. n. 72.* ex Innoc. Mariano, Socino, Bocaccio, Benedicto, Bononienſi, Surdo, Leſſio, Valentia, & aliis pluribus probavit Cencius *de cenſibus, 1. p. cap. 1 quæſt. 1. art. 3. num. 6.* etiamſi *num. 7.* excipiat Hiſpaniam ex noſtris legibus.

6 Sed etiam actum conſuetum eſſe fieri, & contractum communiter celebrari, non ſolum à pœna excuſabit, ſed contractus licitus erit, & validum efficit Bart. *in l. quis ſit fugitivus, §. apud Labeonem de ædilitio edicto, juncta gloſſa ibi*, Oldraldus *conſ. 107. n. 7.* Ioannes de Amicis *conſil. 154. num. 18.* Tiraquellus *de retract. convention. ad finem tituli, n. 131.* Decian. *lib. 1. reſponſo 2. num. 82. & 83.* Portolas ad Molinum *tom. 4. verbo, uſura, n. 12.* Rovitus *ad pragmaticam 5. de cenſibus, n. 118. & ſeqq.* Farinac. *in praxi 3. tomo, quæſt. 95. n. 5.* Theſaurus *lib. 1. quæſt. forenſi, quæſt. 32. num. 5.* pluribus relatis Ludovicus Cencius *de cenſibus, part. 1. cap. 1. quæſt. 4 art. 4. num. 4. cum ſeqq.* & ex Theologis Bonacina *tom. 2. titulo de legibus, diſput. 1. quæſt. 1. punct. ultimo, §. 3. verſic. Præterea ſi dubium ſit*, Layman. *tom. 2. de contractibus, ſect. 2. tract. 4. c. 18. de cenſibus, n. 10 & ſeqq.*

7 Quod maximè procedit, ubi actus, qui communiter, & ex conſuetudine celebratur, geſtus fuerit ab ipſo Principe (nam ille ſolùm poteſt in Tertiis conſtituere annuos redditus, quos dicimus, *Iuros*) magis enim ex eo contractus licitus exiſtimandus, cùm ſemper Principem juſtè agere præſumitur, vt ex eleganti ſpecie, ut ſubditi teneantur credere Principem juſtè imponere tributa, quia eſt Princeps vigor juſtitiæ per Iſerniam *in cap. 3. §. ſed nec alia juſtior, num. 42.* quæ ſit prima cauſa beneficium amittendi, tradit Scipio Rovitus *conſ. fin num. 1.* ex Affl cto, & aliis, Rolandus à Valle *volum. 2. conſ. 1. num. 84.* ex Capi Blanco, & Barboſa noviter Diana *3. p. tract 5. Miſcell. reſolut. 78.*

Et Principis geſta ſemper habere juſtitiæ præ- 8
ſumptionem pluribus Menoch. *lib. 2. præſump. 9. &* 10. & Decius *conſ. 64. n. 7.* ut legem juſtam Principem cenſeri tradit, & in illius conventionibus eſſe contractum legem vivam nuper notavimus, & in terminis juſtam eſſe conſtitutionem annui redditus, quam dicimus *Iuro*, à Principe hoc modo factam probarunt Intrigliolus *de cenſibus, quæſt. 3.* Cencius *1. part. cap. 1. quæſt. 4. art. 4. n. 2. & 3. eodem tractatu de cenſibus.*

Nam, ſi aliquæ leges civiles obſtarent contractui, 9
quem Princeps celebraret, videtur derogari legibus decretis, vèl conſtitutionibus, quæ illum actum prohibere videbantur, ut *ex l. quidam conſulebant, ff. de re judicata, l. donationes quas Diuus Cod. de donat. inter.* ubi notarunt Doctores Principem aliquem actum gerendo videri diſpenſare, derogando omnia, quæ in contrarium obſtant, ut in variis caſibus de Pontifice circa jus poſitivum, & Regibus circa ſuas leges notarunt Eſſe 3. *part. deciſ. 264. n. 8. & 9.* Menoch. *lib. 2. præſumptione 20.* Graſſis *de effectibus Clericatus, effectu 4. num. 283.* Mantica *de conjectibus lib. 3. tit. 10. n. 52.* & antea tradiderat Baldus *lib. 5. conſil. 456. num. 3.* Alex. *lib. 5. conſil. penult. in 1. dubio*, Lancellotus Galliola *conſil. 97. num. 29. & 30.* Marta *conſil. 8. num. 35.* Rota apud Farinacium *deciſ. 656. num. 7. part. 2. in noviſſimis*, Gironda *de Privilegiis, num. 726. & 727.* ex Theologis Suarez *de legibus lib. 8. cap. 38 num. 4.* ubi in terminis loquitur Bonacina *tom. 2. in tractatu de legibus, diſputatione 1. q. 3. puncto 8. §. 3. num. 14. in principio*, & idem *tom. 1. tractatu de ſimonia diſputat. 1. quæſt. 5. num. 8.* Caſtro *in operibus moralibus tom. 1. tractatu 3. diſput. 4. n. 21. num. 8. & ſeqq.* Leſſius *de juſtitia & jure lib. 2. cap. 35. dubio 5.* Salas *de legibus diſputat. 14. ſect. 2. num. 21. & de tacita legis diſpenſatione*, plura Sanchez *de matrimonio lib. 8. diſputatione 4. ex num. 2.* quibus adde Caſtrenſem *in l. Civitas, num 6. de rebus creditis*, Gomezium *lib. 2. variarum, cap. 1. num. 1. verſic. item etiam licet actus*, ex Decio, Tuſchum *practicarum, lit. D, concluſ. 216. num. 164. & num. 169.* Peregrinum *de jure fiſci, lib. 6. tit. 1. num. 37.* Martam *conſ. 73. num. 7.*

Sed prædictis quæ favere videbantur prædicto- 10
rum cenſuum conſtitutionem non obſtantibus dicendum eſt ex pecunia non poſſe annuos redditus in fructibus conſtitui, quia iniqua ſimilis cenſus conſtitutio eſt & uſuraria exiſtimatur, & ita noſtris legibus expreſsè prædicti cenſus, qui pecunia in fructibus conſtituuntur, reprobantur *ex l. 4. tit. 15. lib. 5. recopil. edita anno 1534. ab Imperatore Carolo V. & leg. 5. quæ ſtatim ſequitur, ab eodem edita*, prohibetur renunciatio *dict. l. 4.* ejus filius D. Rex Philippus II. anno 1573. & 1574. & anno 1580. *dict. l. 4.* decrevit obſervandam, & omnes contractus qui nomine cenſus perpetui in fraudem dictæ legis fierent, irritantur, ut conſtat *dict. l. 7. dict. tit. 15. lib. 5. recopil.* & poſtea anno 1586. *dict. l. 4.* jubetur obſervari tam circa cenſus redimibiles quàm ad vitam, *l. 9. dict. titulo*, & antea in Curiis anni 1549. & anni 1563. idem decretum fuit & ſpeciali reſcripto anno 1566. idemque Rex Philippus II. decreverat prædictum obſervari tam in cenſi-

bus,

ſibus, qui à privatis conſtituuntur ex ſuis bonis, quâ in eis quæ ex vectigalibus & Regalis Patrimonii redditibus conſtituuntur, quos dicimus *Iuros*, ut ab eo tempore extincti manerent, & conſumpti & creditoribus pretium emptionis in pecunia ſolveretur.

11 Et novo reſcripto ad urbem Hiſpalenſem edito die 21. menſis Maii, anno 1600. idem jubetur, & juſtiſſimum eſſe probavit Navarrus *tomo 1. ad cap. ſi fœneraveris, 14. q. 3. notabili 13. n. 30. pag. mihi 232.* dum tradit ibi: *Mille bonæ precationes, ſive benedictiones deberi Cæſareæ Majeſtati Caroli quinti, & Regi Catholico ejus filio, Regis Philippi Secundi Dominorum noſtrorum, ipſorúmque Proceribus, ob illâ pragmaticam ſanctionem, ne quis emat aut conducat redditus provenientes ex tritico, hordeo, vel aliis, quæ non parva ſalus fuit ſuis Regnis, nec parvum frænum multis uſuris palliatis.* Et *infrà q. 3. n. 104. pag. 249.* ait. *In Aragonia debent ſolvi viginti pro uno, ſive ad rationem quinque pro centum, & in Regno Navarræ ad rationem ſex pro centum, & in Regnis Caſtellæ, ad rationem ſeptem pro nonaginta ſex. imo & cenſus antea conſtitutos, in aliis rebus redegerunt in cenſus pecuniæ numeratæ ad rationem prædictam;* & idem poſtmodum *n. 120. q. 30. pag. 253.* reſolvit, concludens juſtas eſſe reductiones, atque omnino ſervandas cùm & jure communi Præſidi injungeretur, ut reddituales præſtationes ad juſtam æquitatem redigeret *in l. cùm quidam 17. ff. de uſuris*, ibi: *Divus Marcus Fortunato ita reſcripſit, Præſidem Provinciæ adi, qui ſtipulationem de cujus iniquitate queſtus es ad modum juſtæ exactionis rediget.* Et quando ſors principalis fuit in fructibus, etiam reformatur *authent. nullum credentem Agricolæ, §. ſancimus, collat. 4.*

12 Quaſi ſemper curari oporteat uſuras reſtringere & moderari, addendi Bart. *in leg. lecta, n. 15. ff. ſi cert. petatur*, Donellus *de uſuris cap. 4.* ex Baldo & Milanenſi probavit Nævius *in d. l. cum quidam*, & ex eodem Baldo, Andrea Gaillio, Villalobo, & Ficardo, Bercoltent. & aliis, idem Nevius *in l. pecuniæ fœnebris, 9. ff. de uſuris.* explicat Rodericus *de annuis redditibus, lib. 2. c. 15. n 95.* Maſcardus *concl. 696.* Theſaur. *dec. 226.* ex Palacio Rubio, Marqueſano, Rebuffo, & aliis Aug. Barboſ. *in collect. ad decretales, c. quanto, de cenſibus, n. 5.*

13 Et ita etiam in cenſibus, quorum redditus in pecunia conſiſtunt, Reges noſtri Hiſpani ſemper curarunt eorum moderationem, & cùm antea unus ex decem pro reditu ſolveretur, poſtea ad quatuordecim unus redactus, *l. 6. tit. 15. lib. 5. recopil.* & novis Pragmaticis ad unum pro viginti, ita etiam juſtè cenſus & *Iuros*, quorum redditus in fructibus conſiſterent, nec poteſt congruè æqualitas ſervari, omnes prædictis legibus ad pecuniam redegerunt, & conſultiſſimè id extollit Soto *de juſtitia & jure, lib. 6. q. 5. art. 2. in medio, ſub verſ. fuit autem conſultiſſimum, p. 528.* Caſtillo *ad legem 68. Tauri, ante n. 29. in verſ intellige extravagantes*, & poſtea *in verſ ultimo pro complemento iſtius legis, fol. 241.* ibi: *Quod vertitur publicæ utilitas, ut non poſſit ſolvi triticum, vinũ, nec oleum, & quod non obligat, quamvis juretur contrarium.*

14 Tenet etiam Covarr. *lib. 3. variarum, cap. 10. n. 3.* ibi: *Emptio annui redditus redimibilis frumenti, vel olei, aliarúmve rerum ſimilium maximè ſuſpecta ſit, majorémque fraudis & iniquitatis ſuſpicionem, quàm ſit annua præſtatio in pecunia ſolvenda empta fuerit.* Propterea quod harum rerum pretia in Republica frequentiſſimè augentur, & variantur, nec poteſt certũ pretium, certavè æſtimatio tempore emptionis fieri, & ideò aptior eſt ad exceſſum juſti pretii, & ad decepti onem hæc emptio, quàm illa quæ de numeraria præſtatione tractat, & tradit in Gallia Parlamentum Pariſienſe ſimilia edidiſſe decreta, de quo Rupellanus *lib. 1. inſtit. forenſium c. 34.* & de Senatu Avenionenſi idem tradit Hieronymus Laurentius *deciſ. 66. per totam, & deciſ 94. n. 3.* & ſtrictius in Senatu Sabaudiæ Antonius Faber *in ſuis deciſionibus ſuper Codice, lib. 4. tit. 24. de uſuris & mora, diſtinctione 19.* ubi loquens individualiter de annuo cenſu conſiſtente in tot cadis vini, aut olei, vel modiis frumenti, inquit: *Ex edicto publico Emanuelis Philiberti in pecuniarium eſſe convertendum ad modum uſque ſeptuncis.* Et paulò *inferius* ſubdit: *Etiam non conquerente, tacitéque venditore contractus habetur irritus quoad reditũ in mercibus præſtandum attinet, ſitque reductio non ſolùm ipſo jure, ſed etiamſi non petatur,* & rationem reddit *n. 6.* ne alioquin fiat injuria creditori, ſi auctâ fructuum & mercium æſtimatione, diminuatur uſura, quæ tamen è contrario non augeatur diminuto valore, claudicaret enim contractus, & melius æquiuſque fuit ab initio ita provideri, ut contractus iſti certam habeant naturam, quæ nihil unquam poſſit habere iniquitatem.

Et tandem confirmat, & concludit emptorem re- 15
tinentem, aliérque exactionem procurantem, poſſe criminaliter de uſura puniri, & Antonius Theſaurus *in deciſ. 15. ad finem*, allegat & ſequitur Navarrum & aliam ſententiam refert, quæ fuit à Senatu Pedemontano prolata, & iterum de eodem agit *dec. 239. n. 10.* cui ſubſcribunt Theſaurus junior ejus filius, *inter quæſtiones forenſes, lib. 1. q. 34. num. 8.* Fontanella *de pactis nuptialibus, clauſula 4 gloſſa 18. p. 1. num. 116. & 118.*

Sed & Navarrum ad literam tranſcribit Mila- 16
nenſ. *deciſ. 6. Siciliæ, lib. 2. ex num. 13.* qui *in num. 16.* recognoſcit poteſtatem legis & legiſlatoris in his caſibus, & Ioannes Garcia eam defendit *in tractatu de expenſis & meliorationibus, cap. 9. ex n. 72.* cujus ſequentia ſunt verba: *Non enim ab anno 1534 licet ſuper re aliqua imponere cenſum, qui ſolvendus ſit in frumento, vino, butyro, melle, & aliis id genus, rebus, cum pacto de redimendo; itaque non licebit accepta pecunia vendere, nec emere annuum cenſum vini, olei, vel tritici, cum pacto de redimendo, ut ſi ad certum tempus pecunia reſtituatur emptori, res libera remaneat, nec amplius cenſus ſolvatur; ſed lex illa hujuſmodi contractuum emptionis ad pecuniam redigit, ut cenſus non in fructibus ſolvatur, ſed in pecunia.* Et infrà: *Redegitque hujuſmodi contractus ad legitimas uſuras, & potuit redigere ex fructu ad pecuniam iſtã conſtitutionem annui redditus fructuarii.* Et in fine numeri ſequentis: *Et ita cenſus ille qui conſtitutus fuerat à principio in fructibus propter pactum appoſitum de redimendo, quod cum modicitate pretii ſuſpicionem præbebat obſcuratæ & obtectæ cujuſdam uſuræ, redactus eſt lege noſtra ad pecuniam intra certos limites & fines legitimarum uſurarum.* Et poſtea etiam refert decreta & Arreſta Galliæ, & paulò poſt laudat Ioannem Gutierrium *in practicis, tom. 1. lib. 2. q. 170.* eandémque concluſionem amplectitur Olanus *in concordia Antinomicorum, verbo, annui redditus, n. 94. & 95.* ubi refert practicarum Regni Navarræ Villalobos *ſub eodem verbo. n. 57.*

Sed Molina Jeſuita *de juſtitia & jure, tractatu 2.* 17
diſput. 383. n. 13. ita ſcribit: *In hoc autem Caſtellæ Regno, l. 4. tit. 15. lib. 5. novæ collectionis prohibitus eſt cenſus redimibilis, qui in alia re ſit ſolvendus quàm in pecunia, ſimulque ſancitum eſt, ut cenſus redimibiles ante illã legẽ conſtituti, in aliis rebus ſolvendi, redigerentur ad pecuniarios.* Et iterum *diſput. 385. num. 12.*

propè

prope finem: *Pecuniaria pensio certa est & invariabilis quoad valorem, atque aptior, ut juxta illam valor ac pretium melius constituatur absque injustitiæ & deceptionis periculo pensiones vero in fructibus inconstantes admodum sunt quoad valorem, cùm tritici mẽsura uno anno valeat quatuor, & alio viginti, & ita de aliis fructibus, prout uno tempore fuerit major eorum abundantia vel penuria quàm alio, atque adeo ineptior est, ut juxta illam valor ac pretium census constituatur id quod in causa fuit, ut meritò in hoc Castellæ Regno l.4. tit.15. lib.5. novæ collectionis prohiberentur census omnes fructuarii, cum pacto de retrovendendo, solique Pecuniarii permitterentur.* Et idem probavit Dominic. Bañez *de justitia & jure, q.78. de censibus, art.4. dub.1. in fine pag.630. & dub.3. concl.2. pag.631.* Palac. *de contract. & restitutione, l.4. c.6 pag.204. in vers. Rursus lege Regni, & pag.511.* ibi: *Itemque constituit, ne constituatur hujusmodi census super bonis usu consumptibilibus, ut super vino, oleo, frumento.* Et iterum infrà: *Esset contractus nullus, etenim posset accidere quod solvens censum in oleo, vino, & cæteris plus solveret quàm esset proportio unius ad quatuordecim, nam hæc plerumque augent valorem suum, ut istis annis satis experimur, id quod accidit pecuniæ, quæ semper servat suum valorem.* Vega 1. *tomo summæ c.52 de los censos, casu 1. paulò post principium* addens alios Theologos ejusdem sententiæ & inter alia firmat constitutiones, ibi: *Que costo con raçon esta blezido, por quitar muchas fraudes e imposturas no buenas, y que como es tan variable el precio de las cousas. unas veces se pagaria en ellas amas del coto, y otras veces amenos: y assi es mejor que se pague à dineros que es invariables.*

18 Didacus Perez *ad rubricam de usuris, titulo 2. lib.8. ordinamenti veteris, part.2. pag.32. in novissimis ex versic. quari potest*, ubi differens, & probans copiosè, quod in hoc cõprehendũtur, & ligantur Clerici, & Ecclesiæ sicut alii omnes, inquit *columna 2. circa finem*: sic, *Lex Principis non recognoscentis superiorem in suo Regno poterit ponere legem omnibus, quæ est communis, & in utilitatem reciprocam cujuscumque, & præsertim cùm est talis lex lata ad bonum animæ, justificando contractum, ne labem usuræ contineat, quia valor frumenti, & aliorum fructuum variatur latissimè, & ideo melius est, ut pretium sit unum, & solutio semper uniformis, quæ fieri nequit, nisi in pecunia.* Et postmodum *pag.33. colum. etiam 2. in principio*: ita ait, *Est lex fundata in ratione, & bonis moribus ad evitandam usuræ præsumptionem, & continet mixtum favorem Clericorum, & laicorum.* Tuentur Mexia *ad pragmaticam taxæ panis, concl.5. n.39*, Lazarte *de gabellis c.10. n.3.* Felician. *de censibus tom.1. lib.2. c.1. n.46. in medio*, Palacios *de contractibus in loco superius adducto pag.305. col.2.* Gaspar Rodriguez *de annuis redditib. q.6. n.46. & 50. l.1.* videndus etiam *q.6. n.21. & q.12. n.4. per totam.* Valazquez de Avendaño *in tractatu de censibus Hispaniæ, cap.32. num.10.* & omnino *q.46.* præcipuè *n.9. & 11.* cum aliis, & *q.47.* ubi latè perpendit rationes, & fundamenta hujus rei.

Matienzus etiam, & Azevedus, qui prædictos non
19 adducunt in suis interpretationibus, & glossis ordinariis super *tit.15. lib.4. recopil.* ubi leges Hispanæ hujus casus inveniuntur *ex l.4. & sequent.* ipsi tradunt hanc opinionem fuisse à pluribus fundatã, & secutam, quod etiam refert Felicianus *tom.1. lib.1. de censibus, c.4. n.7.* ibi: *Præterea, si pensio deberet fructibus prædii correspondere, evenire posset, ut in redditus solutione magna fraus, & injustitia sæpenumero cõmitteretur, quia aliquando major, aliquando minor propter abundantiam, vel sterilitatem solveretur pensio, non variato, nec diminuto capitali: nam si pro nummis quatuordecim aureis census ita constitutus est, ut singulis annis unus tritici modius penderetur, proculdubio fraude, & injustitia non careret hujusmodi præstatio, quia tritici pretium ex temporum varietate crescit, & minuitur, ut rebus omnibus commune est, l. pretia rerum ff. ad l. Falcidiam ideoque pensio non proportionaretur capitali, sed aliquando majoris valoris esset, quod iniquum, & injustum esse nemo diffitebitur.* Et idem *dicto libro, & tomo, c ult. n.28. prope finem, pag.125.* tradit, *Quod jure nostro Regio nequit procedere, quia nec constitui nec solvi potest census, nisi in pecunia numerata, ad illamque rediguntur omnes census in oleo, frumento, vino, & aliis speciebus constituti l.4. tit.15. lib.5. novæ compilat.* Et infrà iterum: *Quoniam, ut dixi redditus annui neque constitui, neque solvi possunt in alio quàm in pecunia numerata.* Sed Ludovicus Cencius 1. *p. de censibus, q.1. art 3 n.5.* postquam licitam esse constitutionem census fructuarii pluribus probavit, tamen apud nos referens Avendanum, aliter procedere tradit *n.7* eis verbis: *Et licet ipse id licere neget, de jure Hispanorum propter expressam Regis constitutionem, quâ cavetur ne census iste in frumento vel aliâ specie solvendus constituatur. imò etiamsi ab antiquissimo tempore foret constitutus, reduci debeat ad pecuniarium.*

Tum & legum nostrarum dispositionem juvat 20
ratio fructuum & specierum, ut pretium varium sit ratione temporum sterilitatis vel ubertatis, & ex diversitate Regionum nullus potest ignorare, cùm quotidie experiatur, & ita expendit, *d. l. pretia rerum §. fin.* ibi: *Nonnullam tamen varietatem loca, tempora que afferunt, neque enim tantidem Romæ, ut in Hispania oleum æstimabitur, neque continuis sterilitatibus tantidem, quanti secundis fructibus.* Et elegans Textus *in l. ideo 4 ff. de eo quod certo loco. l. oleo, 23.* ibi: *incerti pretii ratio, l. si ea lege, 18.* ibi: *propter incertitudinẽ fructuum eventum. C. de usuris*, notavit Ubertus Giphanius *ad l. eos §. super, C. eodem titulo, columna 3.* ibi: *Quia scilicet harum rerum incertum sit pretium, & æstimatio cum pecunia numerata sit certa neque variet pro locis aut temporibus* in qua re valdè notandũ est quod circa pretiorum varietatem latè notavimus *in decis. Granatensibus disput.11. per totam* maximè, *num.22 23. & 24.* ubi ex eo justam esse generalem pretiorum taxationem & ad officium Magistratuum pertinere probavi, & quod *num.45.* adnotavi, ex discordia pretii circa annonam ubertate, vel sterilitate, & varietate Regionum, cum pretia fructuum quotidie mutentur valdè optimo Regimini & Reipublicæ conducibile esse, ut quolibet anno taxa fieret frumenti & hordei pro differentia Regionum, juxta sterilitatem vel ubertatem, ut decretum inveni in jure *in feud. tit. de pace tenenda §. post natalem*, ubi Comitibus cujusque Provinciæ injungitur, ut cujusque anni post Natalem Beatæ Virginis, quo tempore ubertas fructuum vel sterilitas cognosci potest, sagaciter disponant; ut septem viris boni testimonii sibi electis quanto pretio secundum qualitatem temporis sit annona vendenda, utiliter disponant; id quidem ex varietate pretii fructuum, ex quo similes annuos redditus in oleo, frumento, vino, & reliquis fructibus nostris, legibus improbari censemus.

Sed quamvis juxta *suprà* relata prædicti contra- 21
ctus in suo principio possent sustineri, ut probant Doctores *suprà* adducti, quia varietas pretii occultat manifestam injustitiam contractus, & notarunt interpretes *in l. si Pater publicæ C. de inoffi. testamẽto, & in l. de fideicõmisso, Cod. de transact. glossa verbo*

conducta, in l. si ea pactione, C. de usuris, Andreas Gailius *lib. 2. observ. 8. usque ad numerum 4.* Cardinalis Thuscus *verbo, usura, concl. 362.* sed quando tractum successivum habent contractus, & temporis diuturnitate pretia augentur, non ob injustitiam & dolum commissum à contrahentibus tempore contractus, adhuc pretia reducenda ad illud quod juxta temporis & solutionis dispositionem res valuerit, quod quidam etiam apud Ethnicos, & quando usuræ admissæ jure Romanorum cognitum & inductum fuit, *l. pecuniæ fœnebris, 9 in principio ff. de usuris*, ibi: *Pro modo cujuscumque temporis superfluo detracto stipulatio vires habebit, d. l. cùm quidam, 17 ff. eodem titulo, c. quanto, 16 de censibus, cap. suggestum 9. de decimis*, Philippus Decius *cons. 355. n. 1. 2. 3. & 4.* Rolandus *cons. 1. n. 173. volum. 2.* dicens: *Vt quamvis contractus ab initio non contineat læsionem, si tamen ex post facto propter mutationem temporum continet, potest rescindi, & debet regulari secundùm qualitatem ipsorum temporum, si contractus est successivus, respiciens etiam futura tempora*, & repetit *cons. 13. n. 19. vol. 3.* videndus *ex num. 159.* & eo non citato, ferè transcribit Mandellus Albens. *cons. 34. n. fin.* Menochius *cons. 156. n. 8. vol. 2.* eggregiè Antonius Thesaurus *decis. Pedemontana 226. incipit*: *Reductio contractus & decis. 120. præcipuè in ultimis verbis, & d. decis. 239. n. 10.* Fontanella *ubi suprà*, alios adducens.

22 Et ultra eos Hieronymus Laurentius *dicta decis. Avenionensi 66.* qui *n. 2.* in contrarium arguerat inspiciendum esse tempus venditionis, quo nullus erat excessus, licet postea fuerit mutatum, *l. si voluntate, C. de rescindenda venditione, & n. 3. & 4.* prosequitur: *Ideo cùm tempore venditionis redditus, aut census salmatarum tritici, justum esset pretium propter novas mutationes, non debet rescindi contractus, cùm etiam poterat minui tritici valor, & iste dubius eventus reddit contractus irrevocabiles, licet postea læsio appareat, etiamsi in foro conscientiæ ageretur, alioquin contrahendo nulla esset firmitas, sed semper in suspenso remanet & contractus si augeretur pretium, quod esset absurdum.* Et quibus non obstantibus decidit statim: *Vt pensio in fructibus consistens, singulis annis non excedat septem pro centum, itaque anni singulariter & separatim considerantur.* Et *infrà num. 6. Singulis annis ultra summam, septem pro centenario, pensio peti non possit, aut exigi, & sic quod annis singulis dictam summam non excedant.*

23 Vlterius de eadem re agit Velasquez de Avendaño, nihil prædictorum afferens *d. cap. 46. de censibus Hispaniæ, n. 11.* cujus verba notanda ibi: *Cùm leges Regis desiderarent justitiam illam pretii cēsus, & correspondentiam sortis ad pensionem non solum in quātitate, sed etiam in qualitate, & tempore creationis & deinceps, in perpetuum æqualitas inter cōtrahentes servaretur, emptòrque census non excessivas, sed correspondentes & æquales sorti pensiones recipiat, finis hic & intentio deficeret si pensio frumentaria constitueretur, & constituta licet antiquissima, ad pecuniā non reduceretur*, & infrà: *Quare cū cōtractus qui ex pensione frumentaria injustus, ex tēpore efficitur atque resultat creationis tēpore justus fuisset, & inde remedio ordinario læsionis, rescindi non posset cum tempore contractus læsio, non interveniret cōveniens atque summè necessariū fuit (ne in statu injustitiæ contractus sustineatur, à quo incipere non potuit (quod remedio suavissimo reductionis, ad justitiam reduceretur.* Nec dissonat ab eis meo videri Vbertus Giphanius, *ubi suprà ante finem, pag. 285.* ibi: *Præterea fraus est interdum in fructibus, quos stipulatur sæpe pro usuris, sed huic quoque fraudi obviam itum est, & in modo, & in concursu id est, ut si pecunia sit dota, ejusque pro usuris promissi sint fructus superantes modum legitimæ usuræ, & in ejus fraudem repelli possit, stipulator*, &c.

Et licèt ex pretii varietate aliqui argumentum 24
desumant pro justitia hujus contractus, ut *suprà* ex Hieronymo Laurentio notavimus, & probatur *l. oleo, 27* ibi: *Incerti pretii ratio additamenta usurarū suasit admitti. l. si ea lege 17. C. de usur.* eis verbis, *ut fructus in vicem usurarū consequeretur obtentu majoris pretii emolumenti propter incertū fructuum eventū rescindi placita non possunt*; & ideò taxatio usurarum, de qua *in l. 4. § fin. de nautico fœnore l. cum quidam, § præterea de jure dot. l. eos 26. C. de usuris*, non comprehendit usuras ex speciebus, & trajectitias; nam absque limitatione centesima permittitur usura, idque probatur ex glossa communiter recepta *in l. quamvis 3. Cod. de usuris*, ubi cùm statueretur usuras pecuniæ peti non posse, nisi stipulatione promissas, & tradit Glossa id ea ratione procedere, quia erat usura pecuniæ, quæ non debetur pacto nudo, & non comprehendere usuras specierum, veluti vini, aut oleo, quæ debentur ex pacto nudo, *l. frumenti 32. C. de usuris*, quæ ita concilianda cum *d. l. quamvis*, ut in ea ita interpretatur Odofredus, & Doctores communiter *in d. l. frumenti*, ubi Albericus, Fulgosius, & Donellus, idem Donellus *in l. cum frumentum Cod. de usur.* Giphanus *ad l. eos, § super usuram, C. de usur. l. 1. tit. 33. lib. 2. Codicis Theodosiani*, quæ apertè quoad usuras constituit differentiam inter usuras ex pecunia, & quæ pertinent ad fruges, & majores posse in fructibus admitti ex incertitudine pretii notarunt *suprà* relati. Castrensis *in d. l. frumenti*, Bald. *in l. quamvis*, & *in d. l. oleo*, Alexand. *in l. singularia, n. 18. ff. si certum petatur*, Grassis *in 1. part. lib. 2. decis. 125. n. 21.* Lupus *de usuris in c. naviganti, comm. 3. § 5. n. 118. 119.* & Panormit *in d. c. naviganti 5 n. 1.* Mantica *de tacit. & ambiguis convent. tom. 2. lib. 14. tit. 6. n. 121.* Surdus *cons. 306. n. 4. & 5.* Caietanus *2. 2. q. 78. art. 2. ad 7.*

Sed tamen hæc omnia, quæ denotant differentiam 25
usurarum pecuniæ, & specierum, quæ pro sua opinione Adversarii expendunt, magis in eo sensu nostram confirmant opinionem, quippe ex eis manifestè convincitur non posse in fructibus, ad æqualitatem justam redditus adæquari, & quamvis tempore Digestorum & Codicis, ex incertitudine quæ posset plus vel minus emolumentum respicere usuræ, in fructibus permitterentur tamen apud nos, cum omnis usura detestabilis, & prohibita sit *l. 31. tit. 11. p. 5. l. 1. tit. 6. lib. 8. recop.* junctis quæ ex Covarruv. Navarro, Didaco Perezio & aliis pluribus notavit Azevedus, *ibi num. 46.* & solum redditus censuarii permissi juxta moderationem quam suis indultis summi Pontifices taxarunt. Et probarunt omnes qui de censibus egerunt unde eo ipso quod circa redditus fructuum non potest hæc æqualitas justè & ad certitudinem moderari merito à nostris legibus census in fructibus reprobati sunt.

Ex quo prædictis rationibus, & quia tot legibus 26
nostris, & capitulis Comitiorum Generalium, & rescriptis Regum nostrorum irriti facti sunt census, qui in fructibus constituerentur, & in plurimis judicialibus controversiis, ita decisum, & præsertim in censu sex mille Amphorarum olei, quæ Hispali solvebātur in redditu annuo Duci de Alva *ex d. l. 4. & similibus* ille cōtractus nullus & irritus factus & in censu Pincianæ urbis Antonii de Calatayud, & in alio Petri Galendi, me fisci Patrono, in supremo Regalis Patrimonii Senatu, & in aliis multis casibus idem decretū

& quoties census, id est *Iuros* non annullarentur, inde provenit, quia illorum emptores magnam quantitatem Regi obtulerunt supra pretium quod ab initio conventum, quo redditus potuerunt æquare sortem & ad justitiam redigi, ideò de hujus rei observantia & injustitia nullatenus potest dubitari, quia semper ita decretum fuit, & minimè sunt mutanda, quæ interpretationem certam semper habuerunt, & & nulla melior consuetudo, quàm ea quæ ex sententiis provenit, *l. cum de consuetudine*, 33 *ff. de legibus*, ibi: *Primum quidem illud explorandum esse arbitror an etiam contradictio aliquando judicio consuetudo firmata sit*, de cujus interpretatione, & non esse omnino necessarios judiciales, ad consuetudinem inducendam, Donel. *lib* 2. *comment. c.* 10. An on. Faber Cujacius, Gail, & alii quos refert Osualdus, *in notatis. lit. G*, & *H*, & videndi post Baldum *ibi*, Gregor Lopez *in l.* 5 *gloss.* 7. *tit.* 2. *part.* 1. Avendaño *in dictionario verbo, Costumbre, vers. Quinta conclusio.* Molin. *de primogeniis, lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 27. *&* 28. Flores de Mena *lib.* 1. *quæst.* 1 *n* 64 *& seqq.* Cevallos 1. *tom. communium quæst.* 38 Parlador *in sexquicen. diff.* 39. *num.* 5. *&* 6. Bobadilla *l.* 2. *Politica cap.* 10. *n.* 40. *&* 41. Joann. Garc. *de expensis, c.* 9. *n.* 45. ex Abb. Rip. Alex. Aymone, Cravet. Menchaca, & alii Cevallos *commun tom* 1. *q.* 58. Gaillus *lib.* 2. *observat* 31. *n.* 7. Rota Genuensis *de decisionib. ad mercaturam decis.* 17. *num* 9.

27 Et ita etiam debet interpretari, *l.* 15. *tit.* 2. *p.* ibi: *Debe ser tenida e guardada per costumbre si en este mismo tiẽpo fueros conceseramente dos iuicios por ella de homes sabidores, e entendidos de juzgar*, de quo latè per Salicet. *de usu, & consuetudine, cap.* 7. *à principio, & quasi per totum*, & de consuetudine, v & effectu ad interpretationem cujusque dubii videnda quæ ego notavi *in decis. Granatensi disp.* 41. *n.* 4. & quod de authoritate rerum judicatarum in similibus controversiis, ut constituant stylum & practicam à qua recedere non liceat, ex Rebuff. Menoch. afflict. Pinello, Gamma, Butrio, Corrasio, Osuald. & Petr. Herodio, ego similiter notavi *in decis. Granat disp.* 47. *num.* 13. *&* 14.

28 Maximè si sententia vel interpretatio est à Principe data, nam tunc legis habet vigorem, & *in l. fin. C. de legibus*, ibi: *Legis vim obtinere.* Et ibi: *Si imperialis sensus legem interpretatus est, an oporteat hujusmodi Regiam interpretationem obtinere; eorum quidem subtilitatem vanam tam risimus, quàm corrigendam esso censuimus.* Nam quamvis lex loquatur de sententia, vel interpretatione Principis supremi, idem est in sententia Senatus, quando transierit in rem judicatam, quia habet vim legis, ut tradit Gamma *dec. Lusitana* 228. & Thesaur. *decis. Pedemont.* 1. *n.* 44. & Azeved. *in l.* 2. *tit.* 10. *lib.* 4. *recop.*

29 Iuvat etiam, quia semper æquum est taxationem fieri reddituum, qui in quolibet anno ex pecunia solvuntur, ut pro temporum qualitate justus solùm reddatur, ideò cum antea unus pro decem solveretur, postea ad unum pro quatuordecim redactus *l.* 6. *tit.* 15. *recop.* & denique majori pecuniæ affluentia, cùm minus ea æstimaretur ad unum pro viginti redditus limitati, noviori Pragmaticâ de quibus mutationibus, & restrictionibus reddituum mentionem faciunt Felician. *de censibus lib.* 2. *c.* 1. *n.* 20. Roderic. *de annuis redditibus*, quem refert Avendañus *de censib. c.* 31. *per totum*, Villalobos *in arario, lit. A, n.* 153. qui refert Tiraquell. & Bertrand. Azeved. *in d. l.* 6. *n* 4. ex pluribus Ludovic. Cenc. *de censib.* 2. *p. c.* 1. *q.* 1. *art.* 4. *per totum.*

30 Et antea etiam usurarum modus taxatus ab Imperatore Iustiniano *in l. eas* 26. *§. super usurar. cum seq. C. de usuris, & in l. sequenti* etiamsi contractus essent anteriores, & præcederent prædictam taxationem, traditur ibi in usuris, & redditibus quæ decurrerent, post eam legem contractus esse reformandos, & pravam esse interpretationem eorum, qui existimabant ex contractibus anterioribus ampliores posse percipi usuras, quia cùm post legis tempus producantur, ab ipso tempore justitia exactionis regulanda, etiamsi contractus, ex quo usuræ, & redditus procedunt anteriores sint, ut ego pro ejus Textus interpretatione notavi *in decis. Granatensibus, disp.* 11. *num.* 7. *&* 65. adducto Bartalo, Bald. & Angiano.

31 Et semper boni Principis est maximam curam adhibere in redditibus annuis, & usuris justam moderationem statuere, quia nunquam ferendæ, quæ iniquæ fuerint, nec aliquo colore, aut prætextu debent sustineri, & ideò sententia in materia usurarum & alia quacumque nutritiva peccati, quia continet vitium à partibus irremissibile, non transit in rem judicatam, sed potest semper retractari, *arg. c. lator, & ibi gloss c. consanguinei, de re judicata, c. fraternitatis de frigidis, & maleficiatis* Bald. *in l cùm allegas, n.* 11. *&* 15. *C. de usuris*, Alberic. *in rubric. C. penult. C. eodem* Maranta *de ordine judiciorum* 6. *p. versic. & demum fertur sententias n.* 142. Carrotius *tractat. de remediis contra sententias except.* 66 *n.* 7 *& sequent.* adde *c. at si Christus, de jurejurando, c. si per eo, de usuris, &* quæ notarunt Tiraq. *de retractu convent. §.* 1. *gloss.* 2. *n.* 27 Vantius *de nullitate tit. quoties, & intra quod tempus. n.* 8. Ioannes Baptista Lupus de Vsanis *comment.* 2. § 3 *n.* 19. D Salgado *de Regia protectione*, 4. *p. cap.* 3, *num.* 116. Rodriguez *de annuis reddit. lib.* 1. *q.* 17. *num.* 4.

32 Vnde responderi potest ei difficultati, quæ contra objiciebatur, si tempore constitutionis census vel *Iuro*, fructuum justus valor consideretur, non posse iniquum ex post facto judicari, quamvis fructuum pretium excreverit, quia ad rescessionem oportet attendi tempus contractus, nec ex supervenienti casu justitia regulanda, & semper ad læsionem cujusque contractus, ejus tempus attenditur, *l. si voluntate, C. de rescind vendi c. cum dilecti, de emptione, & venditione:* & in terminis census tenuerunt Navarrus *in comment. de usuris, q.* 30. *num.* 120. Medina *de restitutione titulo de censu redimibili, col.* 4. *§. sequitur amplius*, Federic. Martin. *tractatu de jure censuum, c.* 4 *n.* 113. Monachius *decis. Lucensi*, 20. *n.* 7. Milanensis, *lib.* 2. *decis. Siciliæ* 6. *num.* 12. Hieron. Laurentius, *decis. Avenionensi* 66. *num.* 2. *&* 10. Madius *in tractatu de censuum requisitis, vers. ad quintum n.* 4 *&* 5. Salon. *de justitia & jure, tom* 2. *tract. de censib. art.* 4. *controvers.* 2. Salas *de censibus, dubio* 55. *n.* 1. Ludovicus Cencius *de censibus*, 1. *p. cap.* 1. *quæst.* 1. *art.* 3. *n.* 14. *&* 15.

33 Hæc quidem opinio eorum Doctorum in hoc non procedit, quippe non agimus de irritando censu prætextu læsionis, sed ut redditus & usuræ, quæ cum annuæ sint hoc tempore producuntur, ad justum pretium reducere alias omnes taxationes quæ nostris legibus factæ, & antea fecerat Iustinian. *in d. l. eos, & l. de his, C. usuris*, ut injustè damnarentur quod dicendum non est ultraquam ex plurium sententia in materia, quæ ex sua natura habet tractum successivum attenditur læsio, quæ causatur ex tempore futuro probarunt, Rolend. *vol.* 2. *cons.* 1. *n.* 173. Albanus *cons.* 17. *n.* 10 Mandellus, Albensis, *cons.* 34. *n.* 16. Natta *cons.* 548. *n.* 36. Monter. *in responso pro uxoris amita post decis. num.* 166. Avendaño, de

de censibus.c.46.n.4 Pinell. *in l.2.p.2 c.1.n.27.& 3. p.c.4.n.16* Gypsius *decis.43.n.47.* Gironda, *de gabellis,12 p.n.32* Mariença *in l.1.tit.11.gloss.4.n.3.lib.5. recop.* Gutierrez, *de gabell.q.147 n.23.* Meres, *de majorat.4.p.q.1.limitat.1 n.8.* & quamvis id posset in jure aliquam admittere controversiam, ex variis Doctorum opinionibus illud est sine dubio nunquam posse Principem permittere contractum, qui usuram redolet, vel ejus potest esse suspectus, & debere ad justam æqualitatem reduci, cum privilegium quodcumque quod incipit esse injustum & nocivum, possit reformari, & *alibi* probavimus *Allegationibus superioribus.*

34 Quibus ita constitutis non obstant quæ in contrarium expendimus, nam id de quo *supra, n.2. & 3.* ex instrumento venditionis redditum jus adquisitum emptori census, & bonæ fidei contractum existimari nihil contra prædicta urgere videtur, quippe instrumentum probat actum gestum esse quod negamus, & rescriptum annui redditus in fructibus expeditum fuisse, quod etiam ipsa lex 4. & reliquæ, quæ reformant annuos redditus in fructibus manifestè insinuant, sed tamen quia ex tempore injusti apparuerunt, ideò annullantur quod non impedit venditionem census esse contractum bonæ fidei, quia similes contractus rescissionem ex dolo, læsione & injustitia recipiunt, ut palam est.

35 Rursus quod tradidimus, Principis contractus habere vim legis, minus obstabit, quippe nunquam Princeps illum observare tenetur qui injustus apparet, ut usurarius fuerit, cum repugnet juri civili & divino, & inde tot in omnibus Regnis, usurarum limitationes & reformationes factæ fuerunt, ut præter eas quæ ex legibus Iurisconsultorum ubi usura, bessis, centesima, semissis, quadrantis, quincuncis, teruncis, & similium ad relationem numerorum assis, quibus scatent Iurisprudentum responsa, & plura cumularunt Brissonius & Calvinus, *de verbis juris verbo usura*, & Iustiniani taxationem de qua ediximus, vide quod legitur in sacra Scriptura *Exodi, cap.22. Deuteronomii, c.25. in libro Ieremiæ Prophetæ, cap.5.* & apud Covar. *lib.3. Var. c.3.* Ælianus, *lib.4. Variæ Historiæ*, & quod ex Menochio, Gutierrio, & pluribus Osvald. *lib.18. comm. Donelli, c.7. in notatis lit.L*, quæ referunt Cælius Rodiginius, *lib.28. antiq. lection. c.39.* & quod ex Suetonio, *in Iulio Cæsare, c.42.* & aliis probavit Æneas Robertus, *lib.4. rerum judicatarum, c.18. vers. pro Sejo debitore*, ex Lucillio Petronio, Marco Catone, Salustio, & Cornelio Tacito probavit Ludovicus Dorleans, *in ejus annalibus, lib.6. not.1. pag.541.* Carolus Scribanus, *in Politico Christiano, lib.1. c.42.* Bernardus Scardeonus, *lib.2. Historiæ Patavinæ, class.5.* Sabellicus *lib.3. Æneid.5.* Alex. *lib.4. dier. genialium, c.6.*

36 Et in Gallia adducto Bodino damnato, refert Pater Ribadeneira *de Principe Christiano, lib.2. c.10.* ex ingenti mole usurarum, & reddituum nomine, quibus negotiatores regale patrimonium onerarunt, interesse computato pro ducentis, & quadraginta millibus librarum, quas Regi mutuo dederunt in paucis annis usuris duplicatis receperunt, viginti & quatuor millies, quod dicimus milliones, & quadringenta millia librarum, quod plusquam centies excedebat sortem principalem, & ideò à Philippo Valesio eo probato illorum bona confiscata fuerunt anno 1357. & antea prudenter negotiatores, propter usurarum excessum ab omni Gallia expulsi à sancto Ludovico Rege anno 1254. Et postea à Rege Philippo Pulchro anno 1300. & in Germania edicta Maximiliani Imperatoris anno 1500. & alia edicta sacri Imperii annis 1530. 1532. 1548. 1576. 1577. refert Adamus Contzen *lib.8. Politicorum, c.17.§ 5.* ubi ex officio Principem teneri usuras minuere statuit, quasi ad illius munus pertineat latrocinia, rapinas, furta, & calumnias fœneratorum cohibere, & tradit Romanos gravius fœneratorem, quàm furem punire solitos, nam hunc in duplum, illum quadruplum condemnabant: & satis huic objectioni responderi poterit ex his, quæ *allegatione... num..* latè notavimus quando possit Princeps suos contractus revocare, irritos reddere, vel ad eorum observantiam teneatur.

Denique quod de consuetudine expensum est, ex 37
ea in Hispania admissum similes constitutiones census, & annui redditus in fructibus, nihil movebit, quia nunquam excusat consuetudo irrationabilis injusta, & nutritiva peccati, *c.fin. de consuetudine*, ibi *nisi fuerit rationabilis*, & juxta quæ notarunt Iason. *in l. de quibus num.70 ff. de legibus*, ex Oldrado, Frederico de Senis, Ægidio, Bellamera, Alex. Craveta, Ruino, Fulgos. Aretino, Rocho de Curte, & pluribus probavit Tuschus *pract. lit. C, concl.804.* ex Calderino, Castrensi Romano, Geminiano, Curtio Iuniori, & aliis idem *concl.85.* Morla *in emporio juris, titulo de legibus in præmissis n.24.* ex Abbate, Zabarella, Imola, Ioanne Andrea, & aliis Augustin. Barbos. *in collectanea d.c.fin.* ubi plures cumulat, & quando consuetudo censenda rationabilis, vel non, Suarez *de legibus lib. 7.c.6. per totum.*

Vltra quàm nunquam in Hispania talis admissa 38
consuetudo; imò semper ab anno 1534. continuò improbata, & quia aliquando contra factum ex Magistratuum incuria id improbatum, & contra jussum fuit observari in curiis anni 1563. & 1599. & editæ fuerunt novæ leges 7. *& l.9. d. tit.15. lib.5. recop.* anno 1573. 1574. 1580. 1586. quibus semper injungitur executio, & observantia *dictæ legis* 4. & specialibus rescriptis anni 1566. & anni 1600. de quibus *supra n.10.* mentionem fecimus, injungitur prædictarum executio, unde tot legibus, decretis, & rescriptis, quæ improbant contractus, eósque reformant, rectè poterunt in justa consuetudine oblitterari.

Quo responderi posset argumento, quod expen- 39
dimus ex Ioanne Gutierrio, *post tractatum de gabellis pag.611.* ubi videtur approbari venditiones reddituum in fructibus, cum jubeatur Regno admitti eorum solutionem in computatione suæ capitationis, quia ultrà quam priusquam census illi injusti declarentur, rectè solvebantur redditus ab eis, in quorum vectigalibus fuerant consignati, nihil de justitia censuum *ibi* exprimitur, sed solùm de facto quæritur, ut ea quantitas pro soluta habeatur, unde nihil inferri potest ad justitiam census, de qua *ibi* actum non est, *argumento legis Papinianus exuli, ff. de minoribus*, ubi Bart. Socinus senior *vol.1. conf.18.n.41.* Surdus *consil.150. num.94. & conf.460. num.59.* Monachus *decis. Bononiensi 5. num.17. & decis.6. n.5.* Gratianus, & alii plurimi, quos refert Barbosa *axiomate 114.* & multa facta sustinentur, quæ si à principio in judicio deducta essent improbanda, *l. patre furioso, & per textum ibi* latè exornat Ias. *ff. de his, qui sui, vel alieni juris*, Surdus *conf.174. & 175.* Gratianus *decis.64.n.11.* Lambertinus *de jure Patronatus. part.1. lib.10. art.7.* Tuschus *pract. lit. F, concl.12.* pluribus Barbosa *axiomate 93. num.30. & 31. cum sequentibus*; & ideò cùm hodie de hujusmodi censuum, id est, *Iuros*, justitia quæratur, nihil jus regalis patrimonii lædere potest aliquando prædictos census constitui, & solutos fuisse.

Maximè, quia dicta lex 4. habet clausulam irritan- 40
tem,

tem, & ideo firmam, ut *in dict. l.5. ſequent.* prohibeatur ejus renunciatio, & præſertim *in l.8. dicti tituli*, eſt clauſula, quæ irritat omnem contractum cenſus qui excedit juſtum, & legitimum redditum, nota verba ibi: *Y las ventas, y contractos de los dichos cenſos, que en otra manera, y â menor precio ſe hizieren y otorgaren ſean en ſi ningunos, y de ningun valor y effecto.* Vnde ſi renunciatio expreſsè fieri non poteſt, *d.l.5.* multò minùs admittenda ex tacita renunciatione, quæ ex conſuetudine contraria induci poteſt, nec contra decretum quod reſpicit, & continet clauſulam irritantem conſuetudo poterit aliqualiter procedere, juxta quæ tradit Alex *l 2.conſ.199. n.13.& lib.6.conſ.134 n.33.* quem refert & ſequitur Tuſchus *practicarum, lit.C,concl.* 816. ex Anton. Gabriele, Gonçalez Farinacio, Hieronymo Gabriele, Ruino, Moneta, & aliis, in terminis Barboſa *clauſula* 40.*n.*35. Doct. Anguiano *de legibus, lib.2. controv.* 20.*n.*18.*&* 19.

41 Maximè cùm in conſuetudine requiratur voluntas Principis, qui in lege noſtra contrarium enunciat *l.3. & 5.tit.2.part.1.* & ex communi Doctorum ſententia tradit Suarez *de legibus, c.13. n.6.* cum Gloſſa Azore, Angelo, Luca de Peña, & aliis Morla *in emporio, tit.de legibus in præmiſſis n.24.* & hæc quæ allegatur conſuetudo ſolùm poſſet excuſare à pœna, ſi qua noſtris legibus imponeretur, contra eos, qui fecerint contractum, Cremenſis *ſingulari* 149. Menoch. *conſ.1. n.257.* Navarrus *quæſtionum forenſium lib.1.q.90.n.4.* Surdus *conſ.270. n.25.* ex Gamma, Bertazola, Grammatico, Carolo de Graſſis, & aliis Alvarez de Velaſco, *axiomatum lit.C.n.173.* non verò excludere legem irritantem contractus, aut illum validum reddere, nec poterit labem uſuræ delere, quia habet vitium inſanabile, ut notavimus, nec etiam re judicata effici poſſe, ut quod uſurarium fuerit, ſuſtineatur, & ideò in ea materia, quia nutritiva peccati non tranſit in rem judicatam, ut *ſuprà* in pluribus comprobavimus.

42 Denique non obſtat videri Principem derogare leges, quando contra illas fecerit contractum, quia id verius eſt admitti non poſſe, quoties inde ſequeretur fieri quod injuſtum, aut quod peccatum contineret, ut in hoc caſu circa contractum uſurarium: nam licèt aliàs Princeps videretur leges derogare, quando contra illas contraxerit juxta ea, quæ *ſuprà* retulimus *n.9.* tamen in eo caſu in quo iniquum, vel peccatum ſequitur, nulla eſt facultas diſpenſandi, idque manifeſtum eſt, & in in terminis probat *c. ſuper eo 4. de uſuris*, ibi: *ſuper hoc diſpenſationem aliquam poſſe fieri non videmus, cap. non licet diſtinctione 10. c.fin.de præſcript.* Ancharranus *in regula peccatum, de regulis juris in 6.* Bald. & reliqui *in auth. ad hæc, Cod. de uſuris* Villaguta *in tractatu de uſuris, q.9.* Covar. *lib.3. variarum, c.1.n.8.* Molina Jeſuita *de juſtitia & jure diſputatione 304. n.17. ad finem*, Menoh. *præſumptione 10. n.46. lib.2.* Didac. Perez *ubi ſuprà, pag. 24. col.2. ſub verſic. Hinc deducitur*, Gaſpar. Roderic. *de annuis redditibus lib.3. q.4.ex n.103.* Ioannes Baptiſta Lupus *in d.l. curavit, C.de actionib. emp.n.66. cum ſequentibus.*

43 Nec aliquis admirere poterit, etſi nimis blandiatur Regibus circa eorum poteſtatem, ut poſſint Reges juſtè vendere res ſuas majori pretio, quàm legali cenſuum conſtitutione: nam quamvis vi punitivâ legis Princeps non cogatur, tamen rationi ſubeſſe oportet, & multò magis pati legem quam ipſe tulit cùm velut juſtam ejus obſervantiam ſubditis injunxerit, quam ſi violaverit, etiam rationem naturalem contemnere videtur, & jus divinum in hoc caſu cum ex illo contractus, qui ſapit uſuram, improbetur, & ideò in foro conſcientiæ teneri Principem ab obſervantiam taxationis pretii quod à ſuis legibus taxatum ex Baldo, Corneo, Affliclo, Guillelmo, Benedicto, & pluribus aliis probavit Mexia *de taxat. panis, concluſione 5. à n.49. uſque ad 54* & adducit notabilia verba Simonis de Caſſia *in tractat. de jure dominii, c.33* ibi: *Non autem juſtus Rex inter homines erit, ſi juſtitiam non ſequitur poſitam, aut non poſuerit legem juſtam*, ideò nihil in hoc caſu proderit Principem velle, aut poſſe derogare leges, quando contra illas fecerit contractum, quia nunquam velle credendũ eſt, quod pietatem lædit, & juſtitiam *l.filius 15. ff. de condit. inſtit.* & quando Princeps contrahens videatur leges derogare latius *in allegatione 4. per totam.*

Nec prædicta aliquid turbare poterit, quod objectum eſt dictam *l.4. tit.15. lib.5. recop.* procedere ſolùm in cenſibus, ut ibi exprimitur, nec trahendam eſſe ad annuos redditus, quos *Iuros* appellamus, maximè in re pœnali, & ſtricta, *l. cum quidam, cum ibi notatis, ff. de liber. & poſthumis*, Federicus de Senis *conſ.25.n.4. ad finem, verſ. inſuper*, Ægidius *conſ.9. n.20.* & 25. Seſſe *dec.18. n.102. & deciſ 45.n.27.* Menoch. *conſ.900.n.13.* pluribus Surdus *de alimentis tit.1.q.51.n.12.* Gratian. *diſceptat.tom.5.c.972.n.13.* Burgos de Paz *conſ.8.n.2.* Farinac *in fragmẽtis, lit.E, n.144. & 188.* Tuſchus *Practicarum, lit. O, concl. 67.per totam.* 44

Nec e iam quod opponitur, ut Princeps qui legem condit, non videtur ſuos contractus improbare, quia ſemper c nſetur excepta perſona loquentis, *c.petitio de jurejurando, l. inquiſitio,* & *ibi* Doctores, *C. de ſolut.* & in terminis legis, & ſtatuti probarunt Angelus *in l.1.num.6. ff. quod quiſque jutis*, Surdus *deciſ.13.n.12.* Lancellotus Gariaula *conſ. 97. n.29.* Maſcardus *de ſtatutis, conſ.5.ex num.176* omninò videndus Petra *de poteſtate Principis, cap.3.n.16.* Afflictis *ad conſtit. Neapol. lib.1. rubrica 73. de feriis, n.51.* Menochius *conſ.50.n.22.& 23* & in treminis noſtri caſus notavit Matienzo *in l.6 tit.15. lib.5. recop.gloſ.5.* dum tradit, ideò in ea lege exprimi, ut quod decretum eſt circa cenſus, idem ſimiliter procedat in annuis redditibus, quos dicimus, *Iuros*, nota verba: *Ne quis diceret, hoc non extendi ad annuos redditus à Rege noſtro venditos, quaſi excepta videatur perſona loquentis hoc expreſſit, ut ad tales redditus legis noſtræ diſpoſitio extenderetur.* 45

Sed nihilominus prælictis non obſtantibus dicendum eſt nomine cenſus, de quo *in d. l.4.* etiam annuos redditus à Rege venditos, id eſt, *Iuros*, comprehendi: nam id cenſus appellatio ſignificat, & de ſuis omnibus ſpeciebus accipienda, Benedictus Bonius *in ſuo tractatu de cenſibus, art.14. de annuis, & temporalibus redditibus, n.32.* Petrus Foller *de contractibus cenſuariis, §. incipienti cenſus enim, n.46.* Surdus *conſ.162. num.5. & 6.* cum aliis Cardinalis Mantica *de tacitis, & ambiguis convent. contractuum, lib.22. tit.3. ex num.5.* Gaſpar Rodriguez *de annuis, & menſtruis redditibus, lib.2. cap.22. num.66.* & cenſus ſignificatio ſimiliter comprehendit eos, qui exiguntur à privatis, quam eos, qui ex bonis publicis, vel Regiis ſolvuntur, Carolus Ruinus *conſ.82. num.6. lib.2.* ibi *Non eſt differentia, utrum annua præſtatio debeatur ex publico, vel ex patrimonio privato*, Lazarte *de gabellis, cap.10. num.3. verſic. Quartus, & ultimus cenſus hic eſt, qui à Rege noſtro ſuper juribus ſuis Regiis conſtitui ſolet in favorem ementis, vel donatarii, quem*, Iuros, *vulgus appellat*, & infrà, *qui vel in hoc ſolo ab illo conſignativo diſtin*

distinguitur, de quo suprà n.1 quod hic à Rege constituitur, ille verò à quacumque privata persona cõsignatur, Gironda *p.9. ejusdem tractatus, n.38 pag.187.* ibi: *Et cum nostris temporibus alii redditus, id est,* Iuros, *sint in usu, quotidieque vendantur, & naturam, quam cæteri annui redditus habeant* Molina Iesuita *de justitia & jure, disput.383.n.11.* dicens post habitam mentionem de censibus Regiis, *Peculiari nomine appellantur* Iuros, *cæteri autem similes redditus* census *dicuntur*, ut constat *ex l.6 tit.15. & l.9.17. & 20.tit.10. lib.5. novæ collectionis, & communi usu loquentium, atque hæc omnia hoc loco & in sequentibus disputationibus nomine census comprehendimus:* & rursus *disput. sequenti, n.fin. sub versic. illud postremo*, Vega *1.tom. Summæ, cap.52. de cens. casu 6 & casu 27.* Felicianus *tom.1 lib.2.cap.3, num.36. fol.167.* inferens ex antea resolutis, *censum constitui in annonis publicis, & in tributis, jugationibus, & vectigalibus, Thelloniis, gabellis, angariis, perangariis, pedagiis, & aliis juribus hujusmodi, & in juribus piscationum, venantium, & aquarum.* Gutierrez *de gabellis, q.57.n.17. & q.78.n.30.* Georgius Cabedo *decis.3. Lusitana p.2.n.7.* Palacios *de contractibus, lib.4.cap.6.col.14. in fine, sub versic. & quidam sunt census Regii, & cap.7. fol.318. versic. hæsitat aliquis*, Velasquez de Avendaño *cap.2. de censibus, num.24.* ibi: *Verbum*, census *sumitur pro juribus regalibus*, & infrà *promiscuè utitur hoc verbo*, censos y Iuros, *quia quamvis in aliquibus differant, quantum verò ad effectum solvendi annuam pensionem, uniformem inter se non differunt.* & iterum n.25. *Quæ quidem privilegia (scilicet de Iuros in tercias, y alcavalas, y rentas y derechos reales) si à Regibus vendantur in effectu, & substantia verè census nuncupantur*, atque paulò infrà: *de his juribus regalibus, quæ sub nomine* census *continentur.* & tandem *c.95.n.6. in principio, col.2.* Azevedo *in l.1. tit 17 num.115. lib.9. compilat.* ibi: *sed an ex censibus Regiis, quos* Iuros *vocamus*, & Thesaurus junior *lib.1. quæstionum forensium, quæst.32.n.9.* ibi, *ubi tanquam absurdum, & maximum inconveniens inquit etsi sola proprietas requireretur, non essent censuarii illi contractus, in quibus census constituitur super redditibus gabellæ, pedagiis, & similibus*, &c.

47 Quod etiam confirmatur ex ratione, propter quam isti census improbantur, videlicet, quia redditus in fructibus non possunt æquari sorti principali ex varietate, & augmento pretii, ut census à periculo usuræ, & injustitiæ liberentur, quæ ratio cùm æque vigeat in annuis redditibus, quos *Iuros* dicimus, videtur non posse ab eadem dispositione eximi, *argumento l. illud, ff. ad legem Aquiliam*, ex Surdo Trentacinq. Hugolino Giurba, & aliis notavit Valascus *axiomatum juris, lit.R. num.14.* & in terminis tradit Villaguta *in tractatu de extensione legum, præludio 5.n.17. & præludio 20.n.1.* & cùm verè sit species census redditus quem dicimus *Iuros*, debet intelligi juxta legalem sensum, ut quod reprobatur in censibus, idem similiter in eis locum habeat, *argument. ex literis 7. de sponsalibus*, dum jubet verba prolata in eo sensu retinere, quem solent rectè intelligentibus generare, & conducunt tradita *in l. stipulatio ista 38. §. hi, qui sunt, & §. hæc quoque, ff. de verb. oblig.* Bart. *in l. de quibus, n.23. ff. de legibus*, Alex *lib.5. cons.44. n.7.* ibi: *Nam verba prolata à legis conditoribus, seu à Iurisperitis intelliguntur secundum interpretationem legalem, licet si proferrentur ab idiotis, intelligerentur secundum quod in idiotam cadit*, quod idem tradiderat *cons.1. num.23. cons.2. num.17. & cons.9. num.4. d. lib.5.* Mandellus Albens. *cons.75.n.30. & cons.793. num.44.*

Tum & dicta lex 4. & maximè *in l.6.* agitur de 48
justitia census, & similium contractuum, ibi: *Assi lo que toca à la justificacion de semejantes contractos, y censos:* & iterum eis verbis: *que las rentas y contractos, y censos, que en la otra menera a menos precio hizieren*, quod negari non potest ad redditus annuos, id est, *Iuros* convenire: nam in eis venditio fit, & verba, *semejantes contractos, y censos*, nihil aliud comprehendere possunt, quàm eos redditus, quia nulli magis similes sunt censibus, imò verè census sunt, & illud expressum dicitur, quod sub natura verbi expressi includitur, ut notavit Molina *lib.1. de Hispanorum primogeniis, c.4.n.21. & c.17.n.27. & 28.* Surd. *decis.254.n.38.* & differentia verbalis non attendenda, ut de censibus agentes agnoscunt Rebuff. *tomo 1. ad leges Gallicas tit. de constit. reddituum, art. 1. gloss.2.* & idem Surd. *cons.162. n.36. ad fin.* ibi: *Quia idem omnino sunt, & verbalis est differentia, non substantialis, & promiscuè Doctores loquuntur.*

Sed & verbum *Iuros* non erat in usu tempore 49
dictæ *leg.4. tit.15. lib.5. recop.* nam etsi *in l.9. tit.10. dict. lib.5.* quæ antiquior est, & in ea mentio fiat de donatione, *de Iuro, o por Iuro de haredad*, quod quidem longè diversum est à venditione reddituum, id est, *Iuros:* nam eo tempore in usu non erat, ut notavit Avendaño *de censibus, cap.2.n.24. & 25.* & expressè declaratur *in capitulo comitiorum anni 1463. & in rescripto anni 1466.* ubi expressè agitur de *Iuro*, videlicet in reddit bus emptis à Regali patrimonio, & ideò de hac re dubitari non potest, quia rescripta, quæ jubent prædictam legem 4. observari, expressè loquitur *en Iuros*, & manifestè apparet quàm facilis hæc sit differentia.

Vnde magis excluditur, quod voluerunt Adversa- 50
rii constituere, ut de census venditione gabella solvatur, non verò de annuo redditu, id est, *Iuro*, de quo Lazarte *de decima vendit. c.10.n.76. & 77* & idem tenuerunt Gironda, Azevedo, & Molina Theologus, quos refert Gutier *de gabellis, q.57.n.17.* nam omissâ ratione, quam notavit Lazarte, ego illam esse genuinam credo, quia solus Princeps vendit redditus super vectigalibus, gabellis, & aliis rebus Regalis patrimonii, & licèt postea à privato iterum vendatur, semper nomine Regis qui primo vendidit, venditio facta censetur, cùm nova venditio ita velut à Rege fiat, & quemadmodum ipse gabellam non debet de venditione rerum suarum, *l.24. tit.18. lib.9 recop.* ita similiter de his redditibus, quæ de rebus Regis, & ab illo venduntur, tum quia cùm reddituum Regalium venditio permissa propter magnam ærarii Regii indigentiam ad bella sustinenda, & alia, quæ bonum publicum, & hujus regni tutelam, & conservationem spectant meritò, ut facilius emptores invenirentur prædictorum reddituum, id est, *Iuros*, à Gabellæ solutione, eorum venditio consuetudine exempta fuit, sicut alia, quæ valdè ad utilitatem publicam necessaria ut panis coctus, arma, equi, & libri, & similia, ut ad harum rerum curam, & transportationem homines allicerentur, gabellæ exemptio admissa, ut constat *l.18.34. tit.18. lib.9. recop.* quibus adde Gutierrium *de gabellis, q.76.77. & 78.*

Minus etiam movere poterit vulgare illud axio- 51
ma, ut semper censeatur excepta persona loquentis, & ita non esse comprehendendum redditum, quem Princeps vendiderit, nam lex illa, quæ ex bono publico ut ad justitiam redditus adæquarentur, lata fuit non solùm comprehendere debet subditos, sed ipsum Principem, *argumento legis digna vox, Cod. de legibus, l. ex imperfecto, Cod. de testamentis, cap. omnes de constit. cap. justum, 9. distinct. l.6. tit.1. part.1.*

D.Thom.1.2.q.96.art.5.ad tertium,Soto *lib.*1 *de justitia & jure,q.*6.*art.*3 .Suarez *de legibus lib.*3.*c.*35. *num.*4.Covarru.*in cap.alma Mater,*1. *p.*§.1.*num.*5. Borellus *de præstantia Regis Catholici cap.* 31. *n.*39. & faciunt verba *legis,si quando, Cod.de inofficioso testamento,* junctis quæ notarunt Salicetus *in leg.*1.*Cod. si contra jus , vel utilitatem publicam , n.*5. Cephal. *cons.*90.*n.*49.Craveta *cons.*5.*n.*2.Antonius de Amatis *decis.*4.*num.*16.

52 Nec contra suadere poterit , etiamsi in prædictis contractibus,& privilegiis esset clausula , *non obstantibus quibusque legibus*:nam cum ut *suprà* diximus, isti contractus *in dict.l.*4.*&* 6.*tit.*15.*lib.*5. *recop.*habeant clausulam irritantem , & ubi est clausula, qua continetur decretum, quod irritat, ut contra factum non sustineatur, non sufficit generalis derogatio legum , ut comprehendit leges , quæ habent prædictum decretum,ut *in cap.penult.de Capel. Monach.& cap.eam te de atate,& qualitate,& in cap.nonnulli de rescriptis,*& *ibi* Felin,*sub n.*2.*versic.& nota,*& tenent alii plures , quos refert , & sequitur Marescot.*lib.*2. *variarum,c.*38.*n.*41.*& seqq.*

55 Et hæc clausula irritantis decreti operatur nullitatem ejus, quod contra fieret, ut *cap.dilecto, versic. nisi forte de præbendis,& in cap.statutum,*§. *sancimus de rescriptis,lib.*6.& *ibi* Glossa *verbo committitur* ubi probatur partes suum effectum non posse renunciare, & paulò post , quod ibi invenitur talis clausula; *Ipso jure est irritum & inane,quod contra fit,*& Felin. *in cap.cùm accessissent,num.*30.*de constit.*tradit,quando adest clausula decreti irritantis , vel alia prohibitiva , tunc neque per contraventionem , neque per præscriptionem amitti potest, & Decius *in leg.pacta, que contra n.*10.*Cod.de pactis,*Iason.*in l.non dubium, n.*17 *C.de legibus,*Archidiaconus *in cap.cùm de beneficio,n* 2.Franchus *n.*4.*de præbendis,lib.*6.Hieronym. Gabriel *cons.*151.*n.*16.*vol.*2.pro regula constituunt, quod si extat decretum irritans , seu prohibitiuum oppositum nunquam amittitur per non usum , quia nec renunciari potest , alias referens Tapia *in l.fin.ff. de constit. Princip.*2. *p. c.*2. *n.*22. eleganter Angel. Aretin.*cons.*72.*per tot.*& nec consuetudine, præscriptione , vel renunciatione decreti irritantis , effectus excludi valet, ut ex Iasone Andrea , Iasone , Geminiano, Anton. Gabriele, Menochio , Moneta, Gonzalez , Farinacio & aliis pluribus , notavit August. Barbosa *de clausulis clausula* , 40. *num.*53. *cum sequentibus.*

ALLEGATIO XXIV.

Nullitas census facit nullos redditus, ut debeant in sortem imputari.

1 *Possidendi qualibet occasio sufficit ad fructuum adquisitionem.*
l.sed si lege,§.*scire,ff.de petit.hæred.*
Bona fides , quæ sufficit ad fructuum adquisitionem , potest causari ex injustis , & invalidis titulis.

2 *Bona fides ex errore juris an sufficiat ad fructus adquirendos ?*

3 *Bonæ fidei possessori etiam ex titulo nullo luentur fructus naturales.*

4 *l.*7.*tit.*15.*lib.*5.*recop.*

5 *Redditus census , vel* Iuro , *qui injustus declaratur restituendi.*

6 *Titulus injustus qui declaratur reducitur causa ad non titulum,& fructus restituendi.*
*l.filio,*16.§.*contra tabulas,ff. de inoffic.testam. & n.*8.

7 *Titulo nullo reddito , omnes tituli effectus cessant.*
l. eum qui emit in principio de in diem adjectio.
l.item quod dictum est,ff.eodem.
l.Imperator,ff.eodem.
l.Chirographis §.*ab eo ff de admin.tutor.*
l.is qui §*si fundus,ff.quod vi aut clam.l.fin.ff de jure fisci.*
l. videamus , 38. §. *item si debitum , ff. de usuris.*

8 *Causa quando reducitur ad non causam res cum fructibus restituenda.*

9 *Annullato actu vel titulo ex legis resistentia omnes illius effectus cessant.*

10 *l si prædium,C.de prædiis minorum.*
l.non solum , C.eodem.

11 *Titulum reduci ad non titulum facit restituendos fructus tam extantes , quam qui non extant.*
Lesione enormissima nullo declarato contractu fructus etiam consumpti restituendi.

12 *l.si non sortem,ff.de condict.indebiti.*
l.eos,§.*si quis autem,C.de usuris.*

13 *Redditus contra legem vel usuræ extenuant sortem.*

14 *Usuræ indebitæ solutæ etiam per juris errorem possunt repeti nec videntur donatæ.*

15 *l.*4.*tit.*6.*lib.*8.*Recopil.*

16 *Fructus non lucrantur etiam cum titulo & bona fide, quando lex restitit acquisitioni rei ex qua fructus.*

17 *Contractu reprobato ad evitandas usuras , nunquam bona fides prodest ut fructus lucrentur.*

18 *Bona fides non operatur acquisitionem fructuum in contractibus reprobatis.*
c.cum contra de pignoribus.

19 *Usura licet vicem fructuum obtineant,tamen verè fructus non sunt.*
l.usuræ,ff.de usuris.
Pecunia sterilis est,nec potest parere fructus.
*c.ejiciens,*11.88.*distinctione.*

20 *Contractus censualis suspicionis est.*

21 *Dominus census non censetur possessor ut fructus adquirat , Senatus Regalis Patrimonii pluries judicavit.*
Redditus census vel, juro, *qui nullus declaratur in sorte computandos.*
c.ne irritatis de constitutionibus.

22 *Sententiarum plurium validum argumentum.*

23 *Possessio non consideratur in redditibus.*

24 *l bonæ fidei,*48. *ff.de acquir. rer.dom.in l.qui scit, & l.fructus,*45.*ff.de usuris.*

25 *Census frumentarii ad formam census pecuniarii reducendi.*
*l.*4.*&* 6.*tit.*15.*lib.*5.*Recopil.& n.*26.

26 *Census nullitas ex pretii legalis excessu procedit, sive excessus sit magnus vel minimus.*
*l.*7.*tit.*15.*lib.*5.*Recopil.*

Census, qui contra leges constitutus ultra pretium à legibus taxatum, si postea in judicio ad legitimum modum redactus vel nullus declaratus sit, redditus percepti sunt restituendi ut compensentur cum sorte principali pro explicatione, l. 4. 5. 6. & 7. tit. 15. lib. 5. recopilat.

1 ET aliquorum sensus fuit in nostro Senatu redditus non restituendos, quia sufficit qualis occasio possidendi, ut lucretur fructus possessor, *l. sed si lege, §. scire*, ubi notat Bart. *n. 2. ff. de petitione hæreditatis*, dicit communem Gabriel *l. 2. conf. 33. n. 44.* Osascus *decis. 160. n. 8.* Gutierrez *lib. 3 practicarum, q. 71. n. 13.* Rota apud Farinac. *decis. 320. n. 2. 2. p. novissimarum*, ubi ampliat. etiamsi possessio sit cum titulo invalido, & addit bonam fidem, quæ sufficit ad adquisitionem fructuum posse causari ex injustis, & invalidis *ex dict. §. scire*, in illis verbis: *Non hunc puto prædonem, qui dolo caret, licet erret in jure*, & bonam fidem ex errore juris deductam, licèt non sufficiat ad præscriptionem dominii, quia est majoris præjudicii, sufficere tamen ad fructuum adquisitionem, ex Bartolo, Osasco, Beroio, Menoch. Surd. & aliis probavit Farinac. *ubi supra n. 4. & 5. & eadem 2 p. decis. 665, n. 7.* Riccius *3. p. inter decisiones Curiæ Archiepiscopalis Neapolis decis. 333.* Navarr. *1. p. quæst. forens. q. 46. per tot.*

2 Idque procedit, quamvis nullitas tituli proveniat ex dispositione juris resistentis: nam si ea ignoratur à possessore, id sufficit, ut fructus lucretur, ut probat Beltramin. *in addit. ad D. Ludovis. decis. 74. ad fin.* ubi ita *in Rota decisionum* tradit, & idem probat Riccius, *ubi proximè n. 4.*

3 Et videtur etiam procedere in fructibus naturalibus, ut eos lucretur bonæ fidei possessor, etiam ex titulo nullo, ut tradit Pinel. *in l. 2. rescind. 2. part. cap. 4. num. 59.* ubi conciliat *leg. bonæ fidei emptor, ff. de acquir. rerum domin. cum leg. fructus, ff. de usuris.*

4 Et firmatur decisione Senatus Avenionensis, de qua Hieronymus Laurentius *decis. 66.* in qua cùm dubitaretur an redditus soluti contra formam legum deberent restitui, ut patet *dict. decis. n. 7.* ibi: *Sed major orta est dubitatio circa jam solutas pensiones*, ex omnium voto concludit resolutum fuisse eas non esse restituendas, & id probatur jure nostro *in l. 7. tit. 15. lib. recop.* ubi cum traderet omnes contractus simulatos fieri pro minori pretio, quam unum pro quatuordecim, redditus non jubentur restitui, nisi à die contestationis

5 Sed tamen contraria sententia in hoc casu longè verior est, ut quoties nullus, vel irritus census declaratur, quia non convenit pretio justo à lege taxato tunc omnes redditus, qui contra justitiam percepti debent restitui, & sequentibus comprobatur.

6 *Primò*, quia quoties titulus ex quo fructus percepti, injustus, & nullus declaratur, & irritus redditur, tunc quasi causa ad non titulum reducatur, debent restitui omnes fructus percepti *ex l. filio 16. §. contra tabulas, ff. de inofficioso testamento*, eis verbis: *Possessio quam pater accepit ad irritum recidit*, & ibi: *Et ideo universam hæreditatem filiæ cum fructibus restitui necesse est.*

Nec in hoc casu ferenda est distinctio, vel limi- 7
tatio, quam ad eum Textum inducere voluerunt Angelus *in d. §. contra tabulas*, ut restitutio fructuum debeat referri ad solum extantes, & ex Castrensi *ibi*, ut fructus accipiantur illi, de quibus effectus fuerit locupletior possessor, Curtius Senior *conf. 71. n. 15.* *Capella Tolosana decis. 445.* Becc. *conf. 95. n. 13. & 15.* Menoch. *conf. 1173, n. 9.* quia verius est titulo nullo reddito (ut fit in hoc casu, quando contra legũ constitutionem redditus constituuntur) omnes tituli effectus cessare, *l. eum qui emit in principio, l. item quod dictum est, l. Imperator, ff. de in diem adjectio. l. chirographus, §. ab eo, ff. de adm. tut. l. is qui §. si fundus, ff. quod vi aut clam. l. fin. ff. de jure fisci, l. videamus, 38 §. item si indebitum ff. de usuris*, Mastril. *decis. 29.* Gratian. *disceptationum, tom. 1. c. 157. n. 27.* ex Baldo, Angelo, Castr. Aretino, Cremensi, Tiraq. & aliis probavit Salgado *de Reg. protection. 4. p. c. 14. n. 141.*

Quia, quando titulus reducitur ad non titulum, 8
& causa ad non causam, res cum fructibus restituenda à possessore, Bald. *in l. fin. C. sententiam passis, & restitutis*, & ut tradit Roman. *conf. 454. n. 27.* si titulus habet ortum à causa irrita, non operatur adquisitionem fructuum, ut ex Felino, Tiraquello, Natta Cacherano, Surdo, Turreto, Riminaldo Iuniori, & Mastrillo idem Salgado *n. 143.* qui ex Abbate, Fulgosio, Afflicto, Ioan. Garcia, Tusco, Menochio, Giurba, & aliis plus quinquaginta Doctoribus confirmat eos adducens pro sententia Textus *in d. l. filiofamilias §. contra tabulas.*

Et annullato actu censentur etiam revocati omnes 9
effectus ab eo provenientes, notarunt Doctores communiter *in Clem. unica de immunitate Eccles.* Craveta *conf. 202. n. 29. vol. 2. & conf. 435. n. 23. vol. 3.* Petr. Surdus *decis. 40. num. 8* Hieronym. Gonzal. *reg. 8. Cancellaria gloss. 57. num. 30.* Quæ regula procedit in omnibus casibus, in quibus titulus annullatur lege resistente, adde consilium Baldi *118. in fine, vol. 2.* Pinellum *l. 2. p. 2. c. 4. n. 10. C. de rescind. vendit.* Surdum *decis. 45. num. 3. ad n. 17. & 340. n. 11.* Raudensem *de Analogis, c. 37. n. 139.* Tusc. *lit. F, concl. 490. n. 48.* Gratian. *tom. 1. disceptat. c. 45. n. 32. & 33.* Franchis *decis. 675. in fin.*

Idque in nostris terminis probat Giurba *decis. 89.* 10
n. 21. ibi: *Ex quo titulus est ipso jure nullus tunc restituuntur bona cum fructibus, sive extent, sive non, l. si prædium l. non solum, C. de prædiis minorum*, D. Castellus *5. tom. controvers. 2. p. c. 135. n. 64. & seqq.* ubi distinguit de titulo nullo lege resistente, vel de titulo valido, donec ex aliqua causa per sententiam revocatur, adde Cardinal. *in c. 4. de præscript.* Raudensem *d. c. 37. n. 208.* Giurb. *ubi proximè, n. 23.*

Idque suadet titulum resolvi, & reduci ad non 11
titulum, quod non procederet, si in fructibus, qui non extarent, restitutio non esset facienda, quia tunc titulus operaretur in non extantibus, & ex Cacherano, Beccio, Surdo, Capicio & Mieres, omnes fructus, qui adquisiti fuerunt, esse restituendos probavit D. Castillo *d. c. 135. n. 60. cum seqq.* & ideò quoties rescinditur contractus prætextu læsionis, si læsio fuerit enormissima, quæ annullat titulum, & irritum reddit, ideò cum fructibus sit condemnatio, tam extantibus quam perceptis quod secùs est in alia rescissione contractus, quæ fit prætextu læsionis enormis, quia tunc prædictum non procedit, quia consideratur ab initio valere contractum, etsi postea rescindatur, &

hanc differentiam læsionis enormis, vel enormissimæ notarunt communiter Doctores *in l. 2. Cod. de rescinden. vendit.* ex Decio, Corneo, Pinello, & aliis Gamma *decis.* 94. *n.* 3. Menoch. *l.* 5 *præsumpt.* 3. *n.* 59. cum marienzo, Mascardo, & Valasc. Ego latè notavi 2. *p. decis. Granat.* 68. *n.* 8.

12 *Secundò* probatur expressè jurè communi ex *l. si non sortem ff. de condict. indebiti*, ibi: *Sed si suprà legitimum modum solvit, D. Severus rescripsit (quo jure utimur) repeti quidem non posse, sed sorti imputandum & si postea sortem solvit, sortem quasi indebitam repeti posse, proinde etsi ante dos fuerit soluta, usuræ supra legitimum modum solutæ, quasi sors indebita repetuntur: quid si simul solverit? poterit dici & tunc repetitionē locum habere,* & idē probatur *ex l. eos § si quis autem, C. de usuris*, ibi: *Sed etsi acceperit, in sortem hoc cōputare cōpelletur:* Vnde Bart. *in d. l. si nō sortē* tradit quotidie practicari contra usurarios, si solvantur eis usuræ, Officialis facit hoc cōputare in sortem, & Castrēsis *ibi n.* 1. statuit solutas etiam per errorē juris in sortem imputari, vel repeti, ex *dict. l. si non sortem*, in qua id notavit Paulus de Castro, & Salicetus *in d. l. eos §. si quis, C. de usuris, n.* 7. inquit ibi: *Nota ex versic. si quis, quod usuræ receptæ extenuant sortem.*

13 Quod etiam tenuerunt Alex. *lib.* 3. *cons.* 80. *incipit circa primum dubium, num.* 11. *usque ad* 25. quem aliis omissis refert Gratianus *tom.* 5. *discept. c.* 911. *num.* 13. eis verbis: *Ex quibus concluditur, quod quidquid ratione dictæ promissionis lucrorum fuit solutum, poterit licitè in sortem computari, vel repeti, cùm promittens usuras, & solvens non possit dici, quod sciens indebitè solverit, unde meritò datur repetitio, vel compensatio cum sorte, maximè quia etiamsi debitor scienter solvisset usuras, non tamen daretur licita retentio propter peccatum recipientis, præsertim quia sumus in usuris, quæ sunt indebita naturaliter, & civiliter, adeo ut, quamvis essent solutæ per errorem juris, tamen possent repeti, ita ut quando apparet indebitum, potius præsumatur ignorantia, & error, quàm donatio.*

14 Et ex nostris expressè tenuisse videtur Gaspar Rodericus *de annuis redditibus lib.* 1. *q* 9. *n.* 17. dum inquit ibi: *Quod si plus solverit, tanquam indebitum condicet, cùm enim nulla facta sit reductio, nec purgatum sit vitium, omnia sorti semper necessariò imputantur,* & confirmat *l.* 4 *tit.* 6. *lib.* 8. *Recop.* eis verbis: *Que siendo hallado, que en reçibido lo que dieron, y prestaron que no puedan aver mas.* Et quamvis loquatur in contractu usurario omnino reprobato, idem dicendum de redditibus, & usuris ultra legitimum modum & à lege taxatum, quia reprobatæ sunt, & idem statuitur, *d. l. si non sortem.*

15 *Tertiò*, quia etiamsi possessor habeat titulum, & bonam fidem, tunc non lucratur fructus, quando lex resistit adquisitioni rei, ex qua fructus proveniunt, Bart *in dict. l. sed si lege. § scire, num.* 4. *ff. de petit. hæredit.* Boherius *decis.* 98. *num.* 3. Romanus *consil.* 454 *num.* 27. Natta *cons.* 535. *num.* 22. Menoch. *de recuperando rem* 15. *num.* 578. & *num.* 634. idem Menoch. *cons.* 1173. *num.* 7. & 8. ubi cum Osasco, Surdo, Deciano, Pinello, Tiraquello, & aliis tradit fructus tunc non adquiri, quando à lege resistitur, & invalidus titulus redditur.

16 Sed etiam, quando titulus est reprobatus ad evitandas usuras, non excusat bona fides à restitutione fructuum, ut illi possint adquiri, ut tradit Seraphin. *decis.* 1006. *n.* 6. 7. & 8. *In quo omne, quod præter sortem exigitur sub usuram cadit, ideoque fructus omnino debent cedere in extinctionem sortis principalis, ut per Socinum, &c.* & iterum, ibi: *Neque excusari ob sexum cum fuerit initus contractus in loco, in quo aderat facultas consulendi Iurisperitos,* ut per Doctores *in cap. salubriter, de usuris,* & *ibi* Abbas *n.* 4.

Minusque bonam fidem operari adquisitionem fructuum in contractibus, cum ipso jure fructus extenuant sortem, ut habetur, *in c. cum contra, de pignoribus*, ex Francisco Marco, Osasco, Trentacinq. Valasc. Mantica, Cabedo, Castillo, Riccio, & Theologis D. Thoma, Salone, Bañez, Molina, & aliis probavit Barbos. *in collectanea, d. cap. cum contra n.* 3. & non valere pactum, ut fructus non computentur in sortem ex Menochio & aliis probat *ibi n.* 4. Et quotiescumque lex irritat contractum, ut in hoc casu quoties census vel redditus annui, quos *luros*, dicimus non conveniunt pretio taxato, non posse fructus adquiri, quia ex juris repugnantia mala fides præsumitur, ut ex Bart. Bald. Salicet Jason. Castr. Innoc. Ancharr. Abbate, Imola, & Covarr. probavit Ioan. Garcia *de expensis c.* 23. *n* 24. 17

18 Deinde quia etsi redditus annui pro fructibus habeantur, cum usuræ fructus civiles dicantur, & obtinere vicem fructuum, *in leg. usuræ, ff. de usuris*, Glossa *verbo actionem, in l.* 2. *C. de condictione indebiti, l. emptor prædiorum, ff. de rei vindicat,* & *ibi* Bartol. & Bald. *l. qui quadraginta,* 88. *§. fin. ff. ad leg. Falcid. l. defuncta* 58. *§. penult. ff. de usufructu.* Anton. de Amatis *decis. Marchiæ* 126. tamen verè fructus dici non possunt, qui solùm quoad aliquos effectus, de quibus Glossa *in d. l. usuræ* tamen verè fructus non sunt, quia pecunia sterilis est & nō parit pecuniā *c. ejiciens* 11. 88. *dist.* ubi notat Archidiaconus, Bart. Alex. *in l. divortio, §. si vir, ff. soluto matrimonio,* & post Socin. & Boher. tradit Peregr. *de fideicommiss. art.* 49. *num.* 129. & tenuit D. Ludovis. *decis.* 80. *n.* 8. & 9. ibi: *Et loquitur Bartolus in fructibus perceptis de bonis parafernalibus de sui natura fructiferis: hic sumus in paraferno consistente in quantitate, & pecunia quæ sterilis est, & nullos parit fructus,* & iterum postea repetit eis verbis: *Et sic fuit concluſum fructus istos non deberi, propterea in sortem computandos, l. indebitas, C. de usuris,* Decius &c.

Et in terminis tenuit Felician. *de censibus lib.* 1. *c.* 4. 19
n. 7. & 8. *in* 1. *part.* ibi: *Census non est jus percipiendi fructus ex prædio affecto onere census, sed jus percipiendi annuam pensionem pecuniariam, non habita ratione fructuum,* & idem Felician. *tom.* 2. *d. cap.* 4. *n.* 1. *versic. jam pro certo,* tradit hanc esse magis communem opinionem, & probavit expressè Navarr. *in titulo de usuris, versic.* 22. *noto, n.* 69. & 78. dum tradit esse usuras licitas, quia vicem earum redditus habent, non verò fructuum, nota verba ibi: *Præsertim in contractu emptionis, & venditionis census, qui similior est aliquo modo contractibus usurariis, quam aliarum rerum emptiones,* & ibi: *Quandam similitudinem mutui usurarii significare videtur propter similitudinem majorem quam habet empti census, quā aliarum rerum emptiones,* idem tenuit Ioan. Bapt. Lupus *de usuris in l.* 2. *C. de pactis inter emptor, & venditor. comment.* 2. *§.* 2. *n.* 62. ibi. *Verum, quia hoc genus retractuum video redactum hodie ad instar Palatii, seu clypei pro subterfugiendis usuris, & absque labe vix censum exerceri posse arbitror,* idem tradit Felicianus *de censibus lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 12. *versic. quia census contractus suspicios est magnamque habens affinitatem cum usuris,* & Rodericus *de annuis redditibus lib.* 1. *quæst.* 1. *num.* 17. ibi: *Annuorum reddituum emptiones, quas* census *appellant, quamvis usu frequentes odiosæ tamen sunt, & nonnihil suspicionis habent, suntque hujusmodi redditus veterum succedanei.*

Et

10 Et probatur ea ratione, quia ille cui annui redditus debentur, nihil poſſidet, quod ex eo fructus percipiat, ſed ſolùm creditori emptori annua præſtatio vendita eſt, & ita cùm poſſeſſore non conſideretur, non poterit fructus ſuos facere, ſed is, qui ſolvit redditus, ſi indebitè, & contra pretium taxatum à lege ſolverit, poterit repetere, vel in ſortem principalem computare ex *ſupra* traditis.

11 Accedit etiam praxis, & ſtylus noſtri Senatus, in quo in pluribus cauſis graviſſimis ita deciſũ, ut redditus, qui ſoluti, in eo quod excedunt pretium legitimum, ſortem extenuent, & licet multoties diverſas ſententias proferri in tribunalibus ex Ludovic. Gomezio, Anton. Gabriele, Alderano, Maſcard. Mantic. Mareſcot. & aliis pluribus, & ideò non quod judicatum, ſed quod judicari debet ſequi oportere ego tradiderim *in dec. Granat. 1. p diſput. 47. n. 52.* quibus addendus Theſaur. *in proœmio ſuarum deciſ. n. 33.* ubi tradit, quod ſine prævia cauſæ cognitione de plano & ſine multorum librorum revolutione uno modo judicatum, poſtea maturiori conſideratione, & ſtudio conveniens eſſe retractari: *arg. c. ne invitaris, de conſtit.* & quia D. Auguſtinus in multis opinionibus ſuam retractavit, & librum integrum retractationum edidit.

12 Tamen in noſtro Senatu magno ſtudio, matura deliberatione, & conſilio prædictæ ſententiæ uniformiter latæ, ut in caſibus ſimilibus nunquam contra noſtram opinionem ſit judicatum, & validum argumentum eſt, quod ſumitur ex pluralitate ſententiarum, Afflict. *deciſ. 45. & deciſ. 96. num. 11.* & ex Burg. de Paz, Scobar. Matienzo, Franchis, Oſaſco, Gamma, & aliis ego probavi *dicta diſputatione 47. num. 14.*

13 Denique eis, quæ in contrarium objecta facilè poterit occurri, quia omnia, quæ *in princip. n. 1. & 2.* de fructuum adquiſitione nihil huic rei convenire videtur, quia longè diverſa ratio eſt fructuum, & reddituum, quia in redditibus non conſideratur poſſeſſio, nec ut fructus, qui non procedunt ex pecunia, lucratur bonæ fidei poſſeſſor, & de difficultate *l. bonæ fidei 48. de adquir rerum dominio cum l. qui ſcit, & l. fructus 45. ff. de uſuris*, horum jurium conciliatione videndi Riminald. Covarruvias, Charondas, Vaconius Loriot. Vital Greg. Lop. & Joan. Garc. quos refert Richard. *in l. §. ſi quis à non domino, n. 8. inſtit. de rerum diviſ.* Donell. *lib. 4. com. cap. 24.* ubi Oſuald. alios refert.

14 Nec quod ex *deciſione 66. Avenionenſi* Hieronymi Laurentii objectum fuit *ſupra num. 4.* quidquã contra facit, quia ibi agitur ſolum in terminis conſtitutionis Bullæ Julianæ, ex qua cenſus frumentarii, & fructuum ad ſeptem pro centum reduci jubentur, non verò procedit circa hunc caſum, & noſtras leges, ex quibus decretum primum frumentarios cenſus ad pecuniam reduci, ſecundum quod prohibet de novo imponi tales cenſus *l. 4. cum ſeq. tit. 15. lib. 5. recop.* tertium quod prohibet imponi cenſus minori pretio unius pro viginti: quartum ut virtute cenſuum, qui antea conſtituti, non exigantur redditus, niſi unius pro viginti, in quibus caſibus nullus ex Doctoribus poterit contra noſtram reſolutionem admittere, imò potiùs *in d. dec. 66. n. 10.* ideo traditur ſolum fuiſſe condemnationem in fructibus à tempore litis conteſtationis, quia de repetitione illorũ nihil fuit dictum in dicta Bulla, ſecus in noſtris legibus de fructibus reſtituendis deciditur *leg. 6. tit. 15. lib. 5. Recopilat.*

15 Nec aliquid contra ſuadebit diſtinctio, quam ex Gaſpare Roderico *de annuis redditibus l. 1. q. 7. n. 21.* amplectendam cenſuerunt Maſtrillus *tom. deciſ. 245. n. 5.* quem refert & ſequitur Gaitus *de credit. c. 2. q. 7. n. 1580.* ut ſi in modico ſolum excedat cenſus pretium à lege taxatum, tunc non debet nullus exiſtimari, ſed ad juſtum pretium reformandum, quia ultra quam loquitur in uſufructuario, verius eſt, quomodolibet exceſſus conſideretur, ex eo cenſus nullam conſtitutionem cenſeri, *l. 4. tit. 15. lib. 5. recop.* quæ prædictam magni, vel parvi exceſſus differentiam improbat, dum omnes ad pecuniam reduci ſtatuit, & tenet Avendaño *de cenſibus c. 46. n. 15.* & noviores leges Hiſpaniæ omnes cenſus pecuniarios; qui minori juſto pretio conſtituunt, nullos & irritos eſſe ſtatuunt.

Nec contra fructuum reſtitutionem, & compenſationem aliquid ſuadebit *l. 7. tit. 15. lib. 5. recop.* ubi jubetur ſolùm redditus eſſe reſtituendos à die conteſtationis, quia procedit in caſibus, quando ut perpetui à principio conſtituti in fraudem legum, quia in exiſtenti forma juſti videbantur, ideò ſolùm in tempore conteſtationis, quo intenditur reformatio in redditibus, fit condemnatio, quod longè differt à noſtro caſu, in quo exceſſus apparet à principio, & ideò de injuſtitia cenſus, ex quo quidquid redditus ex eo percipitur, videtur reſtituendum, & ſorti imputandum. 26

ALLEGATIO XXV.

De venditione cenſus reddituum Regalium, ut non poſſit fieri minori pretio, quàm legibus taxato.

1 *Ratio eadem ſimilem diſpoſitionem inducit.*

2 *Cenſus*, & Iuros, *jam conſtituti minori pretio vendi poſſunt, quàm legali.*

3 *Clemens VIII. declaravit cenſum jam conſtitutum poſſe majori vel minori pretio, quàm ſtatuto vendi ut reliqua immobilia.*

4 *Penſio Eccleſiaſtica etiamſi non poteſt obtineri ſine inſtitutione Apoſtolica poteſt tamen ſemel obtenta ſine illa commoditas in alium transferri.*

5 *Penſio poteſt transferri ſine indulto Apoſtolico quæ conſtituta titulo temporali.*

6 *Cenſus jam conſtituti quando venduntur minori pretio, quàm legali non habent injuſtitiam in fundatione.*

7 *Princeps ad quem pertinet pretiarerum conſtituere poteſt taxatum pretium derogare.*
Cenſus contra conſtitutionem Pii V. ſolent approbari in Signatura Romana.

8 *Cenſus minori pretio quàm legali conſtituti non ſunt nulli ipſo jure, ſed ad juſtum modum reformandi & reducendi.*

9 *Princeps ex juſta cauſa poteſt augere pretium cenſus.*
l. eos, 26. §. ſuper uſurarum, l. de his, Cod. de uſuris.

10 *Princeps tenetur ad obſervantiam ſuæ legis, quæ juſtam pretiorum fecit taxationem.*
l. 9. 15. 17. & 20. tit. 10. lib. 5. recop.
l. 10. tit. 16. lib. 9. recop.

11 *Princeps tenetur ad legum obſervantiam, quæ ejus ſtatui conveniunt.*

12 *Principis vox tantum operatur, quantum aliorum jusjurandum.*

13 Æqua

13 *Æqualiter contractuum obligat Principem ut subditum.*
Princeps non debet recusare idem jus sibi dici quod aliis statuerit.
l.1.ff. quod quisque juris.
c. cum omnes, de constitutionibus
c. justum, 9. distinct.
l.ex imperfecto.C.de testamentis.
l.16. tit.11.p.1.

14 *Necessitate plura quæ alias non licerent permittuntur.*
l. alienationes, ff. familiæ erciscundæ.
l. Pater filium, ff. de legat.3.
c.quod non est licitum,de regulis Iuris.

15 *Necessitas si facit licitum quod sine ea non erat, nunquam tamen potest admittere ut fiat peccatum.*

16 *Usuræ à Iure divino prohibitæ.*
Princeps Catholicus non potest permittere usuras.

17 *Senatus supremus Castellæ, ut posset Princeps minori pretio vendere,* juros,*in sissarũ millionibus constitutos decrevit ex pretio legitimo censum à Regno constitui,ut postea Princeps minori pretio venderet, ut promptos inveniret emptores.*

18 *Princeps pro vadimonio id est* resguardo *potest* juros *jã cõstitutos legitimo pretio,in minori dare*

19 *Census ex demonstratione pecuniæ constitui potest, si verè pecunia deberetur.*

20 *Census potest constitui ex quocumque vero debito*

21 *Census constitutio semper legitimo pretio facienda aliàs reformanda.*

Princeps an possit annuos redditus super suis vectigalibus, & Gabellis, quos dicimus Juros, *minori pretio vendere, quod à legibus taxatum fuit ad census privatorum constituendos pro explicatione l. 6. tit. 15. lib.5.recop.*

PRÆDICTIS, & aliis similibus legibus censuum nomine *Iuros* comprehendi dubium non est,quia ultra quam verbis earum legum comprehẽduntur, ratio justitiæ in redditibus annuis censuum & jurium eadem consideratur, ut licet à jure non expressum, idem in utrisque debeat statui, *l. illud, ff. ad leg. Aquiliam, §. pariratione, instit. quibus modis jus patr. potest. solvitur,* Surd. *cons.*301.*n.*19. *& decis.* 52. *n.*10. Trentacinq.*lib.*1. *variar.tit.de statut.resolut.*1.*n.*2. Farinac. *in fragment. lit.E, n.*52. & inde pretium idem in annuis reditibus, sine censibus, vel *Iuros,* jure nostro Hispano consideratur, ut ex pragmaticis, & rescriptis Regiis certissimum est. 1

Dubium autem est, an Princeps prædictis legibus teneatur, ut possit pretio minori vendere prædictos redditus,id est, *Iuros*,& in jam constitutis dubium non est id fieri à quocumque privato posse,ut minori quàm statuto pretio vendantur, notarunt Navarr.*in comm. de usuris n.*112. Cancer. *tom.*2.*variar. c.*1.*n.* 153.*versic dubitari etiam,pag.*45. Rebellus *de obligat.justitiæ,l.*10 *q.*6.*n.*23. *vers.alia verò clausula,* Lessius *de justitia l.*2.*c.*22.*dubit.*7. *n.*45. *& sequentib. & dubitat.*12.*n.*95. Azor & alii relati à Cencio *de censibus,part.*2.*cap.*2. *quæst.*2.*art.*6.*n.*17. *&* 16.*pag.*141. & à Giurb. *decis.*117. *num.* 8. Molfesio *in summa, part.*2. *tractatu* 12. *cap.*6. *de censibus, num.*83. *pag. mihi* 87. & idem in juribus hujus regni practicatur; de qua practica testantur Gutierrez *lib.*2. *practicarum, quæst.*73. Salas *de contractibus, titulo de censibus, difficultate* 12. *n.*10 *vers. dico tertio, pag.*130. Cencio *dict. art.*6 *num.*20.*ad finem, pag.*142. Megalus *in* 2.2 *partis instruct.confess.lib.*2.*c.*7.*n.*64 *p.*407 & ideò hoc anno Rex noster negotiatoribus prædictos *Iuros* dedit in solutionem ad decem & sex pro milliari.

Quæ opinio etiam absque dubio procedit attentâ declaratione Clement. Pap. VIII. quam refert Cencius *dict.articulo* 6.*num* 20.*pag.*142. ubi dicit, *Clementem declarasse censum jam constitutum posse vendi majori, vel minori pretio, sicut cætera immobilia,* & sic quamvis præficti census vulgo *Iuros*, multò majori pretio æstimentur (quod negatur) dicti contractus ex communi consuetudine fieri poterant. 3

Quod etiam confirmatur simili in pensione Ecclesiastica: nam quamvis ab initio,sive assignetur in titulum Ecclesiasticum sive in ministerium temporale non possit obtineri absque collatione Apostolicâ, sed postquam obtenta fuit, potest Pensionarius eam alienare titulo translationis absque assensu Apostolico in alium eam transferre Gig.*de pensionibus,q.*87. *&* 99. Rebuff. *in c.extirpandæ,§.qui verò de præbendis,notabili* 6. in materia pensionis Redoan *de simonia,*2 *p.c.*14.*n.*15. Bursat. *cons.*116.*n.*90. *ad finem, lib.*2.& cum aliis ita tradit Garc.*de beneficiis* 1.*p.n.*5. *n.*24. *&* 25. 4

Et quamvis hanc conclusionem intelligat,quando pensio sic translata constituta fuit titulo temporali, sufficiat ad fundandam conclusionem, quia ad constituendam pensionem requiritur assensus Apostolicus, & Auctor iste admittit translationem, & in constituta titulo temporali venditionem pensionis, & ita factam sustineri absque Apostolico assensu, ut præter supradictos notavit Bonacin.*tom.*1.*tr.de simonia disp.*1. *q.*4.§. *n.*14. adde Barbos. *de pensionibus lib.*1.*voto* 5.*n.*9. & in terminis nostri casus explicans *l.*4. *&* 6.*tit.*5. *lib.*5. *recop.* 5

Hanc conclusionem probat Roderic.*de annuis redditibus, lib.*1. *q.*12.*n.*34. ibi: *Aut vendo redditum fructuarium perpetuum non ex meis, sed ex alienis bonis debitum à tertio,& tunc sumus extra legum prohibitionem, & usurarum materiam, quia redditus is super meis bonis non imponitur,nec à me, aut meis bonis solvendus est, & si pretii iniquitas intervenerit, recurrendum est ad materiam,l.*2.*C. de rescind.vendit. pro qua facit,quia contractus iste non spectat adfœneratorium negotiationem, sed ad contractus commutatorios,* quo videtur insinuari,ut quoties jam constituti redditus sunt, quia non intervenit injustitia in constitutione earum, sed ab initio rectè fundati, & impositi,ideo poterunt minori pretio vendi. 6

Et Principem cujus est pretia rebus constituere, ex multis probavit Pinellus *in l.*2.*part.*3.*cap.*4.*n.*35. *Cod. de rescind. vendit.* posse legem derogare, quæ pretia rebus constituit, vel taxat, & permittere, ut majori, vel minori pretio vendantur, notarunt Gutier.*l.*2.*practicarum,quæst.*180.*n.*21. Cordub.*in summa, casu* 68. Salas *de emptione,& venditione,dubitatione* 2. Molfes.*in summa tom.*2. *tractatu* 12. *de contractibus, cap.*5. *n.*90. & nos latissimè probavimus *in decis.Granat. disputat.*11. pro justitia legis, quæ generalem taxationem pretiorum nova consiliatione in Hispania factam abrogavit, & in individuo, 7

quod

quod posſit constitui census contra constitutionem Pii V. ex approbatione summi Pontificis tradit Rota apud Farinac *decis.* 115. *num.* 7. *post* 1. *tom. conf. crim.* quæ invenitur apud Ludovicum Cencium *decis.* 124. *n.* 9. 10. *&* 11. *post tractat. de censibus*, ubi decidit, pactum debitori appositum, ut intra certum tempus censum redimere debeat (quod est contra census naturam) sustineri ex Pontificis dispensatione, & quotidie census contra formam Bullæ impositos approbari in signatura tradit Marquezanus *de commiss. appellat. in causa Cameralis obligationis, part.* 1. §. 2. *n.* 49. *usque ad* 52. Gratianus *tom.* 4. *disceptationum, c.* 652. *num.* 17. Gaitus *de credit. cap.* 2. *tit.* 7. *n.* 2209. *&* 2210.

8 Maximè, nam census constitutus minori pretio, quàm justo à lege permisso, non est nullus, aut irritus ipso jure, sed subjacet reformationi, ut ad justum pretium reducatur, Covar. *lib.* 3. *variar. c.* 9. *n.* 6. *ad finem*, Rodriguez *de annuis redditibus, lib.* 1. *quæst.* 7. *& lib.* 2. *quæst.* 1. *num* 11. Petrus Gregorius *in tractatu de censibus, quæst.* 7. *n.* 9. Ioannes Franciscus Castillo 2. *part. decisionum Siciliæ* 132. *n.* 11. Rouitus *ad pragm. primam de censibus, n.* 15. *cum sequentibus*, & ideò apud nos, *l.* 6 *tit.* 15 *l.* 5 *recopil.* & si censuum constitutio, quæ ante fiebat minori pretio eam redigeret, ut fieret, & redditus solverentur ad unum pro quatuordecim, tamen irritabit census antea factos, sed ad illam taxationem, ut ita redditus solverentur, reformavit.

9 Et postquam anno 1600. censuum constitutio ad unum pro viginti iterum redacta adhuc redditus unius pro quatuordecim, qui ante dictam pragmaticam constituti solvebantur, dum debitor census sortẽ principalem non redimeret usquequo anno 1621. quia jam redditus septem pro centum, id est, unius pro quatuordecim injusti videbantur à tempore pragmaticæ anni 1600. etiam invitis creditoribus, nec sorte redempta à debitoribus ad quinque pro centũ id est, unum pro viginti redacti fuerunt, & ex justa causa posse Principem augere pretium census notavit Albertus Brunus *de augmento concl.* 5. *n.* 14. ut antiquitus etiam usuræ reformatæ *l. eos*, 26. §. *super usurarum, l. de his, Cod. de usuris*, adde quæ ego notavi 1. *part. decis. Granat.* 11. *n.* 65. 66.

10 Verumtamen certum est Principem ad observantiam suarum legum, quæ respiciunt justam pretiorum taxationem teneri, & in terminis probavit Felicianus *lib.* 2. *c.* 1. *in fine*, dum tradit non excedere à lege præfinitum pretium, non solùm esse juris humani, sed etiam divini, & naturalis præcipientis rem nec emi, nec vendi ultra justum pretium & legem divinam, & naturalem quæ universalis est, ligare Clericos, & non Clericos, Reges, Imperatores, omnemque mundi creaturam, & in terminis Avendañ *de censibus, c.* 2. *n.* 24. ubi id statuit pro nostra sententia, eis verbis: *Vt neque Princeps possit vendere prædicta jura minori pretio quam ad rationẽ quatuordecim pro uno, quia licet regulariter lex Principem conditorem non comprehendat leg. Principes legibus, ff. de legib. hoc intelligitur secundum communẽ scholam coactivè, directivè tamen ipsum cõprehendit, cùm igitur l.* 6. *pretiũ individuum, & legale censum à privatis creatis designaverit. & justitiam pretii Principem comprehendere justũ sit, ut alibi latius dicendũ erit, merito lex census cõprehendens privatos, & simul Iuros comprehendens Regẽ ipsũ à quo jura ipsa vẽduntur*, & comprobat *ex l.* 9. 15. 17. *&* 20. *tit.* 10. *l.* 5. *leg.* 10. *tit.* 16. *l.* 9. *recop.*

11 Et idem tenuerunt Henriquez *in summa lib.* 7. *de indulgentiis, cap.* 32. *n.* 3. *versic. Quia Princeps*, Pater Gabriel Vasquez 2. *tomo ad.* 1. 2. *Divi Thomæ disputatione* 197. *c.* 3. *n.* 23. eis verbis: *Cùm diximus, legem latam à Principe observandam esse necessariò ab illo ipso intelligendum est quando res ipsa quæ lege præcipitur statui ipsius Principis etiam convenit ut si pretia justa fructibus Princeps imponat ipsos, etiam Regis fructus lex ipsa comprehendat, quia nõ videtur ratio justitiæ postulare magis ut à civibus ea pretia observentur quàm à Principe*, ex pluribus & cõmuni opinione, Suarez *de legibus, lib.* 3. *cap.* 35. *n.* 8. ibi: *Si Rex statuit legem taxantem pretium rei & ipse ut privatus Dominus rem carius vendat, peccat, contra justitiam & tenetur ad restitutionem ex communi sententia*, Pater Salas *de legibus, disput.* 14. *sect.* 2. *n.* 17. eis verbis: *Quædam tamen sunt leges propriæ quas si non servet Princeps peccabit contra justitiam ut taxantes pretia rerum, quia ex justitia tenetur servare pretium justum commune non solum naturale, sed etiam legale.*

Conducit quod latè probavit D. Ferdinandus de 12
Mendoza *de pactis, lib.* 1. *disput. quæst.* 2. *per totam, & n.* 6. agens de Principe tradit his verbis: *Oratio vel vox Principis ad fidem faciendam plus momenti habere debet quam expressum aliorum jusjurandum, nec aliquem modium tritici esse uno pluris quam communis sit æstimatio secundum legem vendere, ne malitia sua egrediendo terminos suæ potestatis commodum reportet: quod si aliquando fecerit ad restitutionem in animæ judicio eorum quæ præscriptum pretium excedant tenebitur: supponimus semper legem quam transgreditur justam esse cujus contrarium injustum erit nec solum naturaliter ad hoc efficiendum esse obligatum existimo, sed & civiliter etiam adeo ut is qui cum eo contraxerit possit post celebratam emptionem & solutionem factam excessum istum pretii petere cum vis coactiva sicut directiva Principem scivit illi subditum comprehendat quod ejus conditionem non deteriorem sed feliciorem efficiet.*

Idque probat ex æqualitate quæ semper in con- 13
tract bus debet servari & nisi Princeps eis subjaceret & legibus de illis disponentibus nullum cum eo esset commercium, & deficeret à juramento, quod Reges Hispaniæ semper in Regni auspiciis cùm à subditis admittuntur, solent præstare leges eos servaturos, & ut notavit Mandellus, Albensis *vol.* 1. *conf.* 185. *n.* 13. obligatio Principis cum subdito est juris gentium quod Princeps tollere non potest, & & Deus non dedit Principibus jurisdictionem peccandi vel auferendi alienum indebitè, quando plus taxato pretio res suas vendiderint, vel injustum & in contractum faceret cum minori pretio quam quod justum & taxatum fuerit, redditus annuos, id est, *Iuros* constituerit, nec debet aspernari idẽ jus suum sibi dici quod Princeps aliis dixerit, *l.* 1. *ff. quod quisque juris, c. cum omnes, de constit. c. justum*, 9. *dist. l. ex imperfecto, Cod. de testam. l.* 16. *tit.* 11. *p.* 1. D. Thom. 1. 2. *q.* 96. *art.* 5. *ad* 3. Soto *lib.* 1. *de justitia & jure, q.* 6. *art.* 3. Covarr. *in c. alma mater* 1. *p.* §. 1. *n.* 5. Suarez *de leg. l.* 3. *c.* 35. *n.* 4. Camillo Borellus, *de præstantia Regis Catholici c.* 31. *n.* 39. junctis quæ ex Cassiodoro, Plinio *in Panegirico*, Nicephoro, Philostrato, Apollonio, Corrasio, Burgensi, Abulensi, Turrecremata, & aliis pluribus notavit Morla *in Emporio tit. de legibus, q.* 1. *n.* 4. Donell. *l.* 1. *comment. c.* 17. & ex Petro Gregorio, Connano, Cujacio, Equinario, Varone, Antonio Fabro, Gothofredo, Fachineo, Menchaca, Treulero, Matheacio, Vulteio, & aliis probavit Osualdus, *in notatis, d. cap.* 17. *lit. A*, & ex Apostolo *ad Rom. c.* 2. D. Ambrosio, Gaietano, Medina, Victoria, Sylvestro,

Sylveſtro, & aliis Layman *Theologiæ Moralis lib.* 1. *tract.* 4. *de legib. c.* 9. *n.* 3.

14 Nec id poterit ex neceſſitate excuſari quando ex ærarii indigentia ad onera imperii ſuſtinenda Princeps id feciſſet, quaſi in quacumque prohibitione licet generali ſemper intelligatur exceptus caſus qui fieret ex neceſſitate ut notât Aymon. Craveta *conſ.* 6. *n.* 91. & facit *l. alienationes. ff. familiæ eriſcundæ, l.* 1. *ff. de fundo dotali, l. pater filium ff. de leg.* 3. Oldradus *conſ.* 290. *n.* 4. Iaſon. *in l. ſi ex toto, n.* 13 *ff. de leg.* 1. Marſilius *in l.* 1. §. *propterea, n* 87. de quæſtionibus & plura de neceſſitate, & propter illam diſpenſatione notarunt Milleſius apud Plutarchum *lib.* 3. *de placitis Philoſophorum, c.* 25. Trimegiſtus *in libro de voluntate divina, c.* 14. Plato *lib.* 10. *de Republica* & alia plura quæ congerit Tiraquell. *de pennis temperãdi cauſa,* 33. *n.* 4. & 5. *c. quod non eſt licitum de reg. juris,* Cardoſo *in praxi verbo neceſſitas,* Gratian. *diſceptat. tom.* 4. *c.* 626. *n.* 15. & *c.* 636. *n.* 10. ex Matienço Thoma Sanchez, Scobar, Cevallos, Gailio, Riccio, Novario, Tuſcho, Moneta, & aliis pluribus, Velaſco *axiomatũ juris, n.* 17. & 18. & plura cumulavit Oſolgado *de Regia protectione* 1. *p. c.* 1. *prel.* 3 *n.* 103.

15 Quippe etſi neceſſitas non ſubjaceat legi quæ ex ea poteſt diſpenſari id tamen quando ejus tranſgreſſio non ſit evidens, injuſtitia vel peccatum aut quoties neceſſitas, ut tradunt Doctores. facit licitũ quod alias non eſt licitum; ſi verò ex ſua natura actus peccatum contineat ex nulla neceſſitate aliquem excuſari, ut peccatum faciat vel ut poſſit permitti quod ex ſe intrinſecè malum *argumento textus in c. ſuper eo* 4. *de uſuris* ex quo communiter deſumunt Doctores Alphonſus de Caſtro, *lib.* 10. *adverſus hæreſes verbo mendacium,* Antonium de Corduba *in quæſtio. Theologicis l.* 1. *q.* 29. Burgoz de Paz *in proœmio legum Tauri n.* 271. *in princ.* & in terminis uſurarum ex Innocentio, Collutario, Zabarella Ioanne Andrea, Anania, Ancharano, Butrio, Panormitano Zenedo, Croto, & aliis Barboſa *in collect. d. c. ſuper eo in Princ.*

16 Et ideò quamvis neceſſitate rei familiaris Princeps cogatur vendere redditus ſuper ſuis vectigalibus, tamen cum debeat certum pretium eſſe & præfixum, alias contractus fœneratitius cenſendus, ut ex Bulla Pii V. Natta, Ioanne Baptiſta, Lupo, Soto & aliis probavit Ludou. Cencius *de cenſibus* 2. *p. c.* 1. *q.* 1. *art.* 4. *n.* 1. ex nulla cauſa neceſſitatis cõtractus uſurarius permittendus, quia jure divino uſu æ prohibitæ ſunt ex Covarruvia, Rolando à Valle, Alphonſo de Caſtro, Simanca, Mexia, Gutierrio, Zenedo, Feliciano, Azor, Cardoſo, Rebello, Patre Molina, Reginaldo, Salas, D. Caſtillo Farinacio, & aliis pluribus Barboſa *in collect. c. quoniam de uſuris n.* 2. qui etiam *in collect. d. c. ſuper eo, n.* 3. inde tradit contractum uſurarium non poſſe à Pontifice confirmari & comprobat ex Sairo, Farinacio, & aliis à Principe poteſt fieri aut permitti, cum ex plurium ſententia Princeps Catholicus non poſſit uſurarum exercitium ſubditis ſuis permittere, quantò magis ipſe contractum fœneratitium facere, ut ex Baldo, Alexandro, Theſauro, Covar. Martæ, Gaſpare Roderic. noviter notavit Carlevalius *de judiciis, lib.* 1. *tit.* 1 *diſp.* 3. *n.* 24. in qua per totam latè agit de uſurarum reprobatione.

17 Et inde conſtat conſultiſſimè ſupremum Caſtellæ Senatum decreviſſe anno 1636. cum ageretur de vẽdendis redditibus annuis ſuper Siſſis, quas milliones dicimus, cum Regnum noſtro Regi id concederet, ut poſſit ſtipendia præbere militibus, & ſuſtinere exercitus in Germania, Belgio, Italia pro defenſione religionis, cùm ageretur, ut minori pretio redditus venderentur, videlicet decem & ſex millibus pro milliari, pretium tamen in moneta argentea ſolveretur, quo juſtum pretium unius pro viginti, & à lege taxatum cõtinebat, ex majori æſtimatione monetæ argenteæ, quàm æreæ, in qua redditus vendebantur, & noſtris Pragmaticis quartæ partis pretii, id eſt, vigintiquinque pro centum exceſſus & cambium de moneta æreа ad argenteam conſtitutus, tamen Senatus ſupremus magno judicio decrevit, ut Regnum Principi cenſum conſtitueret de illis redditibus, qui vendendi ad juſtum pretium unius pro viginti, ut poſtea Rex poſſet juſſe minori pretio vendere ſecundum quæ *ſuprà* probavimus, etſi non poſſit cenſus ab initio conſtitui minori pretio, quàm juſto, & à lege taxato, tamen id permitti in cenſu, jam ſemel ex legitimo pretio conſtituto, de quo *ſuprà n.* 2. cautè enim Rex noſter, & ejus conſilium juſtitiæ de legum obſervantia in his caſibus ſtudioſi ſe exhibuerunt, & ut ſecuri exiſterent emptores.

18 Nec quidquam contra faciunt, quæ in contrarium expenſa, quia ex proximè traditis apparet ſolutio primi argumenti, de quo *ſuprà n.* 7. videlicet poſſe Principem redditus annuos ſemel ad legitimum pretium conſtitutos poſtea minori vendere, quando expedierit promptos emptores habere ex pretii utilitate, & eo cenſu accipiendum eſt, quando negotiatoribus minori pretio iſti redditus id eſt, *Iuros*, conſignantur: nam jam conſtitutos vendit Princeps, vel pignoris loco præſtat quod dicimus *reſguando*, pro vadimonio conſignationum, quæ eis dantur pro pecuniis, quas pro Regis ſervitio ſolvẽdas obligati fuerũt, & pignus ſemper eũ pro ſecuritate debiti ejus excedit æſtimatio.

19 Quod verò traditur contra formam Bullæ Pontificum cenſus impoſitos approbari in ſignatura, quia ultra quam id per diſpenſationem fieret ut notarunt Interpretes *ſuprà* adducti *n.* 7. procedit etiam quando cenſus juſtus fuit, & ſolùm defectus in aliquibus ſolemnitatibus conſideratur, quæ cùm proveniant à jure poſitivo, meritò poſſunt à Pontifice abrogari, videlicet quando ex vero debito cenſus conſtitueretur licèt tunc non intereſſet verè pecunia, ſed ſolùm ejus fieret demonſtratio, in quo caſu loquitur Gratianus *d. c.* 652. *n.* 15. & 16. nota verba ib: *Tamen ſi aderat verum creditum pro eadem ſumma cenſui ſubjecta, contractus erit validus in foro cõſcientiæ, & licitè percipientur fructus, quia lex fundata in præſumptione non habet locum in foro conſcientiæ quando veritas eſt in contrarium, c. is qui de ſponſalib. c. tua eod. titulo, & rigor ſolvendi cenſum in pecunia juxta formam Bullæ eſt inductus ad præcludendam viam dolis, & fraudibus, quæ non haberet locum, quoad forum conſcientiæ in illis, qui bona fide anticipaverunt ſolutionem, aut alio modo conſtat, de eorum legitimo credito* Navar. *de uſuris, n.* 88. *in fine*, & iterum *n.* 88. idem Gratianus tradit his verbis: *Qui hujuſmodi pactum non poteſt dici illicitum tanquam fiat per commutationem præſentis pecuniæ pro abſente, ita ut nihil referat ad iſtum effectum, an commutatio fiat per emptionem, quæ eſt cõtractus nominatus, vel per modum permutationis, vel per contractum*, do, ut des, vel facio, ut des *qui eſt innominatus: nam quocumque modo fiat permiſſa eſt de jure iſta commutatio, ſive emptio cum pecunia, etiam quatenus eſt pecunia licitè poſſit commutari, ex ejus commutatione lucrum adquiri.*

20 Unde apertè conſtat prædicta, quæ in contrarium expenſa procedere in contractu, qui ex ſe licitus eſt, ut ex debito pretii rei venditæ poſſe cenſum conſtitui ex Covar. Caſſaneo, Gutierrio, Molina probavit Felicianus *lib.* 1. *de cenſibus, c.* 10. *n.* 15. quem ſequitur

Aven

Avendañus *de censibus, c.30. num.2.* qui etiam tenet censum constitui ex sententia, vel transactione partium ex pœna conventionali, & dote non solutâ Avendaño *c.2.n.7.8.& 11.* de quo disputarunt Felicianus *de censibus, lib.2.c.5. n.11. usque ad n.15.* ubi tenuit ex sententia non posse censum constitui, quod reprobat Roderic. *de annuis redditibus, lib 1. quæst.16. n.22.* & Avendaño *de censibus, cap.40.* & ex transactione censum posse creari, nisi fiat in fraudem usurarum tenuit idem Avendaño *cap.42. per tot.*

Denique quod *n.8.* objectum est, censum constitutum minori pretio, quàm quod à lege definitum, 21 non esse nullum, sed reducendum ad pretii æqualitatem, magis nostram sententiam confirmat, quatenus expressè probat pretium census adeo justum esse debere, ut nunquam permittatur excedere justum pretium, & minori constitui, & quoties fieret excessus tunc reformandus, ut inde magis nostra videatur sententia confirmari.

ALLEGATIO XXVI.

De transactione litis vectigalium non impleta.

1 *Vectigalia non possunt adquiri præscriptione.*

2 *Dominium semel translatum non debet revocari pretio non soluto, sed agi pro pretio.*
l.in civile, C.de rei vindicat.& n.23.
l.non idcirco, 12.C.de contrah.empt.& n.23.

3 *Transactione non impletâ agitur ad implementum, num.24.*
Transactio non rescinditur ex conditione causâ non sequutâ, n.25.& 26.
l.cum mota, 6.C.de transact.
l.quamvis, C.de transact.& n.32.
l.sive apud acta, 28. C. de transact.& n.8.& 23.& 27.
l.cum proponas, 21.C.de pactis,& n.27.
l.qui res, 98.§.aream ff.de solut.& n.28.

4 *Pignus extinguitur impetratione dominii nec suscitatur licet evictione dominium abdicetur.*
l.eleganter, 24. in principio de pignorat.actione & n.35.

5 *l.si profundo, 33.C.de transact.& n.34.& 39.usque 42.*
l.si major, 36.C.eodem.& n.42.

6 *l.cum te proponas, C.de trasactio.*

7 *Transactione de jure fisci factâ si non implet promissum transigens fiscus potest judicium transactum prosequi.*

8 *Transactionis commodo privandus qui non implevit promissum.*
l.si quis major 41.C.de transact.& n.24.
Dare qui debet, rem liberam dare tenetur.
l.ex his, C.de evictio.
l.1.§.1.de action.empti.

9 *Transactio habet conditionem si promissum impleatur, aliter valere non videtur.*
l.quæro, §.inter locatorem, ff.locati.
l.Iulianus, §.offerri de act.empti.& n.10.
l.fin.C.de non numerat.pecunia.

10 *Contractus correspectivus, qui aliquid vicissim continet fieri si non impleatur ei qui defecit non prodest.*
l.Ædiles, § fin.ff.de ædilitio edicto.

11 *Exceptio defectus implementi in contractu correspectivo, quia inhæret actioni potest opponi à Iudice licet apertè non opponatur.*
Implementi defectus exceptio potest opponi executione rei judicatæ, & non videtur excluſa, quâvis omnes exceptiones statuto excludantur.

12 *Contractus est correspectivus quando unus pendet ab alio.*
l.potens, C.de pactis.

13 *Transactio est contractus ultro citroque obligatorius, & in eo æqualitas servanda.*
l.transactio, C.de transactionibus.
l.1.ff.de rer.permutatione.
l.Labeo, §.contractum, ff.de verb.significat.
l.eum qui Ædes ff.de usucapionibus.
l.fin.C.de fructibus litium expens.
l.sacris, §. in omnibus, C. de proximis sacror. scriniorum, l.12.
l.penult.ff.comm.dividendi.

14 *Excussio facta censetur facto concursu creditorum & impedimento ut debitum exigatur.*

15 *Excussionem à fisco videri factam, quando ejus debitor non soluendo, &c.*
l.pecunia, C.de jure fisci lib.10.

16 *Transactio non est nisi de re dubia.*
l.1.l.post rem judicatam, ff.de transact.
l.si causa cognita, C.eodem.
l.eleganter, § si post, ff.de condict.indeb.
c.1.cap.super eodem de transactionibus.

17 *Transactio non impleta sine dubio rescindi oportet, quando omne jus non implentis ex transactione resultat.*

18 *l.tale pactum, §.qui provocavit, ff.de pactis.*

19 *Transactionis causâ non sequutâ conditio concedenda.*
l.si quis accepto, l. fin. ff.de condict.causa data & n.24.

20 *l.si instituta, 27.ff.de inoffic.testam.& n.25.*
l.Penultima, §.latrunculis, ff.de except.rei judicatæ.

21 *Transactionem rescindendam ex defectu implementi qui tenuerunt.*

22 *Transactioni contravenire videtur qui non soluit in tempore.*

23 *Transactionis vis respicit implementum ejus quod pro ea datum.*
l.cum proponas, 17.C.de transact.

24 *l.nec intentio, 23.l.si quidam, 24.l.transactio, 38. C.de transactionibus.*

25 *Inofficiosi querela non conceditur nisi eis qui primo gradu fuerint.*

26 *l.Posthumus, § fin.cum l. seq.l.nam etsi, 15.§.1.ff. de inoffic.conciliat.eum.*
l.cum mota, C.de transactionibus.

27 *Transactio an effectum habeat sine scriptura vel promissione ex solo pacto nudo?*

28 *Actio extincta transactione potest suscitari si non impleatur transactio.*
l.qui res, §. Aream de solutionibus.

29 *Extinctum jus potest suscitari.*
l. propter veneni, 21. §. neptis, ff. ad Sillanianum.
l.debitor sub pignore, ff.ad S.C.Trebellianum.

30 *l.à liberto, 35.ff.de bonis libertorum.*

31 *Actio extincta suscitatur in fisci favorem.*
l.eum qui, 87.§.fin.ff.de acquir. hæredit.
l.si cum quis, 41.§.fin.ff.de furtis.
l.2.§.fin.ff si ex noxal. causa agatur.
l.deferre, §. fin.ff. de jure fisci.

32 *l.fratres,*10.*C.de transactio.*
l.nam is,ff.de solo.
*l.Titius,*76 *ff.de procuratoribus.*

33 *Transactionem impugnare non posse eum qui partem ejus quod promissum recepit, differt ab eo quod est rescindi ex defectu implementi.*

34 *l.si profundo,*33.*C.de transactio.*

35 *l.à Divo Pio,§.si pignora,ff.de re judicata.*
*l.si rem alienam 9.l.si tutor,*16.§.1.*de pignor. actione.*

36 *Dationis in solutum & transactionis differentia.*
leg ex sextante,§. Latinus,ff.de except.rei judicat.

37 *l.Creditor,*3.*l.creditor.*12.§. *Papinianus aliàs.*
l.si Prior.l.fin ff.qui potiores.

38 *Transactione novari obligationem accipiendum si ejus conventiones impleantur.*

39 *Fiscus utitur jure minoris.*

40 *Debitoris speciei & generis differentia.*
l.quod te mihi ff.de rebus creditis.
l.ex empto,§ in primis ff.de actio.empti.
l.si ita distrahatur, §.qui vendidit, l.rem alienam ff.de contrah.emptione.

41 *Transactione qui reliquit obligari id de quo judicium erat,de evictione non tenetur.*
Transactio an præstet novum titulum.

42 *Transactio rescindenda quando aliter succurri non potest fisco.*

43 *Transactionis differentia, quando solùm receditur à lite & nullum jus ex ea novum tribuitur, vel cum transactione jus de novo datur.*

44 *Transactio ex metu litis rectè procedit.*

45 *Transactio non rescindenda,sed ex illa ad implementum agendum,quando firmata fuit stipulatione vel cautione amplius non peti.*
*l.si quidem,*24.*l.si decreta,*32. *l. ubi pactum,*
40.*C.de transactionibus.*

Transactione factâ de re fiscali circa id quod sine privilegio Principis obtineri non potest, ut vectigalium exactio, si ille qui transegerit fisco non soluerit, vel soluere non potuerit, quod comprehensum transactione an illa rescindenda, ut lis possit instaurari, & fiscus transigens primævâ actione agere, vel solum agendum pro pecunia promissa.

1 HÆc quæstio multoties, postquam hoc munere fisci Patroni fungor, se obtulit in variis actionibus, quæ in judicium deductæ adversus eos, qui vectigalia Regis detinebant, ut ad Regale patrimonium reducerentur, & recuperari possent, cùm in his rebus nulla præscriptio etiam immemorialis titulum præstare valeat, nisi exhibeatur privilegium à Rege concessum cum solemnitatibus,de quibus *in l.*2.*tit.*25.*lib.*4.*l.*1.*tit.*18.*lib.*9.*recop.* Didacus Perezius *in l.*6.*verbo tributos,tit.*13.*lib.*3.*ordinament.*Gutierrius *de gabellis,q.*5.*per totam,*ut scriptum sit in libris Regalibus, quos dicimus *de l. Salvado,*& subscriptum à calculatoribus Regiis, de qua solemnitate plura latè tradidimus *allegatione* 5. *per totam*; & quando nullum titulum, qui vectigalia detinent, exhibere possunt, tunc transactionem debitè intendunt, ut pluries evenit, & minori pretio dato pro vectigalibus ea detinent, & cùm ad tempus conventum non soluerint, quod obligati, & in aliquibus evenerit, soluere non posse, quia cessionem bonorum fecerat, & Majoratus illorum sequestrati concursu creditorum facto, ut debita soluant, tunc ego intendi primævâ actione agere, & litem, quæ circa vectigalia recuperanda instituta erat, prosequi, ipsi verò, qui vectigalia transactione obtinuerunt, non posse dicebant primævâ actione adversus eos agi, sed ex transactione, ut quod pro vectigalibus promiserunt, consequatur.

Quorum fundamenta erant, *ex l. incivile* 12.*Cod.* 2 *de rei vindicatione*, ubi inusitatum,& incivile traditur,quod semel traditum, & dominium translatum est invito eo, cui datum abdicetur, & faciunt verba finalia Textus, & ibi: *Sanè de pretio, si non hoc ante probatum fuerit te recepisse, conveni adversarium tuum,* facit,*l.non idcirco* 12.*Cod.de contrahend.emptione,*eis verbis: *Pretium sanè si eo nomine satisfactum non probetur,peti potest,nec enim licet incontinenti facta pœnitentiæ contestatio consensu finita rescindi*, Baldus *in dict. l.incivile,n.* 1. Alexander,*in l.à Divo Pio,§. sed si emptor, n.*6. *ff.de re judicat. & in l.cum proponas,n.*4.*C.de pactis* ex Felino,Riminaldo juniori,Natta & Beccio,adducens, & interpretans *decisionem Lucensem* 31. *Magonii,& decis.Surd.*344.*n.*15. notavit Gratian.*3.tom.disceptat. Forens.c.*523.*n.*18. 19.& 20.pro pretio tradit & non rescindendum contractum,& in transactione,si una pars deficiat,& non adimpleat,quod promisit,non per hoc altera liberatur ab onere implendi,& observandi transactionem, quia cùm facta sit ad lites dirimendas, pars quæ deficit, cogi debet ad observantiam, non autem receditur à contractu.

Facit expressè *l.cum mota* 6.*C.de transact.*ubi cùm 3 de querelâ inofficiosi transactio interposita, ex defectu implementi jusfaurari querelam juris ratio non finit,& addit hæc verba: *Verum si fides placitis præstita non est,in id,quod interest,adversam partem rectè convenietis,*& facit originalis sententia Zucardi,quem refert Cinus *in l. si major, C.de transact.*ex Castr.Ias. Alex. & Fulgos. qui etiam sequuntur, notavit Surd. *cons.*447.*c.*36.adducens Barr.*in l.si quis aliam,n.*1.*in fine.ff.de solutionibus*, ubi tradit in transactione non habere locum conditionem ob causam,*l.quamvis,C. de transactionibns,*cujus opinionis fuit etiam Curtius Senior *in l.cùm proponas,n.*4. Ias.*n.*2.*C.de pactis,* sequuntur Fulgos.Bald. Cephal.& alii de quibus Novarius eandem opinionem sequutus,quem ad litteram transcripsit, & retulit Riccius 7.*p. collect.*2629. ubi admittit id maximè procedere, quando primæva actio,quæ transacta,jam fuit extincta,quia non oportet suscitare,*argum.l.sive apud acta* 28.*C.de transact. l.cum proponas* 21.*C.de pactis,l.qui res* 98.§. *aream, ff.de solut.* & in transactionibus non est locus pœnitentiæ favore litium dirimendarum, *l.fratris* 10.*C.de transact.* & hoc casu hanc opinionem Castr. *lib.*1. *cons.*174.& probat Tusch.*lit.I,concl.*357.*n.*4.

Sed & prædicta opinio, ut non suscitetur primæva actio, comprobari potest argumento Textus difficilis,*in l.eleganter* 24.*in principio, ff.de pignorat. actione*, ubi si creditor pignoratitius impetrasset, ut pignus possideret, illudque evictum esset in quæstione, an suscitetur prima actio pignoratitia directa tradit

tradit Vlpianus, ibi: *Et videtur finita esse pignoris obligatio, & à contractu recessum*, nam licet pignoris dominii impetratio inutilis existeret evictione, non tamen potest creditor redire ad illam primam actionem pignoratitiam, quæ impetratione extincta fuit, & ita in hoc casu non imple à transactione non redeat ad primævum judicium, quod evanuit transigendo, quasi & transegisse videatur, qui pignus in solutum accepit, & transactio movet priorem obligationem, *argum. l. 3. C. de transact.* Decius *in l. 2 ff. eodem, & cons.* 400. Ant. Faber. *de erroribus, decad.* 100. *errore* 9. *& ad titulum C. de transact. definit.* 2.

Et quasi expressè in transactione in eadem specie, 5
quando evicta res data traditur, *in l. si pro fundo* 33. *C. de transact.* eis verbis: *Instaurari decisam litem prohibent jura*, & facit *l. si major.* 36. *Cod. eodem*, ubi quando vigintiquinque annis transegit, ut aliquid ei daretur; quamvis datum, vel obligatum non sit, adhuc traditur ex æquitate, nihil amplius quàm promissum peti posse.

Iuvat etiam *l. cum te proponas* 2. *C. de transact.* 6
ubi si non impletum est ex latere illius, qui aliud pro transactione promisit, traditur non instaurari litem sed agi posse adversus eum, qui non implevit, nota verba: *Ex qua causa, si fisco solvisses, repetere non posses, etsi non solvisses, tamen jure convenieris, id est pro solutione*, non ut rescindatur transactio, ut omnes Interpretes *ibi* admittunt, quod ad certi condictionem refert Accursius *in eo textu*, & pro ejus explicatione notandum in verbo *fisco*, illud emendare Antonium Fabrum *lib. 17. conject. c. 4.* & pro verbo *fisco* reponere *illico*, quasi nulla *ibi* de fisco mentio fieri posset, sed tamen semper abstinendum ab emendatione, & tuenda recepta lectio, ut accipiatur cum Accursio: *verbo, fisco*, quoties sorori, cum qua transactio de hæreditate facta fiscus succedit, seu idem in fisco, quod in privato procedere statuatur, quod sequuntur Othomanus, & Donellus *ad dictam legem* 2. vel ex Cujacio *lib 9 observationum: c. 24. & l. 15. c. 16.* referri potest ad vicesimam, quæ ex hæreditate fisco debebatur, de qua Bresonius, & Kalinus *de verb. Iuris*, ubi plura ex bonæ notæ Auctoribus referunt *in verbi vicesima*, & passim omnes *ad leg. unicam, C. de caducis tollendis.*

Verumtamen contraria sententia longè verior 7
est, in pluribus emergentibus controversiis in favorem fisci obtinui, ut si non solverint transigentes, quod promiserunt pro vectigalibus, lis transacta possit instaurari, & primævâ actione fiscus agere, idque probatur.

Primo, argumento Text. *in l. si quis major* 41. *C. de* 8
transact. ibi: *Vel non implendo promissa*, & iterum ibi: *Et rerum proprietate caret, & emolumento, quod ex pactione, vel transactione illa fuerit consequutus*, quasi qui non impleverit, quod promisit, omni commodo transactionis privandus, & non implere dicitur per quem factum est, ne exigi possit, quod debet pro tran actione præstari, ut ex Castrensi, Curtio, Alexandro, Decio, & Crato probavit Iosephus Ludovic. *2. p. decis. Perus.* 101. *n.* 3. & non solùm debet rem dare, sed liberam tradere, *l. ex his, ibi* Bald. *C de evict. l. 1. §. 1. de act. empt.* Ludovic. *ubi proximè n. 6.* ubi aliis comprobat, juvat etiam *l. sive apud acta* 28. *Cod. de transact.* ubi si quod ex transactione conventum non impleatur, vindicationem cujus causa transactio interposita prosequi posse traditur, etsi de transactione excipiatur, doli replicatio datur contra illum, qui transactionem non implevit.

Secundò, quia cùm in nostra controversia promitteret summam pecuniarum ille adversus quem ju- 9

dicium de vectigalibus institutum, ut ab eo fiscus desisteret, qui admissa promissione desistere convenit, tacitè inest conditio in promissione fisci, si quod promissum daretur *argum. l. Quæro, §. inter locatorē, ff. locati, l. Iulianus, §. offerri, de actionib. empt. l. fin. C. de non numerat. pecunia*: si igitur promissum non impleatur, non potest, qui defecit, juvari commodo transactionis, quasi non cedat conditio, *l. cedere diē, ff. de verb. signific.* & non solvens convento tempore cadit ab omni commodo contractus secundum Doctores, *in d. l si quis major*, Decius *consil.* 452. *n.* 10. Gratus *consil.* 52. *n.* 1. *lib.* 1. Roland à Valle *cons.* 31. *num.* 7. *lib.* 2. Bursatus *cons.* 84. *n.* 7. *lib.* 1. Franciscus Beccius *cons.* 58. *n.* 9. *& seqq.* Bruno à Sole *quæst* 15. *n.* 17. cum aliis ab Hondedeo adductis *cons.* 18. *n.* 4. *& 5. lib* 1.

Tertiò, quia dubitari non potest hunc contractum correspectivum judicari, ita ut fiscus à lite discedat, quia summa conventa pro vectigalibus solveretur, quæ cum soluta non sit, non poterit is qui defecerit implere, defendi transactione *argum. ad l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt. l. ædiles. §. fin. juncta gloss. ff. de ædilitio edicto*, & hoc etiâsi solū in minima parte deficiat implementum, Corneus *vol.* 3 *. cons.* 297. *n.* 1. *& vol.* 4. *cons.* 245. *n.* 3 quantò magis quando in totum non impletur, & nunquam excluditur exceptio defectus implementi, quia nascitur ex eodē contractu; Decius *in cap. ex parte* 2. *de officio, & potestate judicis delegati, & cons.* 356. *n.* 4. post Bald. *in authent. præsente, C. de fide jussi.* idem Bald. *in l. pacta cōventa, notab.* 2. *de contrahend. empt.* Natta *consil.* 673. *n.* Beroius *vol.* 3. *cons.* 15. *num.* 14. Alex. *vol.* 3. *cons.* 105. Craveta *cons.* 248. 10

Et quia cohæret actioni, aliqui tenuerunt posse 11
à Iudice eam exceptionem opponi etiamsi à parte non opponeretur, ut probavit Rolandus à Valle *vol.* 1. *cons.* 53. *n.* 32. *& vol* 4. *cons.* 69. *n.* 6. *&* 13. Grat. *reg.* 438. *n.* 8. & exceptio, *non implevisti*, adeo legitima est, ut possit in executionem sententiæ opponi, ut ex Romano, Craveta, Menochio, Corneo, Gallesio, Gratiano, Tuscho, & Rotæ decisionibus probavit D. Salgado *de Regia protectione*, 4. *p. c.* 7. *n.* 108 *cum seqq.* & agens ex transactione primò docere debet se impleviisse, Socin. *l.* 2. *cons.* 273. *n.* 2. Craveta *cons.* 151. *n.* 8. & implementi defectu rescindi quemcumque contractum nominatum, & hanc exceptionem excluso etiamsi statuto exceptionis apponi prohibeatur ex Castrens. Iason. Corneo, Bursato, & Craveta probarit Ioan. Bapt. Cæsar. 3 *p. consil. diverse. cons.* 69. *n.* 56. *&* 57.

Idque maxime procedit in contractu correspe- 12
ctivo, ut in hoc casu judicandus, quia à lite vectigalium discedit ur respectu, ut summa conventa solvatur, & contractum censeri correspectivum, cùm unus dependet ab alio, Gratian. 2. *tom. disceptat. c* 297. *n.* 20. Giurba *decis.* 85. *n.* 20. & quando inest alteri ut in præsenti Doctor per Textum, *ibi in l. petens, C. de pactis*, Bart. *in l. Aurelius* 28. *§. idem quæsivit, ff. de lib.* Bald. *l.* 2. *cons.* 179. *& l.* 3. *cons.* 315. Surd. *cōs.* 217. *n.* 7. *& cōsil* 457. *n.* 22. Tiraq. *in l. si unquam, verbo, donatione largitus, n.* 18. Linglois *decis.* 34. *q.* 2. *n.* 72 Paponius *consi.* 54. *n.* 34. Tornell. *cons.* 73 *n.* 8. Mantica *de contractib. l.* 13. *tit.* 40 *n.* 16. *&* 17. Gonzal. *reg* 8. *Cancell. gloss* 27 *n.* 46. Rodrig *l.* 2. *de annuis redditib. q.* 5 *n.* 52. Grat. *tom* 5. *disceptat. c.* 853. *& c.* 897. *n.* 2. *& c.* 924 *n.* 1. *& c.* 960. *n.* 16.

Quartò ex promissione utriusque litigatorum, ut 13
in hoc casu fisci, & ejus qui conventus pro vectigalibus resultant duæ promissiones, alias desistendi ab actione, altera pro eo aliquid dandi, & licet diversæ

ſint,reſultat contractus tranſactionis, quæ non poteſt eſſe niſi ultrò,citróque obligatoria,*l. tranſactio, C. de tranſact.* notant DD.*in l. ſi cauſa cognita,C. eodem*: quemadmodum emptio & vēditio diverſæ ſunt, quia aliud eſt emere,aliud eſt vendere,*l. 1.ff. de rerum permutatione*,& tamen ex his duobus reſultat unus & idem contractus,qui dicitur emptionis & vēditionis, & eſt ultrò citróque obligatorius,cùm non poſſit eſſe venditio ſine emptione,nec è contra *l. Labeo*, §. *contractuum*, *de verb. ſignificat.* unde ſi unus & idem contractus claudicare non oportet, nec diverſo jure cenſeri, *argumento l. eum qui ædes ff. de uſucap.* ſed æqualitas omnino ſervanda,*l fin. C.de fructibus*, & *litium expenſis*,*l.ſacris*, §. *in omnibus*,*C.de proximis ſacrorum ſcriniorum*,*l.penult.ff. communi dividundo*, ſi igitur reus non implet tranſactionem ex parte ſua præſtando promiſſa, nec fiſcus actor tenebitur ſervare, aliàs enim claudicaret contractus, & cùm ſit unus conſiſtens ex promiſſione utriuſque, diverſo jure cenſeretur, nec dici poſſet æqualitatem ſervari, quod admittendum non eſt.

14 *Quintò*, quia cùm in hoc caſu fieret concurſus creditorum ab eo, qui pro vectigalibus detinendis fiſco ſolvere promiſit, & appareat plures eſſe creditores, nec bona ſufficere ut eis ſolvatur, quantò minus ut poſſit debitum fiſcale repeti,tunc ex concurſu creditorum cenſetur excuſſio facta juxta doctrinam Gloſſæ *in l. à Divo Pio per textum ibi* §. *ſi ſuper rebus*,ibi : *Vbi controverſia eſt de pignore, illud admitti debere,& capi aliud,ſi quod ſine controverſia*, & ex Gloſſa *ibi*, Angelo, Neguſantio, & Pariſio probat Molin *l.4. de Hiſp. primog. c.7. n.31.* & ex Paulo Caſtrenſi probavit *dec. Genuenſ.156. n.8.*& quando bona debitoris impedita ſunt ære aliena, tūc excuſſionem factam cenſeri notarunt Angelus,& Iaſon,quos refert Parladorus *lib.2. rerum quotidianarum,c.fin.4.p.§.7. n.18.& 19.* quibus adde quæ notarunt Afflict.*dec.138* Franch.*dec.273.n.4.* ut quando obligatus notoriè ſolvendo non eſt,excuſſio facta dicatur:vel quando bona ſunt intricata,*dec. Genuenſ.* 156 *n.8.*vel ſit difficultas, ut debitum conſequatur, Gumma *deciſ.21.*Theſaur.*deciſ.*40 quo caſu tertius poteſt conveniri,& debitor debitoris, Iaſon *in l. de kalendis n.2.7.& 37.ff.de verb.obligat.* Neguzant.*de pignorib.8 part.membro 1.n.14.* Gratus *l. 1. conſil. 87.n.23.*Menoch. *conſil.667.n.11* De Lara *lib.1.de anniverſariis,c.8.*Scaccia *de commerciis*,§ *2.gloſſ.5. n.268.& 274.*Covarr.*practicarum,c.29.n.1.* Avend. *in l.32.Tauri,gloſſ.1.n.10.*Barboſa *in l.1. ſoluto matrimonio*, 6. *part. num.21. in fine*, Cæſar. Marentus *conſil.18. num 25.* Cephalus *vol.1. conſil. 86. à n. 13.* Surdus *conſ.4. num. 13.* quibus adde Antonium Fabrum *in ſuo Codice, titulo de pignoribus,definitione 25.& 33* Nicolaum Vandel. *in ſuis ſingularibus, ſingulari 7.* Gratianum 1. *tom. diſceptationum, cap.304.num.5.*

15 Et in fiſco, quando debitor principalis non eſt ſolvendo cenſeri factam excuſſionem, ut fidejuſſor, vel tertius poſſit conveniri, aut aliter contra reum principalem agi,& poſſit fiſcus revocare ſolutionem alteri factam ex pluribus obſervat Trentacinq *lib.1. variarū titulo de jure fiſci,reſol.7.n.14.* Peregr.*de jure Fiſci lib.6.tit.6.n.8.*ubi interpretantur *l.pecunia, C. de jure fiſci,lib.10.* cujus verba ibi : *Si poſtea ex juſta cauſa fiſco reſtituenda ſit*, optimè huic rei conveniunt,quia nulla juſtior cauſa conveniri poteſt,quàm cùm vectigalia detineat, qui cum fiſco tranſegit, ſi pretium, quod promiſit, non ſolverit, aut ſolvere non poſſit, ut in hoc caſu manifeſtum eſt,vectigalia à fiſco recuperanda, reſciſsâ tranſactione.

Sextò,quia tranſactio de ſua natura debet eſſe de re dubia,& lite incerta,& nulla eſt tranſactio,& invalida,quando procedit ſuper re, de qua non eſt,nec poteſt eſſe probabilis contentio, *l.1.& l.poſt rem judicatam.ff. de tranſ l.ſi cauſa cognita,C. eodem,l.elegantes*,§ *ſi poſt.ff.de conditione indebiti,c.1.&c.ſuper eodem.de tranſact.*ubi communiter Doctores, Angelus 215. & 218 Panormit. *lib.2 conſ.85. in fine*, Socinus Iunior *lib 1.conſil.144.n.16.* Romanus *conſ. 517.n.18.* Craveta *conſ.276.n.3.* ex Angelo, Baldo, Caſtrenſi & Jaſone interpretans *l.1.ff.de tranſactionib.*tradit Menoch.*conſ.1258 n.1.& 2.* unde cum in hoc caſu apparet nullum titulum exhibitum eſſe pro vectigalibus detinendis, ab eo qui de illis tranſegit, nec ſufficere præſcriptionem etiam immemorialem, aut titulum, & privilegium, niſi habeat qualitates, ut ſcribatur in rationibus Regalis patrimonii, & libris,quos dicimus *de lo ſalvado*, juxta ſolemnitates quas requirunt *l.2. tit.15.l.4.recopil.l.1.tit.18.l.9. recop.*& *ſuprà* retulimus *n.1.* & nos latè probavimus,*allegatione 5.num. 1.* non poteſt dici tranſactio,quæ de re indubita facta fuit,cùm nullum titulum,aut privilegium exhiberet reus conventus,ideó. que magis rem certam, & indubitatam donationis cauſa liberalitate remiſſam à Principe in hoc caſu dicendum eſt quam verè tranſactionem factam, ut traditur *in l.1.ff. de tranſact.* ideó que faciliùs,ut primævâ actione agatur tranſactio reſciſſa, exiſtimanda quæ verè à principio nulla eſt,ut prædiximus,& ſaltem ſi de facto præceſſerit non impletum quod ea comprehenſum, & promiſſum.

Septimò denique quia omnia quæ ex adverſo oppoſita fuerunt, quando aliquod juris fulcimentum habere poſſent,eo caſu procederunt, quando competeret aliud jus ei qui vectigalia detinebat præter illud, quod ex tranſactione obtinuit ; at verò cùm in noſtro caſu nullum aliud jus appareat habere reum, cum privilegium aliquod vel titulum non exhibuerit præter jus tranſactionis ad vectigalia detinenda,tunc cum omne jus ex tranſactione conſequatur, meritò ea non impleta reſcindi oportet, ut expreſsè etiamſi contrariam opinionem regulariter ſequatur in his terminis tenet Surdus *conſ.* 447 *n.41.verſic. Quimò Reſpondeo.*

Octavò, eandem ſententiam ut non impl. â tranſactione poſſit primævâ actione agi,videtur inſinuare Textus *in l. tale pactum*,40.§. *qui provocavit, ff. de pactis*,ubi ſententia contra aliquem lata, & appellatione interpoſita tranſactum fuit, ut certam ſummā ſolveret appellans, alias judicio eum ſatisfacturum etſi non impleverit tranſactionem, tradit I. C. judicium primò datum exequi deberi, non verò ut agatur pro implemento ejus quod promiſſum, ut poſt Gloſſam *ibi* notarunt Bart. & Baldus.*n.6.*

Nonò, quia non ſequuta cauſa ex qua tranſactio interpoſita conditio merito concedenda, *arg. textus in l.ſi quis accepto,l.fin.ff.de condict.cauſ.dat.*& eorum quæ in illis Doctores notant communiter Bartolus Baldus Iaſon,& Salicetus,Afflict.*deciſ.*108.

Decimò eſt Textus expreſſus, *in l. ſi inſtituta*, 27. *ff.de inofficioſo teſtamento*, ibi I.C.tradit hæc verba: *Si inſtituta de inofficioſo teſtamento accuſatione de lite pacto tranſactum eſt,nec fides ab hærede tranſactioni præſtatur, inofficioſi cauſam integram eſſe placuit.* Quo manifeſtè probatur ex defectu implementi trā. ſactionis priorem actionem & judicium inſtaurari.& quoad pignoratitiam actionem, ſi effectum non habuerit tranſactio ex qua res data, ut competat actio pignoratitia, traditur *in lege penult.* §. *latrunculis.ff. de except.rei judicatæ*,eis verbis,quæ nobis conveniūt ibi :

ibi: *Actio tamen pignoratitia competit, verum est enim & pignori datam & satisfactum non esse.*

21 Et hanc opinionem ut possit ex defectu implementi transactio rescindi & agi primævâ actione tenuerunt Paulus de Castro *lib.1. cons.* 412. *incipit: quia breve spatium.n.*1. sequitur Tuschus, *practicar. lit.T.concl.*357. & cum obligatio sit quæ ligat utrosque contrahentes qui velit transactione defendi, & illa agere totum contractum ex sua parte adimplere teneri, ex Bartolo, Alex. Iaf. Curtio Seniori, Decio, Tiraquello, Natta, Croto, Cephalo, Beroio, Menochio, & Beccio, quos refert, probavit Surdus *dict. cons.*447.*n.*9. & eo casu contrariæ opinionis Authores admittunt transactionem nõ irritandam, eo quod impleta non fit, quando constat aliquo modo posse impleri, ut ex Capitio probavit Aymon, Craveta *tom.5.cons.*856.*n.*2. & Iosephus Ludovicus, qui 2. *p.dec.*101. *Perusin..n.*1. *cum sequenti usque ad n.*10. hanc sententiam comprobat, & quamvis postea discedere à nostra opinione videatur, tamen inde tenuit, quia impletum fuit ex latere ejus, qui pro transactione dare debebat, ut fundus promissus traditus, licet postea evictus.

22 Unde cùm in hoc casu certum sit non posse ex parte rei qui promisit transactionem impleri, ex omnium sententia rescindi oportet, ut primæva actione agatur, notarunt gloss. Bart. & Baldus *n.6. in l. tale pactum, §. qui provocavit ff. de pactis*, Curtius *in l. sive apud acta.n.*48. *C. de transact.* & contravenire dicitur transactioni, qui non solvit in tempore, quod debet, Curtius post Castrensem, & Alexandrum *in l. si quis major, n.* 31. *C. de transact.* Decius *in l. cum proponas, C. de pactis*, Gratus *lib.*1. *consil.*4. *num.*16. *&* 17. ad Ioannem Baptistam Cæsar. *in consiliis variis.* 3. *parte cons.*69. *n.*56. *cum sequent.* & in terminis nostram sententiam probavit Anton. Gomez *in l.* 45. *Tauri.n.*53. notat verba: *Non obstaret textus in l. sive apud acta, C. de transact. quia responderi posset, quod ibi reus non servarit promissa unde actor potuit reverti ad actionem, & litem primam, argumento textus in leg. cum proponas, la* 2. *& quæ ibi traduntur, Cod. de pactis.*

23 Nec obstant quæ *suprà* in contrarium expendimus, nam quoad primum *d. l. incivile, C. de rei vindicatione, & l. non idcirco, C. de contrahend. emptione*, longè dissimilis, & diversa ratio est, quippe omnino perfectus, & completus est contractus emptionis, & venditionis, quoties res vendita tradita est, si pretium solveretur, vel eo non soluto de illo fides sit habita, *§. vendita instit. de rerum divisione, l. quod vendidi* 19. *ff. de contrahenda emptione, l. Iulianus, §. offerri, ff. de actione empti, l. si procurator, 5. ff. de jure fisci. l.*46. *tit.*28. *part.*3. at verò transactio etsi fidem alterius sequatur, semper respicit implementum ejus, quod pro transactione promissum est, *argumento l. cum proponas* 17. *C. de transact.* & probatur, *l. sive apud acta,* 28. *C. eodem*, ubi etiamsi qui transactione jus suum remisit, nihil scriptura comprehendi dari, sed solùm pacto id convento, cum ex pactione nuda jure civili actio non nasceretur, *l. juris gentium, §. igitur nuda, ff. de pactis*, si illud quod pro transactione conventũ datum non sit, traditur ab Imperatore posse judicium vindicationis prosequi etsi exceptio transactionis opponeretur, de dolo replicari oportet, ut quod conventum fuerit observetur.

24 Quasi tota vis transactionis ex implemento pendeat ex dictis juribus, *l. nec intentio* 23. *l. si quidem* 24. *l. transactio*, 38. *si quis major.*41. *C. de transact.* Bart. Bald. Salicet. Baldus, & Purpuratus *in dict. l. transact. & ad l. promissis* 37. *Cod. eodem*, Cuman. *cons.* 179. *incipit pacta*, Fulgos. *cons.*160. ex quibus Decio, Fusco, & aliis Sebastianus Nevius ad ea jura, & cum in hoc casu certum sit implementum sequi non posse, de quo in hac causa dubitari non valet transactionem esse rescindendam, quoniam valdè iniquum esset, ut retineat vectigalia, quæ à fisco transactione accepit, & ultrò non adimpleat, quod promisit, & facit *d. l. si quis accepto*, 4 *ff. de condict. causa data*, eis verbis: *Si quis accepto tulerit debitori suo, cum convenerit, ut ex promisso rem daret, nec ille det, potest dici condici posse ei, qui accepto sit liberatus*, & notarunt Doctores *in l.*4. *& 5. ff. de acceptilationibus*, Medicis *in tr. de acceptilation.*1. *p. q.*11. *n.*7.

25 Nec quidquam facit *l. cum mota 6. C. de transact.* quæ in contrarium expensa: nam pro ejus explicatione notandum eum Textum maximè contrahere difficultatem cum *l. si instituta* 27. *in principio ff. de inofficioso testamento*: nam hæc duo jura invicem obstant pro quorum explicatione plures interpretationes cumularunt Glossa, Bart. Bald. Salicet. Oddofredus, Iason, Decius, Alexand. Angelus, Fulgos. Alciatus, Duarenus, Iulius Pacius, Fachineus, Donellus, Petrus Grangianus, & alii, quos refert Nicolaus Genua *in conciliatione eorum jurium*, quæ ut percipias, nota veram esse sententiam *l.*27. eam procedere in filiis exhæredatis, quibus ipso jure competit querela, quæ si transigatur, & non adimpleatur promissum ad que relam reduci oportet, at verò Text. *in d. l. cum mota* aliter procedit in hæreditatibus matris, qui querelam transegerat, quibus non permittitur ad eam redire, quemadmodum eis non concederetur querelam intendere, quæ solùm conceditur illis qui primo gradu erant, quasi illorum solùm injuria indignatio sit, *l. filius*, 22. *ff. de inofficioso testamento.*

26 Nec obstabit *l. Posthumus* 6 *§. fin. cum l. sequenti ff. de inofficioso*, ubi querela inofficiosi præparata ad hæredes transit, & non solùm venit ad querelam mater ut *in d. l. Posthumus*, *§. fin.* sed expressè illam instituit *in d. l cum mota*, quia facilè responderi poterit, quia mutavit voluntatem transigendo non posse dici querelam præparatam, *ibi* ex decisione expressa Textus *in l. nam etsi* 15. *§.*1. *ff. de inoffic. testament.* eis verbis: *Hæredi ejus qui post litem de inofficioso præparatam mutata voluntate decessit, non datur de inofficioso querela. non enim sufficit litem instituere, si non in ea perseveres*, apertè enim constat matrem mutasse voluntatem *in d. l. cum mota*, & ideò ejus hæredibus non permittitur quærelæ instauratio, quomodo post plures ex *suprà* relatis ea jura accipiunt D. Padilla, & Gilquenius *in d. l.*5. *cum mota*, Donell. *lib.*9. *comment. cap.*6.

27 Vlterius quæ contra adducta *in l. sive apud acta* 28. *C. de transact. l. cum proponas* 21. *C. de pactis*, nihil ad rem faciunt, quia in longè diversa specie procedunt quoties transactio sine scriptura interposita, nec stipulatione sequutâ, sed ex pacto nudo, an producat actionem, quod dissimile est.

28 Deinde quod objectum fuit, transactione semel extinctam actionem non posse suscitari, ut primævâ agatur, ex *l. qui res, § aream, ff. de solut.* nihil contrà facit, quia in nostris terminis transactionis ad ejus rescissionem agi posse, quando extincta fuit actio, notavit Novarius *ubi suprà versic interdum*, & in hoc casu actionem extinctam reviviscere, si transactio non adimpleatur, limitando regulam prædictam ex Castrensi, & aliis probavit Tuschus *practicar conclus. lit. A. concl.* 116. *n.*9. *& lit. E, conclus.*676. *num.*11. & quamvis *dicta conclusione* 116. *n.* 10 sententiam contrariam referat, ut casu suscitari non possit actio,

tamen *n. sequenti* ex Paulo de Castro *lib. 2. conf. 372.* admittit suscitari actionem in subsidium, quando alia via non potest procedi, & in nostro casu, quia nullo alio modo potest fiscus jus suum consequi, ut animadvertimus.

29 Et ex justa causa jus etiam extinctum suscitari probatur *l. propter veneni 21. neptis ff. ad S. C. Sillani* ibi: *Fidecommissum esse retinendum integrato jure debiti rationis est*, ubi cum neptis adierit aviæ hæreditatem ejus bonorum petita possessione, & ideò fideicommissum, quod alio testamento avia debuit nepti, confusum & extinctum fuit, *argumento l. debitor sub pignore ff. ad SC. Trebellian.* junctis, quæ notarunt Fachineus *lib. 6. controvers. c. 33.* Ant. Faber. *lib. 7. convict. c. 16. & 17.* Romanus *cons. 272.* si tamen hæreditas abdicetur à nepte, quia negligens fuit in defendenda, & vindicanda nece aviæ, etiamsi ex eo bona hæreditatis abdicantur, tamen integrato jure debiti fideicommissum retinere debet, ut deficiente causa hæreditatis ex qua fideicommissum extinctum, & debitum confusum postea suscitetur, & teneat, & ultra quæ notatur ab omnibus *in d. l. debitor sub pignore*, facit traditum à Molina *de Hispanorum primogen. lib. 2. c. 16 n. 25.*

30 Et similiter inde accipiendus Textus *in l. à liberto 35. ff. de bonis libertorum*, ubi ususfructus legatus extinctus, eo quia hæreditas liberti, qui debebat ad Mævium, qui hæres institutus, devenerat postea à filio domini contra tabulas possessione rescisso testamento liberti ususfructus redintegratur cessante causa, scilicet sublatis bonis propter quæ ususfructus extinctus, & confusus fuit.

31 Facit *l. cum qui, 87. §. fin. ff. de acquir. hæredit.* ibi *confusas actiones restitui oportet*, & addendus Donellus *lib. 7. comment. cap. 2.* & justis de causis extinctam actionem suscitare probatur, *l. si cum quis 41. §. fin. ff. de furtis* ibi: *Extingui actionem*, Et iterum ibi: *Renasci eam actionem debere & ita utimur*: conducunt verba Textus *in l. 2 §. fin. ff. si ex noxal. causa agatur* ibi: *Ergo & actori actio restituenda est perempta ea.* Et in terminis debitoris fiscalis, ut restituatur actio quæ semel extincta ut fiscus recuperet, quod ei deberetur juvat quod ex Papiniano traditur *in l. deferre, §. fin. ff. de jure fisci*, ubi si debitor fiscalis solveret creditori suo & ille consumeret pecuniam etiamsi creditor ignoraret fisco deberi ab eo auferetur pecunia ut fisco solvatur, & actio quæ solutione extincta restituitur creditori ut ei directa actio competat, & quando generaliter suscitari possit actio extincta.

32 Rursus quod objectum est *ex l. fratris, 10. l. quamvis, 39. Cod. de transactionib.* favore litium minuendarum non esse locum pœnitentiæ in transactione, nec in ea procedere condictionem causa non sequuta diverse accipiendum est, quia omnes doctores id admittunt ut agatur ad implementum ex transactione, & consequatur qui transegit quod ei promissum est: at verò quando constiterit ut in hoc casu nullatenus posse impleri promissum videtur transactionem rescindendam, quia valde iniquum & inutile foret ejus actione agere quæ inanis est, ut promissum consequatur, *l. nam is 6. ff. de dolo, l. Titius, 76.* ubi glossa & DD. *ff de procur.* Antonius Monachus *decis. 54. n. 12.* ex Rolando Gallioni, & aliis Velasco *axiomatum juris lit. H, n. 3. & lit. A. n. 74. & 77.* & facit illud Martialis *lib. 2. Epigramm. 3.*

Sexte nihil debes, nil debes Sexte, fatemur.
Debet enim si quis, solvere Sexte potest.

Et nullus admitter, quando omne jus detinentis vectigalia præstatur à fisco qui transegit ut vectigalia detineat & eorum pretium non præstet.

Quod similiter procedit etiam eo casu quo aliquid 33
ex transactione solutum fuit si major pars (ut in præsenti evenit) non impleatur, nam si fisco pro his vectigalibus & ut à lite transactione recederetur sexaginta millia aureorum promissa fuerunt etiamsi decem vel viginti solveret Reus, cum tamen reliquum solvere non possit, tunc meritò ad transactionis rescissionem agendum, quia omnes Doctores quos *supra* adduximus quitenent non posse impugnari transactionem, quando qui fecit probavit transactionem, & aliquid ex ea receperit, aliter procedit eorum sententia, quippe nos in hoc casu non impugnamus transactionem quasi invalida sit, & contra illam agere velimus, sed quia non impletur volumus primæva actione vectigalia vindicare, & litem instaurare, quod longè diversum est & ab eo quod interpretes tenuerunt. Juxta quod ex Bartolo, Castrensi, Jasone Alexandro, Decio, Menochio, & aliis pluribus probavimus *suprà n. 21. cum seq.*

Nec obstabit si dicas intendere posse fiscum, ut ve- 34
ctigalia quæ reliquit reo convento ex transactione ad ejus implementum, & ut solvatur quod reliquum ex at vendi deberent agendo ex transactione, quia hæc res valde implicata est quippe cum fere nulla alia bona invenirentur debere eum, qui pro vectigalibus transegit & alimenta petierit ex ipsis istis vectigalibus, quæ pluribus creditoribus obligaverit nimis arumnosum esset fisco cum omnibus litem suscipere, cum facile posset pristinam actionem instituere, ut vectigalia sua vindicet, de quo queri non potest qui transactionem non adimplevit, ex notandis verbis Textus *in l. si pro fundo, 33. C. de transactionib.* ibi: *Si tamen res ipsas apud te constitutas ob quarum quæstionem litis intercessit decisio fiscus vel alius à te vindicavit nihil petere potest.*

Prætèrea quod contra expensum *de l. eleganter,* 35
24. in principio, ff. de pignor. actione, nihil ad rem facit, quia loquitur de datione in solutum, quia licet transegisse videatur cum debitore creditor qui pignus recepit, *l. à Divo Pio 15. §. si pignora, ff. de re judic.* tamen dissimilis casus est, & occurritur creditori actionibus, de quibus in eo textu, cujus explicationem seu corruptionem pete ab Anton. Fabro *de error decad. 100. errore 9.* qui totum eum textum Triboniano refert & contrariam pignoratitiam competere creditori ex aliis Ulpian. locis probat, *l. si rem alienam, 9. in principio, l. si tutor, 16. §. 1. de pignorat. actione.*

Cujus rei differentiam dationis in solutum, & 36
transactionis insinuare videtur Textus *in leg. ex sextante, §. Latinus ff. de except. rei judic. supra adducta*, ut ex defectu implementi suscitetur primum judicium, ubi in eadem specie pignoratitiæ actionis traditur eam durare post transactionem, ut ea non extinguatur pignoratitia contra posteriorem creditorem, qui pignus evincit, quia non potest dici pignori satisfactum ea donatione, quæ evicta fuit.

Nec aliquid obstabit, quod *suprà* objectum tran- 37
sactione fieri novationem, & omnino priorem obligationem extingui, quia ultra quam *in dict. §. Latinus largus*, non de pignoratitia actione transactio interposita, sed de hæreditate, in qua non comprehendebatur fundus, de cujus hypotheca querebatur, quippe ut in hoc textu apparet, ille fundus proprius erat Titii qui de hæreditate controversiam moverat, quod miror non adnimadvertisse Antonium Fabr. qui *dict. error. 9.* tradit nihil posse facere novationem ad extinguendum pignus, licet daretur in solutum: nam certum est, si eadem pignora in secundam obligationem translata sint, videri creditorem in sui ipsius

locum

locum ſuccedere, & anterioris pignoris ordinem retinere, *l.3.l.creditor* 12 §. *Papinianus alias, l. ſi prior, ult.ff.qui potior.in pignore habeatur*, quantò magis dicendum eſt retineri eundem ordinem pignoris contra quoſcumque creditores ab eo, qui accepto in ſolutum pignore id egit, ut ejus quoque dominium adquireret, quia etiam adquiſito dominio, cùm tamen revocabile ſit, non debeat pignus cenſeri extinctum, ut poſt Bartolum, Alexandrum Baldum, Iaſonem, Romanum, Riminaldum, Decium, Socin. Gozadinum, Socin. Iunior. Beroium, Capitium, Tiraquell. & Cagnolum notavit Afflict. *deciſ.*8. & 16. quos refert Surd. *deciſ.*260. *per totum*, qui pro ejus textus explicatione refert Nevizanum *conſ.*79. *num.*12. Tiraquel. *de retract lignag.*§.1. *gloſſa* 7.*n.*69. *& ſeqq.* & pro explicatione ejus textus, & dationis in ſolutum pignoris addendi, Theſaur. *deciſ. Pedemontana* 147. Coller. *de proceſſibes executivis* 3.*p.c.*9.*n.*55.61.

38 & 91.

Et obligationem extingui, & novari tranſactione ita accipiendum, ſi ejus conventiones impleantur, aliàs non cenſebitur novatio extincta, ſed additiva, ut circa compromiſſum, in quo tranſigi videtur. Bart. *in l.2.de arbitriis*, Purpuratus *in rub.C.de tranſaction. n.*32. ex Iaſone, Speculatore, Angelo, Decio, Fulgoſio, Socino, Alexandro, & Antonio Gabriele probavit Gratianus *tom.*3. *diſcept. cap.*557. *num.*32.

39 & 33.

Nec etiam ultra contrariam favet opinionem *d. l.ſi pro fundo*, de qua *ſuprà* in eo, quod in principio traditur: *Si pro fundo quem quis petebat prædium certis limitationibus liberum dari tranſactionis cauſa placuit, nec eo tempore minor annis vigintiquinque fuerit, qui tranſegit, licet hoc prædium obligatum poſt, vel alienum pro parte fuerit probatum, inſtaurari deciſam litem prohibent jura*: unde inſinuari videtur etiamſi implicatum fuerit, quod ultra præſtandum ex tranſactione eam non reſcindendam, quippe difficultas ſolvi poterit. *Primò*, nam ſemper excipit, ſi minoris jure tranſigens uti non poſſit, quo caſu reſcindendam tranſactionem admittit ſine dubio, & cum fiſcus ſemper utatur jure minoris, Aretinus, Boſius, Boherius, Guido Pap. & aliis quos refert Peregr. *de jure fiſci lib.*6.*tit.*2. *n.*10. adde D. Alfar. *de officio fiſcalis, gloſſ.*9.*n.*10. *& gloſſ.*20. §.3.*n.*31. ideò ex illius Textus deciſione poterit litem tranſactione deciſam inſtaurari, & in noſtra controverſia ego, ut fiſci Patronus, pro eo reſtitutionem petieram, quia graviter læſus apparuit tranſigendo cum à principio conſtaret, quod ei pro tranſactione præſtandum ſolvi non

40 poſſe.

Secundò reſpondendum eſt in eo textu aliam rem, & ſpeciem dari, quàm illam de qua judicium erat, ſcilicet pro fundo, de quo lis inſtituta aliud prædium liberum præſtandum: at vero in noſtro caſu, ut vectigalia detineret reus, qui pro illis conventus pecuniam promiſit, & debitor generis fuit, & quantum differant hi caſus, conſtat, quia debitor ſpeciei dando ſpeciem, etſi deterioratam, vel pro parte alienam adimplere videtur, quemadmodum liberatur, ea perempta *l. quod te mihi, ff. de rebus creditis*, ut præter ordinarios *ibi* notarunt Bald. *lib.*1.*conſ.*135. Gail. *tr. de pignoribus, c.*17.*n.*5. Duenas *reg.*176. Fachineus *lib.*2.*c.*71. Robert. *lib.*2 *ſent.c.*17. ſufficiat rem tradere abſque eo quod teneatur facere dominium: at vero debitor generis, ut pecuniæ debet pretii dominum facere creditorem, quod expreſsè probatur *l. ex empto* 12.§. *in primis, ff. de act empti*, ibi: *emptor autem nummos venditoris facere cogitur*, & inde *alibi deciſ. Granat.*12.*n.*17.18. & 19. ex Connano, Donello, &

Antonio Fabro animadvertimus differentiam inter venditorem & emptorem, ut ille qui rem debet, & inde ſpeciem, non obligetur ex contractu rei venditæ facere dominum emptorem, ſed ſufficit rem tradere, etſi fuerit ejus dominus, transferret ejus dominium, vel uſucapiendi conditionem, at verò emptor omnino pretii, dominum facere debet venditorem, ut apertè probavimus ad interpretationem jurium ſingularium, *l. ſi ita diſtrahatur*, §. *qui vendidit, l.rem alienam, ff.de contrah.emptione l.fin.de condict. cauſa dat.l.*5.§. *& ſi quidem de præſcriptis verbis*, maximè quia ut *ſuprà* notavimus, debet ex ſua parte adimplere, qui vult tranſactione juvari, cùm ſit contractus reciprocus, Caſtrenſ. *lib.*3.*conſ.*96.*col.*2. Gratian. *tom.*5.*diſcept.c.*944.*n.*41. pluribus Barboſ. *axiomate* 98.*n.*9.

Sed pro *d.l. ſi pro fundo*, explicatione notandum 41
eſt, quod tradit Antonius Faber. *de erroribus pragm.* 4 *p. decad.*100. *errore* 9. dum diſtinguit dationem in ſolutum pro tranſactione ab ipſa ſimplici tranſactione, & verba finalia Textus: *Ut ſi fiſcus, vel alius vindicet res, quæ remanſerunt apud eum, contra quem lis inſtituta, & tranſacta, nihil petere poſſit*, ita interpretatur Ant. Faber, ut quamvis verum ſit, quod aliqui voluerunt, ut ſi fundus qui in judicio petebatur, & tranſactionis cauſa reſt tutus evincatur, nihil petere poſſit, qui fundum accepit, contra eum, qui reſtituit, quia non ſe obligat de evictione qui rem quam actor petit, ei reſtituit, tamen melius cenſet præ icta verba accipienda, non de re, quæ data propter tranſactionem, ſiquidem non eadem, quæ petitur, ſed alia daretur, & evincatur, tunc ex ſtipulatu, vel præſcriptis verbis agi adverſus eum, qui dedit traditus *in d. l.ſi pro fundo*, & quod *in fine* traditur *non teneri*, referendum ad res quæ remanſerunt apud eum à quo petebantur & tranſegit: cujus differentiæ rationem conſiderat Anton. Fab. quia æquum eſt ut in ſpecie ejus Textus cum pro fundo qui petebatur alius datus fuit evictione ſequutâ teneri reum qui alienam rem dedit vel alii obligatam, tamen iniquum foret actorem teneri reo de evictione illius rei, quam ipſe actor non dederit, ſed tantum manere apud reum paſſus ſit rem quam volebat ei antea per litem evincere, quod congruit juris regulis, & rectè explicatur à Fabro, & pro *d.l.ſi pro fundo* explicatione, & utrum trãſactio novuum titulum adjungat videndus Textus *in c.*1. ubi ſcribentes communiter *de tranſact.* ubi Abbatem antiquum Innoc. Collectar. Zabarel. Hoſtienſem. Bellarmer. Ioann. Andr. Imol. Ananiam, Panormit. Baldum, Ant. Auguſt. & alios refert Barb. *in Collect.* ejus Textus Doctor *ad l.*1. *ff pro emptor.* Alciat. *lib.*3.*conſ.*1. *num.* 34. Mantic, *de contract. l.*26.*tit.*7.*n.*11. Gozadinus *conſ.*38.*n.*9. *&* 12. Menoch. *l.*3. *præſumpt.* 134.*n.*42. Roderic. Suar. *alleg.* 19.19.*num.*18. Ant. Gomez *in l.*45. *Tauri*, *n.*73. Mieres *de majorat.*4.*p. q.*22.*n.*89.

Rurſus non obſtat Textus qui *n.*5. contra adductus 42
in l.ſi major, 36. *C. de tranſact.* qui omiſsâ aliquorũ ſententiâ ut quod traditur amplius non peti quam quod promiſſum ex tranſactione referatur ad uſuras, ut nec à tempore moræ veniant in tranſactione quæ ſtricti juris eſt, ut ex Alexandro tradit Gothofred. in notis ejus textus verè reſpondendum eſt, etſi opinio contraria ut tranſactio non reſcindatur procederet illum textũ loqui tam in majori vigintiquinque annis, ut in eo apparet: nos verò in fiſco quia utitur jure minoris & pro eo adverſus tranſactionem reſtitutionẽ petieram: tum *in d.l. ſi major*, quamvis tranſactione comprehenſum, nec datum nec repreſentatũ, tamen exigi poteſt ut conſtat ex Textu: at vero in

nostro casu, ex cessione bonorum, & concursu creditorum debitum fiscale exigi non potest, quo casu dubium non est pristinâ actione agi posse, quia aliter non potest succurri transigenti, ut *suprà* notavimus, & tradit Angelus *in d.l.instituta, ff de inoffic. testam.* Romanus *in d.l. cum mota, C.de transact. n.9.* quid enim magis absurdum, quàm vectigalia à Rege habere, & postea non soluto illo quod conventum, ex eis velle alimenta percipere, & reliquis creditoribus solvere in damnum fisci.

43 In quo notandum censeo constituendam differentiam, ut quoties quod ego possideo à me petitur, & transactio interponitur, posse procedere, ut ex transactione agatur, quia tueor in jure quod habeo nec totum nec novum consequor transactione, quia solùm ea receditur à lite, secùs verò circa vectigalia quæ petuntur, quia ea nisi à Rege privatus obtinere non potest, & transactione jus illorum quod antea ex defectu tituli non habebat transfertur, ita ut omne jus consequatur à fisco, & in transactione venditio fiat vectigalium, quæ transiguntur ut titulus, qui antea deficeret accedat, unde si pretium transactionis non impleatur merito primævum judicium poterit instaurari.

44 Postremo non obstabit Text. *in l. cum te proponas, 2.C.de transactionibus*, de quo *suprà, n.6.* objecimus, quia diversa quæstio specie quando de hæreditate lis instituta non fuit, an procedat transactio & traditur rectè procedere, quia sufficit timor litis ut rectè cauta pecunia censeatur non verò sine causa, ut post antiquiores notavit Donellus *ad d. l.2.* quod nihil facit ad nostram quæstionem.

45 Denique ut omnia prædicta rectè accipiantur & jura quæ *suprà* expensa pro eo ut translactio non rescindatur animadvertendum posse procedere, quando transactio firmata fuit stipulatione vel cautione amplius non peti, ut in specie: *l. si quidem, 24. l. si de certa 32.C.de transactionibus*, vel acceptilatio intercessit Aquiliana stipulatione ut *in l. ubi pactum, 40.C.eodem* quia tunc poterit sequi plane liberatio quasi renunciari videatur juri ut amplius petatur, ut ad primam actionem redire, & ex transactione agendum pro implemento, & quando in ejus defectu possit mora purgari vide quæ post Glos. Bart. Bald. & Guillerm. de Zucat notavit Paulus de Castr. *in l. si major. 36. C.de transact. per totam*, Cuman. *cons. 179. n.2. & 3.* Thuscus, *lit. M, concl. 377 & lit. T, contr. 352. n.11. & 12.* quod verò longè diversum est in nostro casu ubi fiscus utitur jure minoris, & restitutio adversus transactionem petita, neque aliquo modo titulus exhibitus, quo vectigalia possit privatus obtinere, & totum jus, quod in eum translatum omnino à fisco provenit, nec aliunde potest haberi, & eo prætextu data vectigalia, & transactione de novo vendita, ut illud pretium solvatur quod nec solutum nec solvi potest, nisi vectigalia recuperentur ideò debet suscitari prima actio & transactio rescindi, & ita pluries obtinui.

ALLEGATIO XXIV.

Causa tertiarum quod judicio expedienda.

1 *Declinatoriam à jurisdictione Regalis Patrimonii in causa Tertiarum solent intendere exempti.*

2 *Senatus Regalis Patrimonii cognoscit de tertiis contra exemptos, & Ecclesiasticos non obstante declinatoria.*
l.1.tit.21.lib.9.recop.

3 *Tertiæ & alia quæ principibus sæcularibus conceduntur fiunt temporales, si non habent connexionem cum Ecclesia.*

4 *Decimarum nomine quod soluitur temporale potest concedi laico licet spirituale non possit.*
l.1.tit.5.lib.1.recop.

5 *Tertiæ postquam incorporatæ Regio Patrimonio non pertinent ad cognitionem judicii Ecclesiastici, sed sæcularis cui pertinet administratio Patrimonii Regii.*
l.2.§.25.tit.2.lib.9.recop.
l.unica, C.de officio Comit.rer.privat.
l.1.& 2.C.de officio Comit.Sacri Palat.
l.1.C.ubi causæ fiscales.
l.3.& 8.tit.5.lib.1.recop.

6 *Principalibus decimæ concessæ solùm ad fructus referuntur.*

7 *Princeps in tertiarum recuperatione cum habeat concessionem Pontificum, & immemorialem præscriptionem pro se non considerandus actor, sed reus.*
l.Carbonianum, §.missum.de carb.edict.
l.sive possidetis, C.de probationibus.
l.si quis liberum, 20.ff.de probationibus.
l.improba, C.de adquir possessio.

8 *Spoliatus potest coram suo Iudice convenire spoliantem, etiamsi sit alterius fori.*
c.relatum, 21.§.1.de jure Patronat.

9 *Rex habet jus ut de illis quæ ejus Patrimonii sui, possit convenire etiã exemptũ in sui fisci foro.*
l.3.8.tit.5.lib.1.recop.
l.2.tit.2.lib.9.Recopil.
l.1.tit.21.lib.9.recop.

10 *Rex in eis quæ obtinet indulto Pontificum in Ecclesia habet jurisdictionem tanquã Episcopus.*
l.munerum, § fin.ff.de muner.& honoribus.

11 *Tertiarum recuperatio non respicit exactionem personalem, ut coram Ecclesiastico sit tractanda, sed jus regale ut ex decimis tertiæ deducantur.*
c.cum sit generale, cap. si diligenti, de foro compet.
l.Imperatores, 7.ff.de publican.& vectigal.
l.2.§.si aliter, ff finium Regundorum.
l.qui aliena, 10.§.fin.ff.de negot.gestis.

12 *Pignus obligatum à laico cum clausula, non alienandi, aliàs alienatio sit nulla, etiamsi deveniat ad clericum, potest capi à Iudice sæculari.*
l.creditor, §.fin.ff.de distract pignor.
l.ea lege, Cod.de condict.ob causam.
l.fin.tit.5.p.5.
Privilegium personæ solet occultari ratione rei.

13 *Iudex sæcularis potest ex delegatione, & privilegio Pontificis cognoscere de causis pertinentibus ad forum Ecclesiasticum.*
c.in synodo, 63.distinctione.
c.Menam.2.q.5.
l.1.§.fin.de novi oper.nunciatio.
l.1.ad fin.cum lege sequenti.ff.de usufructu.
Clericus detinens bona fiscalia potest conveniri coram Iudice causarum.

14 *Iudices Regii debent cognoscere de regalibus etiam contra Clericos.*

15 *Iudices Regii debent cognoscere de tertiis, quamvis Rex donaverit Ecclesiæ, vel ei administrandas relinquat.*
l.57.tit.6.p.11.

l.6.tit.1.lib.4. recopil.

16 *Cancellariæ cognoscunt in Hispania contra Cleric. & regulares de jurisdictione Regali, & tributis Regiis, ex rescriptis Caroli V. & Philip. II.*

17 *Consuetudo & observantia ligat Ecclesiasticos.*

18 *Consuetudo ut Rex cognoscat adversus Clericos in rebus sui Patrimonii probatur legibus styli.*
l.118. styli, & n.31.

19 *Ecclesiastici antequam Regi tradant tertias, quæ ex decimis deducendæ videntur administrare nomine Regis.*
Clericus ex administratione à judice sæculari data potest coram eo conveniri.

20 *Episcopus qui recepit à Iudice sæculari bona pro redemptione captivorum coram eo debet reddere rationem.*
l.5. tit.10.p.6.

21 *Consuetudo excusat non solum à pœna temporali sed spirituali.*

22 *Decimarum, & tertiarum plura judicia pendent hodie contra Ecclesias in Senatibus Regiis.*

23 *Iudex sæcularis capax est cognoscendi de facto de eis, quæ pertinent ad forum Ecclesiasticum.*

24 *Tertiarum causa an deducta à decimis? est quæstio de facto.*

25 *Clerici possunt conveniri coram judice sæculari ratione rei.*
c. decernimus, & at si Clerici de judiciis.
c. cæterum, de judiciis.

26 *Tertias qui à Principe habet potest convenire Ecclesiasticos pro eis coram Iudice fisci.*
Rex potest procedere contra Ecclesiasticos. impedientes exactionem reddituum Regalium vel eos usurpantes.

27 *l.3. tit.1. lib.4. recop.*

28 *Clerici exempti sunt jure divino à jurisdictione sæculari in spiritualibus, & suis personis Clerici in temporalibus & suis bonis sunt exempti à jurisdictione sæculari jure positivo.*

29 *Clerici tenentur contribuere cum laïcis in aliquibus quæ tendunt ad utilitatem clericorum & laïcorum.*
l.11. & 12. tit.3. lib.1. recop.

30 *Bullarum retentionis quæ in Hispania consueta ratio?*

31 *l.8. & 9. tit.10. lib.9. recop.*
Clerici prohibentur esse conductores vectigaliũ.
Nobilis potest carcerari non obstante immunitate pro exactione vectigalium.
Fidejussor publicani si nobilis sit, an amittat privilegium immunitatis, ut possit pro fidejussione carcerari?

32 *Praxis Senatus Patrimonii retinendi acta Iudicis Ecclesiastici qui impedierit executores vectigalium explicatur.*

33 *Princeps, & ejus fiscus potest exigere rationem à Clerico qui administrationem habuit, Regalis Patrimonii.*

34 *Laïcus potest clericum debitorem fugientem, & sua asportantem detinere.*

35 *Clericus ratione rei, quando poterit coram sæculari conveniri.*

36 *Vectigalium exactio respicit publicam utilitatem.*
l.1. §. in causa de quæstionibus.
Clerici, & Prælati pro reparatione Ecclesiæ debent respondere coram Iudice sæculari.

37 *Clericus quando tenetur ex re profana ad tributa solvenda coram Iudice fisci potest conveniri.*

38 *Spolium factum à Clerico potest restitui per judicem sæcularem.*

39 *Clericus usurpans Principis jurisdictionem potest impediri à Iudice sæculari.*

40 *Defensioni extraordinariæ tribuendum abusus notorios Iudicis Ecclesiastici impediri à Iudice sæculari.*
l. Prohibitum, Codice, de jure fisci lib.10.
l. defensionis, Cod. eodem.

De Iurisdictione Senatus Regalis Patrimonii circa exemptos, & Ecclesiasticos, quando impedierint administrationem Regii Patrimonii, & pro recuperatione Tertiarum quæ Regibus nostris à summis Pontificibus concessæ, ad explicationem l.2. tit. 2. l. 1. tit.21. lib.9. Recop.

DUBITATUM de jurisdictione Senatus Regalis patrimonii, & disceptatio exorta, quando adversus aliquos exemptos decimarum Tertias Regibus nostris concessas detinentes, Patronus fisci petit eas Regali patrimonio restitui, tunc si Clerici, vel Religiosi fuerint, aut Laïci alterius fori detinentes decimas ex privilegio declinatoriam intendunt, ut non cogantur judicium subire in hoc Senatu. 1

Sed in hoc casu certissimum est in eo causam agendam, velut propriam Regalis patrimonii, nam postquam Regibus nostris à Pontificibus concessæ Tertiæ decimarum, *l.1. tit.21. lib.9. recop.* Puteus *lib.3. dec.319. & 330.* Cabedo *l.2. dec.93. n.1. usque ad 5.* Barbosa *in l. Titia, n.40. ff. soluto matrim.* Soto *de justitia, & jure, lib.9. q.7. art.1.* Cevallos *lib.3. comm.q.822. n.71. cum sequentibus, & lib.4. q.897. n.636.* latè Camillus Borrellus *de præstantia Regis Catholici, c.59. per totum.* 2

Igitur eo ipso, quod Tertiæ concessæ, ut alia, quæ à Pontificibus Regibus concessa, fiunt temporales, quando non habent connexionem, & dependentiam ab Ecclesia, ut probatur *c. generali*, ubi Glossa *verbo. Regalia*, & Archidiaconus *ibi de electione, n.6.* Bald. *in c.1. tit. Episcopum, vel Abbatem in principio, n.8. in usib. feudorum*, Bertrand. *vol.3. cons.276. n.17.* Balzaram *de feud. tit.56. quæ sint regalia in principio, n.8.* & in terminis Tertiarum Belluga *in Speculo Princip. rubrica 13 §. tractemus, n.78 vol.1.* Didac. Castill. *in l.6. Tauri, glossa de qualquier calidad. & in l.13. gloss. venti quarto horas.* Velasco *de jure emphyteutico, q.17. num.15.* Rebuff. *tractatu de exceptionibus, n.214. & 219.* Monera *tr. de decim. c.8. n.38.* Renat. Chopinus *de moribus Parisiensibus, tit.3. n.7. & 8.* Menoch. *consil.757. n.16.* Anastasius Germonius *lib.3. de sacror. immunit. c.19. n.90.* Olivanus *de jure fisci, c.11. n.43. & c.14. n.20. & c.15. n.14.* post Covarr. Gutierr. & alios latè Barbosa *in l. Titia, n.41. ff. solut. matrimonio*, Cevallos *l.33. communium, q.822. n.74* Bobadilla *lib.2. Politicæ, c.18. n.147.* Camillus Borellus *de præstantia Regis Catholici, c.71. n.348.* Sotus *lib.9. de justitia, & jure, quæst.7. art.1. in fine*, Molin. *3. tom. de justitia. & jure tractatu de tributis, disceptatione 663. n.9.* Beltraminus *in additionib. ad* 3

D. Alex. Ludovisium decis. 414. *lit. H.*

4 Quia ut tradit D. Thomas 2.2. *q.* 100.*art.*4. ita, *Licet jus spirituale decimarum laicis non concedatur, tamen concedi possunt res temporales quæ nomine decimæ dantur*,& conducunt tradita à Glossa *in cap. pervenit.verbo laicalibus*, 1. *quæst.* 3.*& in c. quoniam verbo non licere*, 16.*quæst.*1.Panormit. *in cap. ad hæc de decimis*,Felinus *in cap. causam quæ*, *n.*4 *de præscript.* Cumanus, *cons.* 83. *col.*1. quem refert Ruinus *vol.*3.*cons.*142.*n.*19. Guillelmus Benedictus,*in cap.Raynutius verbo duas habens filias,num.*69 *vers. ideo quod si decimæ*, Soto omnino videndus *lib.* 9. *de justitia & jure,quæst.*4. *art.* 3.*vers.ad quæstionem*, ex Covarr.Barbosa, Cevallos & aliis D.Castillo *de tertiis,c.*12.*n.*21.& distinctionem D. Thomæ videtur insinuare,*l.*1.*tit.*5.*lib.*1. *recop.* ubi postquam expressit decimas, & earum jus ad Ecclesias pertinere excipit Tertias,& decimas quas Rex percipit,ibi: *Ni se entienda en los diezmos y tercias que los Reyes nuestros predecessores, y nos acostumbramos levar antiquamente.*

Et cum Tertiæ nostris Regibus sint concessæ & 5 illorum Patrimonio incorporatæ *l.*2.§ 25.*tit.*2.*l.*9. *recop.*non poterit de eis cognoscere Iudex Ecclesiasticus ut de reliquis bonis Regiæ Coronæ, sed Iudices sæculares quibus cognitio injuncta, *d.l.*2. §.25. *l. Vnica C.de officio commit.rer. privat.l* 1.*&* 2 *Cod. de offic. Com.sacri Palatii*, *l.*1.*cum sequentibus:Cod. ubi causæ fiscales*, *l.*3.*&* 8.*tit.*5.*lib.*1. *recop.*& idem in Tertiis dicendum, in quibus eadem militat ratio *arg. l. illud* 32.*ff.ad legem Aquiliam*, *l.à Titio* 108. *de verb.obligat.*

6 Et ideò quasi Tertiæ fuerint effectæ de Regio Patrimonio,*titulus* 21.*lib* 9. *Recop.*ubi de eis agitur cum magno judicio in eo libro collocatus, in quo de omnibus rebus Regalis Patrimonii latè agitur, ut post Azeved.Covar. & alios notavit D.Castill.*d. c.*12.*n.*21.*&* 22. *& seqq.* qui probat ut quamvis jus decimandi spirituale sit,& à laico possideri non possit,tamen rectè obtineri commoditas percipiendi fructus, & Tertias quæ Regibus concessæ, & idem *c.*10.*n.*6. comprobat ex D.Thoma,Rodoano, Ioan. Garcia,Abbate,Barbosa, D. Balboa, & aliis, & in hoc casu non agitur de decimis & jure decimandi, sed de facultate percipiendi fructus qui ex decimis proveniunt, & hoc jus temporale est, *c. fin. ne Prælati vices suas*, *c. vestra.de locato*, Rodoanus *de spoliis q.*14.*num.*14.Gratianus *tom.*2.*discept.*238. *num.*28.

7 Ex quo cum id velut laicale jam existimetur, & esse de Regali Patrimonio, debet causa tractari in ejus Senatu, & cum Rex habeat in Tertiis pro se Pontificum concessionem, præscriptionem immemorialem, & juris præsumptionem, etiamsi Tertias ab injustè detinentibus petierit, non considerandus actor, sed reus ut in fisci foro judicium discutiatur ex glossa, *in l.si prius*, *ff. de novi operis nunciatione*, ubi notat.Bart. *in l. sicuti*, §.*sed si quæratur*,*ff.si servitus vindicetur*,*l.Carbonianum*,§.*missum*, *ff.de Carboniano edicto*, Genuensis *decis.*3. Natta *cons.* 473. *arg.l.sive possidetis*,*juncta gloss. C. de proba.l.si quis liberum*,20. *ff. eodem titulo*, *improba Cod. de adquir. poss.*Rota *decis.*5. *ut lite pendente in antiquis* Romam. *cons.*496. *n.*7. Lancellottus *de attentatis* 2.*p c.*4.*declaratione* 4 *n* 7.Ex Decio,Covarr.& aliis D.Castillo *d. cap.*12.*n.*25.

8 Et cùm spoliatus sic fiscus ab Ecclesiasticis, qui Tertias usurparunt à Regali Patrimonio, non potest spoliatus coram suo Iudice convenire spoliantem, etiamsi fuerit alterius fori,*c. relatum*, 21.§.1. *de jure Patronat.*& in decimis notarunt plures quos refert Menoch. *de recuper. rem.*15.*n.*218. *& consil.* 268. *num.*1.*&* 10.

Tum etiam quia Rex jus habet, ut illis quæ ejus 9 Patrimonii facta sunt possit quemcumque convenire in fisci foro, sine personarum, etiamsi fuerint exemptæ distinctione; & hac regula etiam comprehensi sunt Ecclesiastici & Religiosi ex *suprà* relatis *l.*1.*circa finem*,*l.*3.*l.*8.*tit.*5.*lib.*1.*Recop.* & in individuo,& id judicandum solum esse à Senatoribus supremi Consilii Regalis Patrimonii probatur *in leg.* 2.*num.*25.*titulo* 2. *libro* 9. *Recopilat.* ibi: *Y de todos los pleitos de justicia entre partes sobre rentas reales, pechos, y derechos, que se nos debieren y fueren occupados, por qualesquier personas y de todo lo anexo y perteneciente à ellos:* & postea in individuo hunc casum adducit ibi: *Y de los pleitos sobre exemptiones que se pretenden de pagar alcavalas y tercias, pechos, y derechos y otras Rentas nuestras de las quales conozcan privative, assi en primera como en segunda instancia aunque los dichos pleitos sean tales que ni per raçon de estos casos ni de las personas no sean casos de corte, assi quando por nos, y en nuestro nombre se pidiere como quando a nos,o a nuestro Fiscal se demandare*, *l.*1.*tit.*21.*eod. l.*9.ibi: *Assi Prelados y cabildos y otras personas Ecclesiasticas, como seglares a titulo de color de coronados o escusados*, &c. & paulò pòst ibi: *Por laquel mandamos que ninguna,ni algunas personas de qualquier estado,condiçion, y calidad que sean Ecclesiasticas, y seglares ni a titulo de coronados,ni escusados,&c. ni por raçon y causa qualquiera que sea, no entren, tomen, y occupen las dichas nuestras tercias y las dexen libremente cobrar y beneficiar à nuestros Contadores majores &c.* & jubet ex hac lege judicari omnes lites, quæ antea penderent, & postea intenderentur.

Ex qua lege probatur hoc jus fisci,ut in suo foro 10 de his causis cognoscatur, cum loquens de Officialibus,& Ministris,ad quorum curam, & jurisdictionem administratio Regalis Patrimonii formam statuit,ex qua de his rebus privatione judicare debeat quæ comprehendit etiam Ecclesiasticos, & omnes exemptos,& juxta prædictam legem dubitari non potest de jurisdictione supremi Senatus Regalis Patrimonii ex doctrina Bald. *in auth.ad hæc,C.de Latina libert. tollend.*eis verbis: *Vt qui est judex in statuendo sit etiam judex in sententiando*,hucque respexit *l.munerum*,§.*fin.verbo Pontifex.ff. de muner. & honor* & in eis quæ Rex obtinet in Ecclesia habet jurisdictionem tanquam Episcopus,ut notavit Bald. *in l.fin.n.*7.*C.sine sensu vel reliquis*,Greg.*l.*5 1.*tit.*6. *part.*6 *verbo por raçon.*

Sed in hoc casu non agitur de aliqua actione con- 11 tra bona Ecclesiæ,nec intenditur contra Clericos vel Ecclesiam aliqua actio, ex qua resultat obligatio personalis, ut debeat intendi in foro Ecclesiastico juxta *c. cum sit generale & c.si diligenti de foro competet.* quia solùm agitur,ut tertiæ deducantur ex decimis,quæ velut reale habent onus tertiarum, & actio intenditur contra fructus,& prædia, ex quibus producuntur *argum.l.Imperatores*, 7.*ff. de public.& vectig.* ibi: *Prædia ipsa non personas conveniri*, *l.*2.§.*si aliter*, *ff. fin,regundorum*, *l.qui aliena.*10.§.*fin.ff.de negot. gestis* ibi:*sententia prædio datur*, Afflictis *decis* 96. Rodericus Suarez, *allegat.* 28. *num.*5. Ioannes Garcia, *de expensis*, *cap*, 11. *ex num.*50. & *cap.*17.*n.*2.D. Castillo *de Tertiis*, *cap.*12.*n.*43. & facit doctrina Baldi *in l.de his*, *C.de Episcop.& cleric.& in auth.sed & pericul.n.*1.*C sine censu vel reliquis*,ubi tradit posse cõveniri Clericũ corá sæculari,

ratione

ratione tributi realis, ipsius rei quia non tam persona Clerici, quam res ipsa quæ subjacet tributo videtur conveniri.

Unde succedit ea sententia Doctorum, ut si aliqua 12
res fuerit à laico pignori subjecta, cum pacto de non alienando, potest fieri in ea executio à Iudice sæculari, quamvis ad Clericum res devenerit, quasi res censeatur in potestate debitoris qui supposuit hypothecæ & ejus ratione in rem potius dirigi actionem, quam in personam videatur, ut *argum. l. creditor. §. fin. ff. de distract. pignor. l. ea lege, C. de condict. ob causam, l fin. tit. 5. p. 5.* ex Bartolo, Saliceto, Butrio, Ripa, Imola, Iason Menochio, Covarruv. Suarez, Dueñas, Antonio Gabriele, Gregorio Lopezio, Parladorio, Matienzo, Valasco, Gutierrio, Roderico, & aliis pluribus probavit D. Salgado, *de protect. 4. part. c. 14. n. 64.* & juvat doctrina Bartoli, *in l. rescripto, §. fin. num. 3 ff. de muner & honor.* quam probat Gregor. Lopez *in l. 51. glossa 4. tit. 6. part. 1.* ut Judex sæcularis possit mittere manum ad rem Clerici pro tributo, & ex ea illud recipere, quia res quæ obligata est de sua jurisdictione, & ratione rei multoties occultari privilegium personæ, ex Baldo, Alexandro de Nevo, Curtio, & Andrea Gailio, notavit D. Castillo *de Tertiis, c. 12. n. 30.*

Tum etiam, quia cùm sæculares Iudices ex dele- 13
gatione, & privilegio Summi Pontificis possunt cognoscere de causis ad forum Ecclesiasticum pertinentibus, *cap. in synodo 63. dist. cap. Menam. 2. q. 5.* & cum hanc decimarum partem, quæ pertinet ad Tertias concederet sedes Apostolica Regibus Hispaniæ, videtur quasi ex delegatione, & commissione facere de Regali foro, ut de eis agatur, ubi reliquæ Patrimonii Regis causæ tractantur, & *argumento, l. 1. §. fin. de novi operis nunt. juncta l. 1. ad fin. cum l. sequent. de usufructu*, cum Abbate, Felino, Afflicto, & aliis probavit Cevallos *commun. quæst. 822. n. 101. & 106.* & adductis De io, Alexandro, Socino, Iulio, Claro, Cassaneo, Covarrv. Menoch. Rolando, Bobadilla, Roberto, Riccio, Navarro, Morla, Marta, Grassis, Emanuele Roderico, Patre Miranda, D. Salgado, & aliis sequitur D. Castillo *dict. cap. 12. n. 33.* quia Reges habentes indulta similia, quasi Delegati, & nudi Ministri Pontificis censentur ex Ioanne Andrea Staphileus *de literis gratiæ, tit. firmis mandat. de provident. n. 10* probat D. Castillo *dict. c. 12. n. 33.* & facit quod ex Decio, Gozadino, Castaldo, Menochio, Palatio Rubio, Antonio Gomezio, & aliis probavit Caldas Pereira *cons. 5. num 3. & 18.* ut eo ipso, quod Laicus est factis capax alicujus juris Ecclesiastici, est etiam Judex sæcularis factis capax dicendi jus super eo, & Clericum detinentem bona Regalia, vel Coronæ, & quomodolibet ad fiscum pertinentia coram Iudice fiscalium causarum conveniri posse tenuit ex aliis, qui in terminis ita admittunt, idem Caldus, quem sequitur D. Castillo *de Tertiis c. 12. n. 32.*

Et in terminis de causis super Tertiis Regalibus, 14
& aliis redditibus posse cognoscere Regalia Tribunalia, plures referens tenuit Belluga *dicta rubrica 13. §. restat, n. 12.* dicens, quod de istis causis; *postquam decimæ factæ sunt de Realengo cognoscunt Magistratus Regii*, Rebuff. *de decimis, quæst. 10. n. 36. & in tractatu de except. n. 214 & 219.* Menoch. *cons. 757 n. 16. lib. 8.* Alex. Monet. *tractatu de decimis, cap. 8.* Bernardus Græveus Germanus *practicarum conclus. cap. 38.* & post Covarru. Gutierrez & alios, quos refert latissimè Barbosa *in dict. l. Titia ff. solut. matrimonio à n. 42. cum seqq.* Anastasius Germonius *lib. 3. de sacrorum immunitatibus, cap. 19. n. 90. p. 316.* Olivanus *de jure fisci, cap. 11. & cap. 14. n. 70.* ubi tradit: *Alius est casus, in quo Rex cognoscit de causa civili etiam inter suum fiscum ex una agentem vel defendentem, & clericum agentem, vel defendentem parte ex altera, quia est quæstio de bonis aut juribus Patrimonii Regii, & sit de Regaliis ipsius Regis, vel de controversiis eorum occasione, & de his in Regio Tribunali tantum cognoscitur*, idem Olivanus *c. 15. n. 14.* latissimè Cevallos *lib. 3. commun. dict. quæst. 822. n. 74. cum pluribus sequentibus*, Renat. Chopin. *de domanio lib. 2. tit. 15.* Lazarte *de decima vendit. c. 19.* late Gutierrez *de Gabell. c. 94.* Camill. Borrell. *de præstantia Regis Catholici, cap. 7. n. 348. cum sequent.* Bobadill. *l. 2. Politica, c. 18. n. 147.* Gratian. *discept. forens. l. 2. c. 238. n. 58. cum pluribus sequentib.* Caldas Pereira *consil. 5. n. 1. cum sequent.* ubi multis congestis id confirmat, & ultra prædictos ex Ioanne Andrea, Federico de Senis, Guidone Papæ, Boherio, Grammatico, Afflicto, Cumano, Gaillio, Balbo, Carolo de Tapia, Barsato, Menochio, Cassaneo, Rosentalio, Aufrerio, Rupellano, Ferrer. Duareno, Hadriano, Gilmano, Covarru. Didac. Castello, Gutierrio, Garcia, Pace, Cabedo, Raminez, Morla Fontanella, Sesse, Gironda, Hieronym. Leone, Carrasco, Thusco, & Fratre Emanuele Roderico, cum aliis relatis probavit D. Castillo *de Tertiis, cap. 12. n. 20.*

Et ultra prædictos in terminis plures pro hac 15
sententia retulit Doctissimus, D. Ioan. de Solorzano, *tom. 2. de Indiarum Gubernatio. lib. 3. c. 1. à n. 31. cum seqq. usque ad fin.* ubi de consuetudine, omnium Provinciarum Galliæ, Burgundiæ, Pedemontanæ, Cameræ Imperialis, Germaniæ, Neapolis, Aragoniæ, Lusitaniæ, Cathaloniæ, & valentæ testatur *num. 43.* ut de his causis per Iudices Regios cognoscatur, idque procedere statuit, etiamsi à Rege decimarum Tertiæ sint Ecclesiis donatæ, vel administrandæ relictæ, ut latè comprobat *n. 51. usque ad 61.* expendens inter alia *l. 57. tit. 6. p. 1. l. 6. tit. 1. lib. 4. recop.* & hanc jurisdictionem tradit *dict. n 51. & d. l. 3. c. 4. n. 24.* esse executionem juris Patronatus, quem Rex habet in Ecclesiis Cathedralibus suorum Regnorum, & *d. c. 4. n. 21.* refert plures alios pro hac sententia, ut de Tertiis cognosci debeat per Iudices Regios, & *d. c. 1. num. 61. 62. & 63.* tradit securos esse à censura Bullæ in Cœna Domini, §. 14. quæ imponitur contra eos, qui de causis decimalibus cognoverint, & *num. 45. & 46.* refert schedulas, & rescripta Regia, quibus injunctum Proregibus novæ Hispaniæ, & Peruano, ut de his causis Iudices Regii cognoscant.

Sed & *in Ordinationibus Cancellariæ Pinciana, l. 1.* 16
tit. 1. & Granatensis lib. 1. tit. 7. rescripto 6. §. 1. extat Domini Caroli V. Imperatoris rescriptum, quo testatur ex consuetudine antiqua Reges Castellæ cognoscere de quibuscumque causis circa jurisdictionem oppidorum Regiæ Coronæ reddituum, & jurium Regalium, ut etiam adversus quoscumque Clericos, & Monachos Religiosos, & Ordines peti debeant coram Regiis Iudicibus, sive isti exempti sint actores, vel rei, nota verba: *Porque estas cosas tocan à nuestra preeminençia Real de que siempre los Reyes nuestros predecessores de gloriosa memoria, y nos, nuestros officiales, y Iusticia acostumbravarum conocer, aunque sea contra Clericos, y Ordines, y Religiosos, sinque otros se aian de entremeter, ni entremetan en ello, ni en parte alguna de ello*, & similiter extat rescriptum Philippi I I. Regis nostri expeditum die 30. Martii anno 1569. quo cavetur de hujusmodi causis in Cancellariis cognoscendum.

Quæ

17 Quæ conſuetudo immemoriali uſu præſcripta cum ſcientia,& patientia ſummi Pontificis , & prælatorum & Epiſcoporum Hiſpaniarum tribuit juriſdictionem juxta Gloſſam *verbo , dum viris , in l. 1. Cod. de emancip. liber.* Innocent. *in cap. novit, n. 6. de Iudic.* & alios relatos per Gratianum , *tom. 2. diſceptationum,* 248. *n.* 68. Covarr. *pract. c.* 32. *n.* 5. Tiber. Decian. *lib. 2. conſ.* 87. *num.* 10. Riminaldus , *lib. 2. conſ.* 2. *n.* 12. *&* 34. & conſuetudinem , & obſervantiam ligare Eccleſiaſticos,in terminis tradit D. Caſtillo *de tertiis, cap.* 12. *n.* 30. *ad finem cum ſequentibus,* ubi ſe remittit *ad tom. 5. c.* 93. §. *Sexto per totum,* ubi pluribus probavit.

18 Et de ea conſuetudine Regum Caſtellæ , ut cognoſcant de ſimilibus cauſis teſtatur, *l.* 118 *ſtyli* dum inquit: *Otro ſi el que es clerigo ſi recaudo los pechos è las rentas, del Rey e face alguna falta en ellos que le puedan los Alcaldes del Rey mandar prendere ſer preſo en la priſion del Rey* quam legem refert & exornat D. Paz *ad leges ſtyli d. l.* 118. ex Baëza & Caſtillo ejus memoratur,& deciſione probat D. Salgado *de reg. protectione,* 2. *c.* 4. *n.* 71.

19 Rurſus quia uſquequo tertiæ traduntur Regi ſeparatæ à decimis Eccleſiaſticis , qui eas percipiunt, & deducere debent, tertiarum cenſentur adminiſtratores nomine Regis,& tunc ratione adminiſtrationis Clericus debet coram ſæculari , reddere rationem,ex vera,& recepta ſententia quam poſt Baldum *in l. acceptam. n.* 4. *C. de uſuris* probarunt plures relati à Babadilla *lib.* 2. *politicæ, c.* 18. *n.* 138. Eſcobar. *de ratiociniis c.* 7. *n.* 8. *&* 9. D. Salgado, 4. *p.* 14 *n.* 105.

20 Et conducit *l.* 5. *tit.* 10. *part.* 6. in qua deciditur Epiſcopum, cui tradita fuerunt bona ad redemptionem captivorum rationem eorum reddere debere coram Iudice ſæculari, & notat Gregor. Lop. *ibi* dicens: *Habes hic caſum in quo Epiſcopus efficitur de foro ſæculari, & nimirum quia ex quo lex civilis dat ei diſtributionem , ipſe ſimiliter tenetur reddere rationem coram Iudice ſæculari* & hanc juriſdictionem Regum Caſtellæ in tertiis,& decimis,quæ ad eorum patrimonium ſpectant probarunt , & admiſerunt omnes Epiſcopi, & Prælati horum Regnorum , ut conſtat ex Hiſtoria D. Regis Joannis II. *c.* 20. & reſcripto Regum Catholicorum quod refert Joannes Garcia *de expenſis, c.* 9 *n.* 95. *&* 96.

21 Et prædictæ leges, reſcripta, & conſuetudo excuſat conſcientiam eorum,qui juxta ea judicaverint,ex *c. generali* 12. *de electione, lib.* 6. Covarr. *practicarum quæſtionum, c.* 31. *n.* 5. *verſic. Secundo,* Tiberius Decianus *lib.* 2. *conſ.* 87. *n.* 10. latiſſimè Hippolytus Riminald. *l.* 2. *conſ.* 2. *n.* 12. *&* 34. & quãdo conſuetudo excuſet non ſolùm à pœna temporali , ſed etiam ſpirituali ex Tiraquello , Rolando à Valle , Peguera *deciſ. Piſana,* Intrigliolo, Farinacio,& Treviſano notavit Velaſcus *axiomat juris lit. C. n.* 173. *&* 175. & valdè juvat ita praxi fuiſſe obtentum Monachus *in c.* 2. *n.* 10. *de prabendis , in* 6. Carolum de Craſalis *l.* 2. *Regalium Franciæ c.* 17. *in fine,* Olivanus *de jure fiſci, c.* 13. *n.* 22.

22 Et hanc juriſdictionem , & conſuetudinem judicandi in foro conſcientiæ ſecuram eſſe tradit Pater Enriquez *lib.* 7. *Theologiæ moralis c.* 27. *n.* 2. *ſcholio* 1. & ex ea in conſilio juſtitiæ anno 1594. adjurata fuit lis Clericorum urbis Conchenſis , quam litem dicimus, *de los Coronados,* & deciſa eſt in viſionis inſtantia anno 1536. & quamvis Epiſcopus,& Eccleſiaſtici juriſdictionem declinarunt,& obtinuerunt reſcripta Pauli III. ad quem per ejus Legatum querelas miſerunt, huic rei ſilentium impoſitum,& in ſupremo Caſtellæ Senatu,ubi hodie adhuc pendet cauſa relicta,& in ſupremo Senatu Regalis Patrimonii, quamplures lites extant adverſus Eccleſias,& Monaſteria,ut contra Epiſcopum & Eccleſiam Placentiam, Cordubenſem, Gaditanam,Carthaginenſem,Civitatenſem,Siguntinam, & alias plures & contra Monaſteria Ordinis Divi Hieronymi, Sancti Bartholomæi de Lupiana,Monaſterium de Guadalupe,Hiſpalenſe,& alia pluſquam viginti judicia cum aliis Eccleſiis Cathedralibus , Monaſteriis , & perſonis Eccleſiaſticis hodie agitantur ſuper Tertiis in eodem Senatu,& in Regno Granatenſi , quia decimæ temporales exiſtimantur,& pertinent ad Regale Patrimonium,de his cognoſci poteſt in Cancellaria Granatenſi,ut teſtatur,probans rectè id fieri Covarr. *practicarum. c.* 35. *n.* 2. Mieres *de majorat.* 3. *p. q.* 11. *n.* 11. Bobadilla *lib.* 2. *Politicæ, c.* 18. *n.* 147. & in decimis Regni Galiciæ in valde difficilioribus caſibus probavit Garc. *de expenſis c.* 9. *n* 90. *cum ſeqq.* Barb. *in d. l. Titia ff. ſolut. matrimonio* , & valde abſurdum eſſet ea mutare, quæ interpretationem certam ſemper habuerunt *l. minimè, l. in rebus , ff. de legibus cum vulgatis.*

Sed notandum eſt in hoc caſu potius de facto hanc eſſe cognitionem,cujus ſæcularis Iudex in rebus Eccleſiaſticis capax eſt, Abbas *in cap. litteras,* 2. *de juram calumniæ, n.* 8. quem ſequitur Moneta *tract. de decimis c.* 8. *n.* 15. Covarru. *practicarum q.* 35. *n.* 1. Guido Papæ *deciſ.* 85. *n.* 1. Menoch. *cõſ.* 268. *num.* 10. Peregrinus *deciſ.* 145. *num.* 6. Andreas Gailius *lib.* 1. *obſerv.* 38. *n.* 3. *&* 4. Cevallos *tom. 5. de violent. q.* 25. *num.* 57. Batboſa *in l. Titia, n.* 28. *&* 30 *ff. ſoluto matrimonio,* Seſſe *deciſ.* 162. *n.* 52. *&* 57. ex Natta, Caſſaneo, Gutierrio, Mieres, Cenedo, Ioanne Garcia , Torreblanca,& aliis D. Salgado *de Regia protect.* 1. *p. c.* 1 *præludio* 5. *n.* 217. cùm in hoc caſu non quæratur de valore indulti Tertiarum Regibus noſtris conceſſis, quia id à nullis Eccleſiis impugnatur , ſed ſolum de facto,an ex decimis Tertias deduxerint , & quamvis de titulis ageretur , quando exhibiti ad confirmationem facti, vel poſſeſſionis ; quæ coram Iudice ſæculari tractari valet ; poteſt idem pronunciare ſuper titulis ſaltem incidenter per modum cauſæ, Peregr. *ubi proximè , n.* 8. ubi alios refert Guid. Papæ *deciſ.* 71. Gratian. 2. *tom. diſcept.* 238. *n.* 67.

Vlterius de facto cognitionem eſſe probatur , quia hoc caſu ſolùm agitur de mera compulſione , ut Tertiæ,quæ non ſolutæ , ſolvantur , & tunc eſſe cauſam mixti fori, ut etiam in decimis Laïcus ad earum ſolutionem poſſit compelli per Iudicem ſæcularem, Covarru. *pract. c.* 35. *n.* 2. Horatius Carpenus *ad ſtatuta Mediolanenſ. lic.* 2. *c.* 479. *n.* 9. Barboſa *in d. l. Titia ff. ſolut. matrim.* Gratian. *ubi proximè, n.* 10. *&* 82. Cevall. *d. q.* 25. *n.* 55.

Nec prædicta retardare valebit Clericos & Religioſos eſſe conveniendos in ſuo foro, quia exempti ſunt jure divino , & judices ſæculares incapaces exiſtimantur ut de eorum cauſis cognoſcant , *c. decernimus, c. at ſi clerici de judiciis:* nam id excluditur, & privilegium perſonale occultatur ratione rei, quæ habet prærogativam,ut de ea apud aliquos Iudices cognoſcatur,ita in ſpecie Textus *in cap. caterum, de judic.* ubi privilegium fori Eccleſiaſtici occultatur, dum agitur de re feudali, quæ Iudicem habet dominum feudi,notant Bald. *ibi* & Alex. de Nevo *n.* 7. Curtius *de feudis* 7. *p. n.* 15. & ita in Gallia practicatur teſte Rupellano *lib.* 2. *forenſ. inſtit. c.* 25. Chopinus *lib.* 3. *de moribus Pariſienſ. tit.* 1. *n.* 7. *&* 8. Belluga *in ſpeculo Princip.* 1. *part. rubrica* 13. §. *reſtat,* ubi Camillus Borrell. *in addition. verbo Princeps,* idé tradit obſervari in Senatu Neapolitano, & nunquam auditum

auditum in his Regnis fiſci Patronum de juribus Regalibus litigaſſe coram Iudicibus Eccleſiaſticis.

26 Et adeo jus & privilegium fiſci procedit in hac re, ut non ſolùm Rex ipſe, ſed qui ab eo cauſam habet, poteſt convenire Eccleſiaſticos coram Iudice fiſci, *l.57.tit.6.part.1.* ubi exornat Greg. Lopez *verbo, que geladio, l.6.tit.1.lib.4.l.10. tit.7.lib.9.Recopilat.* & dubium non eſt poſſe Regem procedere contra Eccleſiaſticos, qui turbant, vel impediunt exactionem reddituum, vel eos uſurpant, Innocent. *in c.1.de officio deleg.* Igneus *in l.neceſſarios, §.non alius, ff.ad S.C Sillanian. n.617.* Renatus Chopinus *de ſacra Politia, tit.3.num.13.* & Eccleſiaſtici ligantur legibus, quæ diſponunt circa Tertias, & Regales redditus, ne defraudentur, & forum ſortiuntur, Gloſſ. *verbo aliquos, in cap.quod Clericus, de foro compet.* Antonius de Butrio *in rubrica de conſuetudine, n.7.* Alex. *lib.2.conſ.* 210. *n.2.* latè Alderanus, Maſcardus *de ſtatutorum interpretatione, concluſ.1.n.94.*

27 Et conducit *l.3.tit.1.lib.4.Recopil.* eis verbis. *Y podemos, compeler, y apremiar à los Prelados, que mueſtren ante nos ſu derecho ſi alguno tienen ſobre la juriſdiction, que en nueſtros Reynos à nos pertenece*, & idem multò magis in Tertiis dicendum, cùm in eis conſiſtat publica utilitas, Regni tutela, & conſervatio, ut traditur *l.1.tit.21.lib.9.Recopil.* ibi: *Las dichas terçias cuja conſervaçion tanto importa para el ſoſtenimiento, defenſa, y ſeguridad, de eſtos Reynos, y cauſa publica de ellos.*

28 Quod verò traditur exemptionem Clericorum eſſe de jure divino, nec lege humana, vel conſuetudine poſſe lædi, ita accipiendum ut procedat in ſpiritualibus, & quoad eorum perſonas, non verò in temporalibus, & illorum bonis, ut probant omnes Scribentes *in c decernimus, & in c.ceterum de judiciis* Innocent. *in c.2.de majorit. & obed.* & idem tenuit Covarr. *practicarum, c.31.n.2.verſic. ſecunda concluſio* ubi pluribus exornat, & reſoluit communem multis congeſtis reſpondens omnibus, quæ in contrarium objici poſſunt, Petr. Auguſt. Morla *in emporio, tit.2. de juriſdictione, q.12.n.3.* & ex Seſſe, Cenedo, & Cevallos, qui plurimos referunt, probavit rectè, ut ſolet, D. Salgado *de Regia protectione, 1.part.cap.1.prælu-dio 3.n.127.* qui licet ex Carolo de Graſſis tradiderit non poſſe in univerſum ex conſuetudine tolli, etiam ex tolerantia Pontificis, tamen *n.128.* admittit reſpectu alicujus actus particularis valere conſuetudinem, quia per eam non impeditur finis exemptionis, videlicet ne Clerici impediantur, & detrahantur à divinis officiis, quia ex cauſa publicæ utilitatis, quæ reſpicit quietem, & conſervationem Regni, poteſt adquiri per conſuetudinem juriſdictio limitata ad certum caſum, ut ex Iulio Claro, Ioan Garcia, Covarr. & Roderico latè probavit Seſſe *de inhibitio.c.8.§.3.n.130.46.& n.154.*

29 Et conducunt *l.11.& 12.tit.3.lib.1.Recopilat.* ubi agens de ſumptibus ad conſervationem ſatorum, & vinearum traditur *in d.l.12.ad fin.* ibi, *Que todos aſi clerigos como legos lo paguen aſi miſmo pro rata lo que les cupiere, y mandamos que las prendas ſe cobren aſi de los unos como de los otros.* Cui adde quæ notarunt Ripa *de peſte tit.de remediis ad eam curandam, p.ult.* Mexia *de taxa panis conſil.5.n.4.& 48.* Molina *de juſtitia & jure diſp.642.* Salzedo *in praxi c.55.additio 1.* Zenedo, *Canonicar. quæſt.19.num.2.* Morla *de juriſdict.4 p.cent.1.caſu 2.num.11.* eruditè D. Quiones *tract. de locuſtis*, pluribus notavit Bobadilla *lib.2.Politicæ, cap.18.n.67.& 81.& n.308.* & innumeris Salgado *de Regia protectione, 1.p.cap.1.Prælu-dio 2.num.58.*

Et nunquam noſtri Reges ex voluntate Pontificum paſſi ſunt, ut ab Eccleſiaſticis læda tur vel eludatur, quod ad illorum ſpectat Patrimonium & juriſdictionem, ſed retinent reſcripta Pontificum ab eis ſupplicando quaſi ex relationis ſubreptione expedita donec Pontifex conſulatur, ut pluribus exemplis confirmat Covarr. *practic.c.35.& 36.* ubi hujus rei fundamenta expendit, & probatur *l.14.l.24.25. & 28.cum aliis tit.3.lib.1.Recopil.& l.5.6 & 7 tit.6. eod.lib.1.* & doctiſſimè id comprobat D. Salgado, *in integro tractatu hujus rei de ſupplicatione ad Sanctiſſimum & Bullarum retentione*, ubi plura congeſſit. 30

Rurſus nihil etiam in turbabit *l.8. tit.10. lib.9. Recop.* quæ in contrarium expendi poſſet, quatenus decidit Clericos & perſonas Eccleſiaſticas non eſſe admittendas ad conductionem vectigalium & Regalium reddituum quaſi inde videatur colligi non poſſe etiam pro rebus Regalis Patrimonii contra eos procedi à Iudicibus noſtri Senatus, ſed ex hac lege id non colligitur, potius verò contrarium probatum extat *d.l 118.ſtyli*, & id reſpexit *d.l.8.* quia indecorum erat Clericis, & ſtatui Eccleſiaſtico Publicanorum exercitium, & vectigalium conductio, non decebat. & ita lex juſſit Epiſcopis, ut pœnas Clericis imponerent, ne facerent vectigalium conductiones, ſed etiam ideo Clericos excluſit, quia non poſſunt illorum perſonæ carcere detineri, & capi uſquequo mercedem conductionis ſoluerent, ut conſiderat Gutierr. *de gabellis, q.132.n.14* quando Laici etiamſi nobiles ſint, & aliàs non poſſint incarcerari, tamen pro ſolutione reddituum Regalium poſſunt capi, nec gaudent privilegio immunitatis, *l.4. tit.2.lib.6. recop.* etiamſi fidejuſſorem Publicam non amittere immunitatem nobilitatis probavit Villar Silva *reſponſorum reſponſo 6.per tot.* & etiam *d.l.8.* id reſpexit, quia difficiliùs poſſunt conveniri Clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ, & ideo *in leg.9. ſtatim ſequenti*, etiam diſponitur, ideò non oportere locare vectigalia, & redditus Regios Equitibus, Decurionibus, Caſtellanis, & aliis potentioribus: unde *ex d.l.8.* nihil contra deſumitur, ut Clerici pro exactione reddituum Regalium, & aliis, quæ ad Regium ſpectant patrimonium, ejus Senatui ſubditi non ſint. 31

Ex quibus inducta praxis Senatus Regalis patrimonii circa Iudices, & perſonas Eccleſiaſticas impedientes exactionem tributorum, vel adminiſtrationem patrimonii: nam quoties executores Senatus Iudices Eccleſiaſtici inhibere intendunt, & contra illos cenſuris procedunt, ut ab executione delegata, vel exactione tributorum deſiſtant, expeditur Regium reſcriptum, quo Iudicibus Eccleſiaſticis injungitur, & ab illis rogatur, ut abſoluant excommunicatos per certum tempus, & jubetur Notariis Laicis, coram quibus acta judicialia expedita, ut illa remittant ad Senatum, in quo extraordinariè ſine cauſæ cognitione nulla copia partibus data, relatione facta attenditur, an cauſa pertineat ad Iudicem Eccleſiaſticum, & juſtè procedere contra executorem Patrimonii, ſi executor excederet delegationem, vel in juriſdictione Eccleſiæ ſe introduceret, tunc acta decreto Senatus ad Iudicem Eccleſiaſticum remittuntur, ut procedat in cauſa, & executori jubetur, ut ab illa ſe inhibeat, ſin verò non juſtè Iudex Eccleſiaſticus exactionem vectigalium, vel adminiſtrationem Regalis patrimonii impedierit, acta in Senatu retinentur, nullâ aliâ declaratione factâ, quaſi omnia, quæ ad vectigalia Regia, & patrimonii Principis pertineant per Iudices Fiſcales expedienda, ut *ſupra* notavimus *n.13.14.& 26.* 32

Sed ultra ea, & omnia ſupradicta, quæ huic praxi 33

rectè suffragantur, stylus nostri Senatus in retinendis actis Iudicis Ecclesiastici, qui impedierit vectigalium exactionem, vel Regis patrimonii administrationem, breviter sequentibus fulcitur. *Primò*, quia Princeps potest exigere rationem coram suo judice à Clerico, qui bona Principis administravit, ex Bartolo, Felino, Abbate, & aliis refert Erasmus Cochier *de jurisdictione in exemptos*, 1. *tom.*4. *p.q.* 85. adde *suprà* adducta *n.*18. *&* 19. ergo melius prohiberet ne ab Ecclesiastico administratio, vel exactio impediatur.

34 *Secundò*, quia quemadmodum potest Laïcus privatus debitorem Clericum fugientem, & sua asportantem detinere, & capere ex Aufrerio *de potest. seculari, reg.*3. *n.*15. ita etiam opponi Ecclesiastico, qui patrimonii Regii administrationem turbaverit.

35 *Tertiò*, nam sicut ex aliquorum sententia in actione reali potest Clericus ratione rei trahi ad judicium sæculare, ut ex Innocentio, & aliis idem Aufrer. ita in Gallia observari statuens *reg.*2. *n.*5. adde *suprà* notata *n.*11. ita in vectigalium causa Ecclesiasticus excludi ne impediat à Laïcis exactionem.

36 *Quartò*, cùm id respiciat publicam utilitatem, quæ in vectigalium exactione consistit, *l.*1. § *in causa*, *ff. de quæstionibus*, sicut in reparatione Ecclesiarum, quæ ad eandem publicam causam pertinet, debent etiam Prælati coram Judice sæculari respondere, nisi illi ex se fecerint reparationem *ex c. filiis, & nepotibus* 16. *q.*7. *&* *lib.*4. *Regum, c.*12. *l.*2. *Paralipomen. c.*24. comprobat Aufrerius *ubi suprà*, *reg.*2. *n.*16. ex Guillelmo Rebuffo, & aliis tenet Grassis *de effectibus Clericat. effect.* 1. *n.* 869. & in Hispania ita in supremo justitiæ Senatu observatur, meritò ne publica utilitas vectigalium exactionis eludatur ab hujus Rei impedimento arceri possunt Iudices Ecclesiastici.

37 *Quintò*, quippe Clericus, quando teneretur ad solvenda tributa ex re profana, quam possidet, potest conveniri in foro fiscali coram Procuratore Cæsaris, ut ex Baldo, Alberico, Ægidio, Bertachino, Remigio, Tiraquello, & aliis pluribus Grassis *dicto effectu* 1. *n.*874. ergo multò magis obviari potest, ne Iudex Ecclesiasticus impediat à Laicis exigi tributa.

38 *Sexto*, Iudex Ecclesiasticus, qui impedit vectigalium exactionem, ut spoliator rerum Patrimonii posset non solùm impediri per Iudicem sæcularem, ut in præsenti, verùm pro spolio coram eo conveniri ex sententia Ioannis Fabri, Antonii de Butrio, Nicolai de Millis, Archidiaconi, Ioannis Andreæ, & aliorum, quos refert Aufrerius *ubi proximè reg.* 2. *n.*24. quia causas possessorias, etiam in spiritualibus, non spirituales, sed profanas esse prædicti tenuerunt, & innumeros refert Grassis *dict. effectu* 1. *n.* 975. quod maximè, & sine dubio procedit, cum de re omninò profana agitur, ut in hoc casu de possessione jurisdictionis exigendi vectigalia, & administratione Regii patrimonii, ut comprobat idem Grassis *ubi proximè*, *n.*977. & faciunt quæ tradit *n.*1035.

39 *Septimò*, non respicit usurpatæ Ecclesiæ jurisdictionem, sed solùm obstare, ne Judices Ecclesiastici contra ipsius Ecclesiæ statutum usurpent Principis jurisdictionem in vectigalibus, & patrimonio Regio, quo casu prohiberi posse à Iudice sæculari ex Innocentio & *c. olim de restitut. spoliat. c.*1. *de officio delegati. c. ex parte de verbor. signific.* tenuit Aufrer. *de potestate sæculari, reg.*1. *n.*23. & ita in Gallia observari statuit, & causam profanam, quæ fiscum tangit coram Iudice Fiscali etiam inter Clericos agendam Caldas Pereira. *conf.*5. *n.*19.

Octavò, denique cùm certum sit abusum notorium Iudicis Ecclesiastici posse impediri, non solùm à Senatu Patrimonii Regis, quando sine jurisdictione Ecclesiasticus vectigalium exactionem, vel administrationem turbaverit, sed etiam à quocumque privato, quia ad extraordinariam defensionem referendum, quod Senatus patrimonii in hoc casu admittit circa actorum Ecclesiastici retentionem, ut *ex l. prohibitum, l. defensionis C. de jure fisci, lib.*10. *c. si quando de rescript.* notavit D. Salgado *de regia protectione*, 1. *p. c.*1. *præludio* 3. *num.*116. & in simili ex Marantha Grassis *dict. effectu* 1. *n.*1035. & addenda est *l.*4. *tit.*1. *lib.*4. *recop.* contra Ecclesiasticos usurpantes jurisdictionem Regis, hujus rei optimum exemplum extat *in l.*7. *eod. tit. & libro.* 40

ALLEGATIO XXVIII.

Tertias præscribere non potest qui non jure proprio, sed alieno possidet.

1 *Reges Hispaniæ pro bello prosequendo contra Mauros, tertias decimarum à Pontificibus obtinuerunt.*

2 *Titulum qui habet, non potest ultra illum præscribere.*

3 *Titulus influit in possessionem sequentem.*
*l.*6. *&* 7. *tit.*15. *lib.*9. *Recop. & n.*5.

4 *Præscribere non potest qui pro eo quod præscribit aliquid recipit.*
l. penult. C. de servit & aqua.
l. omnes, C. de præscript, triginta.

5 *Possidens alieno nomine nec per mille annos præscribere poterit.*
l. maximè ff. de admin. tutorum.
l. si quis conductionis, ff. locati.

6 *Administrationis nomine possidere impedit illud posse præscribi.*

7 *Præsumitur factum ab eo in cujus utilitatem cedit.*

8 *l. in bello, §. facti, ff. de captivis, & n.*18. §. *neque tamen, instit. de auctor. tutorum.*

9 *Indicium probandi debitum est, quando factum alicui prodest.*
l. merito, ff. pro socio.
l. Divus, ff. de in integr. restit.

10 *præsumitur damnum ab inimico factum.*

11 *Instrumenti subtractio præsumitur facta, ab eo cui prodest.*
Auth. ad hæc, ille etiam versic. si quis instrumenta, C. de Latin. libert. tollenda.
l. penult. C. de probationibus.

12 *Instrumentum habet pro se tres præsumptiones, esse verum, solemne, & ad instantiam partis confectum.*

13 *Auth. de tabellionibus, §. nos autem.*

14 *Notarium præsumitur fecisse instrumentum ad petitionem partis.*

15 *Falsitas ut excludatur præsumitur verum instrumentum.*

16 *Fiscus semper habet pro se præsumptionem ut instrumenta subtraxerit.*
*l.*2. §. *Divus, ff. de jure fisci.*

17. *Verisimilitudo est omnium interpretationum caput.*
l. ob carmen, §. fin. de testibus.

l. cum

l.cum res in princ.l.cum in testamento,ff.de rebus dubiis.
Factum aliquid censetur ut fieri solet,l.ideo,ff.de legibus.
l.quædam,§.numularius,ff.de edendo.
18 *Præsumitur præsentia partis ubi de stylo, & usu intervenire solet.*
l.quod si nolit,§.assidua ff.de ædilitio edicto.
19 *Præsumitur in quolibet actu fieri quod consuevit.*
l.certi condictio,§.si numos,ff.si certum petatur.
l.quæro,§.inter locatorem,ff.locati.
20 *l.Lucius,§.tutorem,ff.de administrat.tutor.*
21 *Mandatum præsumitur ex transcursu temporis.*
Diuturnitas accipitur pro decennio.
l si cum fideicommissa, §. Aristo, ff. qui & à quibus.
l.diuturna,33.ff.de legibus.
22 *Mandatum præsumitur ex personæ qualitate.*
23 *Solutio præsumitur ex transcursu temporis.*
l.maximè,30.ff.de admin.tutor.
l.siquis fortè,6.§.1.ff.de pœnis.
24 *Præsumitur nullum jactare suum.*
25 *Præscriptio impium præsidium.*
Auth.ut Ecclesia Romana collat.2.
26 *Præsumitur medium probatis extremitatibus.*
l.si quis ita,ff.de condit.& demonstr.
l.talis scriptura,ff.de legat.1.
27 *Præscriptione immemoriali non possunt à Magnatibus adquiri jura Regalia, quia jurant eos non passuros ab aliquo detineri.*
Præscriptio immemorialis non procedit contra proprium juramentum.
Iuramentum habet vim litis contestationis.
l.sed etsi restituatur,28. §.ex quibus,ff.de judiciis.
28 *Iuramentum interrumpit præscriptionem.*
Iuramentum firmat actionem per quadraginta annos.
29 *l.15.tit.8.lib.9 recop.*
Scire vel scire debere idem censetur.
l si duo ff.de adquir hæredit
l.si Titius,48.ff.de fidejussor.

De Tertiis, & quando in eis contra Regem præscriptio immemorialis non procedat, si ex Regis consignatione percipiantur? ad explicationem l.1. tit.21. lib.9. recopilat.

1 REgis Castellæ & Legionis egregiam operam navarunt contra Sarracenos, ut à tota Hispania expellerent, ut denique expulerunt; ideo indul is & gratiis summorum Pontificum semper fuerunt condonati, ut fidei Catholicæ defensioni incumberent & Ecclesiæ defenderent authoritatem; unde ex Rescriptis summorum Pontificum Tertias perceperunt, ex Bulla Gregorii IX. expedita anno 1217. apertè constat, quæ refertur *in historia Regis Ferdinandi III.c.2.& in historia generali Regis Ildephonsi Sapientis 4. p.c.10.* & alia Bulla Gregorii X. expedita ann.1275.ubi alterius indulti Honorii III. mentio fit,quibus ad bellum cum Sarracenis partem decimarum,quæ communiter dicimus *Tertias*, concesserunt, refert Mariana *lib.13. historiæ Hispaniæ, cap. ult.* Fuit etiam aliud rescriptum Bonifacii VIII. expeditum anno 1301.in quo Regi Ferdinando IV. decimas concessit, & postea idem firmatum Bulla Clementis V. expedita anno 1313. quod denique anno 1487. ad supplicationem Regum Catholicorum Ferdinandi & Elisabethæ ex indulto Innocent. VIII. confirmatum fuit, & tertias perpetuò concessit: quod etiam firmavit duobus rescriptis Alexander VI. & prædictarum Bullarum mentionem fecerunt Puteus *lib.3.decis.*319.Cabedo *decis.*63.Barbosa *in lege Titia* 35.*ff.soluto matrim.n.*41 *&* 42. *cum sequent.*& aliarum Sixti IV. Pii IV. Iulii II. Leonis X.Vrbani II.mentionem faciunt Camillus Bortellus *de præstantia Regis Catholici, cap.*59.*n.*3. Suarez *allegat.*28.Cevallos 4.*tom.communium,q.*897. *n.*642. & probatur *l.*1.*tit.*29.*lib.*9.*Recop.*Covarr. *practicarum,cap.*25.*n* 2. & cum prædicta extent pro nostris Regibus, ut Tertias obtineant, pro se juris habent præsumptionem, ut nullâ aliâ egeant probatione, adeò ut in eis non posset procedere præscriptio immemorialis, nisi expressè cautum esset, *l.*1. *tit.*21. *lib.*9.*Recop.*

Quo fit ut quoties ex aliquo titulo constiterit aliquem decimas percepisse, tunc immemorialis prodesse non poterit ultra titulum,quia ut *in allegat.*14. *n.*10. titulus excludit quod possessio immemorialis inducere valet, quia tunc ipse titulus pugnat contra possidentem, & titulus non potest augeri præscriptione,Ioan.Andreas *n.fin.*Anchar.*n.*4.*in c.cùm persona,de privilegiis,lib.*6.Franch.*ibi in* §.*quod si tales,* Dominic.*cons.*96.*n.*4.Craveta *cons.*680.*n.*5.Farinac. *decis.*136.1.*p.recent.*Thusc.*lit.P,concl.*521.*& lit.T, conclus.*311.*n.*3.Covarr.*in reg. possessor.*2.*p.*§.3.*n.*8. Peregrin.*de jure fisc.lib.*6.*tit.*8.*n.*25.& titulus repugnat immemoriali, & eam excludit Molina *de primog.lib.*2.*c.*6.*n.*66. Barbosa *de præscript.in l.competit.n.*145.*& sequent.* 2

Idque præsertim cùm constaret decimas ex eo titulo non jure proprio sed alieno possedisse, videlicet quando *ex l.*6.*&* 7.*tit.*15.*lib.*9.*Recopil.*in Tertiis alicujus loci domino illius fuissent consignata stipendia: tunc quantumvis pluribus annis postea decimas perciperet jure proprio, tamen nunquam præscribet, quia titulus influit in sequentem possessionem, & eam non jure proprio, sed alieno obtentam fuisse demonstrat *argum. Text. in l. quædam mulier,* 77.*de rei vindicat.*Corneus *lib.*1.*q.*113.*n.*5.*& lib.*2. *cons.*110.Socin.Iun.*lib.*2.*cons.*68.*n.*12.& semper aliquem præsumitur possidere ex titulo præambulo *l.*1. ubi Glossa & Doctor.*C.de adquir.possess.*Castr.*cons.* 147.*in principio,*& solutio facta censetur juxta obligationem,Bald. *in l.si certis annis,n.*9. *C.de pactis,* Corneus *lib.*2.*cons.*181.*n.*73. Aymon Craveta *cons.* 201.*n.*12.Surd.*cons.*220.*n.*3.*& cons.*335.*n.*27. Menoch.*cons.*29.*n.*20.Gratian.*tom.*3.*discept.n.*19.*&* 20. *&c.*460.*n.*7. unde solutio vel perceptio decimarum intelligenda est facta eo jure,quo à principio obligatio stipendiorum à Rege erat, ut inde percipere videantur,non verò jure proprio ut præscribant. 3

Quod magis procedit ex celebri doctrina Alberici *in l.Principes,n.*173. *de legibus,*ubi quæstionem proponit, an Rex qui Comiti concessit transitum per suum Regnum,quia ei præstabit pedagium,quamvis Comes posset transitum ex non usu amittere, *ex l.penult.C.de servit.& aqua,l.omnes,C.de præscr.*30. *annorum,* tamen tenet nullo modo contra Comitem posse aliqualiter Regem præscribere transitum omni eo tempore,quo exegerit pedagium,quod etiam pro- 4

bavit Felin. *in c. illud, n. 5. de præscript.* quem & Albericum refert & sequitur Bald. *de præscript. 4. p. 5. partis. q 4 n. 6.* quasi illud quod exigit ex pedagio, interrumpat semper præscriptionẽ, cum ille qui receperit pro re aliqua, non possit simul recipere, & contra illam præscribere ut non præstet, & in alio casu tenuit Ant. Fab. *in C. tit. de præscript. 30. vel. 40. annor. dist. 20.* ut quoties contractus fieret, ultrò, citróque obligatorius, cui ex una parte satisfactum est, & fieri non potest ut contractus qui ex una parte impletus est, ex altera præscribatur.

5 Et in nostra specie cùm inter Regem & dominũ loci, cui stipendia debebantur, conventum fuisset & *leg. 6. & 7. tit. 15. lib. 9. recop.* decretum ut in redditibus qui Regi solvebantur, in eis locis stipendia cõsignata manerent, tunc ex parte Regis implemento sequuto, cùm dominus loci stipendia ex redditibus perciperet, nullo modo admittendum est præscribere contra id quod stipendia percipiendo, fateri videtur ex jure Regio, non suo, Tertias percipiat, nam tunc magis ex administratione, & alieno nomine quàm suo possidet, quo casu nec per mille annos præscribere valebit ex gloss. singulari *in l. maximè, ff. administratione tutorum*, & notatur *in l. si quis conductionis, ff. locati*, ubi Angel. & Purpurat. *in l. mutuum damus n. 22. ff. si certum petatur, ex Clem. 2. de rebus Ecclesiæ*, Bald. Dec. Silvan. Cæsar. Ursillo, & Renato, Chopino qui tradit Episcopis Claramont. post trecẽtos annos ea de causa nõ potuisse prodesse immerialem præscriptionem; refert Dominus Castill. *tom. 7. de Tertiis, c. 38. per tot.* dicens id à fisci Advocato fuisse allegatum in lite Diœcesis Conquensis in Regali Consilio justitiæ: tamen id quod respicit administrationem, nunquam vidisse fuisse allegatum à fisci Advocatis in supremo Consilio Regalis Patrimonii ut excluderent eos qui vectigalia Regia, vel redditus retinerent. Sed tamen longè deceptus fuit Dominus Castillo; nam multoties à me allegatum & probatum fuit ante ejus libri editionem, ut constat ex allegatione contra Ecclesiam Canariensem pro Tertiis aliquarum Insularum, & idem cum Ecclesia Carthaginensi.

6 Et contra Comitem de Oropesa, ut eum excluderet à tertiis Doctor D. Ioannes de Valboa, fisci Patronus similiter allegavit, & in aliis pluribus litibus, id ut possessores nomine administrationis detinerent, nec inde præscribere possent objectum fuit, ut adversus Ecclesiam Carthaginensem, ne detineret partem tertiarum, & ut omnes solverent adversus insulas Gomeræ ferri & alias ex fortunatis. Vnde de minus diligenter nunquam id allegatum, & traditum affirmat D. Castillo, quia plus alii fiscales Regalis Patrimonii allegarunt expendentes *l. 4. tit. 15. lib. 4. recop.* & omnia quæ adducit D. Castillo à quibus ille transcripsit.

7 Multóque minus procedere poterit immemorialis, quando inveniuntur in libris Regiis consignationes quas dicimus, *libramientos*, ut aliquibus dominis locorum stipendia sua ex redditibus Regiis, in eis locis solvantur & decreta, ut solverent in pluribus annis in rationibus Regalibus inveniuntur, quæ decreta, etsi negaverint prædicti domini locorum non fuisse ad eorum petitionem, & instantiam expedita, ac perinde intendant nihil eis nocere posse, tamen semper aliquid præsumitur factum ab eo, in cujus utilitatem cedit, & hanc præsumptionem Cassianam, quæ debet ducere Iudices sapientissimos, & verissimos notavit Cicero *in Oratione pro Sexto Roscio Amerino* eis verbis *Lucius Cassius, ille quem Populus Romanus verissimum, & sapientissimum Iudicẽ putabat, identidem in causis quærere solebat, cui bono fuisset*, & Dionysius Lambin. *in nota trigesima prima, ibi* animadvertit id fuisse Lisias Græci, qui dicebat auctorem cujusque facti existimandum illum in cujus utilitatem cessit.

Et quamvis res ejus qualitatis existimetur, ut non 8
præsumatur, ut in aditione hæreditatis, quasi facti, *l. in bello, §. facti, ff. de captivis*, maximè quia potest in ea esse damnum, *§. neque instit. auct. tutor.* tamen quoties inveniretur hæredem possidere bona hæreditatis, ex qua utilitatem habuit, præsumitur aditio ex Bald. *vol. 3. cons. 298. n. 2.* Cornetus *vol. 3. cons. 210 n. 4.* Cravet. *cons. 33. n. 12.* Mantic. *de conject. ultim volunt. n. 12. tit. 13. n. 27.* ex Bart. & Natt. Mascard. *de probat. tom. 1. concl. 45. in fine.*

Et quod plus est, quamvis in jure delictum non 9
præsumitur, *l. meritò, ff. pro socio*, tamen ad inquirendum de delicto, principale indicium est, ut ab eo factum credatur, qui ex eo utilitatem habuit, idque vincit contrariam præsumptionem, *l. Divus, de in integrum restitutione*, Dom. Alfar. *de officio fiscalis, gloss. 20. n. 153.* & fuit doctrina Originalis Bart. *in l. fin. n. 5. ff. de quæst.* sequutus Felin. *in c. 2. de homicidio* ex Alberic, Carolo Ruin Hippolyt. Cravet. & Lapo, refert, & sequitur Molin. *l. 2. de primog. c. 5. n. 45.* & in idem adducit Quintilianum, & Ciceronem *lib. 2. de finibus*, & additionator Molin. noviter refert Farinacium, Bossium, & alios *in d. n. 45.*

Melius probatur ex eleganti Ciceronis loco, quem 10
prædicti non adducunt *pro Tito Annio Milone Oratione 38.* eis verbis: *Quonam igitur pacto probari potest insidias Miloni feciſſe Clodium? satis est quidem in illa tam audaci, tam nefaria bellua, docere magnã ei causam, magnã spem in Milonis morte propositam, magnas utilitates fuisse, itaque illud Cassianum, cui bono fuerit, in his personis valeat*, & idem sequutus Bartolum, & Albericum ex Lancelloto, Curtio seniori & Blanco probavit Petrus Surd. *cons 467. n. 5. & 6.* reddens rationem, ut sicut damnum præsumitur datum ab inimico, ut ex Romano, & Petro probat, ita etiam factum ab eo, qui ex eo commodum sentit, Mascard. *de probationibus, concl. 831. n. 12.* Menoch. *de recuperanda, remedio primo, n. 56.* Gratian. *decis. 84. in addit. n. 3.* Alciat. *cons. 357. in fine* quem Baldum, & alios, idem secutus refert Surd. *cons. 512. n. 5.* Hieronym. Gonçalez *regul. 8. Cancellaria, §. 7. in proœmio, n. 161.*

Sed etiam subtractionem instrumenti, & cancel- 11
lationem, quando non apparet à quo facta, præsumitur ab illo factam fuisse, in cujus utilitatem cedit. *auth. ad hoc, §. ille etiam, vers. si quis instrumenta, C. de Latina libertat. tollend.* ex Bart. Bruno, & Blanco, Mascard. *ubi proximè*, alios referunt Becius *cons. 70. n. 20.* Farinac. *de falsitate, q. 153. n. 209.* Gratian. *disceptationum forensium, tom. 2. c. 262. n. 39. & arg. l. pennlt. C. de probationibus* ex Bart. Bald. Alciat. Curt. Seniori, Surd. *cons. 512. n. 5. & 6.* & cum contrariorum eadem sit ratio *principio instit. de his qui sunt sui*, junctis quæ notavit Valascus *axiomat. juris, lit. C. n. 222.* quod procedit in subtractione instrumenti, & cancellatione, idem etiam in confectione veri instrumenti dicendum, ac perinde acta, ubi mentio fit consignationis stipendiorum, præsumitur factam fuisse ad instantiam, & petitionem ejus cui prodesse possunt.

Sed etiamsi Apocha, vel instrumentum fiat, & 12
requirat ad partis instantiam confisci, vel in ejus præsentia id præsumi, ex Bart. & Angelo tenuit Imola *in l. Titia, §. idem respondit, el 2. n. 11. de verb. obligat.* Soc. senior. *vol. 4. cons. 68. n. 3.* & in terminis si

inve

inveniatur in reſcripto gratiam, aut inveſtituram alicui factum, cujus præſentia requirebatur, interveniſſe credendum tenuit Oldradus *conſ.* 217. ex Ioanne Andrea, Felino, Baldo, Romano, & aliis Menoch. *lib. 6. præſumpt.* 18. *n.* 6. ex quocumque inſtrumento, vel decreto naſcuntur tres præſumptiones, ut ſit verum ſolemne, & de mandato partium conſcriptum, ex Baldo, Rolando à Valle, Cotta, & aliis, Burſatus *conſ.* 320. *n.* 26.

15 Itaque ad petitionem eorum, quibus ſtipendia conſignata decreta ut ſolverentur facta præſumi, quibus in quolibet anno ſolvi debebantur probatur *auth. de tabellionibus, §. nos autem*, eis verbis: *ille vero ſecundum voluntatem illius hoc egerit l. optimam, C. de contrab. & committen. ſtipulatione*, ibi: *Credi omni modo & ſervum adfuiſſe & feciſſe ſtipulationem*, & iterum eis verbis: *& ſi inter præſentes partes res acta dicitur & hoc eſſe credendum*, facit Gloſſa *verbo probare, leg. cum precibus C. de probat.*

14 Valerius Notarium qui confecit inſtrumentum vel officialem rationum Regis in annuis decretis conſignationum ſtipendiorum præſumi inſtante parte facere notarunt Marianus, Socin. Iunior. *vol.* 2. *conſ.* 189. *n.* 15. Riminald. Iunior. *vol.* 3. *cõſ.* 137. *n.* 44. *& conſ.* 156. *n.* 17. *& conſ.* 196. *n.* 51. *&* 52. Portius Imolenſis *conſ.* 139. *n.* 16. *&* 17. & de hoc dubitandum non eſſe pluribus probarunt Burſatus *lib.* 3. *conſ.* 330. *n.* 59. Roland. à Valle *volum.* 7. *conſ.* 4. *n.* 28. & Bald. tradit *in l. errore coluin.* 1. *C. de teſtament.* quidquid ſcriptum reperitur videri ſcriptum de voluntate & mandato ejus, qui rogavit Tabellionem, quod tenet Decius *conſ.* 490. *n.* 10. Craveta *conſ.* 75. *n.* 4. Corneus *vol.* 1. *conſ.* 155. *colum fin. verſic. nec obſtat*, & referens Alexandrum, Purpuratum, Pariſium, & alios in terminis tenuit Bellonus *conſ.* 18. *n.* 18. ex Ruino, Curtio Iuniori, Ripa, Claudio, de Seiſelo, Grato, Alciato, & aliis pluribus, tenuit Menoch. *conſ.* 37. *n.* 133. ex Gloſſa, Iaſone, Neviſano, Decio, & Zephalo idem Menoch. *conſ.* 343. *n.* 2.

15 Præſertim quia nullus unquam, niſi ille cujus intereſt peteret, & inſtaret dari decretum conſignationis ſtipendii, nec credi poſſet Officiales Regios ea decreta in libris rationum ſcripſiſſe niſi petentibus eis quibus ſtipendia ſolvenda, maximè cùm in ipſis decretis ad petitionem partis facta fuiſſe dicatur, & idem in reſcriptis ipſius regis, & niſi plenè crederetur falſum committerent Regii Officiales, ſi de partis conſenſu mentionem facerent non præcedente quod nec præſumi oportet, nec admitti, ex eis quæ cum Alciato, & aliis notarũt Burſatus *conſ.* 34. *n.* 37. Alciatus *lib.* 3. *præſumpt.* 9. *n.* 20. ex Iaſone, Deciano & Socino Menoch *lib.* 2. *præſumpt.* 79. *n.* 5. *&* 6. ex Bartolo, Curtio Iuniori & aliis idem Menoch. *conſ.* 37. *n.* 134. nam ad excludendam falſitatem verum eſſe præſumitur, quod in decreto, vel inſtrumento continetur ex Baldo, Deciano, & Felino Burſatus *conſ.* 311. *n.* 54. ex Panormit. *in cap. dudum de controverſ. conjugatorum* refert Curtius Senior *conſil.* 55. *num.* 20. ſequitur idem Burſatus *conſil.*
16 33. *num.* 11.

Idque præcipuè in fiſco, & ejus Officialibus locũ habet, nam non poteſt præſumi fraus, ut adjicerent inſtrumento, quod verùm non eſſet potiúſque præſumitur pro fiſco, & inſtrumenta ſubtracta, nec unquam poterit præſumi fiſcum ſubtrahere *ut arg. legis* 2. *§. divus, ff. de jure fiſci*, notarunt omnes per ea verba: *Quia ei qui inſtrumenta ad cauſam fiſci pertinentia cum poſſit exhibere non exhibet nocere debeat & ea ſubtracta eſſe credãtur quæ nocitura cauſæ ejus fuerint dubitandum non eſt.*

Sed ultra ſi velit quis præſumere non fuiſſe præ- 17
dicta reſcripta quæ dicimus, *cedulas reales*, petita ab eis, in quorum utilitatem cedunt exiſtimet, qua ratione expedita fuiſſe præſumi oportet nam cum veriſimilitudo ſit omnium interpretationum caput *l. ob carmen, §. fin. de teſtibus, l. cum res, in principio. cum in teſtamento, ff. de rebus dubiis*; Hieronym. Gabriel *tom.* 1. *conſ.* 178. *n.* 14 Roland à Valle *vol.* 4. *conſ.* 49. *n.* 36. Craveta *conſ.* 864. *&* 930. Thuſcus *practic. lit. F. concluſ.* 44. *n.* 18. ex Balbo Caſtrenſi & aliis Everardus *in locis legalibus, loco* 5 *à veroſimili*, ſemper intelligendum hæc reſcripta peti ab eis ad quos pertinent, & expedita cenſendum à communiter accidentibus, & juxta uſum, & ſtylum *l. ideo ff. de legib.* ibi: *uſitatum eſt, l. quædam, §. Numularius, ff. de edendo*, eis verbis: *frequentiſſimè ad finem eorum recurritur*, Panormitanus, Cardinalis, Bald. & plures quos refert Everardus, *in locis legalibus, loco* 56. *à communiter accidentibus*, idem Baldus, & alii quos refert Menochius *l.* 6. *præſumpt.* 14. *n.* 20.

Et petitionem, & præſentiam partis præſumi, 18
quando ex uſu, & ſtylo intervenire ſolet, ita interpretans *in bello §. facti, de captivis* pluribus tenuit Menoch. *ubi proximè, n.* 16 *cum ſequentib.* & idem *d. lib.* 6. *præſumpt.* 18. *n.* 6. & in fortiori caſu notavit Craveta *de antiquit. temporum*, 4. *part. principali verſic. materia iſta, n.* 120. ex Panormitano *conſ.* 18 2. *p. n.* 5, ut præſumatur Syndicos, qui fuerunt præſentes laudo, & illud portaverint eorum communitati, & quod de illo communitas notitiam habuerit, & laudum approbaverit, quia ex communiter accidentibus id fieri conſuevit, & hoc argumentum præſumptivè concludit, quia ſemper cenſetur aliquid fieri, ut ſolet Baldus *lib.* 2 *conſ.* 390. *n.* 3. ex Gloſſa, eodem Bald. & aliis Rugerius 1. *part. conſ.* 1. *n.* 111. & nullus dubitari poterit, ſi non peterent Apochas ſtipendiorum, & reſcripta Regia illi in quorum utilitatem cebebant Regii Officiales, non conficerent, ut *ex l. quod ſi nolit, aſſidua, de ædilit. edict.* notarunt Doctores *ibi.*

Quod firmatur ex eo, nam ſemper in omni actu 19
præſumitur factum, quod conſuevit *ex l. certi condict. §. ſi nummos ff. certum petatur*, Bald. *vol.* 4. *conſ.* 102. *ad medium*, Campegius *in tract. excluſivo fœminarũ, ult. part. q.* 57. ex Bart. *in l. uxorem, §. teſtamento, de legatis*, & aliis probavit Mantica *de conject. ult. voluntatum, lib.* 2. *tit.* 12. *num.* 22. *&* 24. Maſcard. *de probat. conc.* 534. *n.* 7. pluribus Menoch. *l.* 6. *præſũpt.* 4. *&* 8. *per totas*, Gutierrez *lib.* 1. *practicarum q. ult. n.* 3. *&* 4. & actum ſemper credendum fieri ſecundùm ſui naturam, & qualitatem rei, de qua conficitur, *l. quæro §. inter locatorem ff. locati*, Molin. *de Hiſp. primogeniis, lib.* 2. *c.* 2. *n.* 15. latè menoch *l.* 3. *præſumpt.* 38 *& lib.* 6. *præſumpt.* 10. & inſtrumentum ſemper intelligitur factum ex eo, qui debebat, & ut debebat conficere ex Iaſ. doctrina *in l. Gallus, §. quidam rectè n.* 6. *ff. de liberis, & poſthumis* ex Craveta, Decio, Cephalo, & aliis notavit Azevedo *in l.* 1, *n.* 8. *tit.* 1. *l.* 6. *Recopilat.*

Idque etiamſi appareat actum fieri alieno nomine 20
ut *argumento l. latius, §. tutorem, ff. de adminiſtr. tutorũ* tradit Gutierrez *de tutelis*, 2. *part. c.* 10. *n.* 2. nam quidquid pertinet ad tutelæ adminiſtrationem, etſi appareat nomine proprio tutoris factum, tamen credendum fieri pro pupillo, in cujus utilitatem cedit: ita ſimiliter prædicta reſcripta, & decreta credi oportet ab illis petita, & expedita ad eorum inſtantiam, quibus proſunt & Officiales Regios illud feciſſe, quod conſuevit, ut latè probarunt Dinus, Alciatus, & alii, quos refert, & ſequitur Mantica *de*

tacitis,& ambiguis convent,lib.3.tit.13.n.57. Bursatus *conf.34.n.12.*

21 Maximè id ex duabus qualitatibus. *Prima* ex longo tempore, quo istæ consignationes factæ, nam plusquam centum annis fuerunt expeditæ, & eo casu ex transcursu triginta annorum præsumitur mãdatum, Mascardus *concluſ.1007.n.52.* Menoch. *conſ.1.n.79.& l.2.præſumpt.33. num.27.* Craveta *de antiquit. tempor.2.part.num.63. ſectione ex præmiſſis*, Gl. quenius *de præſcript.2.part.membro 1. c.8.n.9*, Flores de Mena *variarum quæſtionum,lib.3. q.23.n.27.* & solùm ex diuturna possessione præsumitur patris jussum præcessisse in additione hæreditatis,& juxta Alex *in l.ſciendum, n.19. ff. de verb. obligat.*& diuturnitas accipitur pro decennio & ultra quæ adducit pondero Textum *in l. ſi cum fideicommiſſa 16.§. Ariſto ff qui & à quibus*, ibi: *ſi non diu in libertate fuiſſet,id eſt,non minus decennio*,& consuetudo quæ diuturna dicitur § *ſi in ſcripto,de jure naturali,l.diuturna 33.de legib.* ut decẽ annos requirat, ex Lorioto,Vulteio,VVesembequio, Anton. Fabro, & aliis,Osuald.*in notat.ad Donellum,lib.1. commentariorum,c.10.lit. E*,

22 Et ut ex transcursu triginta annorum mandatum præsumi nullus dubitavit,ex gloss. *in cap. pervenit, in verbo triginta anni, de empt.& venditione*, quam ad hoc *ibi* ponderat Immola, Ancharr. *conſ.127.* Felinus & alii quos refert Mascardus,*concluſ.1007. n.42.*ex Socino, Corneo, Decio, Iasone, Gozadino, Craveta, *conſ.307.n.2.* idque ut tradit Mascardus *d.concl.1007.n.57.*quoties persona ejus qualitatis,& opinionis extiterit pro quo præsumi possit, ut de

23 Officialibus Regiis nemo dubitavit.

Deinde quia stipendia nunquam ab eo cui debebantur, petita fuerunt, & inde constat in prædictis redditibus Regiis fuisse exacta stipendia, ex eo quod tradit Cicero *in Oratione pro Publio Quintio*, ibi: *Satis argumenti eſt,nihil eſſe debitum Mævio,quod tandiu nihil petivit*, & ex transcursu longi temporis præsumitur facta solutio,*l.maximè 30. ff. de adminiſtratione tutorum*, ex Alexand.Romano, & aliis Menoch *l.3.præſumpt.35.n.3.* cum Afflict. & Paris. Menoch.*conſ.457.n.1.& 2.*idque præsertim,quando cum diuturnitate concurrit silentium, & taciturnitas,*argumento l.ſi quis fortè*,§ 1 *ff.de pœnis*,ex Decio, Alex. Beroio,Bertazola, Zephalo, Craveta, & aliis pluribus Mascard. *de probationibus, concluſ.1324. n.27.*Roman *conſ.481.*Calcaneo *conſ.23. n.5.* Barb. *in l.1.5.p.n.18. ff. ſoluto matrimonio.*

24 Et cum ex transcursu longi temporis præsumatur facta solutio,quanto magis ex plus quam centũ annis,quibus stipendiorum consignationes factæ, & quotannis repeterentur, nec unquam in aliis rebus stipendia solvenda,petivit ille,cui debebantur, quod nisi exigeret, ubi ab initio consignata fuerunt, non apparet aliunde stipendia exegisse,ut conveniant verba Ciceronis, *ubi ſupra* ibi: *Doce te petiiſſe ab eo iſtam,neſcio quam innumerabilem pecuniam,doce aliquando mentionem feciſſe,dixiſſe deberi,debuiſſe concedamus*,alias enim nullus præsumitur rem perdere, & stipendia illum non petiturum, ut colligitur *ex l. cum indebito,§. qui etiam, ff. de probat.* junctis Menoch.Tiraquell,Parisio,& pluribus, quos refert Nevius *ibi:* & juvat verba ejusdem Ciceronis,ubi proximè, ut denotaret Sextum Mævium jam recepisse, quod petebat à Publio Quintio,ibi: *Quis tam diſſolutus in re familiari fuiſſet,quis tã negligẽs? quis tã tui Sexte diſſimilis? qui cũ res ab eo,qui eõtraxiſſet,receſſiſſet,& ad hæredẽ perveniſſet,non hæredẽ eũ primum vidiſſet,certiorem faceret,appellaret,rationẽ afferret*

Nihil enim aliud in hoc casu allegare possunt 25
prædicti, nisi ad præscriptionem recurrere quæ impium præsidium appellatur *auth.ut Eccleſia Romana collatione 2.* Angelus *in l.1.C. de negotiis geſtis*,Riminald. *conſ.258.* Romanus *conſ.149.* Fulgosius *conſ.122.*Cuman. *conſ.67.*cum Alexandro,Alciato, Craveta,Menochio,*conſ.201.n.110.* & magis odiosa existimanda præscriptio contra Principem, & ea quæ ad jus publicum pertinent, ut jura Regalia, quippe tunc impugnat rationem ex qua inducta, & admissa præscriptio propter bonum publicum, quãdo ea quæ sunt juris publici, & ad statum Regum concessa privatis adquireret, & ideò exemplis Themistoclis,Catonis,& Plutarchi, qui spretâ præscriptione immemoriali solebat restituere quod ex jure publico usurpatum erat probavit Petrus Gregor. *de Republica lib.3.c.8.n.6.*

Sed ultra id, in hoc casu non potest procedere 26
præscriptio,quia constat, nunquam suo jure præscribentem possedisse,sed alieno, ut latè probatum est, & cùm constet stipendia in eis redditibus fuisse consignata, quod quasi tot instrumentis, & rescriptis Regiis probatum, pars adversa non negavit,& si inficietur in eis redditibus exegisse stipendia,& decreta consignationis petiisse,tamen cùm appareant consignata in Tertiis, quas præscribere intendit, & nullo modo constet aliunde exegisse, & ex longo tempore solutio præsumatur, constat ex prædictis Tertiarum redditibus solutionem factam juxta doctrinam Glossæ *in c. volumus 16.q.4.* ut probatis extremitatibus media præsumantur, Bartolus *in l.Celſus ff. de uſucap.*idem Bartol.per textũ *ibi in l ſi quis ita,de conditionibus,& demonſtrat.& in l.talis ſcript. de legatis* 1.ubi Iason,& Alex.Panorm.*in c.accedentib.de privileg.*Ioan.Garc.*de nobilit.c.12.n.33.*

Denique notari oportet, ut singulare, legem 1. 27
tit.12.lib.9.Recopilationis, quæ permittit immemorialem præscriptionem in Tertiis non posse procedere in Magnatib.titularis,aut Dominis Vassallorum hujus Regni,ut eis non sit permissa præscriptio immemorialis: nam isti tenentur facere juramentum de non usurpando, nec permittere,ut aliquis usurpet jura Regalia, & redditus Principis, quos ex officio suo,& dignitate conservare,& illæsum jus Regis defendere obligantur ex dicto juramento, de quo *in l.15. tit.8.l.9 Recop.*ubi de nullo alio agitur, quàm ad literam exprimere jusjurandum, quo prædicti Domini Vassallorum obligantur:& tunc non potest causari præscriptio, licet immemorialis contra proprium juramentum,Felinus *in cap. fin. de præſcript. n.7.*Ruinus *lib.1.conſ.111.n.6.* Capella Tholosana *deciſ.221.*Ant.Barberius *de virtute,& viribus juramenti,caſu 29. n.42.* Thuscus *practicar.lit. P. concl. 549.n.27.*ubi tradit,ut etiamsi mille annis viveret juratus, nunquam inciperet præscribere,& ratio est, quia juramentum habet vim litis contestationis, Bart. communiter receptus *in l. nam & poſtea,§. ſi is qui temporali.ff.de jurejurando,l.ſed & ſi reſtituatur 28. §. ex quibus ff.de judiciis*, Gozadin. *in l.2. C.de pact. inter emptor.& vendit.n.79.*Covarr. *l.1. variar.c.9.num.7.*cum Baldo,Iasone,Romano, Aretino,Decio,Craveta, Afflict. Marent.& aliis Seraph. *de privileg, juramenti, privileg.50.*

Et ideò ultra quam præscriptio non procedit ex 28
juramento cujusque interrupta censeri debet, & in quocumque successore per quadraginta annos Principis actio firmabatur,quem effectum tribuunt juramento, ut ex Alex.Marsilio,Capella Tholosana, & aliis refert Seraphinus *ubi proximè*, *privilegio 51. n.1. & 8.*

Nec

29 Nec poterit elidi hæc ratio, quando allegarent Domini Vassallorum non constare eos fecisse juramentum: nam sufficit, ut facere teneantur, eo injuncto onere, enixè à lege decreto *in l.15.tit.8.lib.9.recop.* eis notandis verbis: *So pena que contra los que dexaren de haçer el juramento procederemos por Rebeldes y desleales, y incurran en las penas, que contra los tales estan estableçidas*, & idem est rem facere, aut teneri facere, & scire rem, vel scire debere, *l. si duo, de adquir. hæredit.* ibi, *qui enim scit, aut scire potuit, l. si Titius* 48. *de fidejuss.* ibi: *cùm scire potuerit, aut ignorare non debuerit*, & ad malam fidem, quæ excludit præscriptionem, idem est rem scire posse, aut debere scire, Bart. Bald. Cephal. Socin. Angel. Salicet. Alberic. & alii, quos refert, & sequitur Mascard. *conclus.* 1003. *n.*36.37. ultra quam, qui allegat non fecisse juramentum, id probare tenetur, & nullus in hoc casu probavit, & juramentum, quod à prædicta lege exigitur, ut necessarium semper præcessisse credendum ex iis, quæ *supra* latè notavimus.

ALLEGATIO XXIX.

De Præmio licitationis conductionum vectigalium.

1 *Senatus Regalis Patrimonii solent pro majori fisci utilitate præmium idest* prometido, *offerre licitatoribus vectigalium.*
l.22.tit.13.lib.9.recop. & n.39.

2 *Licitatio ex qua præmium consequendum debet approbari & admitti à Senatu.*

3 *Actus conditionalis non dicitur in esse productus.*
l. quæ sub conditione, ff. si quis omissa causa testamenti.
l.15.tit.11.lib.9.recop.

4 *Clausula*, pro ut de jure, *nihil addit, vel detrahit.*
c. causam quæ, de rescriptis.

5 *Clausula*, prout de jure, *non inducit admissionem nisi juri congruat.*
c. Secundo requiris de appellation.

6 *Clausula*, prout de jure, *idem quod secundum jus inducit.*

7 *Clausula*, prout de jure, *non addit jus sed conservat.*

8 *Conditionalis actus pendente conditione subjacet resolutioni.*
l. necessario, §. quod si pendente, ff. de pericul. & comm. rei vendit.
l. pecuniam, ff. si cert. petatur.

9 *Conditionalis actus nullum producit effectum pendente conditione.*
l. traditionibus, C. de pactis.

10 *Clausula*, prout de jure, *inducit conditionem.*
l. Stichum qui meus erit, 6. ff. de legat. 1.

11 *Fidejussio non idonea pro satisdatione non habetur.*
l. fidejussor, 1. §. 1. ff. qui satisd. cogantur.
l. quæries, 6. in principio, ff. eodem.

12 *l.7.tit.11.lib.9 recop.*

13 *Fidejussorem esse idoneum in conductione vectigalium debet probari.*
Testes esse bonæ famæ debet probari ubi lex requirit habere eam qualitatem.

14 *l.41. Tauri.*

15 *Qualitas probanda ab eo qui in ea se fundat.*

16 *Fidejussores idoneos qui allegat dedisse, debet probare.*

17 *Liquidum non debet impediri propter quod illiquidum.*
l. fin. C. de compensationibus.

18 *Arbitrio Iudicis commissum ut de satisdatione decernat.*
l.11.tit.11.lib.9.recop.

19 *Impedimentum non debet juvari illi qui removere potuit, l. sed etsi per Prætorem. §.2. ff. ex quib. caus. major.*

20 *Impeditus non dicitur qui potest impedimentum removere recurrendo ad Superiorem.*
l. qui commeatu ff. de re militari.
l. item quæritur, §. exercitu ff. locati.

21 *Impeditus probare debet impedimentum removeri non potuisse & in causa fuisse ne faceret.*

22 *Impedimentum oppositum ab ipso locatore non excusat si paucis diebus duravit.*
l. si in leg.24. §. colonus, ff. locati.

23 *Satisdatio in conductione vectigalium dari debet, coram Tabellione majori reddituum regalium. Forma non servatâ corruit actus.*
l. Iulianus, §. si quis ff. ad exhibendum.
l.1. C. quando provocare non est necesse.
c. cùm dilecta de rescriptis.

24 *Forma inducitur quando aliquid jubetur à lege pro substantia rei, Clem. unica de rebus Ecclesiæ.*
c. sine exceptione, 12. q. 2.
c. quia propter de electione.

25 *Actus prohibitus à lege nullus censendus.*

26 *Lex quæ permittit actum alicui & aliis prohibet, etsi non habeat clausulam irritantem, nullum reddit actum contra legem factum.*
l. non dubium, C. de legibus & num. 27.28.29. & 30.

27 *Actus qui fit in fraudem legis nullus est ne eludatur juris dispositio, etiamsi lex actum non irritet.*

28 *Fraudem legi facere simulando legi obedire gravius est quàm legem palam, & directo impugnare.*
l. ita fideicommissum, 40. ff. de jure fisci.

29 *Conditionem impleri si stat per illum cujus interest pro impleta haberi.*
l. Iure civili, 24. ff. de condit. & demonstrat.
Vectigalium solutio ut secura sit spectat ad jus publicum.
l.1. §. interdum, ff. de loco public. fruendo.
l.1. §. in causa de quæstionibus.
l.2. C. de exactorum, tributorum lib.10.
Publicum jus voluntate privati non mutatur.
l. Ius publicum, ff. de pactis.

30 *Actus qui fit contra legem quando valeat subjacet rescissioni.*

31 *Præmium id est*, Promedito, *ut lucretur in conductione vectigalium debet conductor habere facultatem exigendi à Senatu quæ dicitur*, rendimiento.
l.27. §.12. tit.11. lib.9. in 3 p. recop.

32 *Forma debet specificè nec potest per æquipollens adimpleri.*

33 Fieldad, & recudimiento, *differentia.*
Titulus, lib.9. recop.

34 *Æquipollens non dicitur quod non æquipollet.*

35 *Temporis limitatio post illud includit contrariam dispositionem.*

36 *Tempus, quando inducit formam?*

37 *Termini præfixi prorogatio non tollit qualitates, sed prorogatio est cum eisdem.*

38 *l.fin.Cod.de novationibus.*
l.2.C.de condit.insertis.
l.27.tit.11.lib.9 in 3.p.recop.
39 *Accessoria corruunt sub dicto principali l si cui.ff. de fundo instructo.*
l.1.& 2.ff.de peculio legato.

Præmium quod dicimus prometido, *quando à conductoribus reddituum Regalium lucrari possit pro explicatione l.6. tit.9.l.7.9. 10.tit.11.leg.1.tit.13 l.9.Recopilat.*

1 VT fisci utilitatibus commodius consuli posset, & vectigalia Regia, & eorum conductio augerentur, permissum administratoribus Regalis patrimonii, qui sunt Consiliarii ejus Senatus, ut licitatoribus, qui majus pretium obtulerunt pro redditibus Regalibus aliqua pars præmii loco concedi posset, nisi fortè ab altero magis res licitetur & pretium conductionis cresceret, ita ut primus licitator, si non obtineret conductionem reddituum, sine aliquo commodo, qui primo licitavit, non maneret, sed potius induceretur præmio ad pretii licitationem, Franciſc.Lucanus *tractatu de fisco 4.p.n.4. vol.12.tractatuum*, Aviles *c.32.Prætorum, verbo pujar,n.16.* Avendaño *de exequendis mandatis.2.p.c.12. n.12.*Palador *lib.2.rerum quotidianarum,c. final.5.p. §.13.n.3.* Azeved. *in l.6.tit.9.recop.n.6.* Carthārius *dec.103.per totam.*& permitti administratoribus Regalis Patrimonii hæc præmia,id est *prometidos* concedere licitatoribus, & conductoribus reddituum Regalium probatur *d.l.6.l.22.titulo 13. lib.9.recop.* & optimè Avendaño *ubi proximè*, quod tamen,ut rectè procedat,sequentia notanda.

Primò requiritur, ut sit pretium jam constitutum, 2 vel licitatio ejus à Magistratibus Regalis Patrimonii Senatus approbetur, & inde contractus conditionalis non proderit.ut possit hoc præmium lucrari,quia non dicitur perfectus,Paris.*lib.4.conſ.82.num.7.*Menoch.*conſ.63.n.2.& ſequentibus.*

Quia actus conditionalis non dicitur in esse pro- 3 ductus,*l.quæ ſub conditione, ff.ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti*, Hondedeus *vol.1.conſ.62.n.102.* Valascus, *conſultatione 164.n.3.*& in nostris terminis licitationis probatur expresè *leg.15.tit.11.lib.9.Recopilat.* eis verbis: *Porque el que las pujo con las condiçiones que declarare entiendese que no fizo puja ninguna fasta ser fecha la dicha declaraçion.*

Vnde fit,si aliquam habuerit qualitatem, oblatio 4 facta à conductore quamvis à Senatu admitteretur, in quantum de jure possit (ut moris est) adhuc non censebitur illud pretium, & oblationem admitti, ut præmium lucrari possit,quia ea clausula,*in quantum de jure*,nihil addit facto,sed solùm illud relinquit in sua essentia,ut quatenus possit, jure admittatur, nec censetur simplex, & absoluta acceptatio,sed conditionalis, quatenus jus permiserit, de quo Tiraquell. *de retractu lignagier*,§.8.*gloſſ.*8.Mandosius *in regul. de jure quæſito,q.2.* Hieronym. Gabriel *lib.1.conſ.5. n.3.*& in simili Ioan. Andr. *in c.de litis conteſt.lib.6.* Felin.*in c.conſtitut.in princ.de reſcript.*& talis clausula,*in quantum jus permiserit*, refertur ad præcedentia,& sequentia,ita ut cum eadem qualitate acipienda, si juri congruant, *arg.c. cauſam, quæ de reſcript.* ubi Panormitanus *notab.1.*

Nec ex prædicta adjectione potest induci dispen- 5 satio, privilegium, vel admissio licitationis, sed legum inducitur observantia,Gloss.*in c.1.verbo,noſcatur de conſtit.lib.6.c.ſecundo requiris,de appellat. verſiculo,ut juſtitia ſuum conſequatur effectum*, & ita nisi verificetur licitationem esse juxta jus, & illius dispositionem, non potest censeri admissa pretii oblatio.

Quia id est secundùm jus esse ex Iasone *in l. juſti-* 6 *tiam,n.11.ff.de juſtitia, & jure*, Felin.*in c.1.n.51.de conſtit.*Crescent.*deciſ.1.ſub titulo de reſcriptis*,& cum licitationes etiamsi conditionales sint, admitti debeant cum sua qualitate, videntur admissæ, quia id videtur de jure, & de clausula, *inquantum de jure* notarunt Bart.*in l.ſi quando,n.4.ff.de legat.1.* Felin.*in c.cum contingat, n.13. de offic.delegat.*Roland.*vol.2. conſ.77 n.18.*Honded.*lib.1.conſ.21.n.19.* Menoch. *de recuperand. rem.9.n.331.* Marquesan.*de commiſſo 2.p.tit.de conceſſione Apoſtolorum,n.77.*

Ex quibus apparet prædictam adjectionem, *in* 7 *quantum de jure*,vel *pro ut de jure*, solùm admittere, quæ justa sint, & reprobare, quæ juri repugnant, ut notavit Bald.*in l.edita,C.de edendo*, ubi agens de ea clausula tradit illud operari,ut admittenda censeantur admissa, sed non admittenda intelligantur rejecta,Menoch.*dict.rem 9.n.331.* Honded. *lib.1.conſil. 21.n.19.ad finem*,Ciletus *deciſ:Bononienſi 1 n.1.tom. 1. diverſ.* & ideò prædicta clausula nullum jus adimit partibus, sed ad juris dispositionem causam reducit, ita ut conservet jus, quod ex legibus potest cuicumque competere, Marquef. *de commiſſ.1. part. cap.2.n.206.& 3.p.§.2.n.102.cum ſequentibus*,vide quod aliàs de hac notavit Augustinus Barbosa *clauſula 115.*

Manet igitur ex prædictis, ut quamvis admitta- 8 tur licitatio, quæ habuerit aliquas qualitates, vel conditiones, licèt sperentur purificari, cùm tamen non prosit pretii obligatio,quæ non admissa,nec verè censeri potest admissa,dum est conditionalis, quia pendente conditione subjacet resolutioni, *l. neceſſario,§. quod ſi pendente, ff. de pericul. & commod.rei vendit.l.pecuniam, ff ſi certum petatur*, Cephal.*conſ. 497.n.35.lib.4.*Gabriel.*lib.1.conſ.117.n.14.*

Et nullum effectum censetur habere actus con- 9 ditionalis, dum conditio pendet, Honded.*conſ.14.n. 68.vol.2.*Surd.*conſ.238.n.7.& conſ.268.n.11.*Giurba *deciſ.60.n.31.*adeò ut quamvis ex contracta conditionali fiat traditio, quæ solet perfectionem, & complementum tribuere contractibus, *l. traditionibus,C.de pactis*,non sufficit procedere effectum pendente conditione,adeò ut ex venditione conditionali sequuta traditio dominium non transferat, ut comprobat Mantic. *de tacitis, & ambiguis convent. lib.22.titulo.28.n.26.& 27.& deciſ.37.num.6.& 7.* & paria sunt in jure, quid non fieri, vel sub conditione fieri,quæ non purificata, ut probavit Surd.pluribus adductis *conſ.157.n.8.& 9.* 10

Secundò, ex prædictis fit acceptionem, quæ à Senatu fieri debet, puram esse oportere, quia alias si acceptatio non simpliciter fieret,sed sub aliqua conditione, vel restricta ad qualitatem, ut cùm licitatio admitteretur, *prout de jure esset*, tunc ea restrictio operatur conditionem,ut *in l.Stichum,qui meus erit, 6.ff.de leg.1.* Tiraq. *de retractu lignagier.*§.8 *gloſ.7.* Mandosius *in reg. de jure quæſito, q.2.* Gabriel.*lib.1. conſil.5.num.3.*& in specie circa clausulam, *prout de jure*,vel *ſecundum jus*,post Verallum tradit Cavalca-

nus

nus *decis.* 11.*n.*41.*& decis.* 28.*n.*17.*&* 29.2.*p.*& si referatur acceptatio ad modum, eo deficiente, resolvitur actus, & remanet nullus, & sine effectu *leg.* 2. *C. de his, quæ sub modo*, Surd. *cons.* 381.*n.*10. Menoch. *cons.* 74.*n.*17.

11 *Tertiò*, requiritur, ut qui pretium pro vectigalibus obtulerit, aut licitationem postea fecerit, offerat fidejussores, non solùm idoneos, sed etiam qui ab aliis testibus probentur illos esse satis idoneos ad solutionem ejus, pro quo obligantur *leg.* 9.*&* 10 *tit.* 11.*l.* 9. *recopilat.* & deficientibus testibus quos dicimus, *de abono*, qui idoneam fidejussionem testentur, non poterit ex prædictis legibus aliter procedere vectigalium conductio, nec lucrari præmium auctionis & licitationis, quod dicimus, *prometido*, quia fidejussio nulla, vel non idonea pro fidejussione non habetur *l. fidejussor.* 2. §. 1. *l. quoties*, 6. *in principio, ff. qui satisd. cogant.*

12 Nec obstabit, quod contra objiciebatur, id quod pertinet ad probationem, ut testes deponant de securitate fidejussorum, & illi sint idonei, non videri exprimi *l.* 7. *tit.* 11. *lib.* 9. *recop.* nam licèt expressè de probatione non exprimeretur, tamen manifestè etiam insinuavit *d. l.* 7. eis verbis: *Que sea obligado de dar luego en poniendo y pujando la renta cien maravedis de cada millar de fiancas de hombres llanos, y abonados.*

13 Vnde idoneos esse fidejussores apertè requirit, cùm lex non solùm exigeret esse sine controversia fidejussores, sed etiam idoneos, & ideo debet probatione constare de idoneitate, quemadmodum quando lex requirit probationem testium omni exceptione majorum, non sufficit præsumptio juris, ut quilibet bonæ famæ præsumatur, *l. meritò ff. pro socio, l. cum pater*, §. *rogo, ff. de legatis*, sed etiam necessarium est, ut bona fama testiū probetur, ex eo quod requirat lex testes integræ opinionis esse debere, ut circa immemorialem probatur *l.* 1. *tit.* 7. *lib.* 5. *recop.* & non sufficere bonam famam, quæ in jure præsumitur in quolibet, sed expressè ad immemorialem probandam ex Avendaño, Greg. Lopez. Ioan. Garcia, Matienzo, & aliis D. Castillo *de Tertiis, c.* 27.*n.* 6. & in Syndicatu etiam notarunt Bobadilla *lib* 5. *Politica, c.* 1.*n.* 224. qui alios refert ex Decio, Gabriele, Berart. Avendañ. ego notavi 2.*p. decis. Gran* 98.*n.*41.

14 Et simile exemplum præstat *l.* 41. *Tauri*, ubi cum ageretur de primogeniis, quæ ex temporis cursu, & antiquitate inducuntur, traditur in ea, ibi: *Y que los testigos sean de buena fama*, & communis opinio, & resolutio est, in hoc casu esse necessarium, ut probatio fiat de bona fama testium absque eo quod sufficiat legalis præsumptio pro bona fama, sed expressè, & manifestè id probandum, ut ex Angelo, Alex. Socino, Decio, Craveta, & aliis in terminis tenuit Molina *de primog. lib.* 2. *c.* 6.*n.* 29.

15 Quod quidem maximè convenit *dict. l.* 7. in qua requiritur, ut intra terminum dentur fidejussores idonei, & ideò, ut præmium auctionis consequatur, docere debet esse idoneos, aliàs petere non poterit, quia illa qualitas extrinseca idoneitatis probanda ab illo, qui in ea fundamentū ponit suæ intentionis, Bald. *in l. si verò*, §. *qui pro rei, in fine. ff. qui satisdare cogantur, & in c. præsentia, n.* 34. *de probat.* Felin. *in c. fin. n.* 15. *de præsumpt.* Alex. *vol.* 2. *cons.* 37. *n.* 13. multis probavit Patianus *de probationibus. l.* 1. *c.* 54. *n.* 10. & id procedere, quamvis probatio rei sit difficilis, aut improbabilis, & negativa, ut notavimus *alleg.* 9.*n* 20. nam qui se fundat in qualitate, probare tenetur, & sibi imputet, si ad improbabile se adstrinxit.

Et in terminis nostri casus tenuerunt Alex. *d. cons.* 37.*n.* 3. *vers. quod autem, in l.* 1. §. *si Magistratus, in principio. ff. de Magistrat. conven. & ibid.* Cuman. *n.* 3. expressè dicentes, qui ut fundamentum suæ intentionis alleg. dedisse fidejussores idoneos, id probare teneri ante omnia, & generaliter docuerunt Salicetus & Alberic. *in l. actor, C. de probat.* Bald. *in c. fin. n* 12. *de præsumpt.* & omnia expressè comprehenduntur *d. l* 9.*&* 10. *tit.* 11. *lib.* 9. *recop.* 16

Quarto, hæc fidejussio cum qualitatibus prædictis danda est pro parte conductionis, quæ fuerit liquida etiamsi aliqua pars contractus illiquida maneret, alias non lucrabitur præmium, id est *prometido*, quapropter illiquidum non debet impedire quod liquidum est, *argum. l. fin. C. de compensat.* Rebuff. *in constit. Gallis, art.* 1. *glossa* 9.*n.*19. Curt. Iun. *vol.* 2. *cons.* 122. *n.* 3. Azevedo *in l.* 1. *tit.* 21. *lib.* 4. *recop.* Rodrig. *de execut c.* 1. *art.* 4.*n.* 37. 17

Tum etiam quia deberet offerre satisdationem juxta legum nostrarum dispositionem, ita ut peteret à supremo Senatu Regalis patrimonii, ut pro parte liquida satisdationem taxaret, quia semper remittitur arbitrio Iudicis, ut ex qualitate negotii de fidejussione decernat, ut in terminis tradit Menoch. *de arbitrariis, lib.* 2. *centur.* 2. *casu* 142 *num.* 3. *cum seqq.* ibi: *Ego verius puto Bald. & cæteros sensisse esse judicis arbitrio remittendum qualitatem ipsius cautionis, nempe ut cùm vel pignora, vel fidejussiones pro cautione præstantur, illa fidejussio illud pignus idonea censeatur juxta negotii vel magnam, vel levem qualitatem, cùm non omnia negotia, non omnes personæ ejusdem conditionis sint, glossa* 2. *in c. ex publico, de conver. conjugat.* Bald. *in l. universa, n.* 3. *C. de precib. Imperat. offer.* Mascard. *in l. Quæstionis modum, n.* 46. *de quæst.* & disponitur. *in l.* 11. *tit.* 11. *lib.* 9. *recop.* 18

Sed & notandum est quod Publicanis vectigalium conductoribus, simile opponentibus de impedimento illiquidi, multoties respondi, illos potuisse facilè prædictum impedimentum removere, & quod illiquidum statim liquidari, si id fieri in senatu peterent, & ita impedimentum non debet juvare illum qui removere potest, Menoch. *lib.* 2. *de arbitrariis, centuria* 2. *casu*, 118. ibi: *Nam ille qui impedimenti prætextu, vult juvari, duo debet probare, primò, illud impedimentum hujusmodi fuisse ut removeri minimè potuerit*, & probat Textus *in l. sed etsi per prætorem*, §. 2. *ff. ex quibus causis majores*, ubi Bart. idem *in l. quibus diebus*, ubi Socin. *in* 3. *notabili. ff. de condit. & demonstrat.* Decius *in l.* 1. *in fine, Cod. de bonorum possess. secundum tab. & cons.* 677. *num.* 4. Gozadin. *consil.* 37. *n.* 1. Socin. *cons.* 76. *num.* 79. *lib.* 1. Craveta *cons.* 570. *n.* 3. & post multos tradit Petrus Surd. *cons.* 8. *n.* 25. *vol.* 1. 19

Et in terminis ut in culpa sit qui non petiit à Senatu removere impedimentum tenuit Surd. *cons.* 8. *num.* 25. ibi: *Cum ergo illi de Gara possent allegatum judicis impedimentum removere, recurrendo ad Senatum, vel etiam ad Dominum auditorem Marchionis Basti qui est Calusii Dominus, & non fecerint non excusantur, sed dicuntur esse in culpa*, aliàs enim videtur sibi impedire, quia non dicitur impeditus qui impedimentum removere potest, Bald. *in dict. l. sed etsi per Prætorem*, §. 1. Decius *cons.* 677. *num.* 3. & superiorem tenetur adire impeditus, ut gravamen illatum reparet, ut cū Buttrio, Alex. Romano, Decio, & Ioanne de Amicis. tunuit idem Surdus *dict. cons.* 8.*n.* 24. & *alibi* probavimus *allegat.* 18. *n.* 25. impedimentum etiam irreparabile non prodesse, si culpa vel mora impediti præcesserit, *l. qui commeatu, ff. de re militari*, & debere eum qui allegat impedimentum illud 20

remo

removere etiam cum damno & periculo, *l. item quæritur, § exercitu, ff. locati*, & qui tollere non potest impedimentum debet illud locatori protestari, ut ex illo Textu colligitur.

21 Et cum posset absque impedimento illiquidi satisdationem, conductor vectigalium præstare, maximè quando, ut pluries vidi, quantitas à Senatu Regalis Patrimonii assignatur de qua satisdatio præstanda, nulla poterit considerari excusatio, quia succedit illud quod juxta prædicta ex Menochio notavimus teneri impedimentum conductorem probare, quia ille *l. 2. de arbitrariis centuria, 2. casu* 118. tradit his verbis: *Secundò probare debet is impeditus, impedimentum illud in causa fuisse, ne præstiterit quod præstare tenebatur quoniam quantum in se erat omni diligentia usus est*, & probat Textus *in d. leg. qui commeatu, de re militari*, & tenuerūt omnes *in l 2. §. quod diximus ff. si quis caution.* & *ibi* Alex. *n. 6.* Iason. *n. 5.* & plura retulit Craveta *cons. 151. n. 22. & cons. 179. n. 6.* Decius *cons. 454. n. 8. & cons 552. n. 7.* Boër. *q. 40. n. 4.* Vantius *titulo de nullit. sentent. ex defectu jurisd. ordin. n. 166. ver. & erit.*

22 Sed & quod plus est, etiam si impedimentum directè opponatur ab ipso locatore, si cessat impedimentum intra modicum tempus, adhuc tenentur conductores, *argum. l. si in lege, 24. §. Colonus, ff. locati*, ibi: *Quod si paucis diebus prohibuit*: & hoc sequutus, arbitrio Iudicis relinquit quod dicatur modicum tempus, Alex. *lib. 5. cons. 127. n. 7.* adde quod ex Gloss. Bart. & Lapo notavit Tusch. *practicar. lit. P, cōcl. 37. n. 12.* & ex aliis Menoch. *l. 2. arbitr. casu 361. n. 21.* Vnde cum in hoc casu conductor ejus, quod illiquidum asserit facile posset liquidationem petere in Senatu, & non fecerit, non debet eo prætextu excusari, sed totius summæ conductionis satisdationem præstare tenetur ut possit præmium, id est, *premetido* obtinere.

23 *Quintò*, requiritur ut hæc satisdatio præstetur coram Tabellione majori reddituum Regalium, *l. 7. tit. 11. leg. 1. tit. 13. l. 9. recop.* aliàs enim si coram alio Tabellione daretur, satisdatio quasi forma non servata, quæ dat esse rei, *l. Iulianus, §. si quæ ff. ad exhibendum*, debet actus nullus censeri, *l. 1. & titul. Cod. quando probare non est necesse*, Glossa & Textus *in cap. cùm dilecta, verbo irritam, de rescriptis*, Gloss. *in Clement. 1. de jurepatronatus verbo inhibentes*: Panorm. *in cap. nulli, de rebus Ecclesiæ, n. 7.* Felin. *in c. ex parte, in principio de constit.* Decius *cons. 261. n. 4.* Tiraquellus *in l si unquam, verbo revertatur, Cod. de revocandis donat.*

24 Et prædictas leges quæ requirunt satisdationem dari coram Tabellione majori reddituum regalium inducere formam constat ex eo quia pertinet ad rei substantiam, cui renunciare non potest Glossa notabilis *in c. de causis de officio delegati*, sequitur Felin. *in c. tuis, n. 1. de testibus*, quoniam substantia rei est immutabilis: Et quoties lex instituit actum cum solemnitate ab ipsamet lege inventa, signum est formam esse substantialem, & absolutè necessariam, secùs verò quando talis solemnitas adjungitur actui jam instituto: exemplum esse potest in solemnitate alienationum, ut *in Clement. unica de rebus Ecclesiæ, c. sine exceptione*, 12. *q. 2.* vel in solemnitate electionum, ut *in c. quia propter, de electione*, & conducunt verba Patris Francisci Suarez *lib. 5. de legibus. c. 31. n. 9.* ibi: *Quia quando legislator qui invenit, & præcepit formam dat etiam potestatem ad efficiendum actum servata illa forma, magnum argumentum est, & secundum jus fere infaillibile talem formam esse de substantia actus.*

Nec obstabit si quis non dixerit prædictas *leg. 7. tit. 11. leg. 1. tit. 1. l. 9. recop.* non habere clausulam irritantem, ac perinde non debere censeri nullam satisdationem non datam coram Tabellione majori, quia id procedere non potest; quia idem dicendum esset si satisdatio non daretur in regali consilio coram ejus Senatoribus, quod absurdum esset, quia lex prohibet aliter dari, & ubi actus à lege prohibetur, consequens est nullum esse, nam ut tradit Bald. *in c. nam concupiscentiam de constit. in principio*, omne quod est prohibitum, naturaliter est invalidum, sequitur Dec. *in c. 2. de constit. in 1. lectura, n. 5.* etsi de nullitate ipso jure posset aliquomodo dubitari tamen dubium non est, ut quamvis actus prohibitus ab initio valeat, tamen sit per Judicis sententiam annullandus, ut rectè Francisc. Suarez *de legibus lib. 5. c. 26.*

Rursus quia etsi in hoc casu admitti posset communis doctorum controversia, de qua *in l. non dubium, Cod. de legibus*, ut quando lex solum prohibet actum, si non irritet illum, mero jure actus valeat, etsi postea irritandus, quia contra legem fuit, tamen ex plurium opinione *dict. l. non dubium*, juxta sententiam illorum, qui tenuerunt actum valere nō procedit, quando etiamsi lex simpliciter disponat absque irritatione prohibet actum certo generi personarum, & illud concedi alicui personæ certæ, ut *in d. l. 7. tit. 11. & in d. l. 1. tit. 13. l. 9. recop.* in quibus solùm apud Senatores supremi Senatus Regalis Consilii, & coram Tabellione majori reddituum Regalium satisdationem conductionis vectigalium dari oportere decernitur, quia tunc etiamsi non sit clausula, quæ irritet actum, tamen actus nullus existimandus, ut pro explicatione *dictæ legis, non dubium*, tenuerunt plures in ea, & notavit Gabriel Vasq. *1. 2. q. 96. art. 4. disp. 164. c. 3. n. 33.* & Regulam constituit ibi: *Quarta regula est, quoties lex prohibet simpliciter actum certo generi personarum ut assignet legitimum auctorem illius actus factus contra legem, nullus est, non solum in Provinciis Imperii, sed etiam in quovis Regno absque alia explicatione, virtute solum legis prohibentis*: nam tunc ex decisione *dict. leg. non dubium*, quæ lege prohibentur, si fuerint facta, non solùm inutilia, sed pro infectis etiam habeantur, licet legislator fieri tantum prohibuerit, nec specialiter dixerit inutile esse debere, quod factum esset.

Deinde etsi prædicta interpretatio non admitteretur ad *dictam legem, non dubium*, sed etiam attenta opinione dicentium legem purè prohibentem non sufficere ad nullitatem actus, tamen juxta interpretationem *dictæ legis, non dubium*, quam tradit Ferdinandus de Mendoza *lib. 1. de pactis, cap. 4. n. 39.* ut ille Textus procedat propriè in actibus, quæ fiunt in fraudem legis: nam tunc absque eo quod rescindatur actus, ne videatur eludi juris dispositio, ipso jure actus nullus redditur, ut satisdatio etiam nulla existimetur, utpotè facta in fraudem legis, & ejus dispositionem, idque confirmat ex integra, ex qua desumpta fuit *dict. leg. non dubium*, quæ fuit lex Theodosii *l. 1. Novellarum in l. 1. tit. 4. Cod. Theodosiani*, ubi decrevit id, quod *in dict. leg. non dubium*, continetur eo prætextu, quia Curiales prohibiti erant, ne procurationes rerum alienarum susciperent, ut in fraudem legis obtinere possent, eas conducebant, & ideò traditus à Theodosio id non valere, & ex Cod. Theodosiano Iustinianus *in suo Cod.* ipsam legem, *non dubium*, eisdem verbis transcripsit, & ut expendit Mendoza verba Textus, ibi: *Quod ad omnes etiam legum interpretationes trahi generaliter imperamus*, notat *ibi*, non dixisset, *quod ad omnes leges trahi imperamus*, quasi non constitueret regulam pro omnibus

bus legibus prohibentibus, sed pro actibus factis contra fraudulentam legis interpretationem, ut propter fraudem nulli censeantur, quando fiunt contra legem etiam non continentem irritationem.

28 Nec movebit quod aliquis objicere posset, quia magis relinquere videtur qui palam & directo contra legem facit, quam qui tacitè delinquit & clam, & per circuitum legis voluntatem defraudat, nam ultra quam, non admittimus valere actum contra legem factum, solum agimus de intellectu *d. l. non dubium*, in qua certum est tractari de solo actu in fraudem legis commisso in quo statutum nullum esse, & dici potest magis regulariter peccare eum qui fingendo se obedire legi, fraudem legi infert, quam qui directo & palam facit contra legem, ut *arg. legis ita fideicommissum, 40 ff. de jure fisci* ex Accursio & Doctoribus, *in l. officiales, C. de Episcopis & Clericis*. D. Hieronymo *in Isaiam, c. 12*. Plutarcho *in lib. de sera Numinum vindicta*, probavit Mendoz. *d. c. n. 40. vers. sed licet aliquis*.

29 Quæ omnia rectè conveniunt, huic rei nam leges nostræ 7. *& l. 1*. quæ *supra* retulimus ideò decreverunt, coram Tabellione majori reddituum Regalium satisdationem conductionum vectigalium dari oportere, ut cùm omnes conductiones coram eo factæ fuissent, ille cognoscere posset an satisdatio idonea fuisset, & fidejussores pro aliis, vectigalibus essent obligati? & aperè in fraudem sententiæ legis facere videtur, qui coram alio Tabellione satisdationem præstat, etiamsi ut aliqui conductores dicebant id facerent, quia tabellio major accipere noluit eam satisdationem, imò potius Tabellio major edixit & consentit coram alio Tabellione eam præstandam, quippe actus nullus censendus juxta prædicta, quia factus est in fraudem legis, nec excusare poterit, ut quando stat per eum cujus interest conditionem impleri fiat, quominus impleatur perinde haberi oportet ac si impleta fuisset *l. jure civili, 24. de condit. & demonstrat*. Gratian. 2. *p. discept. c. 223. n.* 41. quia id impleri & ita satisdationem dari magis interest Regalis Patrimonii, nec à fisco aliquid factum est quominus impleatur, nec cum juris Publici sit securiores reddi conductiones vectigalium, *l. 1. § interdum ff. de loco publico fruendo, l. 1. in causa ff. d. q. l. 2. C. de exactor. tribut. lib. 10*. Girond. *de Gabellis, 5. p. n. 20*. potuit ex voluntate Tabellionis illud immutari, nec à conductoribus contra fieri *arg. l. jus publicum, ff. de pactis* & quæ *ibi* communiter notantur, quibus adde Costam *de ratione rata, q. 128. à n. 10*.

30 Sed utcumque hæc possent aliquam dubitationem habere, dubium tamen non est, satisdationem prædictam contra legem datam posse retractari à Judicibus, ut omnes tenuerunt *in d. l. non dubium*, junctis Bart. Salicet & Bald. in ea idem Bartol. *cons. 206*. Anguian *de legibus l. 2. controv. 7. n. 18. & l. 3. controvers. 6. n. 10*. & rectè declarat Pater Suarez *l. 5. de legib. c. 28. n. 9*. ibi: *Dico enim talem actum dici esse nullum ipso facto vel ipso jure, quia eo ipso quod fit contra legem est subjectus retractioni & nullitati ab ipso puncto in quo fit, ita ut licet multo postea tempore feratur sententia contra valorem actus nihilominus sententia retrotrahatur usque ad illud tempus quo factus est, & consequenter revocet, & annullet omnes effectus ejus & auferat omnes effectus, & utilitates quas contrahens illo tempore consequutus est ex illo actu*. Cui addendi Gabriel Vasquez, Decius, Corras. Tiraquell. Zevallos, Gutierrius, de Mendoza, cum aliis quos retulit 1. *part. decisio Granatens. 7. num. 17*.

31 *Sextò*, præterea etiam requiritur, eum, qui vectigalia conduxit, & ex primo pretio, vel licitatione præmium petit, id est, *prometido*, habere facultatem à Senatu Regalis Patrimonii, ut pro toto anno possit uti sua conductione, & hoc dicimus habere *recudimiento desembargado*, aliàs nō poterit præmiū lucrari, ut expressè decidit *l. 9. & 10. tit. 11. l. 9. recop. l. 27. § 12. d. tit. 11. d. lib. 9 in 3. p. novæ recop.* 32

Nec quod aliqui conductores intendere solent, ut licet prædictam facultatem pro anno, id est, *recudimento*, non habuerint à Senatu, sufficiet tamen pro aliquibus diebus facultatem habere administrandi vectigalia, quam dicimus *fieldad*, quia verius est nullo modo id prodesse, ut præmium licitationis consequi, & lucrari valeant, quippe cum lex profana requirat facultatem administrandi pro anno, id est, *recudimiento*, habere conductorem ut præmium lucrari possit, quando aliquid requiritur pro forma, non adimpletur per æquipollens. Glos. *verbo transponentes, in c. cum dilecta de rescript.* & *ibi* Felin. *ampliatione 11*. Tiraquell. *de retract. lignag. § 1. gloss. 21. n. 11. & § 36. gloss. 2. n. 58*. Osascus *decis. 163. n. 4*. Rota apud Farinacium Caputaquensis, Stracha, Marcus Antonius Avilesius, & alii, quos refert Barb. *in collect. cap. cum dilecta de rescriptis, n. 5*. & notant communiter Doctores *in c. cum hi, § si Prætor, ff. de transactione*.

Tum etiam, quia longè diversa est facultas aliquorum dierum, quam dicimus, *fieldad*, ab alia quæ continet totius anni redditum perceptionem, & *recudimiento* appellatur, quia ut detur *fieldad*, non tantùm curatur de satisdatione vectigalium totius conductionis, & anni, sed solùm aliquorum dierum, quousque satisdatio integra, & secura daretur, & censetur *fieldad* quoddam supplementum gratiæ, quod Publicanis vectigalium conductoribus conceditur ad eorum administrationem, ut constat *toto titulo 14. lib. 9. recop.* nec *fieldad* æquivalet *recudimiento*, nam ut illum consequerentur Publicani conductores, illa fuit mens legum nostrarum ut valor conductionis, & vectigalium maneret securus vadimonio, & satisdatione idonea cum qualitatibus, quas expressimus, quod utique non fieret, si ad præmium consequendum sufficeret solùm *fieldad*, ideo lucrari non potuerunt *prometido*, nisi satisdationem idoneam præstent conductores intra tempus, quod à legibus nostris designatur. 33

Nam etsi aliquando possit, quod à jure requiritur per æquivalens, adimpleri, tamen id non procedit, quando, ut in hoc casu, ad certum finem, id est, ad securitatem totius conductionis aliquid requiritur: nā quando ille effectus non consequitur, ut in præsenti, quo casu non poterit aliter impleri, nec potest æquipollens dici, quod non æquipollet. Bart. *in l. fraus ff. de legibus*, Ioan. Anibal. *in repetit. l. nemo potest. ff. de leg. 1. n. 395*. ideò ut possit præmium, & *prometido* lucrari, oportet statim decimæ partis pretii conductionis idoneam satisdationem dare, & intra sexaginta dies totius conductionis satisdationem præstari, ut traditur *in d. l. 10. & d. l. 27. § 12. & 13*. 34

Septimò, hæc igitur satisdatio debet intra terminum dari, ita ut si in illo non daretur, etiamsi postea sufficiens offeratur, adhuc non lucratus est cōductor *Prometido*, nam eo ipso quod *l. 10. tit. 11. l. 9. recop.* assignavit terminum sexaginta dierum, intra quem debeat dari satisdatio, & aliter amitteret præmium, videtur prohibere, ut illud possent lucrari, si ultra terminum daretur satisdatio. Ex notatis ab Alberic. *in l. qui fundum ff. de contrah. emptione casu 2*. quem sequitur Gabriel *vol. 2. cons. 65. num. 18*. & post plures Tiraquellus *de retractu convent. § 1. gloss. 2. n. 46*. 35

notavit.

notavit Surd. *conſ.* 371. *num.* 11. *& conſil.* 403. *n.* 58. ubi inquit tantam eſſe vim temporis limitati, ut poſt tempus includat contrariam diſpoſitionem, & idem Surdus *d. conſil.* 403. *n.* 57. ibi: *Quod quemadmodum temporis limitatio continet certam incluſionem, quibus ex tempore qualitas requiſita convenit, ita expreſſam excluſionem continere, quoad eos, qui eam non habent qualitatem.*

36 Maximè quando tempus adjectum diſpoſitione conventionali, vel ſtatutariæ inducit formam, Rolandus *lib.* 3. *conſil.* 72. *n.* 8. Beecius *lib.* 1. *conſil.* 32. *n.* 2. Surd. *conſil.* 97. *n.* 25. *& conſil.* 375. *n.* 38. & inducit conditionem, ita ut aſſenſus præſtandus ad tempus, ſi præſtetur poſt tempus, corruat, quaſi deficiente conditione, Surdus *deciſ.* 189. *n.* 32. & qui recedit à tempore, recedit à forma actus, idem Surd. *conſ.* 124. *n.* 7. & qui non obſervat tempus à lege, vel à contractu requiſitum, non dicitur ſervare legem, neque contractum, Surd. *conſ.* 124. *n.* 6. *& conſ.* 377. *n* 32. ita idem eſt dicendum in ſexaginta diebus intra quos fidejuſſio præſtanda, & ſatiſdatio.

37 Idque locum habebit, etiamſi ex aliquo accidenti terminus ſexaginta dierum prorogetur, quia cum id, quod eſt non lucrari præmium, & *prometido*, adjectum fuerit in pœnam defectus impleméti ſatiſdationis, niſi expreſsè pœna remittatur, & præmium concederetur, non poterit in termino prorogato illud lucrari, quia prorogatio ſolum operatur, ut poſſit conductionem obtinere vectigalium, & nobis aptiſſimè expreſſit Albertus Brunus *in tract. de augmento*, 3. *concl. princ. n.* 44. *in tract. doctorũ*, *tom.* 17. & nota verba ibi: *Quod prorogatio termini præfixi in diſpoſitione pœnali prorogat pœnam, non autem obſervat, ſeu tollit*, Bart *in l. Valerianus, ff. de Prætoriis ſtipulat.* Bald. *in l. reſcripto*, §. *ſi pacto, ff. de pactis, ult. col. & in l.* 1. *C. de his, quæ pœnæ nomine.*

38 Et eſt Textus *in l. fin. C. de novationibus*, ibi: *Vel conditionẽ, ſeu tempus addiderit, vel detraxerit, nihil penitus prioris cautelæ innovari, ſed anteriora ſtare, & poſteriora incrementum iis addere, niſi ipſi ſpecialiter remiſerint quidem priorem obligationem, & expreſſerint.* Quod enim expreſsè non corrigitur, non intelligitur corrigi ex tacito, vel ex ſubaudito, vel à contrario ſenſu, nec ex identitate rationis, Aretinus *in tract. de teſtamentis, gloſſ.* 112. *n.* 15. *in tract. diverſ. vol.* 7. ex Gloſſa *in cap. cupientes*, §. *quod ſi per viginti de electione in* 6. Bart. *in authent. ſed cum teſtator, C ad legem Falcidiam, l.* 2. *C. de condit. inſert.* & non ſolùm prædicta ſatiſdatio idonea debet præſtari, ſed à Senatu Regalis Parrimonii intra terminum approbari, aliàs pro ſatisdatione non habetur ex *d. l.* 27. *tit.* 11. *lib.* 9. *in* 3. *p. recop.*

39 *Octavò* denique, ſi pretium conductor vectigalium prius deſignavit, & poſtea illud augeat, & licitationem faciat præmio, id eſt, *prometido* convento quamvis dubium non ſit poſſe hoc præmium à Senatoribus Regalis Patrimonii concedi ex adminiſtratione, quæ eis commiſſa *l.* 22. *tit.* 13. *lib.* 9. *recop.* tamen ſi pretii prima obligatio admiſſa non ſit, nec auctio pretii, nec licitatio ſuſtinebitur, etiamſi auctionis ſatiſdationem dederit, ut præmium lucrari poſſit, quia actio velut acceſſoria primæ obligationis pretii exiſtimatur, & ea non admiſſa, etiam auctio nihil operabitur, argumento *l ſi cui, ff. de fundo ſtructo*, ubi ſi legatum ſit fundum cum inſtrumento, ſi corruat fundi legatum, corruit etiam legatum inſtrumenti, & reddit rationem Gloſſa *ibi verbo inſtrumento*, eis verbis: *Hujus enim ſermonis tenore adeo ſecundum legatum primo adhærere deſignatur, ut ejus fultura ſubducta non poſſit eſſe quin illud ruat, cum in ſe ſuſtineri nequeat*, idem probatur *l.* 1. *& 2. ff. de peculio legato*, ibi: *Nam quæ acceſſionis locum obtinent, extinguantur, cum principales res peremptæ fuerint*, & probat Bart. communiter receptus *in d. l. ſi cui, & in l. tabernam, ff. eodem, & in l.* 1. *ff. de pecul. leg.* Iaſon. *in l.* 2. *num. fin. Cod. de verb. ſignificat.* & probarunt Surdus *conſil.* 93. *n.* 1. *& conſil.* 318. *n.* 5. Beccius *conſil.* 52. *n.* 107. Albenſis *conſ.* 217. *n.* 12. *& conſ.* 271. *n.* 3. D. Caſtillo *lib.* 5. *controverſ.* 2. *p. c.* 168. *n.* 12. & ſequitur Thuſcus *Practicar. lit. A. concl.* 78. *n.* 6.

ALLEGATIO XXX.

Augmentum à Principe factum poſt conductionem vectigalium cui applicandum, Principi vel Gabellario?

1 *Conductio generalis vel limitata quomodo comprehendat augmentum gabellarum ex Angelo?*

2 *Augmentum ſuperveniens pars rei cenſetur.*
l. ſi ex toto, l. quod in rerum, §. *ſi quid poſt, de legat.* 1.
l. inter ſocerum, §. *cum inter, ff. de pactis dotalibus.*
l. etiam, C. de jure dot.

3 *Res alteri connexa, & inſeparata, pars rei cenſetur.*
l. ſi duo de contrah. empt.
l. cum fundus de leg. 2.
l. prædiis, §. *balneas*, §. *qui domum, &* §. *Titia Seiana, de leg.* 3.
l. Sejæ 20. §. *Tiranæ. ff. de fundo inſtructo.*
l ſi ex toto, 8. *l. quod in rerum* 24. §. *ſi quis poſt, ff. de legat.* 1.

4 *Augmentum, & acceſſio non facit unum corpus, ſi res, quæ accedit, ſeparata ſit.*
l. qui fundum 7. §. *ſi fundum Cornelianum, ff. pro emptore.*
c. 1. §. *è contrario, tit. de inveſtit. de re aliena facta in feudis.*

5 *Vectigalium augmentum à Principe factum, ut jus novum regulatur.*

6 *Locatione non comprehenditur, quod nondum erat.*
l. Rutilia Polla, l. in lege de contrah. empt. l fin. C. quæ res pignori.

7 *Iurium conceſſione ſolum veniunt, quæ erant tempore diſpoſitionis non futura.*
l. damni, 18. §. *ſi is qui, ff. de damno infecto*
l. fin. §. 1. *ff. de leg.* 2.
l. ſi ita legatum 8. *ff. de auro, & argento legato*
l. non modus 12. *de ſervit. & aqua.*

8 *Nova res diverſi juris cenſetur.*
l. 1. *tit.* 22. *lib.* 9. *recop.*

9 *Feudum novum ex nova qualitate.*

10 *Qualitas nova rem aliam facit.*

11 *Augmentum non comprehenditur diſpoſitione, quando in eo militat diverſa ratio.*
l. ſi finita, §. *ex hoc edicto, ff. de damno infecto.*

12 *Limitatio adjecta augmento videtur rem aliam conſtituere.*
l. ſervi electione, §. *ult. de leg.* 1.
l. Iaus 12. *l. in agris de adquir. rer. dom.*
l. Iulianus 14 §. *ſi Titius de act. empt.*

13 *Conceſſum propter aliquam cauſam ad illam limitari cenſetur*

14 *Regalia quando conceduntur, non recipiunt extenſionem.*

15 *Gabellarii pactum, ut non augeantur vectigalia, & ſi non augerentur, ei competant, pœnale eſt.*

16 *Rex non debet privatis donare, vel concedere, quod pro utilitate publica illi à regno datur.*

Contractus habent in ſe clauſulam rebus ſic extantibus.

l. quæro, §. inter locatorem, ff. locati

l. quod Servius 8 ff. de condict. cauſa data.

17 *Nova cauſa ſuperveniens facit recedere à diſpoſitione.*

18 *Rex non debet in alios uſus convertere, quod à Regno propter aliquam cauſam publicam conceſſum.*

19 *Immoderatum non comprehenditur diſpoſitione*

20 *Augmentum intolerabile eſt, quod induceret laſionem*

21 *Augmentum, quod maximè nocet, debet reformari.*

cap. ſuggeſtum de decimis.

cap. quanto de cenſibus.

22 *Conductio limitata vectigalium non recipit augmentum.*

23 *Conceſſio generalis vectigalium poteſt recipere augmentum non verò limitata.*

24 *Venditio vectigalis ſub certa forma, non poteſt emptor, vel conductor excedere.*

25 *Augmentum gabellarum an cedat gabellario in noſtri temporis conductionibus non procedit.*

26 *Vectigal in re in qua non erat de novo inductum non poteſt dici augmentum, ut cedat locationi*

27 *Princeps ſi diminuerit vectigalia, debet pro rata facere remiſſionem gabellario.*

Conductis Siſſis, & vectigalibus, ſi intra tempus conductionis ea augeantur à Principe, an ad eum, illa pertineant, vel ad conductorem pro explicatione legis primæ. tit. 22. l. 9. recop.

1 IN hac quæſtione ab aliquibus probata fuit Angeli diſtinctio *in l. at ubi 27. n. 2. de petitione hæreditatis*, ut quoties conductionis verba generalia ſunt, tunc nova vectigalia, quæ augentur, comprehendantur, at verò ſi limitantur ad ea quæ tunc erant, vectigalia conductori, ſed Regi locatori competunt, quæ augerentur, eamque diſtinctionem plures ſequuntur, maximè Philippus Dec. *in c. cum M. Ferrarienſis, n. 13. & 14. de conſt. & in conſ. 4. n. 2.* Menoch. *conſ. 34. n. 15. & 19.* Boër. *dec. 180. n. 8.* Peregr. *de jure fiſci, lib. 6. tit. 15. n. 34.* Lazarte *de decim. vendit. c. 18. n. 84. ad finem, & n. 85.* Girond. *de gabellis, p. 12. n. 38.*

2 Et quamvis plura credant, ut augmentum ſuperveniens pars rei cenſeatur, ut ejus locatione comprehendi valeat, Albertus Brun. *in tract. de augmento, concl. 1. n. 9. & 10.* junctis, quæ *ex l. ſi ex toto, l. quod in rerum, §. ſi quid poſt, ff. de leg. 1. l. inter ſocerum, §. cum inter, ff. de pact. dotal. l. etiam C. de jure dot.* ex Bald. Iaſ. Aretino, Roland, & Natta tradit Surd. *conſ. 255. n. 3.* ex Bartolo, Gozadino, & aliis Menoch. *conſ. 26. num. 1.*

Tamen id procedit, quoties res alteri connexa, & 3
inſeparata, & ſunt conjecturæ, quæ id ſuadeant, & quando res diverſa ita uno & eodem contractu conjunguntur, ut eodem pretio comprehendatur, tunc una res ſine alia in contractu eſſe non poteſt, *argum. l. ſi duo, ff. de contrahend. empt. l. cum fundus, ff. de legat. 1. l. prædiis, §. Balneas, & §. qui domum, & §. Titiæ Seiana, ff. de legat. 3. l. Seiæ, 20. §. Tirannæ, ff. de fundo inſtructo, l. quod in rerum 24 §. ſi quis poſt, l. ſi ex toto 8. ff. de legat. 1.* & utrobique Gloſſ. & Scrib. Bart. *in l. uxori, 32. num. 3 ff. de legatis 3.* Abb. *in c. 1. n. 3. de cenſibus.* Iaſon *in l. Beneficium, n. 12. & ſequentib. ff. de conſt. Princip.* Philippus Decius *conſ. 109 pro tenui, n. 2. verſ. Quarto coadjuvabatur*, Paulus Pariſius *conſ. 80. n. 1. & ſequentibus, 1. part.* Alexander *conſ. 223. n. 1. lib. 2.* Ioannes Cephalus *conſ. 196. n. 17. 2. part.* Guillier Benedict. *in cap. Rainuncius verbo, & Hortum, n. 1. & ſequentibus de teſtamentis*, Petrus Surdus *dicta deciſ. 241. num. 10. cum ſequent.* Gratianus *dicto cap. 126. num. 1. cum ſequentibus*, Fulvius Pacianus *d. c. 27. n. 12.* Roſentald. *de feudis, tit. de cauſ. ex quibus feudum amitt. c. 10. n. 29. & 30. & in addit. lit. M,*

Quibus ceſſantibus regulare eſt per adjectionem 4
alicujus rei non confundi, vel fieri unum corpus, nec acceſſoria reguletur, ſi augmentum, vel adjectio ſeparatam habeat conditionem & diverſam à re cui adjicitur, ut probatur *l. qui fundum Cornelianum, ff. pro emptore*, ubi in hæc verba: *Partes quæ emptioni fundi adjiciuntur, propriam, ac ſeparatam conditionem habere, & ideo poſſeſſionem quoque ſeparatim nanciſci oportere, & longam poſſeſſionem earum integro ſtatuto tempore impleri, cap. 1. §. è contrario, de inveſtit. de re aliena fac in uſibus feudorum*, dũ ait: *Si quidem tale adjectum ſit, quod per ſe ſubſiſtere poſſit, id eſt, ut per ſe cenſeatur, ut prædium id non accreſcit*, D. Molina *de Hiſp. primog. lib. 1. cap. 26. num. 3.* Iulius Clarus *lib. 4. recept. ſentent. §. feudum quæſt. 28 num. 5.* Ioannes Garcia *de expenſis, cap. 22. num. 4.* Mieres *de majoratibus, p. 1. q. 10. n. 62. & n. 132. cum ſequentibus*, Henric. Roſentald. *de feud. c. 10. concluſ. 43 num. 6 & n. 18.*

Ex quibus regulariter certum eſt augmentum ve- 5
ctigalium poſt factam conductionem pertinere ad Principem, tum quia velut jus novum regulatur quod ſub antiquo non continetur, & ſtatim de conſuetudine nullo modo deberi, teſtatur Boërius *d. deciſ. 180. n. 8* ibi: *tamen de conſuetudine talia jura non cedunt lucro firmariorum, quia ſic eſt interpretatum*, & cum aliis probat Roſentald. *de feudis, c. 5. de Regalibus concl. 40. n. 3. in fine.*

Et quod certum eſt, ſi aliquod jus vectigalis, aut 6
tributi de novo imponeretur, tunc ſine dubio ad Regem pertineret, quia minimè potuit in prima conductione venire, nec intelligi conducta ea res, quæ nondum erat, *argumento l. Rutilia Polla, l. in lege 77. ff. de contrah. emptione*, junctis, quæ pro eorum juriũ explicatione notarunt Ant. Auguſt. *lib. 3. emend. c. 7.* Gilbertus Regius *lib. 2. Enantiophan. c. 10.* Bald. *vol. 1. conſ. 370.* ubi pro eadem ſententia, ut de futuris in locatione non ſit cognitum, adducit, *l. fin. C. quæ res pignori*, & alia jura, videndi Craveta *conſ. 964. n. 10.* Menoch. *de præſumpt. lib. 1. præſumpt. 23. & conſ. 26. n. 5. & conſ. 606. n. 30. & 31* Rota Genuenſis *de mercatura deciſ. 145. n. 4.* ex Baëza, Lazarte *de decima vend. c. 18. n. 85.*

Tum etiam: nam in quacunque conceſſione, vel 7
diſpoſitione jurium ſolùm comprehenduntur, quæ erant tempore diſpoſitionis non futura, nec quæ ſupervenerunt poſt conceſſionem, vel diſpoſitionem

ex dictis juribus,& *ex l.damni*,18.§.*ſi is qui,de damno infecto*, *l.fin.*§.1.*de legat.*2.*l.ſi ita legatum*,8.*ff.de auro*,*& arg.legato*,*l non modus* 12.*Cod. de ſervit. & aqua* & in eis bonis Bartolus , & communiter Doctores,Bald.*vol.*2. *conſ.*284.*num.*1.*& in leg.omnia privilegia*,*n.*3.*C. de Epiſcopis, & Clericis*, Iaſon. *in l.ſi ex toto*,*n.*3. *ff.de leg.*2. *ubi num.*12.*ad finem* tradit hanc opinionem pro veritate tenere , & magis communem eſſe, & multis fundamentis comprobat Albericus *in tractatu de ſtatutis* , *quæſt.*116. *n.*1. *cum ſequentibus*, Petrus Antibol. *in tractatu de muneribus*,3.*part.principali*,§.4.*n.*139 *&* 144.Carolus Ruinus *l.*5. *conſ.*111. *num.*17. Oſaſcus *deciſ. Pedemen.*91. *per totam* , Petus Surdus *conſ.*27. *n*... *conſ.*127.*num.*43. *& conſ.*496.*n.*7.Thuſcus *practic. lit.P.concluſ.*735.*num.*2.*cum ſequentibus* , Stephanus Gratianus *diſcept. Forenſium*, *tom.*1. *c.*98.*n. cum ſequentibus.*

8 Idque apertè confirmat apud nos *d.l.*1.*tit.*22.*lib.* 9. *recop.* eis verbis : *Y como quiera que ſiendo los dichos derechos que acrecentamos,y ponemos nuevos,y no acoſtumbrados antes llevar, eſta claro ,yſin duda que no ſe comprehenden en el aſſiento , que del dicho Almoxarifazgo major tenemos hecho , ni pertenecen, ni pueden pertenecer alos Almoxarifes y perſonas que de nos al preſente lo tienen por aſſiente , y arrendamiento,toda via à major abundamiento ordenamos, y declaramos que todos los dichos , derechos, que aſſi de nuevo ſe acrecientan,y lo que de mas ,y aliende en virtud de los nuevos arenceles,y declaraciones y aditamentos,que en ellos ſe hizieren ſe accrecentare pertenece à nos , y no alos dichos Almoxarifes* , &c. In qua lege notandum eſt verbum,*nuevo*,quo caſu cum res nova exiſtimatur, tunc diverſi juris cenſetur, nec poteſt haberi pro augmento,ſed res differri in ſpecie, quamvis forma non mutetur , idque ſpecialiter evenit,quoties novæ collectæ , quæ augentur , vel ex rebus diverſis collectantur, vel novo modo,quo caſu certum eſt augmentum non poſſe exiſtimari,ſed rem novam juxta tradita per Bart.& Doctor.*in l. jus civile pertertum*,*ibi*,*ff.de juſtitia*,*& jure*, & per Innocentium , Ioann. Andr. Abb.& reliquos *in c.*1.*conſecrat. Eccleſia , vel alter.*& per Albert Brunum latiſſimè *in d tract.de augmento*, *concluſ.*3. *princip. n.* 10.*cum ſequentib. & concl.*4 *n.*1. cum multis aliis Fulvius Pacian. *de probat. lib.*2. *cap.*28. *n.*91. *cum multis ſequentibus*, Pelaez de Mieres *de majorat.* 3. *part.q.*8.*n.*49. Petr.Surd. *conſ.*27. *in fine* , *lib.*1. ubi tradit augmentum,quod conſtituit novam rem non includi in diſpoſitione.

9 Quod in conceſſione, & revocatione antiqui feudi ſpecialiter tradunt ſcribentes , propter novam formam , vel qualitatem adjectam , cenſeatur eſſe novum feudum , & maximè Bald. *in c.* 1. §. *illud*, *n.*8.*in fine*,ibi:*ſecus ſi eſſet addita nova forma*, *tit. de prohibit feud. alienat. per Federicum*, *& in c.*1.*n.*19. *in fine*,*an agnatus*,*vel filius defuncti*, *& in lege* 1.2. *Lectur. n.* 4. *poſt medium*,ibi : *niſi nova inveſtitura eſſet novæ formæ.& naturæ*,*ff.de rerũ diviſ.*Matthæus de Affl.&. *deciſ.*112.*n.*5. ibi : *Et profecto novum dici poteſt ex quo inveſtitura facta D.Raimundo adjecta nova qualitas , & eſt addita nova forma , qua dictum eſt , quod D. Raimundus habet partem dicti Caſtri Mirabela,ſtante pace inter D.Raimundum, & Leonetum Lauricum , & non obſtante pace nihil debeat.D Raimundus, & ſic ratione hujus novæ qualitatis inveſtitura dicti Raimundi in ejus perſona reputatur feudum novum,licet fuit paternum* , &c. M. plura notavi *alleg.*50.*n.*108.

10 Idque ſaltem verum eſt in eo,quod de novo additur feudo, quia in hoc indubitabiliter reputatur pro feudo novo,ut declarat Affl.& *in conſt.Neapol. lb.*1. *rubric.*71. *de ordinandis judicibus*,& cum Decio , & aliis,quos cumulat Cæſar Urſilis *in annotationibus. deciſ.*112.*ejuſdem Afflictis num.*7. Mieres 3 *parte de majorat.dict.q.*8 .*n.*50. Balzar *in cap unico*, *num.*7.*de feudo non habente propriam naturam feudi* , & facit gloſſa notabilis , *verbo manent* , *in leg. peculium* 4. § *ſi are alieno* , *ff. de peculio*,ubi poſſunt addi plures quos congerit Tiraquell. *de retract.Lignagier* §.32. *gloſ.unica*,*n.*29.

Deinde etiamſi novum tributum non cenſeretur, 11
ſed augmentum, adhuc in conductione comprehendi non poterat, quia etiam in diſpoſitione generali, vel contractu,non comprehẽditur augmentum,quãdo in eo militat diverſa ratio juxta notata *per textum ibi in l.ſi finita* 15.§.*ex hoc edicto*, *ff. de damno infecto*,Bart.*in l.damni infecti*,§. *is qui*,*n.*4.*ff. eodem* Menoch. *conſ.*606.*n.*43. Albertus Brunus *tractatu de augmento*,*concluſ.*5.*n* 23 *& ſequentibus*,qui tunc tradit diverſam procedere rationem quando diſſimilis eſt ratio,& diverſus effectus augmenti,quia tunc ex hac differentia rationis augmentum dici poteſt, Sixtinus *de regalibus*, *lib.* 2. *cap.*6. *n.*29. *&* 30. & cum augeri ſoleant collectæ ex aliqua urgenti Regni neceſſitate , propter Bellum ærario exhauſto, aut cauſis publicis, quæ id ſuadeant, abſurdum eſſet exiſtimare augmentum fieri propter utilitatem publicanorum , inde fit , ut nullatenus admitti poſſet ad publicanum pertinere , quod in collectis augeretur.

Ulterius id magis ſine dubio procedit , quoties 12
propter urgentem belli neceſſitatem pro tempore limitato tributa augerentur, quippe illud apertè reſpicit cauſam, quæ urget , non verò ut rei principali accedat , & quoties, quod diſpoſitione comprehenditur, limitationem habet , non poteſt dici habere naturam augmenti, quia non refertur ex limitatione ad illud, cui accedit, *argumento l. ſervi electione* 5.§.*ultimo*,ubi Doctores *ff. de legatis* 1.*l. non modus* 12.ubi etiam Accurſius Bald. & reliqui,*C.de ſervit. & aqua l. lacus* 12.*l. in agris*,16 *ff. de acquir.rerum dom.l.Iulianus* 14.§ *ſi Titius* , ubi etiam Bart. *n.*2. *ff. de action*, *empt.* idem Bart. *in d.l.damni infecti*,§. *ſi is qui*,cũ multis adductis per Tiraquell. *de retract. Lignagier* §,32.*gloſſa* 1.*n.*49.Albert.Brun. *in d concl.*6.*per totam*.Didac. Covarr. *in pract.c.*2. *per tot.* Riminald.*in* §.1.*n.*77.*& ſequent. inſtit. quibus alienar,licet, vel non.*

Et ultraquam hodie experimur propter belli ne- 13
ceſſitates pro quatuor annis , ut Regnum impleret ſervitium,quod Regni exhibuit , aliquarum rerum tributa adaucta fuiſſe,& Siſſæ in aliquibus creverũt, regulariter etiam niſi propter bellum expreſſæ, conceſſum aliquid dicatur in dubio, quando conceditur ex aliqua cauſa, præſumptione juris limitatè conceſſum exiſtimatur,ut inquit Bald.*in cap.*1.§. *ſi quis de Manſo*,*n.*3. *de controverſia inveſtituræ* : ibi : *Nam natura feudi eſt ſicut natura agri limitati,& ſicut natura lacus , & ſtagni , qui non accipiunt extenſivum augmentum,eo quod habent terminos reſtrictivos , ut ff. de contrahend. emptione,l. Rutilia Polla*,plurib⁹ probat Albertus Brunus *d.concluſ.* 6.*n.*2. 14

Quod maximè congruit conductoribus Siſſarum millionum :nã cum conductio fiat certæ,& limitatæ rei quæ in qualibet ſpecie vectigalium à Regno conceſſa , augmentum conductor habere non poteſt & quoties Regalia conceduntur,tanquam ſpecialia, & exorbitantia à jure communi, non accipiunt extenſionem , quin imo ſemper reſtringuntur , nec ad

conſequen

consequentiam trahi possunt, *cap. ea quæ, de regul. jur. in 6.* Lucas de Peña *in l. 2. num. 3. & 4. C. de jure Reipublicæ, lib. 11.* Rolandus à valle, qui loquitur in terminis augmenti *cons. 1. vol. 2. n. 147. & seqq.* Sixtinus *de Regalibus, lib. 1. c. 5. n. 63.* Mastrillus *de Magistratibus lib. 1. c. 16. n. 20. & 21.*

15 Præterea prædictum procedere dicendum est etiamsi expresè sibi caveret Gabellarius, collectarum conductor, ut in ejus utilitatem cederet, quidquid augeretur in collectis, vel Siffis, quarum conductionem facit, quia sive pactum concipiatur eo modo, de quo *allegatione 31.* ut vectigalia non augeantur, & si augerentur, Gabellarii commodo cedant, quia tunc, ut latè probavimus, conventio potius respicit pœnam, si contra factum fuisset, quam ut Princeps concederet augmentum, quo casu solum damnum, quod eveniret Gabellario, non verò collectæ, quæ de novo impositæ ei competere poterunt, ut satis latè *suprà* probatum est.

16 Si verò pactum expressum fiat, non in pœnam, sed dispositivum, ut quæcumque augeretur, collectæ ejus conductione comprehendantur, similiter dicendum, augmentum collectarum non posse illud Gabellario concedi, tum quia ut in prædicta allegatione retulimus, non potest Princeps aliqualiter privato concedere, quod ei à Regno pro servitio exhibetur pro ejus tutela ex causa publicæ utilitatis, & cũ semper ea ratione collectæ augeantur ex aliqua urgenti necessitate, & nova causa, quæ id suadet, præterquam iniquum foret, ut solùm ad utilitatem Gabellarii crescerent vectigalia, procedit juris doctrina, ut verba, & conventiones contractus debeant intelligi *rebus sic extantibus, & mutato rerum statu*, ut nova causa supervenire locum non habere, *l. quæro 56. §. inter locatorem, ff. locati, l. quod Servius 8.* ubi notant Scribentes, *ff. de conditione causâ datâ*, Andreas Tiraquellus cum plurium allegatione *in repetit. l. si unquam. in præfat. n. 167. C. de revocandis donat.* Seraph. *de privilegiis juram privileg. 7. n. 11. & decis. 179. n. 1.* Osascus *decis. Pedem. 91. n. 2. & 14.* Petrus Surdus *decis. 236. n. 13. & decis. 289 n. 12. & cons. 496. num. 9.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 96. n. 23.*

17 Et facit doctrina Decii *cons. 335. n. 1. & 3.* ubi refert Ancharranum *cons 83.* magistraliter tradens ex causa nova supervenienti recedere licere à qualibet dispositione, nec dicitur fieri contra voluntatem, quia si de tali status mutatione cogitasset, ille qui disposuit, idem fecisset, Riminaldus plura ad hoc cumulans *cons. 59. n. 72.* Petrus Surdus *decis. 236. n. finali.*

Nec aliquid contra movebit videri conjecturas
18 cessare, quando mentio fit, ut ad conductorem pertineant vectigalia, quæ augerentur, nec hanc conventionem illusoriam, & nullius momenti esse oportere, quippe, ut probavimus *d. allegatione*, eorum, quæ à Regno propter aliquam urgentem necessitatem cõcedentur, Princeps privato concessionem facere nullo modo potest, nec convertere in alios usus quam in quibus concessum, & contractus locationis ad ea referendus quæ eo comprehendi possunt, nec conventionem hanc reddi illusoriam aliquid movebit, quia hoc argumentum puerile, & nullius roboris esse plurib⁹ probavimus, *1. part. decis. Granat. 31. num. 51.*

19 Quod magis sine dubio procedit, quando illud quod augeretur in collectis, & vectigalibus maximã contineret quantitatem ut contingere solet, quando ad tempus augmentum fit, & pro belli necessitate tunc enim iniquum esset, ut immoderata illa quantitas, quæ crevit, cedat in utilitatem gabellarii, ut optimè explicuit Paul. Castrens. *in l. 2. §. ult. per textũ ibi, ff. de aqua pluvia arcenda*, dum inquit: *Et hoc ultimum singulariter nota quia si concedo tibi ut possis immittere aquam de fundo tuo in meum etiamsi mihi noceat intelligitur nisi noceat immoderatè, facit optimè pro eo quod notat Bartolus in l. Societatem, §. arbitrorũ pro socio quod si est data potestas arbitrio quod possit auferre de jure unius, & dare alteri, intelligitur scilicet moderatè, & in parva quantitate, ut in l. si de meis, §. recepisse, ff. de arbitris; etsi fuit dictum quod in parva & magna quantitate, intelligitur nisi sit nimis magna ut ibi notat Bart. nec scio textum melius facientem licet ipse non alleget facit, l. si cui supra de servitutib.* Hactenus Paulus Castrens. qui in proposito ita accipiendus, ut quamvis concederentur & possent pertinere ad conductorẽ vectigalium, quæ de novo augerentur, non sit accipiendum de magna quantitate.

Juvat Cardinalis Thuscus *practic. lit. P, concl. 735.* 20
n. 10. ibi: *Declara omnes extensiones procedere quando augmentum est immoderatum ut quia augmentum excedit dimidium totius, quia tunc dicitur intolerabile alias secus,* & facit quod notat Alex. *lib. 2. cons. 178. n. 20. vers. Præterea*, ubi agnoscit, *Ex supervenienti augmento restringi contractum & privilegium quando magna læsio inducitur.*

Et quando magnum augmentum fuerit, ita ut 21
comprehendi sive contractu, vel dispositione maximè noceat concedenti debet reformari, & declarari non comprehendi, ex defectu voluntatis argum. text. *in cap. suggestum*, ubi Glossa, & Doctores, *de decimis, & cap quanto*, ubi etiam Glossa, *de censibus eadem Gloss. verbo quod non lædat aliam in cap. rescripta, 25. q. 2. l. 5. tit. 20 p. 1. l. 43. tit 18. p. 3.*

Sed & qui contrariam sententiam tenuerunt col- 22
lectarum augmentum ad conductorem pertinere, de quo Felinus, Decius, & Ripa, quos refert Menoch. *cons. 106. n. 12.* & ex eisdem & Jasone, *cons. 6. n. 15.* tamen id limitandum ipsi censuerunt, quando concessio vel locatio vectigalium est limitata, cum qua non convenit augmentum, videlicet si duo pro centum vectigal esset & locaretur, ut illa duo conductor perciperet si postea ad quatuor pro centum vectigal augeatur, illa duo, quæ excedunt limitationem locationis debent ad Principem, non verò ad conductorem pertinere.

Et ultra quam, ut indubitatum traditur *in d. l. 1.* 23
tit. 22. l. 9. Recop. ibi: *esta claro y sinduda*, cõprobatur jure communi, ex eo, quod vulgariter notatur *in l. in agris limitatis, ff. de adquir. rerum domin.* & in terminis, ut opinio eorum, qui tenent pertinere augmentum vectigalis conductori, accipienda, quando generaliter omnis gabella locata sine limitatione, ut talis summa pro qualibet re, vel contractu percipiatur, ex Bald. & Angelo tradit Menoch. *cons. 34. n. 15.* eis verbis: *Inquit Bald. quod si vendita est exactio gabellæ in genere nulla facta mentione, quantum exigi debeat pro singulis rebus, & personis, ut contingit in nostro casu, si civitas gabellam auget, ut quid plus exigatur augmentum cedit commodo emptoris gabellæ.* 24

Vnde quando, ut in nostris vectigalium locationibus, quantitas designatur, quæ ex rebus & contractibus exigenda, sive in gabellis, quas dicimus, *alcavalas*, vel in Portuoriis, & *Almoxarifazgos*, vel in Siffis & millionibus, quidquid postea augeretur, non potest in utilitatem cedere conductoris, nec ille suam excedere conductionem, Decius *in c. cum M Ferrarien. n. 13. & 14. de constit. Princip. & cons. 4. n. 2.* ex Boherio, & aliis Menoch. *dict. cons. 34. n. 7.* ibi: *Quod quãdo vẽditur gabellæ exactio certa sub forma,*

& modo exactionis si augmentum aliquod gabellæ accedit, commodo venditoris accedit, & inducit *d.l. Rutilia Polla.*

25 Confirmat generaliter prædictos referens Peregr. *de jure fisci, lib. 6. tit. 5. n. 34.* & comprobat Lazarte *de decima verdit. c. 16. n. 85.* in eisdem terminis, dum tradit *Eam esse rationem, quia regulariter certa forma & lege portorii locatio fieri solet, nempe ut tantum pro tali re exigatur, atque ideo ipsius Regis locatoris augmentum est ex prædicta Angeli doctrina cum Decio, & Menochio ubi suprà,* & confirmat etiam Gironda *de gabellis, p. 12. n. 38.* ubi tradit sententiam Baëzæ *de decima tutoris, c. 30. n. 10.* & eorum, quos refert duplicata gabella eam pertinere ad conductorem, non posse procedere in conductione gabellarum nostri temporis, ubi limitatum, & definitum est, quantum pro vectigali possit percipi, & ultra id non comprehenditur locatione.

26 Facit quod notavit Rodoan. *de rebus Eccles. non alienand. q. 13.* agens cui cedat augmentum rei locatæ, & tradit tunc augmentum non cedere locationi, nota verba: *Quia id videtur actum inter partes quia locando locator intra fines locationis expressos rem quam locat limitare, & restringere videtur, & illud quod ultra accedit non censetur venire in locatione,* unde Lazarte *ubi proximè, d. n. 85.* tradit idem esse si non augeretur vectigal antiquum, sed de novo imponeretur eis mercibus, ex quibus nullum antea jus solveretur, & conducit ratio quia minimè potuit in conductione venire illud quod nondum erat *ex d.l. Rutilia Polla de contrab. emptione.*

27 Sed etiam hanc nostram resolutionem confirmat idem argumentum, quo omnes qui contra tenuerunt impelluntur, ut credant conductori cedere augmentum vectigalium videlicet commodum ad eum pertinere oportere qui damnum sentiret ex vulgari *regul. l. secundum naturam, ff. de reg. juris* & quemadmodum si minus valerent vectigalia damno conductoris cedere debere, ita ejus lucro eorum augmentum, quippe si vectigalia diminuerentur facto & decreto ipsius Principis, id est si conductis quinque pro centum ad duo vel tres Princeps diminueret, tunc certum est conductori remissionem faciendam quasi Princeps tolleret quod locavit, & ideò damnum diminutionis quod in hoc casu Principem contingeret suadet augmentum ultra quod locatum ad Principem spectare, quod non procedit, quando ex casu vectigalia non diminuta à Principe in quantitate quam locavit, sed casu fortuito, & sterilitate diminuerentur & minus quàm conductor existimavit valerent, quia his casibus in conductione vectigalium approbatur dispositio *l. 2. tit. 9. lib. 9. recop.* & longè dissimilis ratio est, ut latè probavimus *alleg. 17. per totam.*

ALLEGATIO XXX.

De pacto augmenti vectigalium in conductione.

1 *Vectigal unius pro centum apud Athenienses impositum.*
2 *Salis vectigal qui imposuerunt.*
3 *Salina & pretium salis statuere Regalium est.*
4 *Conjecturis locus nō est, ubi verba sunt manifesta. l. ille aut ille, §. cum in verbis, de legat. 3. l. continuus, §. cum ita de verb. obligat.*
5 *Pœna conventionalis quæ respicit contraventionem quamvis nihil interfit debet exequi. l. cum pœna, 38. de arbitris. l. stipulatio ista, §. alteri de verb. oblig.*
6 *Pœna conventionalis quando adjicitur facto exequi debet sine consideratione utrum interfit.*
7 *Pactum quando censetur pars pretii. l. fundi partem ff. de contrab. emptione. Obligatio sub conditione ea impleta procedit. l. cedere diem ff. de verborum significatione.*
8 *Interesse contraventionis soluendum. Pœnam, in dubio non censeri appositam.*
9 *Mercium commercium pretio adaucto impeditur. c. legimus, 24. 93. distinctione. C. sancta, 2. q. 7. l. ideo, 4 ff. de eo, quod certo loco.*
10 *Vectigalia in aliquibus mercibus, augeri potius minuit earum redditus quia ex majori pretio non venduntur.*
11 *Pœna conventionalis, respicit interesse etiamsi Iuramentum accedat. l. cum allegas, C de usuris. c. tuam de pœnis. l. 2. §. fin. ff. qui satisd. cogantur. l finali, ff. si quis in jus vocat. non ierit.*
12 *Æquitati repugnat amplius quam interesse petere in judiciis bonæ fidei. l. & si post tres, ff si quis cautionibus. l. quoties, 81. l. stipulationes non dividuntur, ff. de verb. obligat.*
13 *Prætorias stipulationes ad interesse referendas quando in eis pœna adjecta. l. fin. de prætor stipulation. l. 2. §. fin. ff. si quis in jus vocatus non ierit.*
14 *Pœna conventionalis non admittitur cum aliena jactura. l. siquis major, C. de transaction. & n. 22. Pœna conventionalis ultra interesse non admittitur in terris Ecclesiæ.*
15 *Damnum qui non sentit pœnam conventionalem petere non potest.*
16 *Interesse probare tenetur qui pœnam petit.*
17 *Vectigalia augere vel minuere est Regalium. tit. C. nova vectigalia instituì non poss.*
18 *Princeps, licet contractibus obligetur potest tamen pro causa publica contractum reformare.*
19 *Salis pretii augmentum ex publica utilitate factum.*
20 *Causa justa excusat à solutione pœnæ cōvētionalis.*
21 *Pœna est quod alicui adimitur pro conventione pacti. l. 1. ff. de his quæ pœnæ nomine. l. 1. §. item si ita. ff. de lege Falcid. l si penum, ff. quando dies leg. cedat. l. 1 ff. de pœna legata.*
22 *Pœnæ nomine videtur relictus fundus legatario quando relictus, si hæres voluntatem testatoris non adimplevit, §. fin. instit. de legatis. l. testamento centurio, ff. de manum. testam. § fin instit. de lege Aquilia.*
23 *Contractus limitandus ex ratione conventionis. l. Regula, § fin. de juris, & facti ignor. l. nomine debitoris, §. ultimo de legatis, 3. l. 2. §. si mater, vers. quod si curatores. Et vers. quod si decesserint, ff. ad S. Consul. Trebell.*

24 *Pactum*

24 *Pactum venditionis ut pars rei censeatur debet diminuere pretium vel augere.*
l.fundi partem de contrab.empt.
l.cum tc,6. Cod. de pact.inter empt. & venditor.
l.si venditor,§.si quid emptor,ff.de servis exportandis.
l.de hæreditate,ff.de hæredit.vel act.vend.

25 *Locatio potest comprehendere factum negativum*
l.videamus,12.§.fin.locati.
Pactum negotium quod respicit contraventionem non pars contractus,sed pœna existimandum.
l.si de fundo,15.C.locato.
l.hæc constitutio,33.C.eodem.

26 *Pœna adjecta facto, prætextu quantitatis & implementi contractus pro interesse adjecta censetur.*

27 *Pœnam qui petit ex contractu illum approbat nec potest intendere rescissionem.*
l.apud Celsum,§.Labeo,ff.de doli exceptio.
l.si ita stipulatus in fine de verb.obligat.
l.cum proponas,C.de transact.

28 *Pœna loco rei succedit.*
Pœna licet adjiciatur facto,si nullum damnum venit peti non potest.

29 *Benignior interpretatio, quæ excludit pœnam admittenda.*

30 *Immoderatum non comprehenditur contractu.*
l.Titius,34.de act empti.
l.emptor.48.§.Lucius ff.de pactis.

31 *Casus insolitus, de quo non potuit cogitari non comprehenditur renunciatione.*

32 *Obligatio injusta ad æquitatem redigenda.*
l.cum quidam,17.ff.de usuris.

33 *Privilegium nociuum & iniquum reformandum.*
c.suggestum de decimis.
c.quanto de censibus.
l.15.tit.20.p.1.
l.43.tit.18.p.3.

34 *Annui redditus debent reduci ad legitimum modum inspecto tempore solutionis.*
l.6.tit.15.lib.5.recop.

35 *Vectigalia quæ ob publicam utilitatem conceduntur,non possunt à Principe donari privato.*
l.4.tit.11.lib.6.recop.
l.15.tit.23.lib.9.recop.

36 *Pœna adjecta actui nulli non valet nec debetur.*
l.28.ad finem,l.38.tit.11.p.5.

Pactum quod à vectigaliũ conductoribus apponi solet, ut si vectigalia augerentur, cederent, in utilitatem Gabellarii, quomodo pro fisco interpretandum?

HVIC controversiæ causa fuit, cum propter bella, quæ Rex noster cum Rebellibus, & hæreticis continuò gerit pro fidei Catholicæ tutela, & Ecclesiæ Romanæ obedientia, ut in Comitiis generalibus servitia Regna exhiberent decretum in aliquibus mercibus vectigalia augere, & unum pro centum inuunctum. quod vectigal apud Athenienses impositum retulit Xenophon *de eorum Republica*, ibi: *Centesima mercium exacta in portu Athenienſium tributi nomine.* Et in sale, cujus vectigalium Conductor hoc judicium intendit pretium, & vectigal adauctum, ut millionum servitia augerentur, quod autem tempore Romanorum factum Marco Lucio, & Claudio Nerone Censoribus anno 15. secundi belli Punici, quod cum plebs Livio tribueret, ideo salinatoris nomen dedit, tradit Sabellius *lib.5.Æneid.5.*

2 Et apud varias gentes, ut apud Venetos Hieronymus San. Roman *in Republica Venetia, cap.8.* apud Tartaros *in eorum Republica, cap.7.* apud Æthiopes idem *cap.13.* & apud Indos Occidentales *de illorum Republica, lib.3.c.1.* apud Belgas quod de Philippo Comite Flandriæ, & Duce Burgundiæ cum Æmilio refert Pineda *l.23. Monarchia Ecclesiastica, cap.29.§.3.* apud Neapolitanos tempore Regis Alfonsi V. de Tumbano salis, Zurita *l.15. annal.c.17.* apud Gallos initio Regni Philippi Vallesii ex Chronico Francorum, Zuingetus *theatr. vitæ humanæ, vol.3. lib.6 pagina mihi* 813. & à Pontifice Paulo III. salis tributum impositum tradit Ripa *de peste sub titulo de remediis ad conservandam ubertatem, numero* 177.

3 Et quomodo ad Regalia pertineant Salinæ, & salis pretium augere, & quando liceat, Lucas de Peñ1 *in l.1.Cod.de metallis, l.11.* Ruin. *vol.5. conſ.105.* Surdus *conſ.321.n.1.27.28.* Bellonus *conſ.2.num.9. & 15.* Tobias Nonius *conſ.45.num.30.& 31.* Mandellus Albenſ. *conſ.290. n.9. & conſ.322.* Vbi Vincentius Annibaldus *addit.1.* Franciscus Marcus *decis.38.num.5.* Ponte *de potestate Proregis, tit.4. de Regalib. impoſit.§.8.num.136.* Camillus Borrellus *de præstantia Regis Catholici, cap.25. n.18. & 23.* Farinac. *in praxi criminal.tit.3.q.104.n.62.* Raudensis *variar.cap.73.n.2.* Barbosa *in l.divortio,§.si vis,n.30. ff.solut.matrimonio,* Greg. Lopez *in l.1 gloſſa 7. tit.5. part.1.* Didacus Perez *in l.2 tit.23.l.2. ordinamenti,* Matienço *in l.1.gloſſa 2.tit.18.n.2.lib.5 recop.* Azeved. *in l.1.n.73 tit.15.lib.4. recop. & in l.31.n.10. titulo 18.lib.6.* Capiblancus *de Baronibus pragm 8. part.2.num.56.* Bernardus Gomezius, & Bernardinus Mieres *in peculiaribus tractatibus de sale*, qui alios referunt.

4 Quod pro conductoribus vectigalium allegabatur, id respiciebat expresse conventione comprehensum fuisse, ut quidquid ex pretio augeretur, vel vectigalium, utilitati eorum cedat, & quando verba contractuum sunt manifesta, nullis remanet locus conjecturis, vel controversiæ, *l. ille, aut ille §. cum in verbis, ff.de legat.3. l.continuus,§.cum ita, ff.de verb.obligat.* Menoch. *lib.1 præsumpt.31.n.4.* Surd. *conſ.454.n.49.* Gratian. *discept.824.n.10.*

5 Et quando consideretur pro pœna excessus pretii ut quod augeretur, pertinet ad conductionem vectigalium, & in pœnam contraventionis sit conductori concedendum, tunc debet exequi pœna conventionalis absque eo quod quæratur, interſit, vel non, ut in terminis tradit *l.cum pœna 38. ff.de arbitr.* ibi: *Nec interest, an adversarii ejus interſint, l. stipulatio ista.38.§.alteri, ff.de verb. obligat.*

6 Et magis sine dubio procedit, quando pœna conventionalis adjicitur facto, tunc non debet attendi interesse, sed non impleto facto (ut in nostro casu pretium non augere) pretio adaucto debebitur pœna, Innocent. *in c.suam, de pœnis,* quem refert, & sequitur Abb. *in c.dilecti, n.14. de arbitriis,* ex Bartolo, Corneo, Parisio, & aliis Hippolytus, Riminaldus *conſ.89.num.12.* Alex. *lib.2.conſil.32.num.4. & conſ. 115.num.15.* Romanus *conſil.510.num.16.* ubi latè tradit.

7 Præsertim,quia cum sibi consulens Gabellarius paciscereturne mercium pretium, aut vectigalia augeri possent,non tamen pœna debet censeri, ut accrescat conductori, quamquam pactum velut pars contractus,juxta *l.fundi partem,ff.de contrahend empt.* & quod notarunt Bart.*in l.juris gentium,§.quinimo,n.7. ff.de pact.*Pinellus *in rubrica,Cod.de rescindend.venditione,2. part.cap.2.num.29.* Felicianus *de censibus, lib.2.cap.1.n.14.*Lazarte *de decima venditionis,cap. 15 num.21.*Azevedo *conf.21.num.15.*ex Decio,Covarr.& Tiraq.Menoch.*lib.2.de arbitrariis,casu 260. n.44.* sive consideretur ut conditio, ne pretium excresceret, vel si augeretur, conductori applicandum, & conditione impleta,adaucto pretio,obligatio procedat, *l.cedere diem, ff.de verb.significat.*ubi omnes Doctores communiter,Peregrinus *de fideicommiss.art. 45.num.17.* Surdus *conf.38. num.10. & conf.101. num.27.*

8 Et hoc casu non solùm quod verè probatum fuerit interesse poterit paciscens percipere, verùm omne quod conventione comprehensum, quia videtur à partibus taxari damnum excessus pretii, & transigi eo pacto, ut pro tempore conductionis accrescat Gabellario,& ideò percipiat,Rebuff. *in l.unica, C.de sent.quæ pro eo,quod interest,n.571.*Curtius Junior *ibi n.58.*Cagnolus *n.110.*Surd.*decis.260.n.21. & 22.* & in dubio non debet præsumi conventum nomine pœnæ,gloss.*in l.2.& l.fin.ff.de his,quæ pœnæ nomine,* Bart.*in l.Pater Severinam, n.2.de condit. & demonstrat.* Bald. & Dec. quos refert Hieronym. Gabriel. *vol.3.conf.105.n.5.*Cost.Menoch.& alii quos adducit Surd.*decis.7.n.23.*

9 Verumtamen nihilominus pro fisco,ita prædictum pactum interpretandum, ut nihil amplius possit ejus prætextu petere conductor, quàm quod verè ejus interesset mercium pretium, seu vectigalia non augeri, quod ut melius percipiatur, investigandum est, quod potius respiceret prædicta adjectio, ne pretium & vectigal augeretur, vel augmentum cederet lucro conductoris, & nihil aliud respexit, quam sibi cavere Gabellarius, ne aliqualiter ex majori pretio, aut vectigalium onere impediatur exportatio mercium, earum usus, & commercium, nam ex majori pretio provenit difficilior venditio earum rerum, quarum pretia, & tributa creverunt, ut *arg.c.legimus 24.distinctione 93.& c.sancta 2.q.7.l.ideo 4.ff.de eo quod certo loco,*ex Didac.Perez,Bobadill.*lib.3.Politicæ,c.4. num.62.& 65.* cui adde Covarr. *lib.3. var.cap.14. num.3.*

10 Vnde non rectè existimant, qui credunt crescere posse Regale patrimonium,augendo vectigalia mercium, quia cum minus differant ex tributorum onere, decrescunt potius, quàm augentur gabellæ, ut in terminis si multiplicarentur tributa, quæ solebant solui pro mercibus, ex quo eveniat, quod tot mercantiæ postea non deferantur, notavit Angelus *in l. at ubi,n.2.in fine,vers si tamen,ff.de petitione hæreditatis*, refert, & sequitur Albert. Brunus *in tractatu de augmento monetæ, q.16.num.6.* & ad annonæ copiam, ut minuantur earum vectigalia, notavit Platea *in l.modios,in principio, Cod.de susceptoribus*, & *arcariis,lib.10.*Bobadilla *lib.3. Politica,cap.4.n.65. ad finem.*

11 Suppositio igitur nihil potuisse attendi in prædicta conventione, nisi ut quod ejus interesset sibi caveret Gabellarius, ne vectigalia minuerentur, si tot merces non deferrentur,etiamsi consideretur pro pœna conventionali ea adjectio,ut augmentum pretii, seu vectigalis debeat conductori applicari, nullo modo amplius deberi poterit, quam quod verè Gabellarii interesset, quia pœna conventionalis ad illud referenda,vel limitanda ex eo, quod notatur *per legem cum allegas,C.de usuris,c.tuam,de pœnis,l.2.§. fin.ff.qui satisdare cogantur,l.fin.ff.si quis in jus vocat. non ierit,* Bald.*in l. qui crimen,n.20. C. qui accusare non possunt.*Padill.*in l.si quis major,n.23.C.de transactions.*etiamsi pœnæ conventionalis solutioni adjiciatur juramentum,Gutierr.*de juramento confirmatorio, 3.p.cap.17. n.5.6. & 10.* qui tradit ita in Pinciana Cancellaria judicatum.

Et ultra prædictos idem probatur *l. & si post tres 8.ff.si quis cautio* 81.*l.stipulationes non dividuntur* ubi communiter Doctores, *ff.de verb. obligat.* dict. Alex. Ludovis.*decis.241.*ubi Olivier. Beltraminus *in additionibus,n.7.*Aretin.*in l.4.§.Cato,* ubi etiam Crot *ff. de verb. obligat.* Ricc. *Collectanea 1839.* & pœnam conventionalem solùm esse referendam ad interesse, Beroius *in c. potuit, n 29.de locato,* Ancharran.*cons. 148.*Corn.*vol.1.conf.188.*Cacheran.*decis.Pedemont. 70.n.10.& 15.* maximè in judicio bonæ fidei, ut locatio,*§.actionum,instit.de actionibus,*in quo æquitati, & bonæ fidei repugnat amplius quàm interesse petere, Angel.*conf.219.* Paris.*vol.1. conf.34.ad finem,* Affl.&.*decis.135.*quem & alios Burs.*vol.1.cons.53. num.12.*

Sed & Prætorias stipulationes sine dubio esse ad interesse referendas, quando in eis pœna conventionalis adjicitur,probatur *l.fin.ff.de Prætoriis stipulationibus,l.2.§. fin.ff.si quis in jus vocatus non ierit,* Bart.Bald. Angel. Iacobin.Alciat. Gramatic.& alii, quos in comprobationem adducit Hieronym.Gabriel *vol.1.conf.181.n.8.*

Et generaliter pœnæ conventionalis exactionem non admitti tanquam lucrum cum aliena jactura ad interpretationem *legis,si quis major, C.de transactionibus,*eis verbis:*restituta pœna quæ pactis probatur inserta,*ex Iasone,Alex.Curtio, Cagnolo, Angelo, Decio,Gozadino,& aliis Tiber.Decianus,*vol.1. responso 10.n.8.* & quod in terris Ecclesiæ non admittatur pœna conventionalis ultra interesse,quia videtur lucrum inhonestum cum alterius damno *ex d. c.* cum Bartolo,Abbate,& Butrio idem Decianus *vol.3. responso 79.per totum,* & in foro conscientiæ non posse ultra interesse pœnam exigi ex Textu cum Glossa, *verbo, argumento, in cap. fraternitatis 12. quæst.2.* Panormitanus, & Calderinus quos congerit Lanfrancus *cent.3. decis.217.* Hostiensis, Butrius, Imola, Socinus, & alii, quos refert, & sequitur Octavius Vulpellus *de Pace, quæstione sexagesima quarta.*

Ex quibus,& aliis pluribus,quæ in hujus conclusionis fulcimentum possent adduci, probari videtur nihil in hoc casu potuisse petere Gabellarium,quamvis rerum ex quibus vectigalia colligebantur, pretium augeretur,quia manifestè apparuit ex relatione, quam in omnibus annis conductores vectigalium ex ordinationibus Regiis tenentur exhibere in Consilio Regalis Patrimonii non fuisse minorem numerum mercium earum, quæ antea solebant commercio deferri ad solutionem vectigalium, nec post augmentum pretii, & vectigalis exiguiora fuerant vectigalia,quæ antea soluebantur, ac perinde cum excessus pretii nihil diminuerit lucrum Gabellarii, ideo ejus petitionem,ut augmentum pretii,quod sibi Princeps reservavit,illi applicetur,non admittendam.

Tum quia, etsi illud non constaret ex parte Conductoris,nihil est probatum de damno, quod ei eveniret, & cum hæc pœna conventionalis referatur ad interesse,illud probare tenetur,qui pœnam petierit, Baldus *in l.rogasti,§.si tibi,vers.in contrarium, non valeat,*

valeat ff. si certum petatur, plures relati ab Stephano Gratiano *tom. 2. disceptat. cap. 387. num. 10. cum sequent.*

17 Tum etiam, quia dominium rei, id est, salis (cujus gabella conducta) Principis erat, & nunquam illius pactum admittendum, ne pro communi bono rerum pretia minuat, vel augeat, vel etiam vectigalia crescat, aut ad minorem quantitatem redigat, prout regiminis ratione expostulet, est enim hoc proprium Regalis dignitatis titulo, *C. nova vectigalia instituì non posse*, ubi Salicet. *in l. non solent, eodem titulo*, Panormit. Corsetus, Lancellot. Conradus, Ioann. de Antiboli, Alciat. & alii, quos refert Camill. Borrell. *de præstantia Regis Catholici, c. 20. n. 16.* ex Politic. Nicolaus Bello *de statu Politico, lib. 2. discursu 46.* Magister Fr. Ioannes Marquez *in Gubernatore Christiano lib. 1. cap. 16.* Ioannes Barclaius *tom. 1. lib. 4. Argenis.*

18 Et ultra quam etiam ex jure stricto non posset in hoc casu Princeps condemnari, & quantumvis contractibus, ut privatus obligetur, ut probat D. Ioann. de Solorzano *de jure Indiarum, lib. 2. c. 10. n. 45.* tamen pro causa publica potest contractum à se factum innovare, ut ex Innocentio, Bald. & aliis Cathaldinus *de Potestate Papæ, vers. simile dicimus, n. 96. inter tractatus Doctorum. 1. p. tom. 13. pag. 23.* Angian. *de leg. lib. 3. controv. 26. r. 55.* ex Dec. Menchaca, Iulio Claro, Ioanne Baptista, Ploto, Anton. de Nigr. refert Camill. Borrell. *de præstantia Regis Catholici, cap. 38. num. 15.*

19 Et hoc ex jure publico factum, quia excessus pretii & vectigalium augmentum, non fuit solùm ab ipso Principe decretum, sed à Comitiis generalibus Castellæ, ut pro statu Regni sustinendo Regi servitia exhiberent, & inter alia quæ ad hoc servitium destinarunt, in aliquibus vectigalia nova instituerunt, quæ huic servitio deservirent: & in sale Regis cujus consumptionem Gabellarii conducebant pretium augere decreverunt, & ita non tam utilitatem Regis quam publicam Regni, & communem statum illud factum respexit, ex quo non potest aliquatenus voluntati tribui seu contraventioni pretii salis augmentum.

20 Et semper justa causa excusat à solutione pœnæ conventionalis Bald. *in l. 1. ff. quod cujusque universitatis nomine*, Camil. de Larath. *cons. 103. n. 23.* cum Anania, Speculatore, Dino, Paul. de Castr. & aliis probat Bertrand. *vol. 1. cons. 38. n. 4.* & ut pœna conventionalis exequatur, debet præcedere dolos in eo qui contravenit ex Bald. Alex. Cagnol. Alciat. & aliis pluribus, tenuit Bertaz. *consult. dec. cons. 53. n. 37. 38.* Bacc. & Roland. qui de dolo ad contraventionem necessario testantur. & refert Surd. *cons. 82. n. 12.* ideò quoties ex causa publica comitia generalia decreverunt, vel ipse Princeps, ut pretium augeretur non poterit pœna conventionalis committi, ut exigatur quia causa quælibet excusat à pœna, ut ex Rotæ decis. tradit Mart. *tom. 2. compilationis decis. tit. de pœnâ cap. 80. & 84.*

21 Nec poterit in hoc casu considerari ut conditio contractus, quod conventum pretium aut vectigal augeri non oportere, & quando augeretur cedat in utilitatem conductoris, ut ea deficiente non subsistat obligatio conductionis, quia omne quod respicit ut quis privetur re aliqua, si contraventio pacti sequatur (ut huic quia Princeps, privatur augmento pretii seu vectigalis si augeatur) tunc quamvis non adjiciatur pœnæ nomine, tamen pro pœna censendum, *l. 1. ff. de his quæ nomine*, ubi quod ad lucrum unius & redemptionem alterius pertinet, habetur pro pœna, *l. 1. §. item, si ita, ff. ad l. Falcidiam, l. si penum, ff. quando dies legati cedat, l. 1. ff. de pen. legat.* Alex. *in l. ita stipulatus 95. n. 43. ff. de verb. obligat.* ubi reprobans Bartolum, & Fulgosium tradit; *Tamen hæc limitatio nihil non placet, quia si promisi decem sive dicam nomine pœnæ, sive non, semper videtur ista qualitas nomine pœnæ.*

22 Et ut pœnæ nomine videatur relictus fundus, quem jusserat testator dari legatario, si dispositionem testatoris hæres non adimpleret *arg. §. fin. instit. de legatis* tenuit Iason *in leg. talis scriptura, n. 15. ff. de legatis, 1.* & insinuat Paul. Paris. *2. p. cons. 19. n. 23.* ibi: *Quando fuit processum ad pœnam privationis*, ex Castrensi, Bald. Hieronym. Gabriel. *vol. 1. cons. 105. n. 6.* ex Bartol. Angel. Imol. Soc. & Ioann. Fabr. Covar. *in c. Raynaldus, §. 1. n. 7. de testament.* eis verbis: *Vnde istæ adeptiones cum fiant aut præsumantur fieri nomine pœnæ minime probantur à jure nisi hæredis culpa prævia sit, ad earum effectum*, idem tradit Bertachinus *consil. civili 76. n. 20. & 60.* quamvis reprobans contrariam sequitur Surdus *decis. 7. n. 24.* & pœnam esse cum aliquo jure suo quis privatur, *arg. legis si quis major. Cod. de transact. l. testamento, centurio, ff. de manumiss. testamento* tenuit Barbacia *l. 1. consil. 24. in princ. & cons. 53. n. 18.* ex quo & *§. fin. instit. de lege Aquilia*, idem probavit Becius, *cons. 140. n. 12.*

23 Vnde in hoc casu illud (pretium non debere mutari aut vectigalia, & quando augeretur applicari debere augmentum conductori) magis pœna conventionalis existimandum, quam conditio, & cùm ad interesse prædicta adjectio referenda ut *suprà* probavimus, quando nullum damnum fuisse apparet, non debebitur & semper quælibet dispositio, vel contractus limitanda ex ratione conventionis, *l. Regula §, fin. ff. de juris & facti ignorantia, l. nomine debitoris, §. ult. ff. de legat. 3. l. 2. §. si mater, vers. quod si curatores, & vers. quod si decesserint, ff. ad S. C. Tertyll.* ubi Bartol. Bald. Castrens. Immol. & Alberic. Tiraquellus, *tractatu cessante causa, 1. p. n. 203.* Osasc *decis. 49. n. 5.* Surd. *cons. 96. n. 20.* Thesaur *l. 3. quæst. Forens. c. 117. n. 11.* Molin. *l. 1. de Hispanor. primogen. c. 5. num. 37. & lib. 3. cap. 5. n. 19.* pluribus D. Castillo, *tom. 2. controvers. cap. 22. n. 77. & tom. 5. 2. p. c. 169. num. 24.*

24 Minus etiam prædicta conventio potest considerari pars mercedis conductionis, ut ipsum pactum in pretium computetur, quia tunc pars pretii censebitur, quando ex parte conductoris, majori pretio res cõducerentur vel minori, ex locatoris latere eo pacto adjecto, ex *d. l. fundi partem. ff. de contrah. empt.* eis verbis: *Si modo ideo fundum utilius vendidisti, ut hæc tibi conductio præstaretur, nam hoc ipsum pretiũ fundi videretur*, quo modo illum textum accipiunt, Gloss. *verbo vendidisti*, dum etiam intelligunt, quãdo pro pretio deservit pactum nullo alio interveniente, & probatur manifestè, *l. cum te, 6. de pactis inter emptor. & vendit.* ibi: *Cum te fundũ tuum certæ rei cõtemplatione inter vos habita exiguo pretio in alium transtuliss cõmemores, l. si venditor, §. si quid emptor, ff. de servit export.* ibi: *quoniam hoc ipso minus homo veniss, & arg. l. de hæredit. ff. de hæredit. vel act. vendit.* tenuit Bald. *l. 1. cons. 31. & cons. 119. & l. 3. cons. 315. col. 1.* & communiter Doctores, *in dict. leg. fundi partem*, notarunt ad hoc, ut pactum pars pretii dicatur ex eo minui deberi, vel augeri pretium conventum extrinsece inter contrahentes juxta exempla adducta per Baldum, & Albericum, eo textu ex Panormitano, Iasone, & Ripa. D. Covarr. *l. 3. Variar. c. 10.* Decius, *cons. 309. n. 3.* Salicet. Felinus,

Ancharranus, Zasius, Alciatus, Castrensis, Marianus Socinus, & alii quos refert Tiraquellus, *de retractu lignagier. §. 1. gloss. 18. n. 38. & de retractu conventionali, in præfat. n. 22.* Menoch. *l. 2. de arbitrariis, casu, 260. in fine.*

25 Nec aliquatenus potest considerari, in conductione comprehendi illud factum, quod potius conventum ne fieret, nec aliquo modo percipi potest, ut cõduceret augmentum pretii aut vectigalis, quod expressè convenit ne augeretur: nam quamvis in locatione pactum negativum comprehendatur, *l. videamus, 12. §. fin. ff. locati*, tamen quidquid respicit conventionem ejus, quod pactis comprehenditur non pars locationis & pretium, sed pœna existimatur ut præter *suprà* adducta in terminis probant *l. si de fũdo, 15. C. locato*, ibi: *Ubi pœnam quoque à locatore quã præstare rupta conventionis fide placuit exigere ac retinere potest, l. hæc constitutio, 33. C. eodem*, eis verbis, *Ac ne pœnam quidẽ velut ex transgressione præstare.*

2 Rursus non etiam obstabit quod ex aliquorum sententia pro Gabellariis opponebatur, tunc pœnam conven ionalem integram deberi, nec ad solum interesse referendam, quando adjicitur contraventioni facti, ut latè probavit Romanus, *d. cons. 510.* cum *suprà* adductis, quia etiam admitteremus Romani opinionem, ut quoties pœna respicit factum vel quid non fieri, tunc integra debeatur, tamen procedit quando nihil aliud respicit pactum nisi ut conventio impleatur sive quod fiat vel non: sin verò adjectio pœnæ non respicit merum factum, sed adjicitur respectu quantitatis vel interesse ut in nostro casu, quia aliunde non potest interpretari conventio, ne pretium augeretur quam ut ex eo decresceret interesse vectigalium, si tot merces non consumerentur ex majori prætii æstimatione aut vectigalium onere, tunc enim certum est pro pœna nihil aliud posse considerari nisi quod interest. Rebuff. *in l. unica, C. de sent. quæ pro eo quod interest. n. 267.* ex Curt. & aliis Surd. *decis. 260. n. 22.* & cum eodem Surdo, & Hippolyt. Riminal. Fachin. *lib. 3. cons. 44. n. 4.* Calcaneus *cons. 35. n. 10.* ubi addit sufficere pœnam respicere quantitatem ex Purpur. & aliis Menoch. *d. casu, 260. n. 4.* Bald. *de præscr. 2. p. vers. decimo tertio n. 6.* & ad explicationem *decis. 135.* Matthæi de Afflict. cum Grammat. tenuit Ricc. *decis. 140. n. 8.* limitans opinionem Doctorum, qui tenuerunt pœnam conventionalem adjectam facto integram deberi ut procedat, & omnia jura quibus id probatur quoties solùm quid fieri vel non fieri attenditur in pacto, & contraventione offenditur vel contemnitur contrahens, secùs autem quando pœna adjiceretur prætextu quantitatis, vel solùm pro observantia vel interesse contractus, quo casu esse limitanda jura quæ in contrarium expenduntur, ut pluribus notavit additio Aurea *ad dict. decis. Afflict. 135.* & semper credendum pœnam succedere loco rei vel ejus quod interest, Iason, Decius, Alex. Salicetus, & alii quos refert, Surd. *decis. 304. n. 6.* ex Petro, & Cino, idem Surdus, *decis. 306 n. 8.* ubi cum Decio, & aliis adeo judicari pœnam promissam succedere loco rei, ut qui pœnam solvit dicatur impleviss contractum, & ratione quantitatis eam promitti: Constat ex eo quod notavit Baldus *in l. potior, §. si paratus, ff. qui potiores*, ut hypotheca pro sorte & quantitate contractus, extendatur etiam pœnam conventionalem, sequitur Claperis, *cent. 1. casu 18. q. unica num. 14.*

27 Et ideo succedit loco quantitatis quæ contractu comprehenditur, ut qui petit pœnam non possit dissolutionem petere contractus vel ab eo recedere, quia agit ex contractu quem approbando non potest ejus intendere rescissionem, Gloss. quam Doctores sequuntur *in l. verb. repellere, C. de jure emphyt. l. apud Celsum, §. Labeo ff. de doli exceptione, l. ita stipulatus in fine ff. de verb. oblig. l. cum proponas, C. de transact.* per Iura idem tenuit Ludovic. Saca *vol. 1. respons. 14. n. 70.*

Et semper succedere loco rei pœnam constat ex 28
notatis, *in l. stipulatus, 105. ff. de verb. obligat. & in l. si pacto quo pœnam, C. de pactis*, Ioannes de Montesyerello *cons. 197. n. 4.* qui tradit *n. 8. & 9.* etiam in casu quo adjecta pœna prætextu contemptus, aut contumaciæ, quando fœdera, vel pacis conventiones fierent, eo adjecto, ne aliquis fœderatorum cũ aliorum inimico loqueretur, magna pœnâ pro contraventione adjectâ, etiam in hoc casu, quamvis cum inimico loqueretur, pœnã non exigendã, si nullum damnum sequeretur, aut judicium fieret, & ideo cùm in hac quæstione nihil decresceret Gabellario ejus, quod interesse poterat ex vectigalium, vel augmento pretii, nec aliquod damnum probaverit, pœna non exigenda, quæ nisi eo probato non debetur Dec. *cons. 53. n. 10.* Paulus Æmilius *decis. 231. n. 4.* & statuto urbis Romæ pœnæ conventionales non præstantur, nisi probato interesse & juramento probatio firmatur sequuta judicis taxatione, Seraphinus *decis. 809. n. 1. & 7.* Paponius *lib. 12. tit. 9. Arrest. 1. & arg. c. pervenit, & c. constitutus de fide jussoribus, l. prædia, de act. empt.* ut solum interesse pacti possit, tenuit Ant. de Rossel. *de usuris tit. de diversis contractibus, n. 17. tom. 7. tract. doctorum.*

Sed opinio, quæ tenuit integram deberi pœnam 29
quasi cum illa viderentur contrahentes transigere interesse, & illud taxare, ut notavit Surd. *decis. 260. n. 21. & 22.* id ipsum significat pœnam conventionalem semper respicere id, quod interest, ut quando constaret nihil interesse, pœna non deberetur, cum Soc. *cons. 258. in fine*, tradit Osasc. *decis. 70. n. 15.* & benignior interpretatio, quam sequi debemus, *leg. semper in dubiis, ff. de regulis juris*, ea intelligitur, quæ restringit pœnam, Natta *tom. 2. cons. 451. n. 43.* quod maximè procedit in hoc casu quia interesse, non probatur; imò potiùs apparuit, ut prædiximus non fuisse venditum salis ex novo pretii augmento, & vectigali, & tunc solum remissio pensionis facienda, quando conductoribus vectigalium ex nova gabella damnum evenit, ut in terminis tradit Marcus Ant. Eugenius *lib. 1. cons. 50. n. 51.*

Sed adhuc cùm in nostra specie constaret pretii 30
augmentum, & nova vectigalia tam magnam quantitatem continere, ut maximè in triplum, vel quadruplum excederet pensionem totius conductionis, nullatenus potuit cogitari hoc pacto comprehendi, quamvis expressè de eo conventio fieret, & noto textũ expressum *in l. Titius 44. ad fin. ff. de act. empt.* ubi cum ageretur de evictione servi, qua non solùm restitutio pretii, sed etiam omne interesse comprehenditur, tradit I. C. hæc verba: *Planè si in tantũ pretium excessisse proponas, ut non sit cogitatum à venditore de tanta summa, velut si proponas agitatorẽ postea factũ, vel Pantomimũ evictũ esse, qui minimo venit pretio iniquum videtur in magnam quantitatem obligari venditorem:* & quamvis contractus habeant clausulas quantumcũque generales, sẽper limitantur ad illud, de quo potuerunt cogitare contrahentes, vel convenit rei, de qua ageretur, ut notatur *per textum ibi in l. emptor. 48. §. Lucius, ff. de pact.* & notarunt Doctores communiter *in l. doli clausula, ff. de verb. obligat.* & Bald: Salicet. *in l. si de certa, C. de transact.* junctis quæ notavi *1. p. decis. Granatens. 19. n. 10.*

Sed

31 Sed eo maximo fundamento conductores vectigalium ad petendam pensionis remissionem intendunt, ut generalis renunciatio casus fortuiti nihil noceat, quando casus fuerit insolitus, quia ad incogitata non extenditur renunciatio ex *l. sed & si qui, §. quæsitum ff. si quis cautio*, ex Bart. Iaf. Fulgof. Alex. & plusquam quingentis Doctoribus probavit D. Castillo 3. *tom. controvers. c. 3. n. 80.* idem tenuit Anchar. *cons. 402. per tot.* & clausula quamvis latissima non potest procedere in eo, de quo non potuit cogitari ex Ripa, Nevizano, Claudio, & aliis Menoch. *cons. 27. n. 18. cum seqq.* Matienzo *in dialogo relator. 4. p. n. 5.* & cùm in eo quod adjectum fuit, ut pretium & vectigal non augeretur, & quando contra fieret, cederet in utilitatem conductoris, ideò potiùs, ut non crescceret adjectum, ne limitaretur mercium exportatio: nec unquam creditum in tam magnam quantitatem excrescere augmentum: ut triplum vel quadruplum, aut pluries superaret pensionem conductionis, ideò quamvis adjiceretur esse debere augmentum vectigalium, & pretii conductoris, non potest excessus ille magnus, de quo non potuit excogitari, comprehendi.

32 Et quoties contractus, obligatio, vel stipulatio continet duritiem, aut iniquitatem, ut in præsenti, quia nihil magis durum, quam ut pro prædicta conventione triplum, vel quadruplum pensionis perciperet, debet ad justitiam, & æquitatem redigi, ut in terminis notavit Jureconsultus *in l. cum quidam 17. ff. de usuris*, eis verbis: *Divus Marcus Fortunato rescripsit, Præsidem Provinciæ adi, qui stipulationem, de cujus iniquitate cõqueritus es, ad modũ justæ exactionis rediget*, ubi ex Accursio, Odofredo & Cino probavit Bald. in eo textu, qui tradit procedere ex iniquitate pacti in se, & contractum, qui excedit modum ad justam exactionem limitandum rescissa iniquitate, tenuit Albericus *in d. l. cum quidam*, & Bald. sequutus Rodrig *de annuis redditibus l. 2. q. 14. n. 17.*

33 Sed & privilegium, quod generat duritiem, & iniquitatem, & incipit esse nocivum, omnino rescindendum est, & limitandum, *cap. suggestum de decimis, cap. quanto 16. de censib. l. 15. tit. 20. part. 1. & l. 43. tit. 18. part. 3.* Pinellus *in l. 2. C. de rescind. venditione 2. p.* Thuscus *practic. conclus. lit. F. conclus. 295. n. 18.* & in simili notavit Natta *cons. 548. per totum, maximè n. 19.*

34 Et in terminis contractus annui redditus redimibilis, quod redditus debeant reduci ad legitimum modum inspecto tempore solutionis probavit Rodriguez *de annuis redditibus, q. 12. n. 9.* Avendaño *de censibus c. 46. n. 6. & 7.* & ita pluries legibus nostris ad justam exactionem census limitati, *l. 1. tit. 15. lib. 5. Recop.* & novis Pragmaticis ita cautum, ut notavimus *alleg. 23. n. 24.*

35 Apparet autem de injustitia hujus contractus, quia vectigalium augmentum ex consensu regni jure nostro fieri debet præcedente suffragio civitatum quæ sunt Provinciarum Metropolis *l. 1. tit. 7. lib. 6. Recop.* & latè de hoc agit Magister Marquez, ut notavimus *alleg. 59. per tot.* maximè *n. 9. & 10.* & cùm à Comitiis generalibus regni tributa concedantur pro bono cõmuni, & statu publico regni, non possunt in utilitatem conductoris, & gabellariis cedere vectigalia, & justissimè apud nos prohibitum est, nec donatione gratuita, aut contractu posset illa concedere Princeps cuicũque privato, *l. 4. tit. 11. l. 6. recop. l. 15. tit. 23. l. 9.* & in capitulis Comitiorum generalium semper id prohibetur: nam in Comitiis anni 1523. & ita promisit, & cõcessit Imperator Carol. V. *c. 97.* & idem statutum in sequentibus usque ad annum 1611. in quo Comitia cœpta, & capitula publica fuerunt anno 1619. *in c. 12.* similiter actum, & *in c. 13.* mentio fit in Comitiis præteritis petitum de hoc noviorem legem fieri & in ultimis curiis anni 1632. etiam à Rege petitum *c. 6.* de nullo servitio regni fieri posse concessionem & factam, aut faciendam irritari Rex noster concessit.

Ex quo apparet contractum ut in utilitatem Gabellarii cederent vectigalia, quæ augerentur nullius esse momenti & huic obligationi ut actui nulli adjectam, pœnam non valere nec deberi, *l. 28. ad fin. l. 38. tit. 11. p. 5.* ex Bart. Bald. Iaf. Ioan. Andrea, & Alex. notavit Greg Lopez *in d. l. 18. gloss. 7.* Hugo de Celso *in repertorio verbo pœna, n. 43.* Menoch. *cons. 1083. n. 23.* Surd. *decis. 102. n. 24.* Donell. *l. 12. comment. c. 18.* ubi Osuald. *in notatis lit G*, adducit Covarru. Minchac. & Fachineum & ad explicationem, *l. ea quidem, C. si mancip. ita fuerit alien.* an pœna adjecta contra eum, qui manumittit servum prohibitum, manumittere locum habeat contra eum qui nulliter manumisit, pluribus adductis Angiano, *de legib. lib. 3. controvers. 8. n. 7. & 13. 14. & 15.* & cùm non possit vectigalium augmentum concedi Gabellario, nec prohiberi ut pretium aut vectigalia augerentur, contra illicitas conventiones, licitum est venire non obstante pœna conventionali, ex Bald. Jaf. & Fulgos. Cæsar Marentus *cons. 141. n. 2.* 36

ALLEGATIO XXXII.

De læsione in vectigalibus ex augmento post conductionem

1 *Fisco non imputandum impedimentum ex casu fortuito, quod provenit conductori vectigalium.*

2 *Læsio debet interesse tempore contractus.*
Locatio est contractus oneros us.
l. 2. C. de rescind. vend. & n. 8.

3 *Læsionem non continet, quod potest, fortuito augeri vel diminui.*
l. & si fine, § quæsitum ff. de minor.

4 *Contractus tempus attendendum ad læsionem in transactione, renunciatione legitima, in concessione immunitatis in consensu, & aliis.*

5 *Contractus qui habet tractum successivum & ex eo fit iniquus ad æqualitatem reducendus, & num. 21.*
l. cum quidam, 17. in principio ff. de usuris.
l. si quis in fine ff. de peric, & com. rei vendit
l. 2. §. si quis de leg. 3.

6 *Census onera debent diminui bonis diminutis.*
l. forma, §. 1. ff. de censibus.
l. omne territoriũ, Cod. de censibus & censitor. lib. 11.

7 *Onera ad æqualitatem reducenda.*
c. quanto de censibus, & n. 20.
l. omnium, C. de vectigal. & commis.
l. 2. C. de alluvionibus.
l. 2. §. ad deficientium, ff. de muner. & honor.
c. fin. de consuetudine.

8 *Nova causa superveniens facit recidere à dispositione.*
cap. non debet, de consanguinitate, & affinitate.
l. in confirmando, cum l. sequenti, ff. de confirm. tutor.
l. Seio, §. penult. ff. de annuis legat.

l. fistulas,

l. fistulas, §. frumenta de contrah. empt.
Clausulam rebus sic stantibus *in omni contractu intelligendam.*
l. quod Servius de condict. causa data.
l. continuus, §. cum quis, ff. de verb obligat.
l. quæro, §. inter locatorem, ff. locati.

9 *Locatio differt ab emptione quia in hac sufficit rem tradere à principio, in locatione verò debet præstari usus toto tempore locationis.*
l. 2. Cod. de rescind. vend. an procedat in locatione.

10 *Contractus super re quæ non est in rerum natura futurum debet attendere ad læsionem.*

11 *Contractus qui habet tractum successivum ex futuro recepit læsionem.*

12 *Contractus regulatur secundum qualitatem temporum.*

13 *Læsio attenditur tempore contractus, quando ille perficitur unico momento.*

14 *Transactio ex inopinato eventu rescindi potest.*

15 *Emphyteuticus contractus ut onerosus debet ad æqualitatem reduci.*

16 *Contractus ex successivo tractu si redditur iniquus ad juris æquitatem reduci debet.*

17 *Contractus qui excedit quoad actum reformandus.*

18 *Præscriptio contra læsionem non operatur in contractu qui habet tractum successivum.*
l. cum notissimi, §. in his, C. de præscript. trig. vel quadrag. annorum.

19 *Læsio in contractu successivo, quolibet anno refricatur.*

20 *Læsio consideratur in contractibus tempore executionis.*

21 *Præscriptio non potest impedire ut contractus iniquus reformetur.*

22 *Locatio plurium annorum semper habet dependentiam à futuro.*
l. si merces, 28. §. si vicino, ff. locati.
l. si fundus, 36. in fine, ff. eod.
l. 21. tit. 18. p. 5.

23 *Locationi plurium annorum congruit ut tempus futurum attendatur.*
l. si merces, §. vis major, ff. locati

24 *Augmentum de quo non potuit cogitari facit augeri pensionem.*

25 *l. 23. tit. 8. p. 5.*

26 *Locatio plurium annorum non una, sed plures locationes cujusque anni existimantur.*
l. senatus 35. §. fin. de donat. caus. mortis.

27 *l. si voluntate, Cod. de rescind. non procedit in locatione plurium annorum.*

28 *Læsionem locum habere ex tractu successivo procedit in contractu oneroso.*
l. si jactum retis, de act. empti.
Restitutio datur minori etiam in eis quæ fortuito eveniunt si damnum magnum sit, ex Antonio Fabro.

Fiscus si conduxerit vectigalia ad plures annos, an ex augmento post contractum possit læsio in pretio considerari.

1 PLURA quæ ad hanc allegationem pertinent peti possunt ex nostris decisionibus Granatensibus, 2. *p. decis.* 71. ideo quæ ibi non satis expedita, cùm postea de facto quæstio se obtulit in Senatu Regalis Patrimonii, alia adjungemus quæ expendimus pro fisci defensione *in alleg.* 17. notavimus ex casu fortuito, impedimentum quod supervenit conductori, non cedere in damnum fisci cui satis fuit, ut pro sua parte impleret, jus percipiendi fructus concedendo, nunc verò illa est quæstio si immoderatè ex aliquo accidenti, vectigalia locata creverint in annis sequentibus locationis an possit fisco competere jus, ut propter læsionem rescindatur quasi illud augmentum nullo modo potuisset cogitari.

2 Et negativa opinio suadetur ad læsionem semper attendi tempus contractus, ut *ex l. si voluntate, C. de rescind. vendit.* & alios notavit *dict. decis.* 71. *n.* 2. & ultra addendum est id maximè procedere, in contractibus onerosis, ut est locatio, Innocent. *in cap. quando, de censibus*, ubi Panormit. *num.* 9 ex quibus Iasone & aliis probavit Mascardus, *concluf.* 963. *n.* 9. Beroius, *vol.* 2. *conf.* 138. *num.* 17. Menoch. *casu* 156. *num.* 55. Thesaurus, *lib.* 1. *Forensium*, *quæstione* 8. *num.* 14.

3 Et facit ratio: quia quemadmodum res potuit augeri, ita etiam & diminui, & cum ex fortuito pendeat, non videtur aliquatenus posse pertinere ad læsionem, & etiam in minore apertè traditur *in l. ejus fine, §. quæsitum, ff. de minoribus*, Cravetta *conf.* 11. *n.* 17. Padilla, *in l.* 2. *Cod. de rescind. n.* 15. Sfortia *de restitutione*, 1. *part. quæst.* 4 *art.* 6 *verf.* 3. & non esse attendendum tractum successivum in contractu in variis casibus notarunt Natta *conf.* 408. *n.* 31. *l.* 3. Scaccia *de commerciis*, §. 1. *quæst.* 1. *num.* 294. & 295. *cum sequentibus*, Mantica *de contractibus*, *lib.* 8. *titulo* 22. *num.* 11.

4 Et in transactione notarunt Doctores *per textum ibi in l. de fidecommisso, C. de transact.* Decian. *vol.* 2. *responso.* 19. *n.* 110. Peregrin. *l.* 5. *conf.* 52. *ad finem.* Fusari. *de substit. q.* 296. *n.* 25. & *q.* 487. *num.* 19. & *conf.* 95. *n.* 22. & *sequentibus*, & in renunciatione legitimæ notavit Molina *lib.* 2. *de primogeniis*, *cap.* 3. *num.* 29. Hieronym. Laurentius *decis.* 66. *n.* 10. *verf. Hinc filia*, Amatus *lib.* 1. *variarum resolut. c.* 23. *n.* 3. & in concessione immunitatis tradit Craveta *conf.* 294. *ad finem*, & *conf.* 439. *num.* 6 & *conf.* 707. *n.* 23. & 24. Rolandus *vol.* 3. *conf.* 13. *ad finem*, Natta *conf.* 297. *n.* 14. & 15. Menoch. *conf.* 156. *num.* 34. Bursat. *conf.* 16 *n.* 77. Gloritius *responso* 1. *part.* 3. *n.* 101. & *seqq.* Peregrinus *de jure fisci*, *lib.* 1. *tit.* 3. *sub n.* 64. & in emptione census idem notavit Ludovic. Lopez *in instructorio negotiantium*, *lib.* 1. *c.* 56. *concluf.* 3. & in constitutione census fructuarii, Medina *de restitutione*, *titulo de censu redimibili*, §. *sequitur amplius*, Navarrus *in commentario de usuris*, *quæst.* 30. *n.* 120. Virginius *de censibus*, 2. *part. n.* 48 & 53 *p. n.* 51. Hieronym. Laurentius *dict. decis.* 56. *n.* 2. & 10. Milanensis *decis. Siciliæ*, 6. *lib.* 2. *n.* 11. Antonius Monachus *decis. Lucensi* 20. *n.* 6. *verfic. nec obstat*, Madæus *in contractu de censuum requisitis*, *verfic. ad quintum n.* 4 & 5. Federic. Martinus *tract. de jure censuum*, *c.* 4. *n.* 113. Ludovicus Censius *de censibus*, 1. *part. c.* 1. *q.* 1. *art.* 3. *n.* 4. Salon. *de justitia & jure tom.* 2. *tractatu de censibus art.* 4. *controverf.* 2. *verfic. emit.* Pater Salas *de censibus*, *dub.* 55. *n.* 1. *verfic. suppono* & noviter notavit Mangilius *de subhastation. q.* 42. *n.* 12. & 13. adducens Bartol. Bald. Angel. Cravat. Roland. Bursatum, Romam, Carrocium, & Menoch. & *post tract. de subhastationibus*, ex Calda, & Gabriele *decis.* 38. *n.* 10. qui omnes tenent in prædictis & similibus contractibus debere attendi tempus eorum, non verò quod postea evenerit ex acci

accidenti,& tractu ſucceſſivo,& loquens in fiſco, ut quamvis conductor gabellarum immodicum lucrum ſentiret, non poſſit augere penſionem ex Socino Iuniori, Baldo, Fulgoſio,& Menochio probavit idem Magilius *d.q.42.n.18.*

5 Verumtamen contraria ſententia non levioribus fundamentis probatur, ut quando contractus ex ſua natura habet tractum ſucceſſivum, ut ex eo reſultet iniquitas in aliquo tempore, ad æquitatem, & æqualitatem debeat reduci, *ex l.cùm quidam in principio de uſuris*, Cujacius *lib.19.obſervat.c.8.* Albanus *conſ. 34 n.16.& ex l.ſi quis,in fine de periculo,& commodo rei venditæ,l.2.§.ſi quis de legatis 3.* & ex Iaſone,& Pileo,& Decio probavit Theſaur. *deciſ.226. per totam.*

6 *Secundò* probatur *ex l.forma.§.1 de cenſibus,l.omne territorium* & *ibi* Gloſſa,*C de cenſibus,& cenſitoribus*, *lib.11.* ut de minutis bonis onera & cenſus diminuatur, ut ex Bartolo, & aliis probavit Theſaurus *deciſ.239.n.8.* qui etiam *deciſ.120.per totam*, contractum reduci debere ad æquitatem, quando reſpectu temporis iniquus redditur, & ex Cagnolo, Romano, Alciato,& Pinello probavit idem Theſaurus *deciſ.120.per totam.*

7 *Tertiò* facit Textus *in cap.quantò de cenſibus*, ubi Eccleſia obligata ad unam procurationem ſingulis annis tenetur ad augmentum oneris,ſi facultates creverint, & ad reformationem Parochiarum, ut ſi ex tempore inæqualitas reſulret,non obſtantibus pactis contrariis ad æqualitatem eſſe reducendas notavit Theſaur.*d.deciſ.239.* & tenuerunt ſemper ad æqualitatem onera eſſe reducenda,*l.omnium,Cod.de vectigal.& commiſ.cap. fin.de conſuetudine, leg.2.Cod.de alluvion.l.2.§.ad deficientium ff.de muner.& honoribus.* Decius *conſ.335.num.2.* Bald.*lib.3.conſ.387.* Socin.Iunior *lib.3. conſ.51.* Albaſis *conſ.44. ad finem*, Natta *conſ.106. num.7.* Craveta *conſ.195. à n.32.* Minſinger.*conſ.3. obſervat.34.* Coſta *de ratione ratæ quæſtion.103.*

8 *Quartò*: quia ex nova cauſa ſuperveniente receditur à qualibet diſpoſitione,& tunc non dicitur fieri contra voluntatem,quia ſi de tali ſtatus mutatione cogitaret ille, qui diſpoſuit illud, non feciſſet, ut in legibus condendis, probatur *in cap. non debet de conſanguinitate, & affinitate,in l.in confirmando,cum l ſequenti,ff.de confirmando tutore*, etiamſi adſit juramentum *in cap. quemadmodum de jurejurando*, & videnda *d.deciſ.Granatenſ.71.n.8.* videndus Roland. *conſil.1.num.191.* qui addit *in num.164.* poſt Ripam *reſponſo 7.* quoties privilegium lædit tertium, vel enormiter ipſum concedentem,tunc reſolui, ut in *l. Seio,§.penult.ff.de annuis legat.& l.fiſtulas,§.frumenta,ff.contrahend.empt.& addit.n.165.* allegans Cravetam *conſ.95.num.4.* dum tradit,ſtatutum juramento,& longo tempore obſervatum pro ſolutione thalearum debet intelligi, ſi cives in eodem ſtatu permaneant,& clauſulam *rebus ſic ſtantibus* intelligi in quocunque contractu *ex l.quod Servius, ff. de conditione cauſa data,l.continuus,§.cum quis de verb.obligat.l.quæro,§.inter locatorem,ff.locati*, ex Decio,Socino,Mandello,Hippolyto, Menochio,Surdo,Maſcardo, Tiraquello, Matta, Farinacio, Pereira, Thuſco, Gratiano, & aliis notavit D. Barboſa *de clauſulis uſu frequentibus*, *clauſula 129.num.2. cum ſequentibus*, adde quæ ex Theſauro *deciſ.226.* Maſcardo, Roderico, Rebuffo, Gigante, Marqueſano, Mandoſio, & Nicolao Garcia ego notavi *d.deciſ.71. num.7.*

9 *Quintò* facit, quod notavit Bartolus *in l.ſi quis damnum ff.locati,n.1.& 2.& in l.1.Cod.de jure Emphyteutico, num.2.& 3.* ubi tradit contractum locationis, & Emphyteuſis habere tractum ſucceſſivum, quia locator eſt obligatus, ut toto tempore locationis conductor fruatur re locatâ, nec liberetur tem tradendo,quod diverſum eſt in contractu emptionis, & venditionis, & Bartolum ſequitur Caſtrenſis *in d. l.ſi quis domum, n.4.verſic. ſed oppono*,& ſequuntur cæteri ſcribentes, & tanquam indubitatum tenuit Franciſcus de Aponte *lib.2.conſ.137.num.2.* ex quo *l ſi voluntate,Cod.de reſcind.* cum ſimilibus,& quod ex eis deducitur ſolùm procedit in venditione,& ſecus eſt in locatione, quia non ſolùm in ea attenditur tempus contractus, ſed etiam futurum, ad quod extenditur locatio.

10 *Sextò* præſtat fundamentum opinio Antonii de Butrio *in cap.propter ſterilitatem,num.13.de locato & ibi* Imola *n.5. verſic. ſed credo ipſos*, ubi tenuerunt tempus contractus eſſe attendendum in probanda læſione, quando contractus fit ſuper re, quæ eſt in rerum natura & hoc caſu procedat, *l. ſi voluntate*; ſed ſi contractus fiat ſuper re, quæ non eſt in rerum natura, veluti ſuper ſpe fructuum percipiendorum, vel ſuper fructibus percipiendis, ſpectatur futurus eventus, & ille attenditur ad læſionem cognoſcendam, & hæc eſt opinio receptior ſecundùm Pinellum *in l.2.C.de reſcind.venditione*,quam & aliàs retulimus *d.deciſ.71.n.15.*

11 Ex quibus rationibus,& aliis plurjbus (ſat enim retuliſſe potiores) communior Doctorum ſententia eſt, ut quamvis contractus,qui reſpicit futurum,non contineat læſionem,nec injuſtitiam,tunc quando factus, ſi tamen poſtea ex temporis varietate res, quæ locata, vel in Emphyteuſin daretur, multùm creverit, contractus reſcindi poteſt, & reduci ad tempus præſens, idque pertinet tam ad augmentum, quàm diminutionem, cujus ſententiæ plures retulimus *d. deciſ.71.n.16.* ſed qui *ibi* relati,& aliis expeditiùs explicandi.

12 Et poſt Cynum & alii qui pro hac opinione referuntur, eandem ſententiam, poſt Abbatem *conſ.34. n.15.* tenuit Rolandus *lib.2. conſ.1.n.173.* ubi tradit hæc verba : *Quod quamvis contractus ab initio non contineat læſionem, poteſt reſcindi, & debet regulari ſecundùm qualitatem ipſorum temporum, ſi contractus eſt ſucceſſivus reſpiciens etiam futura tempora*, & loquitur in contractu oneroſo, ut conſtat *ex num.180.*

13 Suffragatur Antonius Natta *conſ.548. num.21.* ubi tradit erſi in contractibus non cenſeantur appoſitæ clauſulæ ſpeciales, etiamſi contrahentes de illis non cogitaverint, niſi expreſſerint, *argumento legis.Si repetendi,C.de condict.ob cauſam*; tamen plures ſunt clauſulæ generales, quæ etiamſi non exprimantur,debent ſubintelligi, ut clauſulæ, *ſi res in eodem ſtatu permaneat.& ſi quid immoderatum non percipiatur*, & tradit Natta *n.36.* loquens de contractu oneroſo,hæc verba : *Ad ſextum argumentum, quod tempore contractus æſtimanda venit læſio,l.ſi voluntate, C. de reſcind. venditione*, *& communiter eo tempore non fuit læſio, cùm tunc juſto pretio fuerit æſtimata : Reſpondetur,quod læſio utrum interveneritconſideratur tempore contractus, ubi contractus perficitur unico momento, & non habet tractum ſucceſſivum,& ita loquitur lex,ſi voluntate.ſecus ubi habet tractum ſucceſſivum.vel eſt explicandum aliquid de futuro,quia tunc intelligitur rebus ſic extantibus, & ſuccurritur etiam ex æqualitate læſio & gravato*,&c.

14 Confirmat etiam Mandellus Albenſis *conſ.34. n. 15.* ubi agens de tranſactione, quæ reſpicit cauſam oneroſam, ex Felino, & Alexandro probat, ut eve-

nientibus

nientibus oneribus valde excessivis, atque insolitis, non sit servanda transactio, & postea subdit *n.26.* ibi: *Vel si verba contractus non patiantur talem interpretationem, aperienda sit alia via, videlicet concedenda rescissio ipsius transactionis, saltem stantibus his malis temporibus per remedium, vel restitutionis in integrum vel per remedium rescissorium contractus afferentis læsionem enormem, quod solet concedi quamvis cõtractus, vel statutum ab initio nõ contineret læsionẽ, sed propter mutationẽ temporum deinde læsionẽ contineret. si enim sit actus successivus respiciens etiam futura tempora, debet secundum qualitatem temporum regulari,* ut in terminis de hujusmodi distributionibus annexum tradit Dec. *cons.335. per textum in c. suggestum de decimis, &c. quanto de censibus, & per alias auctoritates, & rationes.*

15 Idem tenuit Avendaño *de censibus, c.46 n.4.* ubi in contractu emphyteutico, qui onerosus est, admittit posse, & debere ad æqualitatem reduci, pro quo expendit Gasparem Rodericum de annuis redditibus, & absolutè in omnibus contractibus probavit Seraphin. *de privilegiis juramenti, privileg.83 n.25.* ibi: *Prædicta tamen sunt intelligenda, quod sint vera, & procedant, nisi contractus sit successivus, quia tunc respicitur & tempus futurum quoad ipsam læsionem,* ut habetur per Decium *cons.335. per totum:* & in terminis locationis Gabellarum Gironda *de Gabellis, 12.p.n.32.* ibi: *Quod si locatis gabellis augeatur comitatus, debet augeri pretium earum,* & *n.36.* ibi: *quod si aliquis conduxerit gabellam alicujus loci pro certa quantitate, & in eo loco supervenerit Rex, vel Papa, gabella augeri debet,* quod probarunt Monter à Cueva *in responso pro uxoris amita in fine decis. Aragonia, n.166.* loquens in pactis matrimonialibus, quæ correspectiva & onerosa judicantur, & *num.166.* tradit his verbis: *Neque in occurrenti casu maximè admittenda sunt, ex quo pacta dotalia, sive verius renunciatio, unde læsio processit, tractum habet successivum, tunc namque quoad eam læsionem tempus futurum attendendum foret.*

16 Et agens de locatione probavit idem Brito *in tractatu de locato in rubrica, 2.p.§.2.n.25.* ubi in terminis hujus casus tradit ibi: *Verum communis est ferè omnium resolutio, ut ex futuro eventu, nempe futurorum fructuum perceptione, & æquitate lucri, aut damni quantitas computetur,* ut fiat locus remedio *legis 2. C. de rescind.* de quo alios Doctores adducit & communem opinionem testatur, & quamvis *n.26.* dubitet, an id de rigore juris admittendum, semper tamen resolvit ex contractu successivo contractum
17 iniquum, factum ad juris æquitatem reducendum.

Sed etiam idem Brito *in repetit. capituli, si propter sterilitatem, de locato, n.90* resolvit, ut quamvis remedium *d. leg. 2.* non admitteretur in hoc casu, tamen semper attendendum, ut contractus iniquus, vel excedens reformetur pluribus Doctoribus adductis & *in d.c. propter sterilitatem, §. verum, n.1.* probat eandem distinctionem in contractibus, momentaneis & successivis, in primis tradit, quod simul atque perfecti sunt per adimplementum utriusque partis, ex supervenienti damno retractari non possunt sed contrarium procedit in contractibus, qui ex sua natura habent tractum successivum, & respiciunt futura, quia in istis quamvis semel perfecti sunt ex causa, aut damno supervenienti revocantur, & pluribus confirmat exemplis.

18 Quod etiam probavit Gyptius *dec. Bononiensi 43 n.47.* eis verbis: *Nam ubi contractus habet tractum successivum, vel est explicandum aliquid de futuro, videtur considerari læsio etiam contingens post tempus contractus respectu lucri deperditi ob valorem medio tempore auctum, & tunc succurritur minori læso, vel universitati,* ut per Nattam, & Rolandum confirmat etiam Pinellus assignans differentiam, an contractus habeat tractum successivum, vel momento perficiatur *in d. l. 2. p. 2. c. 1. n. 27.* ibi: *Videtur etiam utiliter dicendum ultra scribentes, quod limitatio temporis in hac actione locum habeat tantum in contractibus, qui ex conventione consumantur, diversum autem sit in Emphyteosi, & locatione ad longum tempus, quia tunc læsio habet causam successivam, qua singulis annis, temporibusque solvendi refricatur, & ideo ejus tempus non debet præscriptum censeri, augmento textus notabilis in l. cum notissimi, §. in his, C. de præscript. 30. vel 40. annor. cum traditis à Iasone, &c.*

Et Pinellum, & alios refert & sequitur Franc. 19
de Ponte *d. cons. 137. n. 62.* & eandem probat sententiam Cancerius *lib. 2. variar. c. 1. d. n. 253.* ibi: *Illud hic opportunè inferam, quod licet læsio regulariter attendatur secundum tempus contractus, & non secundum tempus superveniens, l. si voluntate, C. de rescind. venditione, notant Doctores in l. 2. C. illo titulo, id intelligi ubi contractus perficitur unico momento, & non habent tractum successivum, secus tamen ubi contractus habet tractum successivum, & est explicandum aliquid de futuro, quia tunc ex æquitate læsio postea tractu temporis superveniens consideratur, & cursu temporis læsio & gravato succurritur, cùm tunc læsio singulis annis refricaretur & sic quotannis adveniente tempore solvendi pars gravetur, ut ait Pinel Natta, Balzar. Osasc. Thes. Vincentius de Anna,* &c.

Et similiter idem tenuit Cacheranus *cons. 46. n.* 20
15. & 16. ibi: *Nec obstat eam læsionem tantum considerandam esse, quæ intervenit tempore contractus per l. habitationum, ff. de peric. & comm. rei vendita quia in contractibus successivis, in quibus aliquid venit explicandum de futuro inspicitur, quod evenire potest, & semper intelligitur clausula rebus sic extãtib. &c.* Et adducens Textum *in c. quanto, de censibus,* & alia jura idem tenuit Albanus *cons. 17. n. 10.* & idem probarunt Panormitanus, Decius, Alex. Ias. Ant. Rub. quos refert, & sequitur Pinell. *in l. 2. Cod. de rescind. venditione, 3. p. c. 4. n 16.* & Matienço *in l. 1. tit. 11. lib 5 gloss. 4. n. 3.* & Gutierr. *de gabellis, q. 147. n. 23.* statuentes hi omnes, & alii ab eis relati: quando traditio rei vel executio negotii confertur in futurum: non attendi tempus conventionis ad probandam læsionem, sed executionis, & in hoc casu limitari, *d. l. si voluntate.*

Et ut singulare addendum & notandum quod 21
tradit Thesaurus *decis. 226. n. 1.* ubi agit de reductione contractus, ut debeat ad æquitatem redigi, quando res tractu temporis efficeretur iniqua, & multum creseeret, & hanc esse singularem facultatem Iudicibus datam, ut hoc casu possint etiam contra pacisentium conventionem & stipulationem, pronunciare, & ad æquitatem reducere *ex l. cum quidam ff. de usur. & n. 4.* addit Thesaur. id procedere etiamsi post contractum, & concessionem tantum tempus currerit, ut præscriptio causetur, quia non debet ex præscriptione talis iniquitas tolerari.

Deinde, quia contractus locationis plurium annorum semper videtur habere connexionem, & dependentiam à tempore futuro: nam dominus locator tenetur, ut conductor semper fruatur fructibus, alias si diminuti sint, debet pensio moderari, ut in domo, quæ obscurata tradit Textus *in l. si merces 28. §. si vicino, ff. locati,* & Surdus post alios *cons. 400. num. 6.* reddit rationem, quia Dominus tenetur pro tempore futuro, & ideò videtur contractum ab eo depen-
dere

dere,quod etiam probatur ex *l.si fundus* 36. *in fine ff. locati,& l.21.tit.8.partit.5.glossa* 4.

13 Et quibus colligi videtur esse conveniens, ut in contractu locationis ad læsionem non solùm considerari tempus præsens,sed etiam futurum:nam si cõtigerit sterilitas, pensio remittatur, *l.si merces, § vis major,ff.locati.cap propter sterilitatem, de locato.* Vnde similiter si ubertas proveniat,non solùm cum sterilitate compensatur, sed etiam pensio augeri debet, ut tenet Glossa *in d.§.vis major, verbo cui*,ibi: *Apparet ergo,quod si maximum fuerit lucrum,puta,quia in duplum creverunt fructus, quod duplicari debeat merces, vel servitium, quod pro re præstatur, & ibi* notat Bartolus *n.2.& 8.* Innocentius, Ioannes Andreas, Ancharranus, & Imola *n.14. in d.c. propter sterilitatem*,Panormitanus *in d.c.prohibemus,n.4.de censibus*,ibi:*Vnde quemadmodum si conductor patiatur magnum damnum sine culpa sua, consequitur diminutionem pensionis, ita si ex ubertate fructuum casu fortuito consequitur magnum commodum, debet augmentare pensionem, quia contrariorum eadem est ratio,& hoc tenent Glossa, Bald.* &c.

14 Et est communis opinio secundum Antonium Gomez *lib.2. variarum, c.3. n.18.*& quoties de augmento non potuit cogitari, expressè idem tenuit Castrensis *in l. quo temp.§. qui maximas, n. 2.ff. de publicanis,& vectigalibus*, ad quem & Socinum se retulit Pinellus *in l.2.C.de rescind.venditione, 1.p.c. 3.n.35.*& in terminis gabellarum idem tenuit Angel. *per textum ibi in authent,ut determinat.sit in Cleric.* quem refert & sequitur Ioannes Bertachin. *de gabellis,2.p.n.59 tom.12.novorum tractat. Doctor.fol.56. pag.2.*ibi: *Vigesimoprimò quaro, si locatis gabellis augeatur comitatus, & per consequens introitus eorum,an augenda sit etiam pensio, vel pretium, & respondesic secundum Angelum*, &c. ad idem allegat Bald. *in additionibus ad Speculatorem,titulo de locato verbo Emphyteuta*,& idem in eisdem terminis gabellarum tenet Corrac.*ubi supra,n.123.* adde Iasonem *in l,1.n.13. Cod.de jure emphyteutico*

15 Et generaliter hæc opinio videtur probari *ex l.23. tit.8.p.5.circa finem*,qui Textus loquitur in terminis ex Panormitano, Bart. & Castrensi confirmat Greg. Lopez *glossa 6.* & quamvis pro contraria sententia adduximus Mangilium *de subhastationibus, q. 42. n.18.* tamen ille eam opinionem, ut augeri non debeat pensio,ex supervenienti nimia ubertate limitat *n.14.15.& 16.*quando contractus respiceret,tempus futurum,vel temporis breve intervallum à contractu intervenerit,quando augmentum accederet, & comprobat ex Abbate,Bart.Bald.Alex. Saliceto, & Decio,Pinello,Lanfranco,Matienzo,Guterrio,ut notavimus *2.tom.decis.72.n.2.*

16 Iuvat etiam alia ratio,quia quando fit locatio plurium annorum,de eo quod in quolibet anno percipiendum,non una locatio,etsi unico contractu perficiatur, sed plures locationes judicantur ex sententia multorum *argumento l.Senatus,35.§ fin.ff.de donation.caus.mortis*,ubi legata in singulos annos plura esse legata statuitur, & tenuit Baldus *in l. voluntas, num.6. Cod.de fideicommissis*, idem Bald. *vol.1. consil.475.n.8.* Socinus Iunior *vol.1. cons.* 68.*n.3.& 4.* Magonius *decis.Lucensi 69.n.15.* Bosius *in praxi, rubrica de remissione mercedis,n.* 23. Thuscus *practic.lit.L,conclus.* 401.*num.5.* & idcò multò melius videtur posse in quolibet anno fieri considerationem futuri temporis quoad fructus, qui in eo anno percipiuntur, ut illud tempus possit attendi ad læsionem & justitiam contractus,non solùm quando ab initio initus, & hæc consideratio distinguit locationem,quæ in futurum fit à contractu,qui in momento perficitur, & completur,ut ex pluribus *suprà* notavimus,& ultra tenuit in terminis Nevizanus *cons.* 90.*n.12.* ibi: *Quia contrarium procedit, quando fit contractus super re,quæ est in rerum natura, sed hic loquitur,quando fit super spe fructuum percipiendorum,nihil mirum, si tunc oportet spectari futurum eventum, & per hoc extollit Imola, quod dicebat Bart. in dict. §.vis major quod debebat inspici valor tempore contractus per d.l.si voluntate.*

Quibus ita animadversis non obstant, quæ *suprà* in contrarium objecimus *n.2.& 4.* nam quod pertinet *ad d.l.si voluntate,cum similibus*,satis jam explicatum est ex plurium interpretum sensu,qui respondent ejus textus sententiæ. 17

Nec etiam differentia contractus onerosi à gratuito ,quæ ex Innocentio, & aliis expensa *num. 2.* nihil movebit, quia etiam in contractu onerosо procedunt supradictæ rationes,& pluribus Doctoribus, qui expressè in eo loquuntur nostra sententia confirmatur. 18

Et quod objectum de mino, ut non restituatur in eis,quæ fortuitum aliquod respicere possunt,quia illud procedit in venditione,cujus longè diversa ratio est,ut animadvertimus, videlicet, si emerit,vel vendiderit jactum retis,ut *in l.si jactum,de act. empt.* & tamen si grande minoris damnum sit, restitutionem locum habere notavit Ant.Faber. *in rationali, dict. §. Quæsitum.* Nec contra facit illa ratio,*ut quemadmodum res potuit augeri, ita etiam diminui*, quia idem in augmento & diminutione admittimus, ut crescat, vel diminuatur pensio ex tractu successivo, ut *suprà* tradidimus. 19

Denique non obstant omnes Doctores, qui contra adducti, quippe loquuntur in contractibus venditionum, quando in census constitutione, & aliis intercedunt, & unico actu, & momento expediuntur, & in renunciatione, qui etiam ita procedit, quamvis in eodem casu expendimus contrarium tenentes. 20

ALLEGATIO XXXIII.

De augmento secundæ locationis vectigalium.

1 *Periculum qui sentit debet habere commodum.*
2 *Commodum non consequitur qui verè damno non subjicitur.*
3 *c.qui sentit.de reg.jur. lib.6.*
l.secundùm naturam,ff.de reg.jur.
4 *Excussio facta censetur ex cessione bonorum*
5 *Excussio videtur facta,cùm bona fuerint intricata*
6 *Fiscale debitum potest à socio conductoris consequi.*
7 *l.24.tit.13.p.5.*
Solvendo non censetur cujus bona sunt impedita, ut debitum consequatur.
8 *Commodum ex damno regulatur.*
l.1.de institut. actione.
l.agri,ff. de usufructu.
l.id quod post emptionem,ff.de peric.& comm. rei vendit.
l.si igitur,§.ult.ff.pro socio.
leg.is qui in potestate, §.ultimo, ff. de legat. præst.

l.2.C.de alluvionibus.
l.unica, §. pro ſecundo, C.de caduc.tollend.

9 *Periculum verè ſuſtinere debet qui lucrum petit.*

10 *Lucrum in jure compenſatur cum damno l. & ſi condemnatus, 35. ff.de noxalibus.*
l.liberalitatis, 16.§.1.de uſuris.

11 *Actio inanis ex qua non poteſt debitum conſequi.*
l.nam & is ff.de dolo.

12 *Effectus rei attenditur in jure.*
l.2.§.teſtamentum, ff. quemadmodum teſtam.aper.
l.ſi quis aliquid, 38.§.teſtamẽtum ff. de pœnis.
l.cum precibus, C. de probatio.
l.2.C. de optione legata.
l.ſed etſi poſſeſſori, §.cum ſi juravero de jurejurando.

13 *l.qui plagiariis, 16.C. ad l. Flau.de plagiar.*
Orbus dicitur qui nunquam filios habuit.

14 *Debitum non cenſetur quod exigi poteſt*
l.quod ſi, 3. §. ſi quis autem, ff. de conſt. pecunia.

15 *Verba ſecundum actus, & proferentis intentionem explicanda.*
l.2.§ ſi non propter: verſic. quod diximus, ff. ſi quis cautio.
l.penult ff. ad exhibendum.

16 *Periculum debet eſſe verum, ut ex eo aliquid competat.*
l.quia poterat, 4 ff.ad S.C.Trebell.

17 *Leonina Societas, qua uni totum lucrum applicat, & non damnum.*
l.ſi non fuerit, 29.§. Ariſto, ff.pro ſocio.

18 *Obligatio qua nullius effectus foret, non conſideratur.*
l.ſi vehenda, §. ſi ex conditione, ad l.Rod. de jactu.

19 *l.ſi alius, 7.§.& eſt alia.ff.quod vi aut clam.*
l. & in totum, 4. ff. de impenſ.in res dotal, factis.

20 *Depoſiti periculum poſt moram ad depoſitarium pertinet.*
l.ſi plures, 14.§ ſive autem. ff.depoſiti.
l.ſi in Aſia, 12 §.fin.ff.eodem.

21 *Idoneus qui requiritur debet eſſe dum duret contractus effectus.*
l.ſi vina, 15. ff. de periculo, & comm. rei venditæ.
Effectum ubi habemus, non curandum de modo.
l.4.C. de inſtit. & ſubſtitutionibus.

Damnum quod poteſt imminere fiſco ex locatione ſecunda vectigalium propter defectum conductoris primi verè ſuſtinere, & ſarcire debet Gabellarius, cujus periculo ſecunda locatio fit, ut illius augmentum percipere poſſit.

1 CUM Gabellarius conductor vectigalium in ſolutione mercedis locationis deficeret, & ex jure & praxi rerum fiſcalium, iterum vectigalia ſubhaſtari, & locari decernerentur periculo primi Gabellarii, & in ſecunda ſubhaſtatione maximè locationis ſecundæ penſio adaucta fuiſſet, augmentum petebat primus Gabellarius, quaſi ejus periculo facta fuiſſet ſecunda locatio, & cum damno ſubjaceret, ſi fieret diminutio mercedis, etiam commodum augmenti conſequi deberet.

Pro parte fiſci à me allegabatur eodem fundamento excludendum Gabellarium à commodo augmenti; nam cùm plus quàm triginta & ſex millies quadrantum, id eſt, *quantos de Maravedis*, excederet augmentum in ſex annis, quæ adhuc primæ locationis extabant, & primus Gabellarius necdum pro dãno, quod poſſet evenire, ſi ſecundus conductor deficeret, ſatiſdationem à me peritam non obtulit, ſed nec etiam reſiduum penſionis ſui temporis, ſcilicet quatuor annorum, quibus in locatione fuit, non ſolvit, & ex ſatiſdationibus in principio conductionis datis, nec dimidium debiti redigi poſſet, & à me interpellatus, ut ſolveret debitum, quod erat ingentis ſummæ, bona deſignaret, ex quibus exigendum, vel offerret ſatiſdationem, nunquam ſolutionem deſtinavit, fiſcus remanet cum dãno & periculo ſecundæ locationis ſi forte conductor deficeret, ſed etiam primæ quia penſionem debitã nõ ſolvit, unde valde abſurdum eſt intendere ad illum augmentum pertinere.

Pro quo facit primùm: nam eâ maxim è ratione Gabellarius intendit augmentum; nam cum ejus periculo & damno propter illius defectum fieret ſecũda locatio, *qui ſentit onus, ſentire debet commodum*, & è contra, *c.qui ſentit, de regul.jur.in 6.l. ſecundùm naturam, 10. de regul.jur.* ex quo eo ipſo appareat periculum verè in fiſco remanere, nec aliquod ſuſtinere gabellarium ratio propter quam ei præſtandum ceſſat, & fiſco augmentum debet applicari. 2 3

Idque comprobatur, nam Gabellarius primus, & ſi à conſilio Regalis Patrimonii moras & dilationem haberet, ut ſolveret, quod deberet, potius debitum adauctum, & adeo ut ſolvere nullo modo poſſet, & facta fuit ceſſio bonorum illius, & in omnibus, quæ deſcripta, & ſequeſtrata à Iudice, cui cauſa à Senatu commiſſa apparuit non poſſe dimidium debiti ſolvi, & factus concurſus creditorum, qui in vectigalibus Regiis conſignationem habebant, quos dicimus *Iuriſtas*, ſimul concurrente fiſco pro ſumma reſidua poſt conſignationes, quam dicimus *finca*, quo caſu cenſetur facta excuſſio, ut ad tertium poſſeſſorem poſſet deveniri, Iaſon *in l.de Kalend.n.27.& 37 ff.de verbor.obligat.* Gratus *l.1. conſ.87.n.23.* Neguzant. *de pignor.3. part. membro 1.à n. 14.* Menoch. *conſ. 667. num.11.* Scaccia *de commerciis*, §. 2. *gloſſ. 5. num.268.& 274.* 4

Et facta ceſſione bonorum, & creditorum concurſu debitor cenſetur non ſolvendo, ut *argumento l.à Divo Pio, § ſi ſuper rebus, verſ.ſed & illud, ff.de re judic.* ibi: *ubi controverſia eſt de pignore, id dimitti debere, & capi aliud, ſi quod eſt ſine controverſia.* Notarunt omnes communiter, & praxis judicialis noſtrorum Tribunalium admiſit, & cùm bona fuerint intricata, vel non apparent, excuſsio facta cenſetur, Anton.Gabriel *lib.2.tit. de fidejuſſ. concluſ.1. n.63. deciſ. Genuenſ. 156.n.8.* Gamma *deciſ.21.* Theſaur. *deciſ.40.* & ex quolibet impedimento cenſeri factam excuſsionem cum multis probaret de Lara *de anniverſar.lib.1.c.8.* 5

Unde facilè poterit elidi, quod Gabellarius primus allegabat, ut ſibi commodum augmenti aſſereret eſſe alium participem conductionis, à quo poterat debitum exigi juxta doctrinam Angeli *in l.1. ff. de loco publico fruendo*, quam ex Rebuffo, Alciato, & aliis probavit Gratian. *diſcept.part.2.cap.336.n.41.& 3.part cap.547.n.23.* probavit Garonius *de jure fiſci, articulo 1.n.18.* quia ut apparuit ex relatione 6

calcu

calculatorum Regalis Patrimonii ejus participis, & ſocii bona omnia à fiſco ſequeſtrata erant propter magna debita, quæ ille ex aliis conductionibus, & bonorum fiſcalium adminiſtratione debebat, ita ut redditis rationibus, quod ſemper differtur, conſequi non poſſet, quod ſocius eſſet debebat, & jam mortuus erat, unde procedunt, quæ prædiximus, ut quaſi non ſolvendo debeat haberi.

7 Et confirmatur *l.24. tit.13. part.5.* eis verbis: *E ſi por aventura en los bien del Padre no ſe pudie ſe entregar, porque fueſen pocos, que no cumplieſen, o que los tubieſe el padre embargados, o mal parados en alguna manera, entonces pueden demandar ſus bienes à qui enquier que los fallen e deben los cobrar.* Et quãvis Greg. Lopez non expendat ea verba *in gloſſa 9. prædictæ legis partitæ*, tamen ex Paulo de Caſtr. *in l. fin. ff. de eo per quem factum erit, per textum ibi: ſolvendo non fuerit*, tradit, quod tunc ſufficiat agenti ſcire non eſſe ſolvendo, narrando id in libello, & fidem facere, quod ille non eſt ſolvendo, & ſufficiat.

8 *Secundum*, inde valde alienum eſt à jure, ut qui ſuſtinere non valet periculum ſecundæ conductionis, quia necdum, quod poteſt imminere ſarcire non valet, ſed nec ſolvere, quod antea debebat, velit commodum augmenti conſequi, quia in omnibus juris diſpoſitionibus commodum ex damno regulatur, *l. 1. ff. de inſtit. action. l. ágri, ff. de uſufruct. l. id quod poſt emptionem, ff. de periculo, & commodo rei venditæ, l. ſi igitur, §. ultimo. ff. pro ſocio, l. is qui in poteſtate, §. de legat. præſtand. l. 2. C. de alluu. l. unica, §. pro ſecundo, C. de caducis tollen.* juncta doctrina non eſſe ferendum, qui vult commodum, & non ſentit onus, Anchar. *conſ. 217. n. 4.* Alexand. *lib. 5. conſ. 46. n. 4.* Menoch. *conſ. 738. n. 9.* Romanus *477. n. 19.* ex Oldrado, Caſtrenſi, & aliis Thuſcus *practic lit. O, concluſ. 144, & lit. V, concluſ. 374* ex Abbate, Gigante, Decio, Mandello, Gutterrio, & aliis Pluribus D. Caſtillo *lib. 2. controverſ. c. 5. n. 57. & 58.* Auguſtinus Barboſa *axiomat. 63 n. 2. & axiomat. 169. num. 5.*

9 Nec limitationes, quas adducit Caſtillo *num 54.* poterunt obeſſe, quia procedunt, ubi eſt diverſa ratio lucri, & damni, vel privilegium perſonæ aliter ſuadet ut in Eccleſia, de qua loquitur; at in hoc caſu, ſi aliquod privilegium ex parte fiſci conſiderandum, & eadem ratio eſt, quia non poſſet petere lucrum ſecundæ conductionis primus Gabellarius, niſi ex damno imminenti, & ſemper qui vult commodum, debet damnum habere, quod provenit ex natura rei ut idem D. Caſtillo probat, & is, cujus periculo aliquid fit, debet periculum verè ſuſtinere, ut commodum conſequi poſſit, ut ex Gloſſa, Bartolo, & Angelo notavit Decius *in d.l. ſecundum naturam, n. 2.*

10 Sed *ex d. §. pro ſecundo: qui oneri non ſubjicitur, commodis nullis adficiendus*, & lucrum in jure compenſatur cum damno, *l. etſi condemnatus 35. ff. de noxalib. l. liberalitatis 16. §. 1. ff. de uſuris*, cum aliis pluribus, & faciunt verba Divi Gregorii *Epiſt. lib. 5. cap. 136.* ibi: *valde rurſus durum eſt, ut quis unde nullum ſenſit commodum, ſuſtineat injuſtè diſpendium*, & Velleius Paterculus *l. 1.* tradit *indigniſſimum eſſe, ut quis ejus rei onera ſuſtineat, cujus jura non habet.* Et nobis aptiſſimè & elegantèr Caſſiodorus *lib. 2. variar. Epiſt. 23.* ibi: *ſatis abſurdum eſt, ut affligatur damnis, qui commoda non habet actionis*, quæ in hoc caſu valde iniquum foret, ut cum fiſcus non habet commodum actionis, quæ naſci poſſet, quia periculo primi Gabellarii ſecunda locatio facta, cùm nec quod debet ſolvere poſſit, nec ſarciri damnum, quod eveniret damnum, ulterius patiatur fiſcus, ut amittat augmentum ſecundæ locationis.

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiſcal. Pars I.

Tertium, quia cùm ſemper verba cum effectu accipienda, *l. 3. §. hæc verba, ff. de negot. geſtis*, non poteſt cenſeri fiſcum actionem habere pro damno, & periculo ſecundæ locationis, nec primum Gabellariũ pro eo periculo ad aliquid teneri ex regula *l. nam & is, 6. ff. de dolo*, in qua *actionem videtur non habere illum cui propter inopiam adverſarii inanis eſt actio*; & conducunt verba Martialis *lib. 2. epigram. 3.* 11

Sexte nihil debes, nihil debes Sexte, fatemur:
Debet enim ſi quis ſolvere, Sexte poteſt.

Et idem *lib. 8. epigram. 37.* ubi taxat Polycarmum, qui Caietano mutuum petenti remiſerat obligationem, quam ſolvere non poterat Caietanus, & tradit nihil facere Polycarmum ibi:

Quod Caietano reddis Polycarme tabellas,
Millia te centum num tribuiſſe putas?
Debuit hæc, inquis, tibi habe Polycarme, tabellas,
Et Caietano millia crede tuo.

Quaſi potius deberet mutuum dare, ut amico conſuleret, quam reddere tabellas quæ nullius utilitatis, quia obligatio exigi à debitore non poterat.

Periculum quippe non eſt quod non poteſt ad effectum perduci, quia in jure effectus rei attenditur, & ſine eo nomen periculi non meretur, ut *argum. l. 2. § teſtamentum, ff. quemad. teſtament. aperiantur. l. ſi quis aliquid, 38. §. teſtamentum, ff. de pœnis, & argum. l. cum precibus, C. de probation.* Ex Bald. *in l. ult. § in computatione, C. de jure deliber.* tradit Gratian. *tom. 2. diſcept. cap. 213. num. 20.* Becius *conſ. 14. n. 31.* pluribus Surd. *conſ. 179. num. 49. & in conſ. 3. n. 30.* de ratihabitione tradit non mereri nomen ratihabitionis, ſi nullum operetur effectum, adde quæ notarũt Bald. *in d. l. cũ precibus*, Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. Gloſſ. 2. n 9.* ex aliis probat Hieron. Gonzalez *in regul. menſis, gloſſ. 55. n. 21.* & facit *l. 2. C. de adopt. legat.* ubi optio quæ effectum non ſortita pro facta non habetur, junctis quæ tradit Gratianus *2. tom. cap. 368. num 15.* & notanda verba textus *in l. ſed etſi poſſeſſori. 11. §. cùm ſi juravero, ff. de jurejurando*, ibi: *Effectum, iuriſiurandi ſequendum arbitror.* 12

Cui reſpicit explicatio Textus *in l. plagiariis, 16. C. ad legem Flau. de plagiar.* ibi: *qui viventium filiorum miſeras infligunt parentibus orbitates*: Nam quamvis verus orbus in jure diceretur, qui nunquam filios habuit, Vlpian. *in fragment. tit. 14.* & comprobatur ex traditis à Divo Iſidoro *lib. 10. Etymologiar.* ex Iuſtino, Ammiano, Marcellino, Cicerone, Lactantio, Briſſonius *verbo orbus*, Bald. *ad legem Iuliam & Papiam, pag. 94.* Covarr. *lib. 8. comment. c. 1.* Corraſ. *lib. 2. Miſcell. c. 23.* Hotom. *verbo orbi adhuc. in d. l. 16.* orbi dicuntur illi qui etſi filios habuiſſent, eis non fruuntur propter ſubſtractionem plagiarii, ut notavit Gloſſa *ibi verbo orbitates*, ut vidua dicitur mulier, quæ etſi maritum tamen inutilem habet, ut ex dict. Gloſſ. colligit Iaſ. *in l. fin. n. 3 ff. de officio ejus.* 13

Et ideo in jure idem cenſetur quid non deberi, aut non extare, vel eſſe ſine effectu, *l. quod ſi, 3. §. ſi quis autem, ff. de conſt. pecun.* ubi & ſi pecunia conſtituatur, deberi ſi tamẽ exceptione aliqua poteſt elidi, obligatio cenſetur non fuiſſe pecuniam conſtitutam Textus ibi: *quia debita juribus non eſt pecunia quæ conſtituta eſt* Et idem eſt aliquid non habere vel eſſe quod ſi habetur inefficax, Gloſſ. *in l. 2. §. ſed ſi dedi, verbo ſed hic quoque. ff. de condict. ob turpem cauſ.* 10. notavit Iaſ. *ubi proximè*, & in practicabili quæſt. ad interpretationem ſtatuti notavit Bald. *in cap. 1. §. ſi quis demanſo, de controverſ. inveſtitura*, eis verbis: *Et faciunt ad ſtatuta quæ loquuntur de gabellis reddẽdis, de molendinis, quæ ſtatuta intelligo de reddentibus* 14

fructum, nam ubi non eſt commodum ibi non debet eſſe onus.

15 *Quartum*, quia hoc periculum, ex quo vult Gabellarius primus augmentum ſecundæ locationis, conſequi debet eſſe verum & reale, non ſolùm apparens verbale, fictitium & æreum, ut in hoc caſu cùm Gabellarius nihil poteſt ſarcire, nec ſoluere debitam penſionem, & ita debent interpretari verba decreti, ut locatio ſecunda fieret periculo primi Gabellarii, videlicet ut periculum, & debitum fiſco ſarcire poſſet, quia juxta intentionem proferentis explicanda verba Bart. *in l. 3. C. de inſtit. & ſubſt.* quem ſequitur Decius *vol. 2. conſ. 386. num. 2.* Surdus *conſ. 3. n. 23.* ubi ex Signorolo probat verba ſemper accipienda ex fine, ad quem diriguntur, ita interpretans *l. 2. §. ſi non propter, verſ. quod dicimus ff. ſi quis cautio*, & facit *l. pen. ff. ad exhibendum*, ibi: *Non oportet jus civile calumniari, neque verba captari, ſed quâ mente quid dicatur animadvertendum.*

16 *Quintum*, ut hoc periculum debeat eſſe verum reale, & cum effectu, non verò ſolùm verbale; expendo textum *in l. quia poterat 4. ff. ad SC. Trebell.* ubi cùm hæres inſtitutus ſuſpectam crederet hæreditatem, cogitur adire alieno periculo, id eſt, fideicommiſſarii univerſalis, & quamuis in hæredem competant directæ actiones, cùm tamen utiles in fideicommiſſarium transferat, ideò nullum commodum ex hæreditate percipiet, nec quartam Trebellianicam, quia verè periculum non illius eſt, ſed fideicommiſſarii, quod attendi debet, & faciunt verba Textus, ibi: *nam cum alieno periculo adierit hæreditatem, meritò omni commodo arcebitur.* Et ſolùm ibi attenditur in effectu periculum eſſe in fideicommiſſarium tranſlatum, ut ideo nullum emolumentum percipiat hæres, notavit Bartol. *in dict. l. quia poterat, ad finem*, ſequutus Alexand. *ibi*, Angelus, Aretinus *in §. illud, inſtit. de ſociet.* ex Baldo & Romano Decius *in d. l. ſecundùm naturam, num. 1.* & inde tradit Surdus *conſ. 61. num. 66.* qui recipit in ſe periculum, plus debet præſtare quàm id ad quod tenebatur, reſpiciens ut periculum debeat eſſe verum.

17 Nec ulteriùs in noſtro caſu conſiderari poterit periculum, de quo *in d. l. quia poterat*, eis verbis: *Quorũdam negotia timentium quorũdam vexationem, quorũdam æris alieni cumulum*, nam hic Gabellarius, dũ vixit, nunquam conſenſit huic ſecundæ locationi, imò proteſtatus non poſſe ejus periculo locationem fieri, poſt ejus autem mortem illius hæredes, qui nec carcere vexari poſſunt pro debito teſtatoris, nec de aditione hæreditatis apparuit, & à fiſco requiſiti, ut deſignarent bona, ex quibus debitum ſolui poſſet, & periculum, quod eveniret, ſarciri, aut obligarentur ad prædicta, nunquam ex illorum latere aliquid impletum fuit, & ſolùm petunt augmentum locationis ſecundæ quaſi ad patrem teſtatorem pertineret, & tamen à patre in vita nihil petitum; unde velle conſequi lucrum augmenti, nec periculo ſubjacere, aut damnum fiſci ſarcire valde abſurdum eſt, & exemplum ſocietatis leoninæ jure improbatæ, ut in hac ſocietate locationis velit lucrum conſequi, non verò ſoluere debitum, & pati damnum, juxta quod traditur *in l. ſi non fuerit 29. §. Ariſto, ff. pro ſocio*, ejus verbis: *Ariſto refert Caſſium reſpondiſſe ſocietatem talem coiri non poſſe, ne alter lucrum tantùm, alter damnum ſentiret, & hanc ſocietatem leoninam ſolitam appellare.* Et dicta *leonina* ex apologo Æſopi, cùm leo in ſocietate cum aliis animalibus ſibi omne lucrum applicavit, ut refert Eraſmus damnatus *Kiliade 2. cent. 7. adagio 89.* quem tranſcripſit Paulus Manretius *in adagio, leonina ſocietas, pag. 325.* & de illa egerunt D. Covarr. *l. 3. variar. cap. 2. verſ. ſecunda concluſio*, Decianus *lib. 2. reſponſo 97. n. 53.* Gail. *lib. 2. obſervation. cap. 24.* Coſta, Zoanetus D. Richardus & alii, quos refert D. Solorzanus *tom. 2. de Indiar. Gubernat. lib. 1. cap. 4. n. 21. cum ſeq.*

Sextum, cùm in effectu dubitari non poſſit prædictos actores nullum pati damnum, aut periculum ſuſtinere, quia non extant bona, unde ſolvant ex juris regulis, & ſi vera obligatio periculi in actoribus conſideretur, & in fiſco, ut ex ea præſtaret augmentum, tamen ſi id nullum poſſit producere effectum, inde ceſſare oportet ultronea prædicta obligatio, ut conſtat pluribus juribus, primò *ex l. ſi vehenda, fin. §. ſi ea conditione, ff. ad leg. Rod. de jactu*, ubi etiamſi magiſter navis in conventione deficeret, & in alia navi, quam electa merces vehendas invexerit, etiamſi ex hoc obligatus ſit ad damnum, ſi merces amittantur, tamen ſi in effectu, etiamſi adimpleret, quod pactum eſt, merces eodem modo perirent, non tenetur, nota verba: *Habes ex conducto & locato cum priore nauta actionem Paulus, imo contrà, ſi modo ex navigatione utraque navis periit, cum id ſine dolo, & culpa nautarum factum ſit*, quaſi ex eventu & effectu, quia eodem modo periit navis, in qua merces vehendæ, eſſet obligatio, & in præſenti, ſi periculum non ſuſtinet Gabellarius, ſed fiſcus, ejus obligatio ad præſtandum augmentum debeat ceſſare. 18

Vlteriùs idem probat *l. ſi alius 7. §. eſt & alia, ff. quod vi, aut clam*, ubi etſi teneatur injuriæ, aut damni, qui ut arceret incendium à ſuis ædibus, vicinas deſtruxit, tamen ſi æquè vicinæ ædes eſſent perituræ, ideò quamvis aliàs teneretur, ceſſat obligatio, nota rationem. *quoniam nullam injuriam aut damnum dare videtur æquè perituris ædibus.* Melior Textus *in leg. & in totum 4. ff. de impenſis in res dotal. factis*, ubi maritus, qui tenetur pro damno, ſi non fulſerit domum dotalem, ab obligatione eximitur, ſi domus dotalis deuſta ſit, quia quoad effectum nullum damnum fuit ex negligentia quia etſi domum reficeret, periret ſimiliter, nota: *Itaque ſi fulſerit inſulam ruentem, eàque exuſta ſit, impenſas conſequitur, ſi non fuerit denſa ea, nihil præſtabitur.* 19

Sed in terminis depoſiti, cujus reſtitutio maximè jure cavetur, obligationem jam exiſtentem ex inutili effectu ceſſare inſinuat Textus *in l. ſi plures, 14. §. ſive autem, ff. depoſiti*; nam ſi in reſtituendo depoſito, puta ſervi, moram fecerit depoſitarius, in eum omnino transfertur periculum rei depoſitæ, *l. ſi in Aſia 12. §. fin. ff. depoſiti*, & adhuc ſi poſt moram res naturaliter perierit, attenditur effectus, & non obligatio, ut depoſitarius non teneatur, nota rationem, ibi: *Sabinus & Caſſius abſolui debere eum cum quo actum eſt, dixerunt, quia æquum eſt naturalem interitum ad actorem pertinere, utique cum interitura eſſet ea res, & ſi reſtituta eſſet actori.* 20

Vnde cùm etſi Gabellarius acceptaverit, ut ſecunda locatio fieret ejus periculo (quod non fecit, imò ſemper proteſtatus) nullum periculum ſuſtinet, nec ſarcire poteſt fiſci damnũ, non oportet obligatio cõſiderari, ut augmentum conſequatur, cùm utique tempore, quo facta locatio, idoneus ad ſoluendum non erat Gabellarius, imo ideò & nõ alia ratione ſecunda locatio à Senatu facta fuit, & quamuis tunc idoneus foret, cum tamen jam mortuus non extare bona conſtiterit, id ſufficiet, & uſque ad tempus ejus locationis finitæ debet exiſtere idoneus, ut fiſco conſultum eſſe poſſit, & augmenti exceſſum petere valeat, argum. ejus quod de bonitate duratura traditur *in leg. ſi vina 15. ff. de periculo, & cõmodo rei venditæ*, eis verbis: *Plane ſi cùm intelligeret venditor bonitatem* 21

tatem eorum non duraturam usque in eum diem, quo tolli deberent non admonuit emptorem, tenebitur ei quanti interest: igitur & si locatio fieret periculo gabellarii, cùm id ex clausulis consuetis, & stylo Senatus Regalis Patrimonii fiat magis, quàm ex qualitate, & examine bonorum ejus, quæ apparuit nulla esse, ut quod jam debebat, solveret, quantò minùs posset, quod immineret, damnum resarciret, ut verè periculum non sustineat, sed illud fisco relinquat, ubi habemus effectum, non curandum de modo, l. 3. Cod. de instit. & substit. & *ibi* Bald. plura notarunt Thuscus *practic. lit. E conclus.* 41. ex Oldrad. & Frederico de Senis, Augustinus Barb. *axiomate* 80. *n.* 5. ideò nihil gabellario præstandum, sed fiscum absolvendum.

ALLEGATIO XXXIV.

Fidejussor semel Fisco obligatus nisi expressè liberetur, aliis etiam fidejussoribus datis non liberatur.

1 *Novatio necessaria sit ex judicio.*
l. aliam, 29. ff. de novat. 15. 16 17. 18.

2 *Fidejussorem qui dare debet dando pignus liberatur.*
l. plus cautionis 25 ff. de reg. jur.

3 *l. si servus legatus, §. si ita scriptum, ff. de leg. 1.*

4 *Fidejussor qui habet fori privilegium, quando pro non dato habeatur?*
l. si fidejussor, ff. qui satisd. cogantur.
Actum qui impugnat non potest eo juvari.
cap. ex eo, de reg. jur. lib. 6.
l. dispensatorem ff. de solut.
l. Pomponius ff. de negot. gest.

5 *Praxi Senatus Regalis Patrimonii semel fisco dati fidejussores, etiam aliis datis, non liberantur, nisi expressè decernatur.*
Administrator bonorum non potest deteriorem conditionem domini facere.
l. non distulit, 4. C. de novationib.
l. Præses, C. de transactionibus.
l. prohibere, §. planè, ff. quod vi aut clam.

6 *Dictio* Amplius *denotat inclusionem præcedentium.*
l. qui ita, ff. de dote prælegata.
l. cùm inter nos, ff. de verbor. signif.
l. si servus legatus, 101. vers. sed si ei, ff. de legat. 1.
l. verbum amplius, 82. ff. de verborum significat.
l. minus solutum, 22. ff. eod.

7 *Ad augmentum inducta non possunt operari diminutionem.*
l. legata inutiliter, ff. de adim. legatis.
l. si ab arbitrio, ff. qui satisdar. cogantur.

8 *Fidejussores primi, aliis datis, non liberantur nisi apertè exprimatur, sed secundi primis accedunt.*
l. si Titius, ff. de fidejussor.

9 *Novatio non fit nisi constet velle obligationem novari.*
l. fin. Codic. de novation. & n. 10. 12. 13. 14. & 17.

Verbum nihil *est universale negativum.*
l. qui verbum, ff. de rebus dubiis.
Verbum penitus *refertur ad jus & ad factum.*
l. qui autem, §. si quis cum pupillo, ff. quæ in fraud. credit.
l. Grave, §. illud, ff. de fidejuss.
leg. si is qui ducenta. §. utrum, ff. de rebus dubiis.

10 *Novatio non fit hodie nisi expressè de novatione conveniatur.*
l. 15. tit. 14. p. 5. & n. 17.

11 *Novatio jure Digestorum non fiebat nisi voluntas contrahentium tenderet ad novandum.*

12 *l. si rem, §. si duo, ff. de novat. consil. cum l. fin. C. de novatione, n.* 13. 14. & 17.
l. Stichum, 8. §. 1. ff. de novationibus.
l. 1. ff. de prætor. stipulatio.
l. dotem 30. ff. de jure dotium.
l. te hominem, 32. ff. de novationibus.

13 *Novatio non fiebat jure Digestorum nisi specialiter exprimeretur, quando prima obligatio erat uberior quàm secunda.*
l. 2. ff. de novation & n. 17.
l. eum qui 56. §. si à te, ff. de verb. oblig. l. qui usum fructum, 58. in principio, ff. de verb. oblig & n. 17.

14 *Correus stipulandi potest debitorem ab illo correo novatione liberare, si specialiter de hac ageretur.*

15 *Actio pro dote rei uxoriæ bonæ fidei est.*
§. fuerat instit. de action.
l. in bonæ, 36. ff. de peculio.
l. sed etsi, 21. ff. solut matrin.

16 *Dotem promittendo omnes obligantur.*
l. promittendo, 41. ff. de jure dotium.
l. Stichum, § fin ff. de novationibus.

17 *Novatio nunquam debet facta censeri sine animo novandi.*

18 *leg. Stichum, 8. §. idem Celsus, ff. de novationibus.*
Interpretatio in dubio facienda ut res in eodem statu sit.
l. grege, ff. de legatis. 2.

19 *Pactum dubium interpretandum contra eum, qui potuit apertius exprimere.*
l. veteribus. ff. de pactis.

20 *Stylus & Praxis Senatus observari debet.*

21 *Consentire videtur qui patitur.*
l. qui patitur, ff. mandati.
c. si quis justo de electione, lib. 6.

22 *Scire idem est quod scire debere.*
l. qui cum alio, ff. de reg. juris.
l. si Titius, ff. de fidejussor.
l. si duo, 38. ff. de adquir. haredit.
l. quod te mihi, ff. si cert. petatur, c. fin. de injuriis

23 *Dictio* amplius, *non includit, & ampliat in diversis personis.*
l. si tibi pure legavero ff. de legat. 3.

24 *Fidejussor qui datur ex necessitate, etiamsi fori privilegium habeat, procedit satisdatio.*
leg. si fidejussor, §. si necessaria, ff. qui satisd. cogantur.

Administrator, qui duorum millium aureorum satisdationē dare debebat fidejussoribus datis, & exhibito instrumento fidejussionis in Senatu minus idoneā dixi, & Senatus decrevit, ut amplius caveret eis verbis, de mas fianças, *ex quo fecit depositum pro cautione duorū millium aureorum, cum ad finem administrationis ex ea tria millia aureorum deberentur, intendi ultra depositum à fidejussoribus mille recuperari, illi cōtra esse liberatos dicebant, quia omnis satisdationis quantitas deposita fuerat.*

1 PRo fidejussoribus adducebatur hoc casu factam fuisse novationem necessariam, *arg. l. aliam, 29. ff. de novat.* ibi: *judicii accepti*, fit novatio ex ejus necessitate ipso jure, Donell. *lib. 16. comment. c. 20.* adde quæ ex Gedeone, Anton. Fabro, Brisonio, Duareno, Valterio, & aliis tradit Osuald. *in notatis, d. c. 20. lit. T, V. & X.* Bart. Bald. Albanu, & Medicis refert Nevius, *ad d. l. aliam* & cum ex judiciali decreto Senatus amplius, fidejussionem dari juberetur videtur ex judicio ipso primam obligationem fidejussorum novari depositione ejus quantitatis, quæ ad vadimonium administrationis designata.

2 Præsertim, nam debitor qui obligatus est dare fidejussorem satisfacit dando pignus etiam invito creditore, gloss. *in l. 1. ff. qui satisdare cogantur*, Negusantius *de pignorib. 5. p. n. 5.* & cum plus cautionis in re sit, quam in persona, *l. plus cautionis, 25 ff. de reg. juris*, melior videtur cautio dari ab eo qui duo mille aureos deposuit ad vadimonium administrationis quam fidejussores, dando ac perinde potius ex depositio oportet res metiri quam ex personis fidejussorum.

3 Et quoad illa verba, *ut amplius fidejussio daretur*, videtur facere textus *in l. si servus leg. § si ita scriptū, ff de leg. 1.* eis verbis: *Si ita scriptum erit: amplius quā Titio legavi, hæres meus, Seio decem dato, dubitatum non erit, quin & Titio suum legatum maneat & Seio nihil ultra decem debeatur, nam & usitatum ferè est sic legare Lucio Titio tot & hoc amplius, uxori, & liberis ejus*, Quibus verbis denotari videtur dictione *amplius* non comprehendi illud ad quod ea refertur, cum Seio solùm decem debeantur, quibus adde quæ notavit Barb. *de dictionibus usufrequentibus, d. 32. n. 4.* ubi tradit, si in legatis ponatur hæc dictio *amplius*, sine pronomine *hoc*, dumtaxat inducere dispositionem non repetitionem.

4 Maximè nam cùm fidejussores darentur, qui non essent idonei & qui haberent fori privilegium alterius jurisdictionis, tunc pro non dato, vel recepto fidejussor existimatur, *l. si fidejussor*, & Gloss. *in l. quoties ff. qui satisdare cogantur*, & cùm Senatus juberet alios fidejussores dari, nec admitteret illos, qui dati fuerunt, non poterit ab eis exigere, vel consequi, quod reliquum administrationis deberetur, quia ex actu impugnato non potest, qui illū impugnat, fundamentum sumere, *Rex ex eo, de reg. juris in 6.* Surd. *cons. 18. n. 2. & cons. 757. & 351. n. 41. decis. 132. n. 4. & 9.* & facit *l. dispensatorem: ff. de solut. l. Pomponius ff. de negotiis gestis*, Menoch. *cons. 95. n. 89.* ex Mantica, Farinacio, Rotæ decis. & aliis probavit Barbos. *in collectanea de reg. ex eo, n. 1. & 2.*

Sed his non obstantibus, jus fisci in hoc casu sine 5
dubio procedit, ut quamvis idoniores fidejussores dari deberentur, adhuc primi non censentur liberati, quia ex praxi Senatus Regalis Patrimonii omnes fidejussiones, quæ ibi offeruntur, nisi expressim verbis apertis liberentur, aliis datis liberari non censentur, maximè cùm in libris rationum Regalium essent scripræ & ideò nisi decreto in libris Cancellariæ, aut ab eis eximi discernatur fidejussio irrita non censenda; imò & antequam in judicio illud declaretur, non possunt Senatores fidejussores semel datos liberare, quia velut administratores Regalis Patrimonii ejus meliorem conditionem facere possunt, non deteriorem, cùm ad hoc mandatum non habeant, nec jurisdictionem *arg. l. non abstulit. 4. C. de novat. l. Præses, C. de transact. l. prohibere, §. planè, ff. quod vi aut clam.*

Tum etiam, quia proprie as dictionis *hoc amplius* 6
denotat inclusionem præcedentium, *in l. qui ita, ff. de dote prælegata*, ibi: *Qui ita legat uxori suæ Titiæ amplius quam dotem aureos tot hæres meus damnas esto dare manifestū est dotē quoque prælegasse*, & ita includit dictio *amplius*, sicut dictio *præter*, ut declarat Alberic. *in dictionario, verbo amplius*, cui adde Cuiac. *lib. 8. observationum, c. 36.* & idem est, ac si in decreto Senatus diceretur: *ultra fidejussionem datam, vel supra & ulteriùs, amplius fidejussores præstet*; nam omnes istæ dictiones inclusionem denotant, ita Menoch. *l. 4. præsumpt. 145. n. 3. cum sequentibus*, Mantic. *de conjecturis ult. voluntatem, l. 9. titulo 3. n. 32.* & ex Bart, Socino Iuniori, Signorolo, Luca de Pena, Thusco, Ioanne Garcia, Stephano Gratiano, & aliis pluribus Barb *dict. 32. n. 2. & 3.* & semper augmentativè ea dictio accipienda, *l. cùm inter nos, ff. de verb. significatione*, VVlpeleus *de præpositionibus, & adverbiorum significatione, sub hac dictione pag. 9.*

Et ideò refertur ad eum, qui nihil debet quando 7
non est aliud, quod ea distinctione includi possit, *l. si servus leg. 101. ff. de leg. 1. in versic. sed si ei*, ibi: *Multòque minus dubitandū sit ab eo, qui nihil mihi debet, ita stipulatus fuero, amplius quàm mihi debes decem dare spondes, quindecim debeantur. l. verbum amplius 82. ff. de verborum significatione* facit, *l. minus solutū 32 ff. eodem*, nec enim poterat aliqualiter interpretari: nam quando aliquid de novo additur, est accessorium ad præcedentem obligationem, & ideò ea liberata censeri non potest., ne tendat in creditoris damnum, quia inducta ad augmentum non possunt operari diminutionem, *l. legata inutiliter, de adimendis legatis*, Roderic. Suar. *in l. post rem judicatam, 1. notabili, n. 2.* Ruin. *lib. 3. cons. 252. n. 96. & 97.* Aldobrandinus *cons. 106. n. 11.* Vivius *l. 2. decis. 343. n. 15.* ex Cæsare Barcio, Alciato, & relatis D. Castillo *tom. 4. c. 40. n. 13.* & cùm in decreto Senatus exprimeretur *ut amplius caveret*, videtur acceptari data cautio, & alia nova nō velle ei adjungi, aliàs enim nisi illud exprimeretur, alii fidejussores peti non possunt, *argumento l. si ab arbitrio, ff. qui satisdare cogantur*, ibi: *si sua voluntate accepit fidejussores, contentus his esse debet*, ubi notarunt Barb. & Bald. Ancharranus, VVesembechius & Amatis, quos refert Nevius *ibi.*

Deinde, quia certum est in jure, & indubitatum 8
per admissionem aliorum fidejussorum ad obligationem præcedentem, pro qua erant admissi alii fidejussores, primos non liberari, sed secundos eis accedere, *argumento leg. si Titius, ff. de fidejussoribus*, ubi

Bald.

Bart. & magis in terminis, *in l. Valerianus, num. 5. ff. de Prætoriis stipulationibus*, ubi Baldus & Angelus, qui tradit, cùm non revocatur obligatio principalis, sed solùm fidejussoria, aut pignoratitia, tunc non tollitur, nec olim, nec hodie, nec ipso jure, aut ope exceptionis intelligitur facta obligatio, aut obligationis novatio, & ponit exemplum, si Titius promisit decem, & pro eis dedit fidejussorem, aut pignora, & postea pro ipsis decem alios dedit fidejussores, aut alia pignora tradit, *certè non liberantur primi fidejussores, seu prima pignora, per dictam legem, si Titius, vers. sed ita demum*, idem voluit Bartol. *in dict. l. delegare, ff. de novat.* Ioannes de Imola *in l. usumfructum, ff. de verb. obligat.*

9 Sed idem Imola *in l. penult. ff. de Prætoriis stipulationibus* tradit, etiam in casibus, in quibus olim fiebat novatio, hodie nunquam fieri novationem, nec ipso jure, nec ope exceptionis, nisi hoc expressè actum sit, nisi sint adeo verisimiles, & urgentes conjecturæ, ut per illas appareat partes voluisse à prima obligatione discedere, & illam in aliam transfundere, & ad hanc sententiam expendenda est *l. fin. C. de novat* ibi: *nihil penitus innovari*, ubi verbum *nihil* est universale negativum, per quod excluditur quantumcumque modicum præjudicium respectu ejus, de quo quæritur, ut singulariter voluit Ioan. *in extravagant. suscepti regiminis, super verbo nihil* quia dispositio universalis per verbum *nihil* juncta conditione *penitus*, videtur falsificari ex quolibet particulari præjudicio, *l. is qui verbum, ff. de rebus dubiis*, item quia verbum *penitus*, quod immediatè subjungitur, significat, sive de jure, sive de facto, ut *in l. qui autem, §. si quis cum pupillo. ff. quæ in fraud. credit. l. Græca, §. illud, ff. de fidejussor.* & idem importat, ac si lex diceret, *ex toto*, vel *prorsus*, vel *omnino*, ut *in c. 1. de supplend. neglig. Prælat.* Imola *in dict. l. peregrè, §. quibus, de adquir. possess.* ubi intelligit *prædictam l. fin. C. de novat.* statuens, quod dicta verba excludunt quodlibet minimum præjudicium, ergo excludunt quamlibet novationem per notata *in l. si is, qui ducenta, §. utrum, ff. de rebus dubiis.*

10 Hæc autem rectiùs procedent, cùm hodie nisi expressè de eo conveniatur, novatio fieri non possit juxta *d. l. fin. C. de novat. ex l. 15. tit. 14. partit. 5.* ubi Gregor. Lopez *glos. 6.* ex Alex. Iasone, Socino, Angelo, Castrensi, Bald. & aliis probat, & notarunt Decius *cons.* 400. Afflictis *decis.* 130. Franchis *decis.* 155. *n. fin.* Donellus *d. lib. 16. comment. c. 10.* & ex Petro Gregorio, Isidoro, Caronda, Brisonio, Antonio Fabro, Gailio, Menochio, Guterrio, Carrocio, Parladorio, Fachineo, & aliis Osvaldus *in notatis, d. c. 20. lit. Q.*

11 Sed etiam etsi non extaret decisio Textus *in d. l. fin. & l. partitæ* quibus jubetur expressis verbis agendum esse de novatione, ut ea induci possit: nam jure communi non aliter fiebat novatio, nisi de novanda obligatione ageretur, quasi necessarium erat, ut secunda obligatio renderet ad priorem excludendam, & differentia inter jus antiquum & novum in eo consideratur, ut jure antiquo non aliter fieret novatio, nisi de ea ageretur, hodie verò jure noviori *ex d. l. fin.* verbis expressis testata professio & novatio exigitur.

12 Vnde interpretari potest Textus *in l. si rem 31. §. si duo. ff. de novat.* ibi: *cùm id specialiter agit*, qui interpretes valdè cruciavit, ut conciliarent cùm *d. l. fin.* quasi non rectè traderetur id noviter à Iustiniano induci *in d. l. fin.* ut non fiat novatio, nisi specialiter de ea agatur, cùm antea jure Digestorum id requiri deberet. Notat *d. §. si duo*, & commissa sententia Cujacii *lib. 22. observationum, c. 6.* Brisonii *lib. 2. de solutionibus, pag.* 393. Hortensii *ad l. 2. ff. de novat.* Vulteii *ad §. præterea 2. instit. quibus modis tollitur obligatio*, qui existimarunt prædicta verba, *cum id specialiter agit, d. l. si rem, §. si duo de novat.* à Triboniano inserta videri ex nova *decis.* textum *in d. l. fin.* & non admisso, quod notavit Ant. Faber. *lib. 3. conjecturarum, c. 3.* ut jure Digestorum, quod traditur, ita demum novationem fieri, sed id actum sit, non accipiendum, ut expressè id agi necesse sit (hoc enim ad novam Iustiniani constitutionem pertinet) sed ut tacitè id agi videatur, nisi contrarium expressè actum sit, *l. Stichum 9. §. 1. de novationibus, juncta l. 1. de Prætoriis stipulat. l. dotem 30 de jure dot. l. te hominem 32. ff. de novat.* quia id non excludit difficultatem, cùm *in d. l. 31. §. si duo*, & in aliis pluribus locis specialis mentio, vel expressio requiratur.

Sed omissis aliis pluribus, de quibus Osvaldus, ubi proximè, dicendum ad hujus controversiæ expeditionem, ut jure Digestorum non aliter novatio fieret, nisi animo novandi contrahentes novam conventionem facerent, ut ratio ipsa suadet, absque voluntate contrahentium non posse obligationem tolli, *l. 2. ff. de novat.* ibi: *Dummodo sciamus novationem ita demum fieri, si hoc agatur, ut novetur obligatio, secus si hoc non agatur, duæ erunt obligationes*: idem in aliquibus jure Digestorum non fiebat novatio, nisi specialiter, & expressè de ea ageretur, quando aliquid in secunda obligatione erat, quod posset suadere contrahentes novationem facere nolle, videlicet si in posteriori obligatione minus sit, quàm in alia, quæ novanda, ut in exemplo Textus *in l. eum qui 56, §. si à te, ff. de verborum obligat.* si fundum Sempronianum stipulatus fuero, & deinde ab alio eundem fundum detracto usufructu stipulor, rectè tradit Iulianus prior stipulatio non novabitur, quia licet idem fundus in secunda stipulatione contineatur, tamen in ea minus est: nam usufructu detracto, fundus stipulatus fuit, unde quando aliquid poterat persuadere novationem non faciendam, necessarium erat specialiter de novatione agi, & exprimi etiam jure Digestorum, & in eodem casu exempla sunt *in l. qui usumfructum 58. in principio, ff. de verb. obligat.* veluti si qui actum stipulatus fuit, deinde iter stipuletur, vel qui decem, deinde quinque, vel qui usumfructum, deinde usum: nam cum in posterioribus stipulationibus, ut apertè constat, minus contineatur, rectè tradit Iurisconsultus nihil agi prædictis secundis stipulationibus, & subjungit apertissimè verba ibi: *Nisi in omnibus novandi animũ hoc facere specialiter expresserit, tunc enim priore obligatione expirante ex secunda introducitur petitio, & tam iter, quàm usus, necnon quinque exigi possunt.* 13

Quomodo similiter accipiendus est textus *in d. l. si rem, §. si duo, ff. de novat.* ut Correus stipulandi post contractam obligationem si stipuletur à reo promittendi, potest eum novatione liberare ab altero Correo stipulandi, sed tamen id ita fiet, cùm id specialiter agit, quia nisi specialiter de novatione ageretur, non potest videri eo animo stipulari, ut novet, cùm nihil amplius in secunda obligatione contineatur, imò potius minus quàm in prima, quia in ea duobus Correis stipulandi obligatus fuit Correus debendi; at verò ex secunda solùm stipulanti obligatur, ideò novandi animus colligi non potest, & ita necessarium fuit specialiter agi, planè si Correus stipulandi creditori suo delegavit reum promittendi, apparet, id actum esse, ut novatione debitor liberaretur, ut traditur *in d. §. si duo in fine*, ut non sit necesse id specialiter agi, quia id actum esse ex ipsa delegatione intelligitur, ut notavit Ant. Faber. *d. lib. 3. conject. c. 3.* & post eum Osvaldus *in notatis, d. c. 20. lit. Q.* 14

15 Rursus deinde intelligendus textus qui maximè conducit in favorem fisci ad hujus causæ decisionem *in l.alium 29.ff.de novat.* ubi traditur perire privilegium dotis,& tutelæ, si post divortium dos in stipulationem deducatur,vel post pubertatem tutelæ actio novetur,& addit verba nobis aptissimè ibi:*Si id specialiter actum est,quod nemo dixit lite contestata, nec enim deteriorem causam nostram facimus actionem exercentes,sed meliorem,ut solet dici in his actionibus, quæ tempore,vel morte finiri possunt*, agit enim Iurisconsultus de novatione necessaria, & quoties judicio accepto pro dotis restitutione,aut cùm exigitur,quod ex tutela debetur stipulatio pro his qualitatibus, & quantitatibus interposita est : nam cùm prima actio dotis,quæ rei uxoriæ erat, bonæ fidei existimabatur, §.*fuerat instit.de actionibus,l.in bonæ 3.6.ff.de peculio, l.sed & si 21.ff.soluto matrimonio*,& tutelæ actio privilegia habeat,credendum non est mulierem,quæ bonæ fidei actione de dote tutâ est,ex stipulatu id agere,ut bonæ fidei actio novetur, & in strictam transfundatur, idque similiter in eo, qui post pubertatem stipulatus fuit, quod tutelæ actione debebatur, quia non est verosimile privilegium actionis tutelæ amittere eum voluisse novata obligatione, quando à tutore stipulatur, ideò rectissimè in eo textu adjectum fuit,ut novatio procedat,id specialiter esse agendum, quia non potest sumi conjectura pro novatione, & semper agendo aliquis suam conditionem meliorem reddere intendit,non deteriorem.

16 Sed ut hujus Textus subtilitas percipiatur, nota cum Antonio Fabro *in d.c.3.* id procedere circa dotis actionem quæ competit mulieri : si verò dos ex stipulatu debita fuerit Marito facere promissa ab extraneo,nam promittendo dotem omnes obligantur, *l promittendo 41.ff.de jure dotium*, eámque maritus ab uxore stipuletur novatio fiet,ne dos dupletur idque si non appareat contra stipulationem novandi animo non fieri,*l.Stichum*,8.§.*fin.ff.de novationibus* ibi:*recte traditur si hoc actum est etiamsi non adjiciatur specialiter agi oportere*, & inde ratio provenit, quoniam actio ex stipulatu,ex qua primum dos debebatur uberior non erat ea, quæ ex posteriori stipulatione competebat, sed personæ mutatio efficit, quia primo ab extraneo postea ab ipsa uxore dos promissa, ut interpretemur stipulatorem, novandi animum habuisse,& à priori obligatione recedere velle, & similiter in tutelæ actione ideò exprimitur *in d.l.aliam*,necessarium esse specialiter agi de novatione tunc quando post pubertatem stipulatio interponitur, secus verò si ante pubertatem stipulatus sit pupillus, quoniam ex stipulatu actio tutelæ actionis naturam inducit & repræsentat, eisdémque privilegiis & præstationibus gaudet : inde fit ut tutelæ actionem novet, etiamsi specialiter non expresserit.

17 Ex quibus omnibus apparet si ex jure novo *dicta l.fin.C.de novat.& l.15.tit.14.part.5.* non potest aliqualiter pro novatione interpretatio sumi, nisi specialiter & apertè de ea exprimatur, & jure Digestorum semper esse necessarium animum novandi *d.l.2. ff.de novat.* & quando aliquid posset dubiam reddere voluntatem novandi specialiter agi necessarium erat etiam *d.l.qui usumfructum 58.ff.de verb.obligat. l.aliam 29.l.si rem,31.§.si duo,ff.de novat.* ex his omnibus apparet cum de novatione in nostra quæstione ageretur,cum depositum factum duorum millium aureorum, nec animus Iudicum, qui decreverunt amplius caveri vel fidejuberi id non respexerit, vel expresserit nullo modo novationem factam,ut liberentur primi fidejussores posse interpretari.

18 Quod etiam apertè suadetur ex ratione Textus,in *d.l.aliam*,ubi traditur credendum non esse qui actionem intendit, voluisse suam conditionem facere deteriorem, unde fiscus qui agit, ut cautior & securior administratio Regalis Patrimonii reddatur, & petit amplius caveri non videtur inde velle fidejussores datos liberari & novationem facere,quia quando id quod de novo additur est accessorium ad præcedentem obligationem,nunquam videtur inducta novatio, cum id fiat ut magis cautum sit creditori,& ideò non debet sumi præsumptio novationis,ne tendat in creditoris damnum, *d.l.Stichum*,8.§.*idem Celsus, ff.de novat.* & usurpari possunt aptissimè huic rei,ejus verba ibi:*Quia hoc solùm agitur ea stipulatione ut fidejussoribus cautum sit non ut ab obligatione judicari discedatur*, ad Iasonem *in l. qui usumfructum num.3.de verb obligat.* Bartolum *in l.rescriptum,§ si pacto n.7. ff.de pactis* Alexandrum *l.4.§. ex conventione n.8.de re judicat.* Mantica,*de contract.lib.17.tit.1.n.8.& 15.* & in his quæ possunt se habere ad augmentum & diminutionem,commodum & incommodum,ut quilibet posset pro suo sensu decretum Senatus interpretari,res debet in eodem statu manere *arg.l.grege, ff. de legatis*, 2. quam ad hoc adducit Sigismundus, *in suo tractatu Paraphrasis feudalis columna*, 18. *versic.* 9.post Oldradum *consil 231.n.1.*

Ex quo etiamsi tam apertè non constaret de jure 19
fisci,ut illud non diminuatur, nec fidejussores primo dati liberentur,cum illud quod est,*amplius caveri*,ad majorem securitatem, & obligationem potius quàm ad liberationem referatur,sed dubitari posset de prædicto decreto contra administratorem interpretandum,cum ad eum pertineret petere decretum declarari,& fidejussores datos liberari *arg.l.veteribus,ff.de pactis*,& quæ notarunt post Bartolum, Iasonem, & alios in ea Menochius *consilio 30.n.8.* Gonzalez *in regula 8.Cancellariæ,glossa 9.§.1.n.32.* idem Menoch.*cons.110.num.31.& cons.179.num.19.* Surdus *decis.322.num.63.* Petrus Barbosa *in l.si quis intentione,n.28.ff.de judic.* Mantica *de contract. lib.2.tit.9.n. 99.* Gregor.Lopez *glossa 5.in l.2.tit.33.p.7.* Augustin.Barbosa *in collect.textus,in c.contra eum, de regul.juris,lib.6.*

Maximè cùm Senatus decerneret *amplius caveri*, 20
quod augmentum, ut prædiximus, denotat,& instrumenta fidejussionis semper in libris rationum Regalium inserta fuerunt, unde tum quia praxis & stylus Consilii Regalis Patrimonii observandus, Afflictis *decis 79. n.4.* Thesaurus *in præfatione ad decisiones Pedemont.n.32.* Franchis *decis.91.n.16.* cum Osasco & aliis ego notavi *1.part.decis.Granatens.47.n.14.* Et ex eo nunquam dimittuntur fidejussiones semel datæ,& ideò cauti Gabellarii & Thesaurarii,quando jubetur *amplius caveri*, si integram quantitatem dederint, quæ designata est, petunt in Senatu alios fidejussores, qui non satis idonei censebantur liberari.

Tum quia administrator de hoc nihil edixit, sed 21
tacuit usque ad finem administrationis, quo videtur consensisse in eo, ut manerent obligati, *argumento l. qui patitur,ff.mandati*,& quæ notarunt Covarr.*pract. c.15.n.5.* Ferdinand. de Mandosa *de pactis lib.4.c.4. n.37.* Surdus *consil.290.n.22.* Menoch.*lib.6.præsumpt. 99.n.15.* & cùm facilè posset petere, ut fidejussores liberentur,quando deposuit aureos duo mille, nec id fecisset, sibi imputet, *qui sic eos constituit indiscretè*, quæ sunt verba textus *in cap.si quis justo de electione lib.6.*

Tum etiam quia administrator iste Regalis pa- 22
trimonii sciebat,vel scire debebat praxim, & stylum Senatus, ut semel dati fidejussores non liberentur, nisi

nisi apertè id exprimatur, ideo cùm non peteret declarari liberos manere fidejussores, postea id non poterit intendere, quando fisco interest ab eis consequi, quod debet administrator, *argumento l. qui cum alio 20. ff. de regulis juris, l. si Titius 49. ff. de fidejussoribus, l. si duo 38. ff. de adquir. hæred. l. quod te mihi 5. ff. si certum petatur, c. fin. de injuriis*, Panormit. *in c. innotuit, n. 9. de electione*, Bartolus *in l. non solum, §. morte, n. 41. ff. de novi operis nunciatione*. Baldus *in dict. l. si duo*, Craveta *lib. 1. cons. 186. n. 9.* cum multis, quos *alibi* notavimus *allegatione 17. n. 11.* ut defenderentur leges *2. & 3. & tit. 9. lib. 9. recop.*

Denique non obstant omnia, quæ contra objecta
13 fuerunt: nam illud quod pertinet ad novationem satis *suprà* explosum est, Textus verò *in l. si servus legatus, § si ita scriptum, ff. de leg. 1.* qui in contrarium adductus, ut dictio *amplius* non includat, & ampliet procedit in longè dissimili casu, quando in diversis personis dispositio fit, quia ne duplicara legata videantur, non potest fieri inclusio præcedentis: nam illa forma legandi fuit, ut hodie nos etiam solemus in testamentis disponere, cum legamus aliquid Seio, & postea addimus, *item mas* Titio decem, quia tunc nullus admittet legatum duplicandum, quod secus erit quando in una, & eadem persona, ut in nostro casu, dispositio procederet, quia tunc etiam superiora repetita videntur, *leg. si tibi purè legavero, l. si sic de legat. 1.* quod suadetur similiter, quando uteretur, ut in his juribus pronomen *hoc*, ut ex Castrēs. Guillel. Cenedo, & Vulpello notavit Barb. *d. dict. 32. n. 4.*

14 Quod verò pertinet, ut fidejussor, qui fori exemptionem habet, & alterius jurisdictionis est, pro non dato habetur, minus movere poterit, quia quando fidejussio necessaria est, ut in nostro casu, quia ex necessitate judicii dati fuerunt fidejussores, tunc licèt alterius fori, & jurisdictionis sint, rectè procedit satisdatio, *l. si fidejussor, § si necessaria. ff. qui satisd. cogantur*, Ant. Gomez *1. tom. variar. c. 13. n. 6.* Molin. *de Hisp. primog. lib. 4. c. 4. n. 13. cum seqq.* Roderic. Suarez *in declaratione l. 2. titulo de los emplaçamientos, versic alterius accedat, n. 11.* & ita obtentum fuit in Senatu, ut fidejussores dati non liberentur.

ALLEGATIO XXXV.

Metus allegatio mulierum conductorum vectigalium in obligatione fiscali quomodo excludenda?

1 *Publicanorum uxores debent obligari cum maritis pro securitate vectigalium.*
Ordinatio Regalis Patrimonii.
2 *Salubriter disposita solent in perniciem converti.*
3 *Voluntas coacta voluntas est.*
l. si mulier 21. §. si metu coactus ff. de eo, quod metus causa.
l. si patre cogente, 22. ff. de ritu nuptiar. & numer. 22.
4 *Voluntas metu vel vi extorta non est propria & absoluta voluntas, sed secundum quid ad evitandum periculum.*
l. 1. ff. de eo quod metus causa.
l. velle non creditur, ff. de reg. juris.
Metu gestum rescindendum.
Leges quæ admittunt valere contractus metu gestos sunt justa ex aliquorum sententia.
l. 1. ff. de pactis.
l. sicut ab initio, C. de obligat. & act.
5 *Fisco multæ fraudes fiunt in obligationibus Publicanorum.*
6 *Metus dicitur quasi mentem tenens.*
Metus est difficilis probationis & probatur conjecturis.
7 *Metus probari potest declaratione ejus qui metum passus.*
c. constitutum, §. cum vero de rescriptis.
8 *Metus non præsumitur & probandus ab eo qui allegat.*
l. si cum exceptione, §. in hac, ff. de eo quod metus causa, & n. 43.
l. non est verisimile, ff. eodem. & n. 12.
l. interpositas, C. de transact. & n. 20.
9 *Metus probatio debet esse actus qui dirigitur ad metum.*
l. qui in carcerem, ff. de eo quod met. causa numer. 39. 40.
c. accedens de convers. conjugatorum.
Metus probatio relinquitur judicis arbitrio.
l. 3 ff. ex quibus causis majores.
10 *Protestatio facta valde prodest ad metus probationem; protestatio quæ præcedit actum magis probat metum quàm sequitur.*
l. fin. C. de usur. pupillar.
11 *Contractus præsumitur sponte factus nisi contrarium probetur.*
l. 2. C. de his quæ vi, & n. 13.
Metum non facit præsumi dignitas adversarii.
l. ad invidiam, C. de his quæ vi, & n. 21.
12 *Judicis auctoritas excludit metus præsumptionem.*
l. 1. Cod. de his qui per metum judicis non appellaver.
l. omnium, C. de testamentis.
l. probatorias, C. de diversis officiis, lib. 12.
13 *Ratihabitio actus metum excludit.*
l. 28. tit. 11. p. 5.
l. 49. tit. 4. p. 5.
14 *Observantia subsequuta purgat metum.*
l. 1. §. quæ oneranda. ff. quar. rer. actio non detur. n. 21. & 23.
15 *Metus causâ durante non purgari metum quomodo accipiendum?*
16 *Mulier nobilis & dives cum paupere uxorata non facile ab eo metum patitur.*
Mulier quæ virum pascit domina esse putatur.
17 *Metus excluditur non solùm ex ratihabitione expressa, sed ex tacita quæ resultat ex commodo contractus.*
Volens qui facere videtur quod ei utile.
l. 51. Tauri, & n. 27. & 38.
18 *Natura æquum est, ut qui locupletior factus maneat obligatus, nec cum alterius jactura locupletetur.*
l. naturaliter, §. ult. ff. de condix. indebiti.
l. nam hoc naturæ. ff. eodem.
l. 3. §. pupillus. ff. de negot. gestis.
l. furiosus. ff. de obligat. & action.
l. 3. in principio, ff. commodati.
l. 1. §. cum in pupillum. ff. depositi.
l. pupilli, ff. de solutionibus.
l. quamvis, §. ult. ff. ad S. C. Velleianum.
l. ult. C. de usucap. pro emptore.
l. bona fides 50. ff. de act. empti.
l. jure naturæ, 206. ff. de reg. juris.
l. locupletari de reg. juris, lib. 6.

l.17.tit.34.p.7.
l.cum fundus, 31.§.servum, ff.si certum petatur.
leg.si servus, 24.§.servum, ff.de action. empti.
l.si ipsa, 17.ff.quod met.caus.
l.uxor.marito, 55.ff.de donatione inter.

19 *Protestatio quæ fieri potuit omissa metum excludit.*

20 *Metus reverentialis consideratur in eis, qui aliis debent reverentiam.*

21 *Metus reverentialis probatio debet esse cum minis ut prosit.*

22 *c. ex literis de desponsatio. impuber.*
c.2. de pactis lib.6.
c.fin.qui Clerici vel voventes.
c.puella, 20.q.1.
l.si fidejussor. 26.§.Pater Seii, ff.de Pignoribus.
l.10.tit.1.p.4.

23 *Metus reverentialis quando sufficiat intercedente læsione, & aliis circunstantiis ?*
l.penult.ff.de furtis.

24 *Metus reverentialis solus sufficit, quando contractus fit cum ipso cui reverentia debetur, & in ejus utilitatem cedit.*

25 *Indotatio mulieris quando rescindit ejus obligationem.*

26 *Iuramento obligatio mulieris confirmata non rescinditur in donatione.*
c.cum contingat de jurejurando.
c.licèt mulieres eodem titulo.

27 *Obligatio mulieris quæ in ejus utilitatem conversa non potest rescindi in donatione.*

28 *Indotationis ratio attendenda tempore obligationis.*
l.verum.§.sciendum.ff. de minoribus.
l.si voluntate, C.de rescind. vendition.

29 *Obligationes omnes mulieris ex indotatione non rescindendæ, sed illæ solum ex quibus processit indotatio.*

30 *Paraphernalia bona non attenduntur ad indotationem.*
Dotalem rem esse debet probari, ut indotatio procedat.

31 *Indotatio non rescindit obligationem, quam ex se mulier facere debebat.*
Honor mariti est uxoris, & è contrà.
l.3.§.ff.de libera causa.
l.sed etsi unicus, §.ait Prætor.ff.de injuriis.
Mulier debet dotem expendere pro excarcerando marito.
l.quamvis 21.ff.solut. matrim.
l.mutus, §.manente.ff.de jure dot.

32 *Potentia actui proxima habetur pro actu.*

33 *Vxor tenetur liberare maritum, etiam dotem expendendo.si absens fuerit pro debito.*

34 *Alienationis rerum dotalium uxoris causa sufficiens est pro liberando marito.*

35 *Alienatio rei dotalis pro liberando marito fieri potest, etiam contradicente uxore.*

36 *Vxoris status dependet à mariti statu.*
l.si mulier 21.ff. quod metus causa, & n.40.

37 *Vxor quando obligatur pro liberando marito, non dicitur coacta.*

38 *Vxor est obligata cum dote pro eo quod in ejus utilitatem conversum.*

39 *Carceri inclusus, ut aliquid ab eo extorqueatur, metu coactus dicitur.*

40 *l.accusationes 10.C.de his, quæ vi.*

41 *Metus à tertio illatus an noceat ei.qui ignoravit?*
l.non interest, C.de his, quæ vi.
Ablativus absolutus inducit necessitatem.

42 *l.si cum exceptione, §. Pedius, ff.de eo quod metus causa, & n.43. & 45.*

43 *Metus actio est in rem scripta, & sequitur quemcumque possessorem.*
l.metum autem, § fin.ff.de eo quod met. causa.

44 *l.Vitia possessionum, C.de adquir.possessione.*
l.si per imprudentiam ff. de evictionibus.
l. exceptione ff.de fidejussorib.

45 *Causa lucrativa, vel onerosa differentia, ut metus noceat tertio qui metum non intulit.*
l.Proculus, ff.de damno infecto.
l.si is cui, § fin. ff. de furtis.
l.iuris ignorãtia ff.de juris & facti ignorãtia.
l.regula in princip ff.eodem.
l.si ipsa res 18 ff.de eo quod met.causa

46 *Fisco in conductione vectigalium non debet nocere metus illatus à tertio.*

47 *Metus illatus à tertio ei, qui ex facto contractu utilitatem percepit, non debet fisco nocere*

48 *Mulier, quæ apud Iudicem sponte contrahere declaravit, non debet metum allegare.*

49 *l.cum te, C.de pignoribus noviter explicatur, & n.50. & 51.*

De obligatione quam solent cum maritis Publicanis uxores facere, vel cum administratoribus bonorum fisci, ut vectigalia prætextu conductionis, seu administrationis recipiant, & postea metus exceptionem, vel indotationem adversus obligationem objiciunt, quomodo id procedat, est cautè admittendum.

LEX nostri Senatus Regii ordinationibus cautum est, ut quoties pro vectigalibus percipiendis aliquis obligatur ex conductione vel administratione sive Thesaurarius vel Publicanus, illorum uxores simul cum eis obligentur ne postea ab eis obligatio, & jus fiscale eludi valeat, si illæ dotem intendant recuperare, antequam debitum fiscale exigatur. 1

Sed tamen ut alias dixit Ioannes Mariana *de rebus Hispaniæ lib.13.c.11.* ibi, *Sic majorem plerumque perniciem afferunt quæ sapientissime in salutem excogitata fuisse videbantur.* Nam uxores illorum etiamsi in magnam earum utilitatem cesserit conductio, vel administratio vectigalium, quia egentes, & necessitatę rei familiaris, cum urgerentur necessaria, non solùm vitæ sed voluptati affluenti pecunia habuerunt postea, quando à maritis quod reliquum debet exigi intenditur adversus obligationem ab eis factam, metum reverentialem vel realem opponunt & in donationem, ex quibus intendunt obligationem frustrari, quæ res semper falsis testibus, dolis & fallaciis comprobatur, & me anxium semper habuit dum fisci patroni munere functus ideóque de hoc necessarium duxi aliqua notare. 2

Sciendum est, contractus metu facto mero jure valere, quasi ille, qui metu inducitur ad contrahendum, & 3

& periculo urgetur, eligat contractum facere, ut metum effugiat: nam, ut ait Seneca Tragicus *de Hercule furente actu 2.*

——Cogi qui potest, nescit mori.

Et hoc est, quod dicitur voluntatem coactâ voluntatem esse, *l. si mulier 21. §. si metu coactus 2. ff. de eo quod metus causa.* ubi qui metu adit hæreditatem, hæres efficitur, *l. si patre cogente 22. ff. de ritu nuptiarum,* ibi: *maluisse hoc videtur,* Covar. *de sponsalibus, 1. p. c. 4. §... à n. 11.* Navarr. *in manuali præludio 6. n. 4. & 6.* Mantica *de conjecturis ultimarum voluntatum, lib. 1. tit. 3. n. 11.* Molina *de ritu nuptiarum, l. 3. q. 68 n. 6.* Donellus *lib. Comment. c. 38.* ubi ex Aristotele, Loriotho, Duareno, Sturchio, Iulio Pacio, Menoch, & Felician, probavit Osualdus *in notatis lit. A,* Thuscus *practic. lit. V, concl. 280. cum sequent.*

4 Sed tamen quia metus & vis videntur adversari voluntati, *l. 1. ff. de eo, quod metus causa,* nec voluntas hæc consideratur absoluta, sed secundum quid ad evitandum periculum, propriè voluntas non dicitur ut notavit Decius *in l. velle non creditur, de regulis juris, num. 3. & 6.* Baldus *in cap. quisquis, num. 1. & 11. de electione,* Iason, *in leg. rem quæ nobis, n. 2. ff. de adquir. possess.* Butijela *in l. sciendum, num. 48. de verbor. obligat.* Menoch. *de arbitrariis, lib. 2. casu 354. num. 8.* Farinacius *quæst. 97. criminal. num. 16.* & ut inde excusetur à pœnâ ordinaria, qui coactus deliquit, *c. sacris,* & *ibi* Doctores Decius *in l. ut. vim, notab. 2. ff. de justitia, & jure,* Iulius Clarus *lib. 5. sentent. §. fin. q. 60. vers. quæro modo,* pluribus Tiraquell. *de pœnis temperandis, causa 36. n. 1.* ideò quod metu gestum est, Prætor ratum non habet, sed rescindit, *dict. l. 1.* ubi notant omnes ex Nevizano, Menochius *lib. 2. de arbitrariis, casu 135. n. 8* Bursatus *volum. 1. cons. 72.* Farinacius *in praxi criminali 1. part. tit. 1. q. 5. num. 15.* Iason. *§. pœnales, n. 10. instit. de actionibus,* D. Covarruvias *de sponsalibus, 2. part. c. 3. §. 4. num. 1.* Calder. *variar. lect. lib. 1. cap. 4.* Donellus *lib. 15. com. cap. 38.* ubi pluribus Osualdus, quamvis justissimas esse, utilissimásque, quæ admittunt valere contractus metu gestos, & æquitati congruere *argument. l. 1. ff. de pactis, l. sicut ab initio, C. de action. obligat.* notavit D. Angiano *de legibus, lib. 1. controvers. 8. num. 23.*

5 Et quibus, ut fisco, qui tot fallaciis, perjuriis, & falsis testibus in hac materia subjaceat, consulamus aliqua notanda, juxta quæ, prout rei conveniet, possit regale patrimonium defendi in occurrenti & frequentissima fraude, in omnibus obligationibus, quæ fisco fiunt, & *Primò* de metus probatione, & quomodo fieri debeat? dicendum. *Secundò,* ex quibus metus excludatur, ut fisco hoc casu nocere non possit? *Tertiò,* de metu reverentiali. *Quartò* de indotatione. *Quintò* de metu carceris. *Sextò,* an metus transeat ad tertium, qui metum illatum ignoravit, & ita possit fisco nocere?

6 Et quoad primum notari oportet metum censeri difficilis probationis: nam cum sit instantis periculi, & ejus futuri causa, mentis trepidatio, & metus dicatur, quasi mentem tenens, Mascard. *de probat concl. 1055. num. 4.* Mogollon *de metu, c. 3. §. 10. n. 10.* & cum clam, & secreto inferri solet, sufficiunt conjecturæ, indicia, & præsumptiones ad ejus probationem ex doctrina Bartoli *in l. ob turpem num. 5. & 7. ff. de condit. ob turpem causam,* Doctores communiter *in l. metum, Codic. de his quæ vi,* Baldus *in leg. solam, Codic. de testibus,* Purpuratus *cons. 282. num. 13. lib. 1.* Alciatus *regula 3. præsumptione 7. à num. 2.* Alexander. *consil. 156.* Boherius *decis. 101.* Menoch. *lib. 3. præsumptione 4. n. 5. & præsumptione 126. n. 9.* Mascard. *conclus. 1055. num. 3.* Flores Diaz de Mena ad Gammam *decis. 250.* Mogollon *de his, quæ vi metúsve causa fiunt, c. 10. §. 3. num. 5.* Thesaur. *quæst. forens. 51. num. 4.* Pereira *decis. 30. num. 8.* Surdus *decis. 294. num. 23.* Philippus Paschalis *de viribus patriæ potestatis, 3. part. cap. 2. num. 38.* Fontanella *de pactis nuptialibus, tom. 2. clausula 7. glossa 2. part. 5. num. 39.* Thomas Sanchez *de matrimonio lib. 4. disputatione 27. n. 1.* Farinac. *2. p. fragm. crimin. verbo metus, n. 181.*

Et non solùm indiciis, & conjecturis probatur, sed 7
etiam declaratione, & juramento contrahentis, quando pars adversa potẽs est, & damnum inferre potest, ut probat Seraphinus *de privilegiis juramenti privilegio 7. n. 28.* ibi: *Per juramentum quis poterit probare suspicionem sui adversarii, asserendo se perhorrescere ejus potentiam, & favorem,* juxta textum *in c. constitutum, §. cùm verò de rescriptis,* Anton. de Petra *in repetit. legis primæ, n. 363. ff. de jurejurando,* & sic timor, seu metus in tali casu probatur per juramentum, quod est notandum tanquam singulare, ut etiam observavit Decius *in l. in omnibus de regulis juris post num. 9.* ibi: *quia metus regulariter probari debet judiciis & conjecturis.*

Sed tamen cùm metus nunquam præsumatur, de- 8
bet probari ab eo, qui allegat, *l. si cum exceptione, §. in hac, l. non est verosimile, ff. de eo quod metus causa, l. interpositas, Cod. de transactionibus,* Rebuffus *2. tom. ad leges Regias, titulo de rescissione contractuum, glossa 12. n. 11.* Menoch. *lib. 3. præsumptione 126. n. 1. & 2.* pluribus Gaspar. Antonius, Thesaur. *quæstionum forensium 51. n. 2.*

Et probatio debet esse actus, qui dirigatur ad infe- 9
rendum metum in eo contractu de cujus rescissione tractatus, ut *in l. qui in carcerem, ff. de eo, quod metus causa, cap. accedens de conversione conjugatorum* ubi Innocentius *verbo verbera,* idem *in cap. cum locum de sponsalibus, n. 2.* Baldus *in dict. l. interpositas, n. 4.* ubi etiam Riminald. *n. 3.* Paris. *lib. 1. cons. 20. n. 61.* Afflictis *decis. 246. num fin.* Rebuffus *ubi proximè, glossa 22. num. 4.* Covarr. *in 4. 2. part. cap. 3. § 4. n. 15.* Rolandus à Valle *lib. 2. cons. 33. num. 23.* Farinac. *in fragmentis, 2. part. verbo metus, num. 27.* & qualis metus sit sufficiens probatio Iudicis arbitrio cómittitur, ut *in l. 3. ff. ex quibus causis majores,* ibi: *hujus rei disquisitio judicis est,* tradunt Suarez *allegat. 24. n. 6.* Menoch. *lib. 2. de arbitrariis, casu 135. & lib. 3. præsumptione 127. num. 13.* Rota *decis. 341. n. 2. p. 2. divers.* arbitriú nque ex circunstantiis, & personarum qualitate debet procedere, ut tradit Baldus, quem refert Suarez *ubi suprà.*

Præsertim in hoc casu quando uxores metum à 10 10
viris illatum allegant minis, aut aliis actibus, quia debent isti actus clarè, & manifestè à testibus explicari, ut *in dict. cap. accedens, & in dict. l. interpositas,* ubi Baldus *n. 4.* Ioannes Faber. *in §. quadrupli, n. 6. instit. de actionibus,* Mascard. *concl. 1054. num. 12.* Farinac. *dict. verb. metus, n. 168.* & arbitrium Iudicis valde movere poterit, si qui allegat metum ante obligationem protestatus fuisset: nam protestatione, & reclamatione rectè metus probatur, *cap. 1. de eo quod metus causa.* & ex pluribus juribus, & Doctoribus probavit Mogollon *dicto capi. decimo, §. tertio, n. 16.* distinguens inter protestationem, quæ post factum fit, vel quæ præcedit factum: nam hæc verè probat metum, & conservat jus protestantis, ac ejus voluntatem declarat *l. fin. Cod. de usuris pupillaribus;* Villar. *in sylva, responso 2. n. 10.* & quando qui protestari potuit, non protestatur, præsumitur non fuisse metum, ut notavit Baldus *in consil. Chismatis*

posito.

posito post rubricam, Cod. si quis aliquem testari prohibuerit, col. 12. versic. sed in contrarium, Alexand. *vol. 5. cons. 146. num. 3.* cum Bartolo & aliis Craveta *lib. 3. consil. 124. num. 6. & cons. 461. num. 4.* Tiberius Decianus *vol. 2. responso 41. num. 122.* Hondedeus *lib. 1. consil. 29. num. 12.* Angel. Iason, Crotus, Albanus, & alii quos refert Bursatus *vol. 1. consil. 72. n. 45.* Pereira *decis. 30. num. 15.* Tuschus *lit. M, conclus. 223. num. 22.* Thomas Sanchez *de matrim. lib. 4. disputatione 18. num. 8.*

11 Secundum verò quoad illud, quod metus exceptio excludatur, dicendum est regulariter contractum sponte factum præsumi, nisi manifestè contrarium probetur, *l. 2. Cod. de his, quæ vi, metúsve causa fiunt,* Alciat. *in tractat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 7. n. 1.* Rebuffus *in comment. 2. part. titulo de rescissione contractus, glossa 12. num. 11.* Scribentes *in l. interpositas 13. Cod. de transact.* Innocent. & Canonistæ *in cap. causam Matrimonii de officio, & potestate judicis delegati,* Antonius Gomez *2. tom. variar. cap. 14. num. 24. ex versic. sed his non obstantibus,* Mascardus *de probation. conclus. 1055. & 1056. in principio in novissimis,* Cardinalis Mantica *de conjecturis ultim. volunt. lib. 2. tit. 7. num. 2.* Menochius *lib. 3. præsumpt. 126. num. 33. & 34. cum sequentibus,* Bursat. *consil. 72. num. 12. vol.* Burgos de Paz *consil. 7. n. 10.* Hippolyt. Riminald. Iunior *cons. 815. n. 43. vol. 7.* Hondedeus *consil. 29. n. 9. lib. 1.* D. Castillo *lib. 3. quotidianarum controvers. cap. 1. num. 95.* Cardinalis Thuscus *tom. 5. liter. M, concl. 223.* Sesse *decis. 60. num. 6.* Thesaurus *quæst. Forens. q. 51. num. 2.* & ideò potentia, vel dignitas adversarii non facit præsumi metum, vel impressionem, *l. ad invidiam, Cod. de his, quæ vi,* eis verbis: *Quod ad metum arguendum, per quem dicis initum esse contractum Senatoria dignitas adversarii tui sola non est idonea.*

12 Excluditur enim præsumptio metus, quando intervenit auctoritas Iudicis, vel Regia, ut solet intercedere in his obligationibus, quas mulieres uxoratæ, pro fisco faciunt: nam ex praxi coram Iudice adducuntur, ibique interrogantur, an per metum, aut aliter compulsa mulier ad obligationem veniat, & ideo quasi Rege fovente, & ejus auctoritate obligatio fit, quo casu omnis fraudis, vel metus suspicio excluditur *l. 1. Cod. de his, qui per metum judicis non appellarunt,* ibi: *in sacro enim comitatu nostro nihil timere potuisti, l. omnium, C. de testamentis, l. non est verosimile. ff. de eo quod metus causa,* Bart. *in l. 1. C. de prædiis decurion. lib. 10.* Platea *in l. si quæ hæreditates, C. de vendēdis rebus civitatis, lib. 11. n. 2. & in l. probatorias, per illum textum, C. de diversis officiis, lib. 12. n. 2.* Craveta *lib. 1. cons. 114. n. 2. & lib. 2. cons. 253. n. 8. in fine,* Socinus *lib. 3. cons. 59. in principio,* conducunt plura, quæ congerit Rolandus *lib. 2 cons. 83. n. 33. cum seqq.* & ex præsentia Superioris excludi omnem metum multis probavit Menoch. *cons. 508. n. 26.*

13 Deinde etiam metus excluditur, si postquam metus intervenit qui eum passus actum ratum habuerit, *l. 2. C. de his quæ vi, l. 28. tit. 11. l. 49. tit. 4. partit. 5.* Bart. *l. 1. in principio, ff. de his quibus ut indignis,* Mascardus *concl. 1261. n. 36. & 37.* Menochius *cons. 1003. n. 87. lib. 1.* Trentacinq. *lib. 1. Variar. titulo de his quæ vi, resolut. 1. n. 41.* Menasses *in l. interpositas, n. 22. C. de transact.* Ant. Faber, *in suo C. lib. 2. tit. de his quæ vi, definitione 3. pag. 93.*

14 Et observantiâ subsequutâ purgari metum & probari consensum, & ratihabitionem, tenuerunt Socinus *lib. 3. cons. 4. n. 22.* Parisius *lib. 1. cons. 60. n. 10.* Decianus *lib. 2. responsi. 41. n. 123.* cui traditur metum purgari ex actibus geminatis, quoties ex contractu metu celebrato, pluries executio & solutio facta fuit *arg. legis 1. §. quæ onerandæ, ff. quarum rerum actio non detur.* Bart. & Doctores, *in l. pacta novissima, Cod. de pactis.*

Et quamvis aliqui tenuerunt ratihabitionem, vel 15
receptionem pretii ex contractu meticuloso illum approbare, quando id procedit mortuo vel sublato de medio marito qui metum intulit, & sic mulier videretur esse in libertate, Bursatus *lib. 1. cons. 72. & n. 27.* Natta *cons. 350. n. 16.* Hieronymus Gratus, *cons. 20. n. 8. & responso, 38. n. 5. lib. 2.* Raudensis *1. p. dec. 51. n. 21.* Iosephus Ludovic. *dec. 18.* sed tamen id rectè explicuit Panormit. *in c. 1. de his quæ vi,* eis verbis: *Hoc intelligo quando maritus erat ita potens, quod verosimiliter timuit, sed si mulier potuisset fugere ad locum tutum, non esset excusata toto tempore mariti vitæ.*

Et præcipuè id locum non habebit in uxore divi- 16
te & nobili, & quæ cum marito paupere uxorata, nam ea quæ virum pascit Domina esse putatur non Socia, juxta Franciscum Petrarch. *de remediis utriusque fortunæ lib. 1. dialogo 68.* & antea tradiderunt Plautus, *in Asinaria* ibi: *Argentum accepi dote imperium vendidi,* plura Nevizanus *in Sylva nuptiali lib. 2. n. 54. & 55.* Æneas Robertus *lib. 2. rerum judicatarum, cap. 4. in 2. part.* & ideò etiamsi uxorata cum milite quem metum incussisse dicebat, & cujus status ferox & terribilis existimatur in jure juxta Cassaneum *Cathal. gloriæ mundi 9. part. consideratione 29.* D. Solorçanus ut solet doctissimè *in tractatu de Indiarum jure tom. 1. lib. 3. c. 6. n. 43.* tamen tradit Thesaur. *qq. forens. lib. 1. q. 51. n. 21.* quia uxor ex contractu utilitatem percepit, etsi minæ, & verbera præcessissent mariti Capitanei, adhuc contractum censeri approbatum nec rescindendum, & ex decisionibus Monter. à Cueva, & Vivii probat.

Ex quibus non solùm ex ratihabitione expressa 17
vel geminatione actus, metus excludendus; sed etiam ex tacita quæ resultat ex utilitate, quam ex contractu percepit, qui metum allegat quia potius volens quàm coactus quis facere videtur quod ei utile, ut notatur communiter per textum *ibi, in l. cum te, 2. C. de his quæ vi,* Innocentius *in c. diversis, de Clericis conjugatis* ex Bartolo & Nicolao de Neapoli. Bertachio *verb. præsumitur factum, num. 5.* & licèt in aliqua parte actus meticulosus noceret, tamen si generaliter utilitatem ex eo percepit, sustinebitur propter eam, ut *ex l. 61. Tauri* tenuerunt, Gutierrez *practicarum lib. 2. q. 29. n. 4.* Cevallos, *communium quæstionum q. 277. n. 29. 41. & 42.* Gamma *dec. 250. n. 4.* Stephan. Gratianus, *1. tom. disceptationum, c. 108. n. 13.* Gaspar, Thesaurus *decis. 223. à n. 13. ad finem, & quæst. forens. 51. n. 18.* & ex pluribus Velasco *de privilegiis pauper. p. 1. q. 48. n. 9.*

Et fundamentum hujus regulæ est, ut qui locu- 18
pletior factus remaneat obligatus, *l. naturaliter, §. ultimo. ff. de condict. indebiti, l. 3. §. Pupillus. ff. de negotiis gestis, l. furiosus ff. de obligat. & actio. l. 3. in principio, ff. commodat. l. 1. §. an in pupillum. ff. depositi, l. Pupilli, ff. de solut. l. quamvis, §. ultim. ad Velleianum, l. ultima Codic. de usucap. pro emptore,* quia nemo cum alterius jactura debet locupletari, *l. nam hoc natura. ff. de condict. indebiti, l. bona fides, 50. ff. de actionibus empti, l. jure naturæ, 206. de regulis juris, cap. locupletari de regulis juris lib. 6. l. 17. tit. 34. partit. 7.* & tunc dicitur obligationem utilem esse & mulierem factam locupletem, quando aliquid) illius obligationis causa) adquisierit quod bona ejus augeat, *l. cum fundo, 31. §. seruum ff. si certum petatur, l. si seruus, 24. §. seruum, de actionibus empti,* sive apud se adquisitum habeat, sive in corpus patrimonii illud conversum sit, *l. si*

si ipsa, 18. *ff de eo quod metus causa*, *l. uxor marito*, 55. *de donat. inter*, docent Pinellus *in l.* 2. 2. *part. cap.* 4. *num.* 64. *Cod. de rescind. venditione*, Donellus *lib.* 19. *Comment c.* 14. *versic sane si quo modo*, & *ibi* Osuald. *lit. Q*, Antonius Faber *lib.* 8. *conjecturarum*, Schisordegerus ad Fabrum *lib.* 2. *tractat.* 29. *cap.* 2. & 30.

Sed etiam metus excluditur, quando ille qui facilè potuit protestari metum, quoad faciendum contractum inducebatur illum protestari omisit, quia tunc videtur approbare contractum cum metus expressionem facere potuit, ut in terminis notavit Craveta *cons.* 120. *num.* 6. & *cons.* 253. *num.* 6. & non præsumi metum passum illum qui amisit protestationem ex Bartolo, Baldo, Alexandro, Tiberio Deciano, Hondedeo, Angelo, Croto, Iasone, Albano, Bursato, Pereira & Tusco notavimus *suprà n.* 10. & ex Navarro tradit Thomas Sanchez *de matrim. lib.* 4. *disputat.* 18. *num.* 8. 19

Tertiò principaliter quod attinet ad metum reverentialem qui usitatissimus in hoc casu, notandum est, illum considerari in filiis respectu parentum, in uxore circa maritum, in servo respectu domini, & in vassallo, vel aliis quibuscumque qui debent reverentiam ei pro hoc obligantur, sed tamen id non sufficere probari videtur *ex l. interpositas Cod. de transact.* ubi agens de contractu inter dominum & servum celebratum, tradit hæc verba: *advim tamen & dolum arguendum qualitas causæ principalis non sufficit, undesi nihil tale probari potest consensu quæstiones terminatas minime instaurari oportet.* 20

Et facit *l. ad invidiam*, *Cod. de his quæ vi*, ubi dignitas adversarii ad metum probandum non sufficit, nisi aliunde appareat, & ideò metum reverentialem probandum esse, videlicet, ut præcedant verba, vel minæ, quæ si probentur, reverentia sola non sufficiet, ut *ex l.* 1. *§. quæ onerandæ ff. quarum rerum actio non detur*, ita eam intelligendo notarunt Bart. & Bald. *ibi*: & idem Bald *in d. l. ad invidiam*, Afflictis *decis.* 99. *n.* 4. ex Alex. & Parisio Mascard, *de probat. conclus.* 1055. *n.* 16. cui adde, quæ notarunt Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 123. *num.* 1. idem Mascard. *conclus.* 1003. *n.* 13. Thuscus *practicarum*, *concl. in lit. M*, *concl.* 223. *n.* 17. Farinac. *fragment. crimin. verbo metus*, *n.* 167. Fontanella *ubi suprà n.* 38. Surd. *decis.* 194. *n.* 22. 21

Et *ex cap. ex literis de dispensatione impuberum*, ibi: *Minis parentum impulsa*, *c.* 2. *de pactis*, *n.* 6. *c fin. qui Clerici*, *vel voventes. cap. puella*, 20. *quæst.* 1. ibi: *Coacta imperio parentum*, *l. si Patre cogente* 22. *ff. de ritu nuptiarum*, *l fidejussor* 26. *§. Pater Seii*, *ff. de pignoribus. l.* 10. *tit.* 1. *partit.* 4. in quibus omnibus videtur insinuari manifestè non sufficere, patris reverentiam, ut contractus rescindatur, sed præcedere oportere minas, vel alia, quæ justum metum inducerent, ex quibus Abbate, Ancharano Cardinali, Alex. de Nevo, Ioanne Andrea, Felino, Decio, Baldo, Fulgosio, Curtio, Romano, Molina, Matienzo, & plus quàm centum Doctoribus relatis ex Theologis Canonistis, & juris Cæsarei professoribus latissimè probavit Thomas Sanchez, qui pro omnibus videndus, qui hanc sententiam multò veriorem credit *lib.* 4. *de matrimonio*, *disput.* 6. *n.* 7. qui videndus etiam *n.* 18. & præter ab eo adductos probarunt Farinac. *in fragmentis*, 2. *part. verbo metus*, *n.* 125. Fontanel. *de pactis nuptialibus*, *clausula* 7. *glossa* 2. *part.* 5. *n.* 34. D. Castillo *lib.* 3. *controvers. cap.* 1. *num.* 158. Burgos de Paz *consil.* 15. *n.* 30. & 32. Carolus Grassis *de exceptionib. exceptione* 11. *n.* 11. Fachin. *lib.* 2. *controv. c.* 96. ex Felino, Aimone, Craveta, & aliis Gratianus *tom* 1. *discept. cap.* 108. *num.* 51. Mogollon. *de metu*, *c.* 4. *n.* 29. & 34. & etiam si læsio interveniat cum metu reverentiali, si minæ non probarentur adhuc contractum non esse rescindendum ex Cevallos & aliis probavit Iosephus Ramonius *consil.* 93. *per totum.*

Sed etiam opinio contraria eorum qui tenuerunt sufficere metum reverentialem *ex dict. l.* 1. *§. onerandæ*, *l, penult. ff. de furtis*, maximè si instantes preces Superioris interveniant, aut læsio ex contractu resultet probata ex eis, quæ notarunt Gutierrez *de matrimonio*, *c.* 77. *n.* 15. Pascal. *de viribus Patriæ potestatis*, 3. *p. cap.* 2. *n.* 37. Basilius Poncius *de matrimonio*, *lib.* 4. *c.* 5. *n.* 2. Domin. Castillo *ubi suprà*, *dict. c.* 1. *n.* 151. *& lib.* 4. *c.* 22. *n.* 29. & 30. ex Molina, Padilla Gamma, Borrellus *consil.* 4. Ioannes Garcia *de nobilitate. gloss.* 17. *n.* 9. Thesaurus *decis. Pedemontanæ* 223. *n.* 9. vel quoties maritus nimis rigidus, & qui solet uxorem cogere, vel in eam minas exequi, fuerit præsens contractui, juxta quod notarunt Vincentius de Franchis *decis.* 15. *n.* 21. & 23. Caldas Pereira *in l. si curatorem habens*, *verbo lasis*, *num* 40. *C. de in integrum restitutione*, Osascus *decision. Pedemontanæ num.* 4. 23

Sed in hac opinionum controversia, ultra quàm veriorem eam, quæ minas requirit, aut verbera probari cùm metu reverentiali tenuit Sanchez, ejus etiam distinctio *dict. l.* 4. *de matrimonio. disp.* 6 *n.* 6. circa id poterit admitti, dum distinguit, quando contractus celebratur cum ipso, cui debetur reverentia, vel ad ejus utilitatem, tunc enim poterit contractus rescindi ob solùm metum reverentialem: nam cùm is cui reverentia debetur, fuit causa metus, & ideò particeps doli in ejus utilitatem, gestum rescindi oportet; at verò quoties contractus non geritur cum eo, cui reverentia debetur, id est, cum patre, domino, vel Superiore, cui reverentia, vel obsequium debetur; nec solùm in ejus utilitatem cedit contractus, sed correspectivus est ad utriusque commodum, ut quando quis vectigalia fisci conducit, vel ejus bonorum administrationem suscipit, tunc cùm metum non inferat secus dicendum, ut sola reverentia non sufficiat, sed minæ, verbera, & vera metus illatio probanda, ut post Baldum, Ancharanum, Romanum, Barbatium, Sarmientium, & Suarez refert Sanch. *d. n.* 6. 24

Quartò, huic affine est, quando agitur, ut indotatio mulieris rescindat contractum, maximè si concurrat cum metu reverentiali: nam quoties ex obligatione, quam mulier facit pro marito, in qua semper pro eo fidejubere præsumitur, Thesaurus *decis.* 123. *n.* 2. Mastrillus *decis.* 41. *n.* 33. & *decis.* 140. *n.* 3. Anton. de Amatis *decis.* 27. *n.* 11. & 12. Manentos *consil.* 96. *n.* 7. & Molfesius *ad constitutiones Neapolitanas tom.* 2. *part.* 8. *titulo de consensu mulieris. q.* 6. *n.* 13. & 14. si ergo ex hac obligatione cùm debitum exigatur, uxor manet sine dote, tunc debet rescindi obligatio, Thesaurus *lib.* 1. *quæstionum forensium*, *q.* 51. *n.* 29. Amatis *decis.* 62. *n.* 14. Farinac. *dec.* 247. *n.* 7. & 851. in impressis anno 1632. Marescotus *l.* 2. *variarum*, *cap.* 5. *n.* 15. & *seqq.* Anton. Faber *in tit. C. ad Velleianum*, *definit.* 10. Mancinus *de effectibus juramenti*, *effectu* 28. *part.* 4. Gratianus *discept. c.* 108. *n.* 8. & *seqq. lib.* 1. & *tom.* 4. *cap.* 723. *n.* 11. & *decis.* 165. *n.* 7. Farinac. *lib.* 2. *consiliorum*, *decis.* 74. *n.* 1. Seraph. 2. *part. decis.* 1187. *n.* 2. Trentacinq. *lib.* 3. *n.* 11. & *de jure dotium*, *resolutione* 5. *num.* 10. Costa de ratione *ratæ*, *quæst.* 42. *num.* 8. Molfesius *ubi suprà*, *n.* 10. & 16. Avendaño *de censibus*, *cap.* 94. *num.* 12. & 13. Cevallos *communium*, *quæst.* 727. *n.* 3. 25

& quæst.900,num.4. Cæsar Manent. *conf.94.n.11.* Fabius Turretus *lib.1.conf.78. num.* 23. Cancerius *lib.3.variarum,cap.1.num.105.& cap.15.num.106.* D.Castillo *lib.3. controvers.cap.2.n.27.* qui ita judicandum esse testantur, quibus addendus Fontanella *de pactis nuptialibus,clausula 7.glossa 2.n.27.p.6.* qui hanc sententiam semper admissam in Senatu Catha loniæ testatur.

26 Veruntamen, quoties juramento obligatio mulieris confirmatur,est communis opinio,ut licet mulier maneat indotata, adhuc contractus firmitatem debet obtinere, ut probarunt Ancharanus *in cap. quamvis pactum,de pactis,l.6.* Imola *in cap.cum contingat,n.12.de jurejurãdo,* Alex.*l.1.conf.123.* incipit: *Visis & consideratis,& l.2.conf.221.* incipit: *Visa facti narratione,* Palacios Rubios *in repet. rubricæ de donat.inter, §.17.n.fin.* verba: *Tanta quippe est juramenti vis,* Afflictis qui sic fuisse judicatum refert *decis.311.n.4.* & tradit communiter teneri per Canonistas, & etiam communem tradit Alciatus *in d. cap.cum contingat, n.64.* Rolandus à Valle *vol.2. conf.70. n.20.* & magis communem tradit Bursatus *lib.1 conf.56.n.5.* & veriorem opinionem Thesaurus *decis.223.n.12.& c.13.* & pluribus relatis Barb. *in l. 1. 5 part.n.51.ff.solut matrimonio,* & facit Textus *in dict.cap.cum contingat.* ubi sine distinctione, an uxor maneat indotata, vel non, jubentur observari contractus, qui juramento firmati, ex quibus mulieres uxoratæ bona dotalia alienarunt, quem ad hoc expendunt Palacios Rubios, & alii *in d.§.17.n.fin.* & probatur etiam *cap.licet mulieres, de jurejurando,* ubi nulla ratio habetur indotationis, nisi vi, aut dolo fuerit facta alienatio.

27 Rursus, nam si in utilitatem uxoris conversa fuerit obligatio, si fortè maritus egenus erat, & pauper, eique necessaria subministrare non poterat, & ex conductione, vel administratione vectigalium statum suum, & uxoris sustinuit, tunc cum pro fisco obligatur mulier, tenet obligatio, & fidejussio, ex Textu expresso *in l.61.Tauri,* ibi: *Salvo si se probare que se convirtio la tal deuda en provecho de ella,* & iterum ibi: *Si no fuere la dicha fiança obligacion a man comun per maravedis de nuestras rentas o pechos o derechos de ellas* in qua lege Tauristæ tenent in fisci favorem corrigi jus commune, ut expressè notavit Anton. Gomez in ea,*n.6.* quia nec pro debito fiscali mulier poterat pro marito fidejubere, *auth. si qua mulier, C.ad Velleianum.*

28 Præterea circa id qui contrariam sententiam, quæ indotationi suffragatur, sequi velit læsionem & damnum indotationis attendere oportet tempore, quo obligatio contracta. nam illud quod postea evenit, non est in consideratione *l.verum,§. sciendum ff. de minoribus,* eis verbis: *Non enim eventus damni restitutionem indulget, sed inconsulta facultas,* & in omnibus contractibus ad læsionem illorum tempus consideratur, *cap.cum dilecti de emptione, & venditione, l.si voluntate, C.de rescind.vendit.* cum *ibi* communiter Doctores notatis junctis, quæ ex Alexandro, Alberico, Boherio, & Covarruvia, Signorolo Novello, & Ripa refert in terminis Barbosa *in l.1.5. p.n.50. ff. soluto matrimonio,* & in terminis, quando uxor intendit rescindere obligationem ex prætextu, quia manet indotata attendi oportere tempus contractus, tenuit Barbosa *ubi proximè, n.52.*

29 Sed & quoties admitteretur rescindendam esse obligationem ex indotatione, & si plures obligationes fecerit uxor, non omnes rescindi oportere, sed eas solùm ex quibus processit indotatio, tenuerunt Bart. *in l.1. C.de inofficiosis donationibus, num.5.* ubi Bald. *num.8.* Salicetus *num.4.* Castrensis *num. 6.* qui hoc probant in remedio inofficiosæ donationis, & in terminis nostris in obligatione facta à muliere uxorata sic fuisse in Senatu Pedemontano judicatum refert Gaspar. Anton. Thesaur. *in addit.ad dictam dec. Antonii Thesauri 223.& quæst.forensi 65.n.4.* sequitur Fontanella *de pactis nuptialibus, clausula 4. glossa 23. num.21.* qui in eadem sententia persistit *2.tom clausula 7.gloss.2.6.part.n.19. cum sequent.& num.36.*

Sed & probari oportet rem, quæ obligatur, esse dotalẽ; nam de jure non præsumitur dos, nisi probetur, ut tenet Bart *in disputatione, quæ incipit. mulier habens, versic.secundo casu,* & communem opinionem contra Glossam *in l. mulier bona, ff. de jure dot.* tenuerunt Decius *in authent.præter ea, num.6.* & *ibi* Curtius Iunior *n.12. C.unde vir & uxor.* Purpuratus *in l.ex conventione,n.78. C. de pactis,* Covar. *in 4.1. p.cap.5 n.5.* Barbosa *in l.1.3.part.in fine.ff soluto matrimonio,* & ad hoc, ut indotatio consideretur, nõ debent attendi bona Parafernalia uxoris; sed solum ea, quæ in dotem constituuntur, ut probavit Fontanella *de pact.nuptialibus, 2.tom. claus.7. glossa 2. part.6. num.42.*

Animadvertendum etiam est, quod nobis maximè congruet, ut indotatio non possit opponi à muliere ei obligationi, quam ipsa ex decore sui status facere tenebatur, videlicet in nostro casu, si maritus fisco deberet, & in carcere esset, quando uxor pro eo redimendo se fisco obligaret, quia tunc cùm uxor una caro cum viro, vitæ mortisque socia sit, & quod contra unius honorem, cedit in injuriam alterius, *l.3.ff.de liber.causa, l.& si unius, §. præter. ff. de injuriis,* tenetur præcisè excarcerari, & maritum liberum reddere ab omni periculo, quo vita, fama, & opinio, mariti possit in discrimen adduci, ut probatur Textu expresso *in l.quamvis, 21.ff.soluto matrimonio* juncta *l.sed & ideo sequenti,* ibi: *Sed si maritus ex dote expendit, ut à latronibus redimeret necessarias mulieri persolvas, vel ut mulier vinculis vindicet de necessariis suis aliquem, reputetur ei id, quod expensum est, sive pars dotis sit pro ea parte, sive tota dos sit, actio dotis evanescit, l.mutus,§ manente ff.de jure dotium,* & ex ordinariis *in dict.l.quamvis,* docent Bart. *per totam legem,* Alex Bartol. sequutus *in principio, & in n.11 versic.teneo,* Bald. *in dict. l sed & si ideo, in principio,* & Cumanus omnino videndus *in dict. l.quamvis,* & ex consulentib. Ioan. Cephalus *l.1. consiliorum, consil.51.n.21.* eleganter Crotus *cons.74. n.11.l.1.* Natta *cons.547.n.19.* Petrus Surd. *cons.367. n.14.* Beroius *cons.48.n.13.* Bald. in specie loquens *cons.5. vol 5.* Riminaldus Senior *cons.37. num.16.* & pluribus relatis Rota Romana *diversorum, 2. part. decis.63. num. 5. in novissimis,* Gamma qui refert ita decisum fuisse *decis.318. per totam,* & ejus additionator plures allegãs *in additione ad decisionẽ 21* & multos referens Stephanus Gratianus *disceptationum forensium, tom.1.c.108.n.4. per tot.* Vincent, de Franchis omnino videndus *decis.227. per tot.* & præcipuè *n.4.* Petrus Surdus *decis. 86. n.4. post medium,* Statilius Pacificus *in tractatu de Salviano, interdicto. decis.171. per tot.* omnino videndus, & ex nostris Gregorius Lopez *in l.3. titulo 12. part.5. verbo por raçon de libertad,* Barbosa *in l.2. soluto matrimonio, 2. part. num.11.* Alvarado *de conjecturat. mente defuncti, lib.3.cap.1.num 23. per totum,* & præcipuè *versic. ex his,* Baëza *de inope debitore, c.3. num.18.*

Quorum omnium resolutio procedit non solum quando actualiter in carcere est maritus, sed etiam quando

quando ſperatur,vel timetur in carcerem duci,ut tradunt ferè omnes Doctores *ſuprà* relati, & præcipuè hoc in terminis defendunt Riminald. Senior. *conſ.* 37.*n.*16. quem ſequitur ſimilibus comprobans Surdus *conſil.* 367. *n.*18. *uſque ad num.*26. Stephanus Gratianus *dict.cap.*108.*num.*16.*&* 17.cum par officium neceſſarium pietatis pro impediendo, ne quis carceretur, nã quam pro excarcerãdo,& regulare ſit, quod pro actu habeatur potentia quæ actui eſt proxima, *l.penult.*ubi Bald. *ff.de teſtament.militis*, gloſſ. & Bart. *in l. divortio*, §. *interdum*,*ff.ſoluto matrimo.*

Quod etiam procedit licet maritus non eſſet in
33 carcere, ſed abſens ſit pro aliquo delicto, ut poſſet ejus timeri carceratio,tenetur uxor bonis ſuis efficere, ne maritus in carcerem recludatur & ipſum liberare,ut ex communi & magis recepta opinione tenet Campegius *de dote* 3.*p.q.*12.*per totam*,ex Iaſone Cepola, Imola, Rota Romana,Petro Surdo,& aliis Gratianus, *ubi proximè*,num.34.& cum Riminaldo ſeniori & Baldo *num.*16.17.*&* 18.debet enim uxor honorem mariti præponere commodo dotis, Gamma *dicta deciſ* 318. *num.*2. ibi : *Idem dicendum eſt quando ageretur de liberando marito ab infamia,uxor enim commodo dotis præponere debet honorem mariti.*

34 Ex quo in jure hæc cauſa ut ſufficiens probatur ab alienanda bona dotalia,quæ alias per legem Iuliam de fundo dotali alienari prohibentur,ut prætet Doctores *in dicta leg.quamvis*,tradit Bald.Novellus *in tract.de dote* 7.*p.privil.*1.*n.*8.Franch.*dec.*137. *n.*4.idem Novellus 6.*p.privil.*63.*&* 7. *part. privil.* 34*n.*3. Campegius *ubi ſupra*, Gamma *ubi proximè*, & ejus additionator *ad deciſionem* 321. Gratianus *dict.cap.*108.*n.*1.2.*&* 3.

35 Idque procedit etiamſi uxor non conſenſerit ſimili alienationi, ſed illam contradicat, Campegius *ubi proximè*,*quæſt.*11.*n.*1. Gamma *dicta deciſ.*318. eis verbis : *Quod non ſolum procedit quando mulier voluntate ſuâ dotis partem alienaſſet ad liberandum maritum à carceribus, ſed etiam quando illa contradiceret alienationem.*Gratianus *dict.c.*108. *num.*25. *verſ. amplius etiam.*

36 Quod inde provenit, quia id facere uxor debet pro liberando marito,& quoties ejus ſtatus periclitatur, cum etiam tunc in diſcrimẽ veniat ſtatus uxoris,tunc omnino metus exceptio cauſare oportet,*l. ſi mulier*, 21. *ff. de eo quod metus cauſa* ibi : *Si mulier contra patronum ſuum ingrata facta, ſciens ſe ingratam cum de ſuo ſtatu periclitabatur, aliquid patrono dederit vel promiſerit, ne in ſervitutem redigatur, ceſſat edictum.* & ideò non præſumi metu coactum mulierem, quæ pro excarcerando & liberando marito contraxit,ut ex Covarr. & Palat. Rubios,tenuit Alvarado *d.c.*1.*n*23. *verſ. quæ concordia.*

37 Et ex eo quando uxor obligatur pro minorandi pœna mariti, vel eum liberando à carcere,non dicitur uxor fidejubere, nec donare, ſed debitum proprium ſolvere,Cumam *in dict. l. quamvis*, *ff. ſoluto matrim.* ubi Alex. *num.* 15. Petrus Surdus *conſ.*367. *n.*14.37.*&* 38.ex quo facilè contra fiſcum hæc fraus quæ frequens eſt in his obligationibus,quæ pro maritis uxores faciunt, in cauſis fiſcalibus excludi poterit, & in dotationem quam opponunt, quippe cùm debitor eſt maritus fiſco, & poteſt carcerari uxor etiam nolens & in vita debeat pro eo liberando dotem expendere.

38 Rurſus quamvis hæc ratio non procedat cùm à principio maritus vel conduxerit vectigalia,aut Regalis Patrimonii adminiſtrationem ſuſceperit, & tunc cum eo uxor ad reddendam rationem & reliquum ſolvendum obligetur tamen etiam metus exceptio & indotatio excludenda,ſi conſtaret maritum non poſſe neceſſaria uxori ſubminiſtrare ex paupertate & ex bonis Regiis quæ adminiſtravit, vel conduxit alimenta,vel neceſſaria uxorem habuiſſe, quæ aliàs non haberet : nam ad hæc debita quæ in ejus utilitatem converſa,uxor cum ſua dote eſt obligata, Bart.*in l.his ſolis*,*ff.de cõdict.indebiti*,& hanc ſententiam *ibi* ſequuti ſunt Angelus *n.*1.& Iaſon *n.*2.idem Iaſon *in l.ſi cùm ſervum*,*in princip.ff.ſi certum petatur*,*&* *in l.ſi me & Titium*,*n.*3.*ff.eodem*, Platea *in l. uxorem*,*Cod.de Decurionibus*, *l.*10. Ludovicus Romanus *ſingulari* 213. Zepola *cautela* 246. Palacios Rubios *in rubrica*,*de donat.inter vir. & uxor*, §. 66. *n.*6.*&* *in l.*61.*Tauri*,*n.*12. & ibidem Caſtillo *n.*24. Matienzo *in l.*3.*tit.*9.*gloſſa* 7.*n.*5. *&* *in leg.*9. *tit.* 3. *gloſſ.*4. *n.*2.*lib.*5.*Recopilat.*& *ibi* etiam Azeved.*n.*31. 32. *&* 33. Lara *in l.ſi quis à liberis*,§.*ex his*,*à n.*83. *cum aliis ſequentib*,*ff.de liberis agnoſcendis*,ubi contrariis argumentis ſatisfacit, latè Bacça *de inope debitore*,*c.*1.*n.*53.*&* 54.Cevallos *in communibus*, *tom.* 2.*quæſt.*723.*à n.*41. *&* *tom.*4. *quæſt.* 900. *n.*41. *&* *aliis ſequentibus*,Parlador *in ſeſquicenturia differentia* 2.§.2.*n.*3.*&* 3. Petrus Barb. *in l.ſi conſtante in principio.n.*52.*ff ſolut.matrim.* Petrus Surdus *de aliment.tit.*8. *privil.*48.*n.*5.*&* 6.*&* *conſ.*367.*n.*28. *&* *conſ.*420. Stephan.Gratian. *diſceptationum forenſium*, *tom.*2.*c.*107.*à n.*2.Vincent. Carrot. *dec.*128.

Quintò, quod attinet ad metum carceris breviter 39
expediendum eſt:nam quod traditur *in l qui in carcerem.ff de eo quod metus cauſa*, nullius momenti eſſe quod in carcere fit,ita accipiendum eſt, quoties aliquis alium in carcerem detruſit,ut facere cogeret, quo caſu meritò non valet,quod agitur, quia licet quis juſtè aliquem in carcerem detrudat, tamen quia abutitur juſtitia meritò nullius momenti eſt, ut notarunt Bart.& Bald.*in dict.l.qui in carcerem*,ubi Scribentes communiter,Covarr.*in Epitome de ſponſalibus* 2.*part.c.*3.*n.*15.*ibi*: *Eſt enim intelligendum quãdo detruſio in carcerem fuit injuſta,vel ſi juſta,ad illum tamen actum contrahendi illata*,& reddit rationẽ, quia etſi juſtè poterat aliquis ad Iudicem deferri,tamen quia metus ille juſtæ dilationis illatus eſt ad illum contractum agendum nullum timorem habenti, ideò contractus eſt nullus, cum contrahens nullum metum ſibi intulerit, ſed ab alio metus illatus fuit,probarunt Menoch *de arbitrariis*,*lib.*2. *centuria* 2.*caſu* 136. *n.*3.Maſcardus *de probat.concluſ.*1055. *n.*30.Farinac. *in practica criminali*,1.*part. titulo de carceribus*,*quæſt.*35. *num.*26. Sanchez *de matrimonio*, *lib.*4. *diſputatione* 5.*n.*9.Gutierrez *de juramento confirmatorio*,3.*p cap.*57.

Et denotat expreſsè textus *in dict. l. qui in carce-* 40
rem,ibi:*in carcerem quem detruſit*,*ut aliquid ab eo extorqueret*,quaſi nõ ut uteretur jure ſuo,carceratio conſideretur,ſed ad extorſionem faciendã,ideo nullũ redditur.quod geſtum eſt,at verò quoties,ut non extorqueret aliquid à debitore, ſed ut ſuo jure uteretur,cum creditor in carcerem detruſit, nullus non debet contractus cenſeri, quia nulla culpa eſt ex parte incarcerantis,ſed debitor ſibi metum intulit.*argumento legis*,*ſi mulier* 21.*ff.de eo*,*quod metus cauſa*, & facit *l.accuſationis* 10.*Cod.de his*, *quæ vi.* ibi:*accuſationis inſtitutæ*,*vel futuræ metu alienationẽ*,*ſeu promiſſionem factam reſcindi poſtulantis improbum eſt deſiderium*, tenuerunt Bart.*in dict.l. qui in carcerem* & communiter eſſe receptum refert Maſcardus *ubi proximè*,*n.*31. Farinacius *dict. q.*35.*n.*28 & Gutierrez *d.cap.*57.& cum in fiſco non poſſit conſiderari, ut contra debitorem ſuum eo prætextu in carcerem mittat, ut ab eo injuſtè aliquid extorqueat,

ideò dicendum est sine dubio valere, quod in carcere cum fisco gestum fuerit.

41 *Sextò* denique quod attinet, an fisco nocet metus illatus à marito uxori, quando bona fide fiscus contraxit, & metum ignoravit, & de eo particeps non fuit, est notanda *l. non interest, Cod. his, quæ vi,* ibi: *Non interest à quovis adhibita sit patri & Patruo tuo; utrum ab emptore, an verò sciente emptore ab alio ut vi metúsve possessionem vendere cogeretur*, quia cum illud verbum, *sciente emptore* sit ablativus absolutus inducit necessitatem præcisam ex ejus significatione ad tradita per Doctores *in rubrica. ff. de lib. & posthumis*, facit textus *in l. à testatore, ff. de condition. & demonstrationibus*, ubi communiter notatur.

42 Et hanc sententiam probavit glossa celebris *in l. qui in carcerem, verbo quidquid. ff. de eo quod metus causa*, ibi: *Verum est à detrudente, vel ejus participe, & non ab alio*, glossa *in leg. 2. verbo removeri, Cod. si quis aliquem testari prohibuerit*, ibi: *Sed quid si quis cõpulerit, ut me instituas, an hæreditatem habebo, quæstio Sabatina esse potest, nam in alienum lucrum converti alienum metum nõ oportet. ff. quod metus causa, l. si cum exceptione, §. Pedius, puto tamen non nocere hæredi instituto secundùm Hugonem, & Iasonem l. 1. Cod. eodem titulo, si quis aliquem, n. 3.* Bart. *in dict. l. qui in carcerem, n. 1. & ibi* Bald. *prima lectura, versic. secus si cum tertio*, & cum Alberico, Paulo Castrensi, Ursillo, Natta, Guido Papa, & aliis tradit Farinac. *in praxi, 1. part. de carceribus, & carceratis, quæst. 35. n. 31. & 33.* Aimon Craveta omnino videndus *consil. 120. per totum, & consil. 378. n. 7. cum sequent.* ubi de prædictis disputans *num. 6.* tradit hæc verba: *Hic tamen advertit, quia Alexand. consil. 16. lib. 3. voluit quod etiam dato metu in protestante, non tamen relevat protestatio clandestina contra tertium, puto dicendum, quod aut quæritur, an competat actio, quod metus causa contra tertium, qui habuit causam in re, super qua metus commissus est post ipsum metum illatum, & tunc dicere, quod sic in subsidium: aut quæritur, an obstet metus alterius tertio contrahenti cum metum passo, & ignorante de metu, dicendum, quod non: ratio diversitatis, quia habens causam à metu inferente, habet rem vitiosam, secus in contrahente, cum metum passo ab alio*, &c. Curt. Iunior *consil. 126. num. 6. in fine, tom. 1.*

43 Sed nihilominus plures sunt, qui contrariam sententiam tenuerunt, videlicet metum cuicumque tertio nocere, *l. metum autem, §. fin. l. si cum exceptione, §. in hac & §. Pedius quoque, ff. quod metus causa*, & ratio est quia quamvis hæc personalis actio tamen censetur in rem scripta, & sequitur quemcumque possidentem ex gloss. *in l. 3. verbo quoque, Cod. eodem titulo*, ubi Cynus, & Bartolus, optimè Baldus, *ibidem, n. 3. & 2.* tradit actionem hanc in rem scriptam esse, & ideo ad singularem successorem extendi, quia metu rem afficit Ruinus *consil. 113. n. 4. & 6. vol. 5.* Parisius *consil. 39. n. 21. & 22. vol. 4.* Gregorius Lopez *in l. 28 gloss. 4. tit. 1. p. 6.* Molina *lib. 2. de primogeniis, cap. 3. n. 12.* Mogollon *inter præambula tractatus de his quæ vi, num. 24. & cap. 4. §. 1. n. 10. ante finem, & cap. 5. num. 9.* Osascus *decis. Pedemont. 179. n. 12.* Thomas Sanchez *l. 4. de matrimonio. disput. 8. n. 7. & disp. 12. num. 19.* Prosp. Farinac *in praxi, quæst. 35 à n. 31.* optime Ludovicus Morosius, *respons. 75. num. 3.* Petrus Surdus *cons. 513. num. 46. vol. 4.* & horum ultimi reprobant in terminis doctrinam Cravetæ, quia contra communem opinionem est, & etiam eam impugnat & reprobat Cæsar Ursill. *in addit. ad Afflictis decis. 263. n. 6.*

44 Sed in hoc opinionum conflictu ultra quàm æquitas pro fisco urget, ne decipiatur in suis contractibus & forte simulato metu inter maritum & uxorẽ obligationem, ex qua utilitatem perceperunt, rescindere curent, notari oportet textus *in l. metum autem, §. fin. l. si cum exceptione. §. fin. & §. Pedius quoque, ff. quod metus causa*; ex quibus opinio contraria desumitur, ut quia metus actio est in rem scripta transeat ad tertium qui metum non intulit distinctione adhibitâ, debent hæc jura interpretari si quis contrahit cum metum passo ab alio illatum, cum ignorantia & bona fide, ut præsumi debet, donec contrarium probetur, vel quoties tertius non contraxit cum metum passo, nec ab eo rem aut commodum accepit, sed ab eo qui metum intulit postquam jam metus illatus est, & à metum inferente rem acceperit, in quo casu procedit *dicta l. si cum exceptione, §. in hac, cum similibus*, & actionem in rem scriptam considerari ut tertio noceat; & ratio est, nam post metum illatum ab inferente metum, res transit affecta metus vitio in quemcumque possessorem, *argumẽto l. vitia possessionum, Cod. de acquir. possess.* at verò in primo casu quoties tertius ignorans & bonâ fide contraxit cum eo qui ab alio coactus, rei vitio metus non afficitur, nec delictum metum inferentis aut injuriam metum passi alii nocere debet *l. si per imprudentiam, ff. de evictionibus, l. exceptione, ff. de fidejussoribus*, & ita prædicta jura interpretantur Curtius junior *cons. 126. n. 6. in fine*, Alexand. quem refert & sequitur Cravet. *consil. 253. n. 6.* eam distinctionem statuens.

Aliter enim prædicta jura intelligi possunt differentiam constituendo inter tertium, qui habet rem 45
vel commodum ex actu meticuloso, qui provenit ex causa lucrativa, aut ex causa onerosa, ut primo casu metus, cuicumque tertio eam ignoranti & non participi noceat ne ex delicto alterius commodum reportet, & cum alterius jactura locupletetur. In secundo verò casu, in contractu ex causa onerosa, ne utiquam metus tertio ignoranti noceat cùm agat de damno vitando, & facilius subveniatur agenti de damno quàm de lucro, *l. Proculus, ff. de dãno infecto, l. si is cui, § fin. ff. de furtis, l. juris ignorantia, & l. Regula, in princip ff. de furtis, l. juris & facti ignorantia*; quæ distinctio fuit gloss. in *d. l. si cum except. §. in hac actione, verbo Lucrum tamen*, ibi: *Sed in hoc potest esse differentia, quia quando ex causa lucrativa. etiamsi ab inferente metum possim consequi, agam contra eum, aliàs non, itẽ si ponas rem alienatam & ex ea pretium vel aliud quid habitum non est idem quod esset, si lucrativam causam haberet, quâ nihil videtur haberi*, &c. Anton. Faber *in rationalibus, ad dictum §. in hac*, in prima ratione dubitandi & adaptatur lectioni harum legum, ut patet *in dict. §. in hac*, ibi: *Ex hac re eũ qui convenitur etsi crimine careat, lucrum tamen sensisse*; & ex textu *in §. Pedius. seq.* ibi: *Ex hac re eum qui convenitur etsi crimine careat, lucrum tamen sensisse*, & ex textu *in §. Pedius. sequenti*, ibi: *Nam in alterius præmium verti alienum metũ non oportet, l. si ipsa res 18. ff. quod metus causa*, ibi: *Si ipsa res quæ ad aliũ pervenit interiit, non esse locupletiorem dicemus, si verò in pecuniam aliámve rem conversa sit, nihil amplius quærendum est.* Molina *de Hispanor. primog. lib. 2. c. 3. n. 12.* ibi: *Est enim actio quod metus causa in rem scripta, ideoque adversus quemcumque possessorem qui metum non incussit, exerceri poterit quatenus ex ipso metu locupletior effectus fuit, l. metum autem præsentem, §. fin. cum duabus legibus sequentibus.*

Quæ omnia procedunt in hoc casu quando cum 46
fisco contrahit Publicanus, Thesaurarius, vel alius vectigalia Regis administrat, & illius uxor cum eo obligatur: nam juxta primam distinctionẽ bonâ fide & ignorans fiscus contraxit, cum metum passo, nec delictum

delictum mariti metum inferentis aut injuria mulieris quæ metum passa, fisco nocere oportet, & etiã ex secunda distinctione hic contractus fisci non provenit ex causa lucrativa: sed ex causa onerosa ex fisci latere, videlicet ex locatione vectigalium, vel eorum administratione, in quibus semper pro lucro suo cõductor, vel Thesaurarius administrat, ac per consequens iniquum est; metum fortè fraudulenter illatum fisco nocere, juxta quæ notarunt metum tertio, nec protestationem non nocère, ex Bartolo, Decio, Curtio juniori, Flaminio, Parisio, & aliis, Thomas Sanchez *de matr. lib. 2. disp. 45. q. 2. n. 22.* pluribus Craveta, *cons. 120.*

47 Deinde cum administrationi, vel conductioni uxor acquieverit & utilitatem perceperit, & rerum suarum necessitatem vitabit, multò minus nocebit fisco bona fide contrahenti metus illatus, juxta quod notavit Craveta *cons. 120. n. 6.* ibi: *Illud igitur, quod dicitur, tertium ignorantem non teneri ex metu alterius, videtur procedere, quando metum patienti, & cum tertio contrahẽti, aut actum gerenti, imputari potest, quia poterat de metu protestari, & non fecit,* quod ferè eisdem verbis repetit idem Craveta *ad. consil. 253. n. 6.*

48 Cùm igitur uxor à viro abstrahatur in libertate posita & coram judice de metu interrogetur, illúmque negaverit, cum facile posset protestari, nihil amplius est, quod fiscus possit cavere, ne metus à marito uxori illatus ipsi noceat, imò illa videtur approbare obligationem cum tanto tempore, quandiu duravit conductio, non poterat compelli in obligatione manere si reclamaret, & tamen nunquam fecit, usquequo ab ea exigitur, quod reliquum fisco debetur, & ex obligatione præcedenti recuperatur.

49 Ex quo videtur non rectè intendere actionem, quod metus causa, quemadmodum *suprà* diximus de eo, qui recepit pretium obligationis, ad quam se metu coactum intendit, *arg. l. 2. C. de his, quæ vi,* & ultra jura *suprà* adducta pondero textum à nemine ad hoc expensum *in l. cum te 7. C. de pignoribus* ubi traditur eis verbis: *Cum te pecuniam accepisse, & agros tuos obligasse fatearis, non habes rationem, quod quæreris vi te coactum pignori dare, si igitur recipere vis rem tuam solve creditori tuo pecuniam debitam,* qui Textus difficilis est, cùm in prædicta pignoris constitutione nihil obstare metus coactionem tradit contra titulum, *ff. quod metus causa,* & post Accurs. Donell. *in d. l. 4.* sequitur secundam glossæ lecturam, ut mentio, quæ ibi de vi fieret, non sit referenda ad veram vim coactivam, vel metum illatum, sed quia coactus fuit necessitate rei familiaris, qui recepit pecuniam, cum illa egeret, quod quidem tradit etiam Accursius *in 1. lectura, verbo vi,* eam considerari, quia aliter, quam pignori dato nolebat creditor pecuniam mutuare nec ejus rationi congruit, nec textus literæ, quia quoties in jure mentio fit, non potest referri ad necessitatem rei familiaris, vel ad voluntatem creditoris nolentis rem mutuare sine pignore, hoc enim valdè dissonum est à juris sensu.

50 Vnde cum apud Salmanticenses juris civilis essem professor, & cum Doctoribus Iurisprudentiæ ejus Academiæ de istius textus interpretatione dubitarẽ, plures & docti viri censuerunt dictam legem 4. posse accipi, quoties aliquis mihi debitor, & non vult solvere, sed longius migrare, egóque per vim & coactionem ipsum ad cautionem, vel pignus compello, tunc si coram Iudice querelam intendat, quasi abstulerim pignus pro debito tunc rectè ex ejus textus sententia Judex jubere debet debitum solvere, ut pignus recipiat: sed hæc interpretatio, quæ sapientissimis viris placuit penitus à Iurisprudentia aliena est, quia nũquam quis sibi jus dicere potest, & propria auctoritate recuperare, quod à Judice exposcere debet, & incidit in edictum ejus quod vi fit, *l sed si partus 12. §. Iulianus, l. extat 13. ff. quod metus causa,* in quibus expressè in eodem casu traditur, ut si creditor à debitore rẽ ullam, vel pecuniam debitam, nõ ab ipso sponte datam sine judice accipiat, sibique jus dicat, *in l. Iulia* de vi incidisse, & creditum amittere, sed & quoties ipse debitor cum creditore expressè convenit, ut propria auctoritate pignoris possessionem ingredi posset, quamvis non videatur vim facere, quia ex voluntate domini rei fiat, tamen traditur *in l. 3. C. de pignoribus,* id fieri non debere propria auctoritate, sed à Iudice petendum, & ideo prædicta interpretatio, quasi à juris regulis dissona sustineri non potest.

Unde ego in Academia Salmanticensi posse dictam legem 4. noviter interpretari existimavi, quasi procedat, quia debitor verè non fuit coactus pignori dare, sed hoc ab eo allegari, ut pignoris obligatio rescinderetur, quod indicant verba illa: *Non habes rationem, quod quæreris vi te coactum pignori dare,* & ideo rectè subjungit, & respondit Imperator: nam cum debitor fateatur se pecuniam mutuo accepisse, & bona sua obligasse, non rectè de violentia quæritur, quod ita interpretandum, & accipiendum est, ut nulla possit in hoc casu vis intervenire, quia & si ad extorquendum pignus creditor metu mortis vel alterius periculi inferat, nulla tamen potuit imponi necessitas ad extorquendum contrariam voluntatem, quia illud malum potuit repellere creditor pecuniam non accipiendo, quam cum volens receperit, videtur à metu desistere receptione, & ideo non rectè queritur coactum pignori dare, quia potius cùm voluit mutuum accipere, etiam videtur velle pignus darẽ, quod non antea liberandum, quam pecunia solvatur, *l. si rem, §. omnis, ff. de pignorat. actione cum vulgatis.*

ALLEGATIO XXXVI.

Solutio in administratione Regalis Patrimonii ad relationem cum juramento debet esse realiter facta.

1 *Novatio fit interventu novæ personæ.*
2 *Delegatio inducit novationem.*
l. si delegatio, 3. C. de novationibus.
3 *Thesaurarius non satisfacit solutione fictâ.*
4 *Novatio ut fiat debet tractari de novatione facienda.*
l. 2. ff. de novation.
l. fin C. eodem, & n. 7.
l. 2. & l. 15. tit. 14. p. 5.
5 *l. Stichum, 8. §. si quis ita. ff. de novationibus.*
l. si pupillum, 9. §. qui actum, ff. eodem.
l. aliam, 29. ff. eodem.
l. si rem, §. si duo, ff. eod. & n. 12.
l. ult. §. si rem. ff. eodem.
l. cum qui. 56. §. si à te, ff. de verborum obligat.
l. qui usumfructum, 58. ff eodem.
6 *Tribonianus defenditur à calumnia.*
7 *Novatio quæ inducitur interventu novæ personæ, non inducitur ipso jure, sed ope exceptionis.*
l. apud Celsum, §. Labeo. ff. de doli exception.
l. Valerianus 10. ff. de prætor. stipul.

8 *Persona nova non dicitur intervenire, quando aliter tenebatur qui intervenit.*

9 *Novatio solùm censetur facta quando obligatio transfunditur in aliam uberiorem.*
Plus cautionis in rem est quàm in personam.
l. plus cautionis, de reg. jur.

10 *Fiscus semper esse solvendo, & ejus uberior obligatio.*

11 *Publicè interest vitari fraudes in solutione Regalis Patrimonii.*
Malitiis & fraudibus non indulgendum.
l. in fundo, ff. de rei vindicat.

12 *Promissio habetur pro solutione.*
l. inter causas. §. 1. ff. ad Macedonianum.
l. eum qui, §. pen. de verb. oblig.
Cessio & delegatio habetur pro solutione.
l. si pupilli, §. videamus, ff. de solut.
l. quamvis §. interdum, ff. ad Vellei.
l. inter causas, §. abesse ff. mandati.
Acceptilatio & novatio habetur pro solutione.
Cancellare scripturam pro solutione est.
l. emptor, §. hujus ff. de pactis.

13 *l. 18. tit. 5. lib. 9. Recopilat. procedit in vera solutione.*

14 *Verba potius naturaliter quàm civiliter interpretanda.*
l. fin. C. de his qui veniam ætatis impetrare.
l. Statius Florus, §. Cornelio Felici, ff. de jure fisci.

15 *Sententia verba potius ex naturali sensu quàm civili accipienda.*
l. Divi, ff. de liber. causa.
l. si à te, de except. rei judic.
l. 1. C. si plures, una sententia.

16 *Verba in propria significatione accipienda.*
l. 3. §. hac verba, ff. de negot. gestis. & n. 18.
l. non aliter. ff. de legatis 3.
Verba in specie, non in genere, interpretanda.
l. 1. §. qui in perpetuum, ff. si ager vectigalis.
Verba in potentiori significatu accipienda.
Verba immediatè, non mediatè, vel secundum quid interpretanda.
l. qui liberis, §. hac verba de vulgari.

17 *Fraudes plures existerent si Thesaurario admitterentur solutiones fictæ, & non requirerentur veræ.*
Verba semper accipienda juxta naturam actus.
l. si non, ff. locati.
l. semper in stipulationibus ff. de regulis juris.

18 *Verba legis cum effectu interpretanda.*
Realiter *verbum denotat naturalem solutionẽ.*

19 *Conscientia verbũ refertur ad rationem naturalẽ.*

20 *Clausula quæ continet justitiam fieri, continet quod magis utile petenti.*

21 *Dare significat dominium transferre.*
§ sic itaque discretis, instit. de actionibus.
l. ubi autem non apparet. §. ff de verb. oblig.

22 *Verbum* debet *denotat præcisam necessitatem.*
l. sæpè, ff. de officio Præsid.

23 *Verba dispositionis interpretanda ne contineant repugnantiam & contrarietatem.*
l. scire oportet, §. aliud. ff. de excusation. tutor.
l. non omnis, ff si cert. pet.

24 *Augmentum quæ respiciunt non debent operari diminutionem.*
l. fin. §. cui dulcia, ff. de tritico, vino & oleo legato.
l. legata inutiliter, ff. de adimend. legatis.

25 *Absurdum vitandum.*
l. nam absurdum, ff. de bonis libertorum
Interpretatio sumenda ex ratione dispositionis.
l. coheredi, §. qui discretos, ff. de vulgari.

26 Residuum & reliquum. *denotat aliud solutum.*
l. si ex pluribus, ff. de solutionibus.

Si Thesaurarius Regius in relatione juratura, quæ cum pœna tripli dari solet in Senatu Regiarum calculationum declaraverit aliquam quantitatem solutam, quam verè non solverat, etsi creditor eam recepisse enunciavit, & illi chirographum de solvenda suo nomine fecit Thesaurarius, utrum pœna tripli possit condemnari pro explicatione l. 18. tit. 5. lib. 9. Recopil.

THESAURARIUS pro se allegabat nullam fraudem factam fuisse Regali Patrimonio, eo quod in relatione diceret solvisse eam quantitatem, quia quoad Regem verè soluta est, cum in chirographo recepisse debitor est confessus: unde apparet liberationem dari à Regali debito ac proinde nulla fraus, vel damnum ex prædicta declaratione contingere potest, quia novatio interventu novæ personæ contingit, Glossa *in l. penult.* & *ibi*: Bart. & Angelus, *ff. de pratoris stipulat.* Alex. *in l. 3. § si ex conventione, n. 9. ff. de re judicata*, Decius, Ludovic. Bolognetus, & Barbatia, quos refert Menoch. *consil. 710. n. 2.*

Et ideò obligatio Regalis debiti omnino transfusa censetur in obligationem privatam Thesaurarii, cujus fidem creditor sequutus, qui ex se ad debitum solvendum obligatus fuit creditori, qui accepisse debitum confessus, & cùm fieret quodammodo delegatio debiti, cùm creditor, quia adversus Regem poterat actionem intendere, admisit obligationem ipsius Thesaurarii, videtur inde novationem fieri, quia eam præsupponit delegatio, *Glossa 1. in l. 3. C. de novat* plures refert Surdus *decisione 23. n. 5.* maximè quando Caponarius litem cõtestatus, Bart. Baldus, & Salicetus, Socinus *Regul. 79. &* 80. Gabriel. *cons.* 155. Franchis *decis. 75. n. 10.* Cacher *decis. 72. n. 2.*

Sed tamen contra Thesaurarium in visionis instantia, quæ à me defensa obtinui pœna triplici commari oportere, sequentia suadere videntur, quibus nostra opinio confirmatur.

Primò, quia nullo modo potest in præsenti considerari novatio, quia ex jure communi juxta *l. 2. ff. de novat.* debet tractari de novatione, ut facta censeatur nec id sufficiet jure noviori *ex l. fin. Cod. eodem*, quà apertè decidi tur non sufficere ad novationem quamlibet conventionem fieri quæ possit eam inducere nisi expressè de novatione ageretur, idque noviter in eo textu Justinianus decrevit, & probatur *l. 2. & l. 15. tit. 14. part 5.* notarunt Menoch. post Bart. Bald. & reliquos *in d. l. fin. cons. 1051. n. 1.* Anton. Gabriel *lib. communium, tit. de novat. in principio.* Mascard, *de probat conc. 9.* Gutierrez, Parladorus, Barbosa, Petr. Greg. Cujacius, Brisonius, & alii quos refert D. Richardus *in §. præterea, n. 3. instit. quibus modis tollitur obligatio.*

Et

5 Et sive ad jus antiquum Pandectarum, sive ad noviora Codicis referas hunc casum, nunquam novationem fieri omittes, quia etiam tempore Iurisconsultorum nullo modo poterat novatio procedere, nisi de ea inter contrahentes ageretur *d.l.2.si Stichum* 8. §. *si ita quis, l.si pupillus* 9. §. *qui actum, l.aliam* 29. *l. ult.§.fin.l.si rem,§.si duo.ff.de novat.l.eum,qui usumfructum,*§8. *ff.de verborum obligat.* in quibus omnibus, nisi inter contrahentes de novatione conveniatur, nec factam censeri, nec interpretandam Iurisconsulti admiserunt.

6 Et quamvis aliqui corrupta crediderunt à Triboniano jura, in quibus Pandectarum tempore excluditur novatio, nisi specialiter de ea ageretur, quia cum id noviter Justinianus induxerit *in d.l.fin.* existimant ab illa mutuasse Tribonianum,& responsis Iurisconsultorum inseruisse, sed rectè improbat Anton. Fab. *lib.3.conjecturarum,c.*3. ut jure Digestorum accipiendum sit, non fieri novationem, nisi de ea inter contrahentes ageretur, ut dictis juribus; at verò Iustinianus addit *in dict l.ultima,C.de novat.* ut nunquam de novatione agi videretur, nisi expressè dictum sit, ut quamvis videatur unam obligationem in aliam transfundi, & inde novatio inducenda juxta exempla, quæ ostendunt jura prædicta, tamen nisi apertè de dissoluenda prima obligatione in alium translata novatione facta ageretur, novatio nunquam inducenda, & tenuerunt Bart. Bald. & Salicet. *d.l.fin.* Iason *cons.* 30. & 45. Affl. & *decis.*44. Borell. *cons.*11.*n.*13. Mandell. *cons.*20.*n.*10. Gail. *in pract.Camer.Imper.lib.*2. *cap.*30 Rota Genuensis *de mercatura,decis.*197.*n.*4. Quapropter cùm in nostro casu nulla fieret mentio novationis, dici non potest omnino Regium Patrimonium fuisse liberatum, ut ejus non interesit creditori solui.

7 *Secundò*, quia interventu novæ personæ non potest considerari novatio, & quando constaret voluisse contrahentes obligationem novare, non fiebat ipso jure novatio, sed solùm poterat competere exceptio *l. apud Celsum* 4. §. *Labeo, ff. de doli mali & met.except.l.Valerianus* 10 *ff.de Prætor stipulat.* & probatur apertè *d. l. ult.* ubi interventu novæ personæ non admitti novationem traditur, & probavit Menoch. *cons.*710.*n.*10. ubi reprobat illorum opinionem gloss. Bart. & aliorum, qui tenuerunt ope exceptionis novationem fieri, quia contrà communis sententia est, ut ex Soc. Fulgos. Salicet. Castrens. Ias. Alex. Roman. Fulgos. & innumeris aliis probavit Menoch. *lib.3 præsumpt.*134.*n.*48.

8 Vnde quamvis in hoc casu consideretur, ut novam personam Thesaurarium intervenire, non poterit locum habere novatio ultra quem dici non potest verè novam interesse personam, quia Thesaurarius similiter ex uno officio tenebatur ad debitum Regium soluendum ratione officii etiamsi hodie intendat suo proprio nomine esse obligatum,& ejus fidem sequutum creditorem.

9 *Tertiò* suadet ulterius: nam jure Digestorum, ut videretur, facta novatio procedit, quando secunda stipulatio erat conventionalis, & plusquam prima continebat, ut notarunt Bart. *in l.penult de Prætor stipulat.c.*3. *vers.secundo casu*, ubi Angel.& Imola Alex. *lib.6 cons.*193.*n.*3. ex Bologneto, Cravet. Rot. decis. & aliis Menoch *lib.3.de præsumption.*134.*n.*5. quasi inde quod ad uberiorem obligationem transierint contrahentes, videntur à prima recedere, & cum in nostro casu secunda Thesaurarii obligatio minus videatur continere, quàm prima, qua ille tenebatur, ut Regius Officialis, quia secunda dirigitur ad bona & personam Thesaurarii, prima ad vectigalia Regis super quibus redditus constituti fuerunt, & in eis habebat Hypothecam, & plus cautionis in rem sit, quam in personam, *l. plus cautionis, ff.de regul.juris,* Alexander *in l.*1. *ff.qui satisd.cog.* Guillelm. de Cagnol. Angel. & Castrens. *in rubric.ff.si certum petatur,* & Fiscus Regius, qui debitor est in origine obligationis, magis idoneus semper existimatur, quàm quilibet privatus, quia fiscus semper soluendo creditur, *l.2.ff.de fundo dotali*, gloss. & Bartol. *in rubrica,C. de jure fisci*, Bald. *in l.*1.*n.*7.*C.de hared.vel act.vendit.& lib.*1.*cons.*363. Peregr. *de jure fisci,lib.*1.*tit.*1. *n.*34. *& seq.*

Et si fortè vectigalia super quibus debitum consignatum ad solutionem non sufficiant, potest peti, ut in aliis vectigalibus soluatur,& configetur, ut ex clausula generali & usitata omnium privilegiorum apparet, videtur non posse induci novationem ex voluntate creditoris, ut omittat obligationem fisci pinguiorem, & transfundat in creditum privatum Thesaurarii. 10

Maximè cum publici interest, ne istæ simulatæ solutiones admittantur in damnum debiti fiscalis, quod inde verè non soluitur,& occasio datur pluribus fraudibus, videlicet Thesaurarios fingere non habere pecunias ex vectigalibus unde soluatur debitum consignatum, ut creditores suam fidem sequi dolosè cogantur, & debitum recepisse fateantur, ut Officiales Regii Patrimonii decipi possint, & appareat solutum, quod verè non fuit,& huic fraudi nunquam jura opitulantur, nec malitiis indulgent, *l. in fundo,ff.de rei vindicatione,* Innoc. *in cap.post electionem,num.*7 *de concess.præbend.* Felin. *in cap.veniens* 2. *n.*10.*de testibus*, Gail *lib.*1 *observ.*70.*n.*20. Menoch. *cons.*39. *num.*38. *& cons.*136. *num.*8. *& cons.*231. *num.*59. 11

Prærerea, quia licet in jure pro solutione habeatur promissio, ut hoc casu fecit Thesaurarius soluendi debitum Regalis Patrimonii, *l.inter causas,* §.1.*ff.ad Macedonianum l.eum,qui ita,*§. *penult. ff.de verbor. obligat.* Pirrus *de solutionibus,c.*2.§.1. Rot. Genuens. *decis.*4.*n.*3. & delegatio & læsio pro solutione habetur, *l.si pupilli,*§.*videamus, ff.de solutionibus,l.quamvis,*§.*interdum,ff.ad S.C.Velleianum,l.inter causas,*§. *abesse,ff.mandati,* item novatio & acceptilatio *l.si rem,* § *si duo,ff.de novat.* & cancellare scripturam, & satisfacere dicitur creditori solui, *l.emptor.*§. *hujus ff de pactis*, Pirrus pluribus probat *ubi proximè* §.2.3.6. *& 7.*ex aliis Velasco *axiomatum juris,lit.S,n.*40. *usque n.*48. & in hoc casu creditor, qui consignationem sui crediti habebat in vectigalibus, cedit,& delegat Thesaurario, ut suo nomine ei obligetur,& acceptam facit obligationem Regalis Patrimonii, ex quo cum satisfieri creditori censeatur, & Regalis obligatio cancellata, dicendum est illi solutum fuisse. 12

Sed adhuc non admittendum in hoc casu juxta mentem *l.*18.*tit.*5.*lib.*9.*Recopil.* quoad rationes reddendas administrationis vectigalium, ut evitetur pœna tripli, solum excusat quod verè & realiter solutum, non quod solutionis loco in jure admittitur ex *suprà* notatis. 13

Quod ultra prædicta quibus comprobatum novationem hoc casu non inducendam suadet, ut licèt in jure pro solutione accipiantur cessio, delegatio, acceptilatio,& similia, quæ expressimus, tamen cùm *in d. l.*18. ageretur, ut fraudes vitentur Regalis Patrimonii,& illius creditorum,& ad veritatem respiciat solutiones, de quibus in ea agitur, de veris & naturalibus solutionibus, solùm accipiendæ, non verò de illis quæ in jure pro solutione habentur, quâvis realis numeratio nõ intercedat, quia verba potius naturaliter quàm 14

civiliter interpretanda, *l. fin. C. de his qui veniâ ætatis impetraverunt*, ubi docent Bald. & reliqui Doctores communiter, idem Bald. *in l. quoties, n. 6. C. de rei vindicat.* Simon de Pretis *de interpretat. ult. volunt. lib. 2. interpret. 3. dubit. 2. solut. 1. n. 154.* Raudensis *de analogis, 1. p. in appendice, n. 12. & seqq.* facit D. Molina *de primog. in proœmio, n. 5. ex l. Statius Florus, §. Cornelio Felici, ff. de jure fisci*, ex Romano, Imola, Ancharano, Curtio, & Ioanne Andrea probavit Menoch. *cons. 97. n. 86. cum sequent.* Alexander *lib. 1. cons. 2. n. 1.* ex Decio, & aliis idem Menoch. *cons. 870. n. 3.*

15 Et hoc procedit in sententiis, *l. Divi. ff. de liberal. causa. l. si à te ff. de excep. rei judic. l. 1. C. si plures una sententia*, Bart. *in l. si expressum, col. 2. ff. de appellat.* Alex. *lib. 1. cons. 123. n. 8.* Natta *cons. 474. n. 5.* Menoch. *cons. 110. n. 13.* & in statutis verba intelligenda ad literam rejectâ omni interpretatione notarunt Alciatus *responso 96. n. 28. versic. Octavò est advertendum*, Socin. Iun. *lib. 1. cons. 98. n. 42. & in verbis Principis*, ut sunt verba *d. l. 18.* non ex juris interpretatione, sed ex vera & propria esse accipienda tenuerunt omnes communiter per textum ibi, & maximè Cagnensis *in l. ult. Cod. de his qui veniam ætatis*, Zephalus *lib. 1. cons. 82. n. 12.* Dec. *cons. 276. n. 9.* Menoch. *cons. 16. n. 7.*

16 Sed generaliter verba accipienda in propria significatione *l. 3. §. hæc verba, ff. de neg. gest.* ubi Doctores communiter post Bart. *l. 1. §. is qui navem, ff. de exercitor. action. l. non aliter, ff. de leg. 3.* & quamvis actus nullus redderetur nisi verba impropriarentur, non recedendum ab eorum proprietate, ex Socino, Craveta & Ruino probavit Menoch. *cons. 870. n. 1. & 2.* & quando verba possunt intelligi in genere vel in specie (ut in hoc casu quod in rationibus reddendis Gabellarius declaraverit soluisse, accipiatur de qualibet satisfactione quæ in jure generaliter pro solutione habetur vel in specifica, vera & reali solutione, quæ ex numeratione procedit) verba in specie, non in genere accipienda tradiderunt Bart. *in l. hoc legatum. ff. de legat. 3.* Matheſilanus *notab. 89* Curtius Iun. *cons. 5. n. 5.* Gozadin *cons. 6. n. 16. & cons. 60. n. 10.* Tiraq. *in l. habes, §. hoc sermone, 1. p. n. 85. de verb. signific.* & cum magis propria, verior & potentior est solutio quæ fit reali numeratione succedit doctrina, *l. 1. §. qui in perpetuum, ff. si ager vectigalis*, ubi notant Doctores, & Menoch. *consil. 611. n. 2.* ut verba semper in potentiori significatu accipienda, & cùm secundùm doctrinam Bart. *in l. hoc legatum, ff. de l. 3.* verba debeant intelligi simpliciter, non secundùm quid & accipienda immediatè, non verò mediatè, *l. qui liberis, §. hæc verba, ff. de vulgari*, Menoch. *consil. 1120. n. 5.* meritò solutio accipienda de immediata, quæ ex vera numeratione resultat, non verò quæ mediante acceptilatione, cessione vel delegatione, ut de vera & simplici solutione accipiamus, *d. l. 18.* non de ea quæ secundùm quid ex prædictis causis in jure admittitur.

17 Maximè si notaverimus quod de tripli pœna statuitur *in d. l. 18* id respicere ut omni fraudi occurratur in vectigalium & Regalis Patrimonii administratione, nota verba ibi: *No aya fraude ni engaño en las cuentas que tomaren, ni en los finiquitos que dieren y por quanto algunos de los que tienen a cargo nuestra hacienda al tiempo que han de dar sus cuentas, facen algunas fraudes*, &c Et *paulò inferius*, eis verbis: *Que el cargo y data de su cuenta es cierta y verdadera, y que en ella, ni en parte della no ay fraude ny engaño.* Vnde cùm graviores fraudes exurgerent, ut animadvertimus *n. 100.* quia si admitteretur ex obligatione quam creditori fecit Thesaurarius, illam quantitatem videri solutam, non constaret Principi an ejus consignationes solverentur, & utrùm in suam utilitatem converteret vectigalia Thesaurarius, qui facilè posset simulare pecunias vectigalium non habere, ut cogeret creditores Regalis Patrimonii acceptam ferre quantitatem, quasi ille nisi exactum non debeat & contenti sint creditores suâ obligatione propriâ Thesaurarii, cujus rationes non rectè percipi possent nisi verè solvisset, aut quid reliquum sit, & ex pecunia Regis detinuerit, & si fortè Thesaurarius suam & propriam non impleverit obligationem, & si ad Regale Patrimonium non possint, ut ab eo debita exigant, redire creditores, quia Thesaurarii fidem sequuti, tamen justè querelam pluries intenderunt, quasi de illo confiderent, quia Rex sui Patrimonii & vectigalium administrationem confidit, & semper Regis interfit quod suis creditoribus in vectigalibus consignavit verè solutum; quæ omnia procedent, & fraudes existent, nisi quod de solutione traditur *in d. l. 18.* de numerata & vera accipiatur; ideò de illa solutio interpretanda, quia verba semper juxta naturam actus accipienda, *l. si uno, ff. locati, cum similibus, l. semper in stipulationibus, ff. de regul. juris*, ubi Decius *n. 6 & in l. qui accusare, C. de edendo*, Craveta *cons. 245. n. 6.* Tiraquellus *de retract. lignag. §. 32. gloss. 1. n. 34. & 35.* Brunus *cons. 35. n. 10.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 38. per tot. & lib. 6. præsumpt. 10. ex n. 9.*

Quod ultra suadetur *ex ipsa l. 18.* in verbis *supra* 18 expensis, quia tradit jurare debere rationes soluti esse veras, nec fraudem & dolum in eis esse, & quoties verè solutum non fuit, numeratione dici non potest ex cessione, vel delegatione creditoris, qui Thesaurarii fidem sequutus, nunc rationem & veram solutionem intervenisse, & relationem partitarum veram esse, fraude vacare, quia verba legis & solutio, quam requirit, cum effectu debent interpretari, *l. 3. §. hæc verba*, & *ibi* Decius *n. 1. ff. de negotiis gestis*, Bart. *in leg. quibus diebus §. Termilius, n. 5. ff. de condit. & demonstr.* Ias. *in l. debitori, Cod. de pactis* Alex *lib. 1. cons. 105. n. 2.* Ruinus *lib. 2. cons. 60. n. 5.* Craveta *cons. 59. n. 1. ad fin.* & ideò omnes Thesaurarii, & administratores Regii Patrimonii in relationibus juratis (& in hac de qua nostra controversia) adducere solent omnes prædictas summas ab eis, *realiter & verè fuisse solutas*, ex quo verbo in instrumentis denotatur veram numerationem intervenisse, ut ex Socino & Bettazola notavit Doctor Augustin. Barbosa *de dictionibus usufrequentibus*, *dictione* 342. ubi tradit dictionem *realiter* ad naturalem numerationem referendam.

Confirmatur, quia ex dispositione *d. l. 18.* relinquitur conscientiæ Administratoris vectigalium, quod solutum fuit, eis verbis: *Y por que la mas cierta comprobacion desto es el anima y conciencia del que teme à Dios pues sabe la verdad de su cuenta*, ex quibus non ad fictam solutionem, quæ pro tali in jure habetur, sed ad realem, & in conscientia, quam numeratione scierit factam, referendum, quippe verbum *conscientia* refertur ad jus naturale, & ejus rationem, & censetur conscientia aliena à rigore, & subtilitatibus juris, & respicit, quod intrinsecus latet, ut ex Ioanne Anania, & Thusco probavit Augustinus Barbosa *axiomate 52.* unde *dict. l. 18.* cavetur, ut sine regmine aliquo juxta conscientiam & veritatem sit jurandum, ibi: *Pues sabe la verdad*, quia veritas est basis, fundamentum & mater justitiæ, Bald. *lib. 1. cons. 343.* Rolandus *vol. 3. cons. 47. n. 11.* Riccius *decis. 234. n. 6.* & in veritate certum est hanc summam pro qua se obligavit Thesaurarius, nec in conscientia, nec in veritate fuisse solutam. 19

Vlterius

10 Vlterius facit *d.l.* 18. eis verbis: *Façen algunos fraudes así en los cargos dejandose de cargat algunas partidas como en la data poniẽdo mas de aquello que pagaron, y gastaron, y que justamente deben poner en data*, ex quibus verbis triplicitèr comprobatur nostra sententia. *Primò*, nam quod refertur, ut solum Thesaurario acceptum feratur, quod justè solutum denotat illud tantum, quod verè numeratum: nam verbum & clausula, quæ refertur ad justitiam, respicit, ut illud fiat, quod magis utile potenti, Roland. *vol.* 1. *conf.* 79. *n.* 38. Craveta *conf.* 201. *n.* 45. Gamma *decis.* 300. *n.* 3. Surd. *conf.* 273. *n.* 5. Menoch. *conf.* 314. *n.* 5. Valasco *de jure emphyteutico*, *q.* 6. *n.* 15. Pinellus *in l.* 2. *C. de rescind.* 3. *p.c.* 3 *n.* 29. & quantum Regis interst solutionem verè & realiter fieri, non fictè nullus dubitavit, & ipse Rex *in d. l.* 18. exigit ad relationem juratam illud solum adjici, quod justè solutum.

11 *Secundò* idem inducitur ex illo verbo *data*, quasi quod in relatione exprimatur solutum datum esse debeat, unde origo hujus verbi *data*, at verò datum in hoc casu dici non potest, quod fictè solutum ex obligatione, quam fecit Thesaurarius, & creditor ex eo acceptum tulit, quia cum dare sit dominium trãsferre. § *sic itaque discretis*, *instit. de act. l. ubi autem non apparet*, § *fin. ff. de verb. obligat.* Menoch. *conf.* 372. *n.* 8. Decius *conf.* 164. Curtius Iunior *conf.* 4. & *conf.* 109. Craveta *conf.* 84. *n.* 10. non potest datum censeri, ut ponatur in data illud cujus rei dominium ad creditorem non pervenerit, sed iste fortassis coactus dilatione, & collusionibus Thesaurarii ejus fidem sequutus.

12 *Tertiò* in id consentit verbum, *deben poner*, *d.l.* 18. *nam omnè*, quod ad *debet*, refertur, denotat præcisam necessitatem, *l. sæpè ff de officio Præsidis*, ex Tiraquel. tradit Menoch. *conf.* 214. *n.* 27. *conf.* 523. *n.* 1. & cùm solùm permittatur in relatione apponi, ut pœna tripli evitetur, quod apponi deberet ad quod verè solutum referendum, quia juxta veritatem potest, & debet inferi in relatione jurata, non verò ad similes solutiones, de quibus agimus: nam illas referre non est necessitatis præcisæ exprimere, quia id potius respicit utilitatem Thesaurarii, & dispendium Regii Patrimonii, quod ut vitaretur, edita fuit *d.l.* 18. & inducta tripli pœna.

13 Denique, quia cum omnis cautio *d.l.* 18. procedat ut fraudes excludantur, & Regale Patrimonium Rectoris administretur, & prædictis solutionis fictis, vel ex fide Thesaurarii admissis maximæ fraudes exorirentur, & grave detrimentum Regali Patrimonio, ut notavimus, & palam est, quia ejus bona posset occultare & detinere Thesaurarius, non oportet admitti *in d.l.* 18. quod de solutione traditur, nisi ad veram, quæ ex numeratione procedit, referendum quia verba, & dispositio legis ita interpretanda, ne contineant contradictionem, & repugnantiam, ne majoribus fraudibus causam præberent, *l. scire oportet*, § *aliud*, *ff. de excusat. tutor. l. non omnis*, *ff. si cert. petat.* Bart. *in l.* 1. § *parvi*, *n.* 3. *ff. quod vi*, *aut clam* Alex. *lib.* 1. *conf.* 30. *n.* 22. quia nunquam admittendũ, ut effectus contrarius dispositioni resulret, Menoch.
14 *conf.* 111. *n.* 7. & *conf* 244. *n.* 8.

Et cùm cautio *d.l.* 18. respiceret augmentum Regalis patrimonii, ut securius administretur, & sine ulla fraude non debet admitti prædicta interpretatio, ut possit declarari solutum, quod non fuit realiter, & numeratione, etsi creditor Thesaurarii fidem sequutus, quia ex eo major fraudibus occasio præberetur, ut animadvertimus *n.* 10. & 16. cum inducta ad augmentũ non possint, nec debeãt operari diminutionem, *l fin.* § *cui dulcia*, *ff. de tritico*, *vino*, & *oleo legato*, ex Decio, Bruno, Socino Seniori, Becio, Surdo, Cæsar. Barcio, Zaphalo, Alciato, Vivio, & aliis pluribus notavit D. Castillo *tom.* 4. *controvers. c.* 40. *n.* 12. & 13 *ex l. legata inutiliter ff. de admen. legat.* Alex & aliis Menoch. *conf.* 1210. *n.* 23.

Alias absurdum sequi posset, ut ex dispositione ad 25.
evitandas fraudes majores exurgerent contra regulam, *l. nam absurdum ff. de bonis libertor*, ex Bartolo & Everardo Menoch. *conf.* 339. *n.* 24. & quodcumque dubium, quod posset occurrere circa solutiones, de quibus *in d.l.* 18. an admittendæ, non factæ reali numeratione, sed fictæ, ex eo, quia creditor acceptũ tulit, Thesaurarii fidem sequutus, ex ratione legis, & dispositionis interpretandum, *l. coheredi*, *qui discretas ff. de vulgari*, ubi Baldus tradit verbum generale declarationem, & restrictionem recipere ab speciali, & eo, de quo in dispositione agitur, idem Bald. *in l. legatorum repetitio*, §. *ult. ad fin. ff. de legat.* 2. ex Bartol. Alex. Corneo, Afflicto. & aliis Menoch. *con-*
191. n. 36.

Unde cùm multoties in Regalis Patrimonii Se- 26
natu iste fraudes mihi occurrerent, quia cùm ad finem cujusque anni ad Administratores vectigalium Publicani & Thesaurarii relationem soluti, & exacti exhibebant, ut in anno sequenti obtinerent à Senatu facultatem exigendi vectigalia, quam dicimus *recudimiento*, inducebant creditores vectigalium, quos Juristas appellamus, ut receptas quantitates fatarentur illis extrinsecùs obligationibus factis ad solutionem, ad quod creditores inducti concussione, quia aliter solvere non posse dicebant Thesaurarii, & Gabellarii, & in posterum promptiùs solvere possent, si obtinerent à Senatu *recudimiento*, quod longè alienũ est à mente legis, & Regis, cùm potiùs intendant sine cautela & fraude consignatam pecuniam solvi, nec apud Thesaurarios, & Publicanos retineri, ideo his simulationibus probatis ipsis instrumentis, quo se creditoribus Publicani, & Thesaurarii obligarunt cũ in relationibus juratis nihil residui debere ex illis quantitatibus jurarent, petii in triplum eos condemnari, & ita obtinui, quia quod asserebant de illis summis, aut eis creditoribus Regis nihil debere residui, vel *de resto* quod dicimus falsum esse, manifestè apparuit, cùm verbum *reliquum*, vel *residuum*, cætera verè soluta esse, nec ex eis aliquid deberi probent, *l. si ex pluribus*, jũcta Gloss. *verb. eliquum*, *ff. de solutionib.* ubi Castr. *n.* 2. & *in l.* 2. *n.* 3. *versic. sed quæro C. de hæredib. instit.* & *ibi* Alex. *n.* 4. alios referunt Bursatus *vol.* 1. *conf.* 104. *n.* 15. Pacian. *de probat. l.* 1. *c.* 26. *n.* 23 Gutier. *de juramẽt. confirm.* 2. *p.c.* 6. *n.* 3. Rota Genuensis *dec.* 60. *n.* 6. Giurba 1. *p. lucrabat. Messanens. cap.* 2. *glossa* 3. *per. tot.* Thuscus *lit. R*, *concl.* 255. ex Seraph. Farinac. & aliis August. Barbosa *in dictionario*, *verbo residuum*, *dictione* 299.

ALLEGATIO XXXVII.

Tripli pœna cui ex duobus fiscalibus competat?

1 *Tripli pœnâ punitur qui dolosè in rationibus reddendis versatur.*

2 *l.* 18. *tit.* 5. *lib.* 9. *recop. expenditur.*

3 *Locatori cujus tempore causa contestata est, & si finita postquam transiverit locatio commodum causa debet pertinere.*

4 *l. quæ*

4 *l.quæcumque actiones,ff.de obligat.& action.*
l. is qui puteum, §. si postea, ff. quod vi, aut clam.
5 *Majoratus primo possessori competit pœna sententiæ,quæ ejus tempore lata, licet confirmaretur tempore successoris.*
6 *Pœna quæ ipso jure communiter adquiritur ei cujus tempore causata,licet in alio tempore sententia lata.*
7 *Pœna quæ applicanda Domino Iurisdictionis, an primo cujus tempore delictum factum, vel secundo, cujus tempore condemnatio sequuta applicari debeat.*
8 *Pœna non debetur nisi à tempore condemnationis.*
l.si qua pœna,de verb.signific.
l.ex judiciorum, ff.de accusat.
9 *Fiscus ex condemnatione jus adquirit ad panam.*
10 *l.3.§.1. de minoribus.*
l.quod ait,23.§.1.ff.ad l.Iul. de adulter.
11 *Pœnæ consierantur ut fructus jurisdictionis.*
l.defuncta,ff.de usufructu.
12 *Fructus non percepti non pertinent ad fructuarium.*
l.fructus pendentes,ff.de rei vindic.
l.si fructuarius,13.ff.quib.mod.usufr.amit.
l.qui scit 25.§.1.versic.Præterea ff.de usuris.
l.nepoti,6.ff.de fundo instructo.
13 *Pœna nondum exacta pendere dicuntur.*
14 *Delator partem ei assignatam petere non potest antequam bursæ fiscalis pœnæ inferatur.*
l.ejus qui delatorem,ff.de jure fisci.
c.cùm secundùm de hæreticis.lib.6.
l.ab accusatione,§.nunciatores,ff. ad Turpilian.
l. in Senatus Consultum,ff. ad Turpilian.
l.res quæ §.fin,ff.de jure fisci.
15 *Indicatio referenda ad effectum.*
l.indicasse,198.de verb.signfic.
l.46.tit.5 p.5.
l.4.tit.18. lib.6.recop.
16 *Condemnatio regulatur tempore quo fit.*
17 *l. furti in principio ff.de his qui not.infamia.*
18 *Actio judicati an ex sententia confirmante vel ex confirmata nascatur.*
l.eos,C. de appellat.
l.1.§. fin. ad Turpilian.
19 *Iudex qui sententiam confirmavit debet ad ejus executionem procedere.*
l.præcipimus, §. in his autem, C.de appellat.
Auth. si quis litigantium, Cod. de Episcop. audien.
20 *Qualitas adjecta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi.*
21 *Pœnæ applicatio respicit executionem.*
22 *Pœna debet solvi ei qui fuit officialis tempore solutionis.*
l.susceptores,C.de susceptor.lib.10.
23 *Denunciator non potest petere partem pœnæ quæ si applicaretur nec de illa pactum facere antequam fiscus suam partem exigat.*
l.13.§.16 tit.14.lib.2. recop.
l.Vnica.§.10.tit.10.l.3.recop.
24 *Pœna fiscalis pars quando Ministris datur competit illis qui munere funguntur cum exigitur,*
25 *Pœna competit primo judici, quando ejus tempore ultima sententia lata fuit.*
l.si possessor, 23. alias Papinianus, ff. de pet. hæredit.
l. item veniunt, §.redactæ,ff.eodem.
26 *Pœna quæ potuit incamerari habetur pro incamerata ut officiali pars competat.*
27 *Pœna competit,primo Iudici quando contra contumacem sententiam tulit, & quia reus non se præsentavit transit in rem judicatam.*
28 *Actio judicati nascitur ex condemnatione.*
l.in fraudem de jure fisci.
l.Imperatores,ff. de jure fisci.
29 *Pœna debetur ei qui illam obtinuit.*
30 *Pœna non dividenda inter duos fiscales sed posteriori applicanda.*
31 *Delatio cum effectu accipienda.*
32 *Delicti tempus vel condemnationis quod debeat attendi circa pœnas.*
33 *l.is qui in puteum, §.si postea cum §.ergo si post vi, aut clam exercetur.*
34 *Leges Regni quæ in nova collectione non inveniuntur ut inusitatæ censendæ.*
34 *Tripli pœna an incurratur ipso jure?*

De condẽnatione tripli, ut fieri solet in consilio Regalis Patrimonii juxta dispositionem legis.18. tit.5.lib.9.Recopilat.an ejus lucrum competat ei, qui primus causam proposuit, vel qui postea eam finivit.

HÆc quæstio discussa fuit inter duos Regis fisci Advocatos Senatus Regalis Patrimonii:nam alter litem intendit, accusationem proponens,ut in triplo condemnaretur, qui dolosè in rationibus reddendis versatus fuit, & postquam in prima instantia in favorem fisci judicaretur facta tripli condemnatione. & parte, quæ fisci Patrono competit, applicata ad revisionis instantiam, causa deducta,supplicatione interposita fiscalis, qui accusationem intendit ad supremum consilium Iustitiæ assumptus fuit, qui in ejus officio successit, causam defendere, & prosequi curavit, & sententiam dari, quia confirmata fuit prima sententia, indéque ex parte fiscali applicanda quæstio,an primo competat, vel secundo, qui curavit ad affectum sententiam pervenire,& primam confirmari. 1

Pro primo facere videntur verba dictæ legis Regiæ 18. ibi:*y la otra tercia parte para la persona que lo denunçiare*, quod expressè videtur initium litis,& accusationis propositionem, non exitum & finem. 2

Et juvat, quod tradit Nicolaus Boërius, *decis.* 5 *5.n.20.*ubi quoties alicui castrum cum jurisdictione, & pœnis pertinentibus locatum fuit,& tempore ejus locationis delictum commissum ex quo debebat reus puniri in centum libris lite contestatâ, & processu pendente finitum fuit tempus primæ locationis, & iterum castrum alteri locarum,in cujus tempore sententia lata fuit, & condemnatio criminis sequuta, quo casu ex sententia Baldi,Imolæ,Alexandri,& Iasonis *in l.fin. ff.de jurisdictione omnium Iudicum*, ut primo,cujus tempore accusatio instituta condemnationis summa debeat pertinere.

Quod idem Boherius probat *argumento l.quæcumque actiones, ff.de obligat.& act. l.is qui puteum,§.si postea,ff. quod vi,aut clam*,& ex Bald. Alex.Martino, Laudensi.Nicolao de Milis, & aliis confirmat. 4

Et

5 Et quoties sententia condemnatoria data fuit in uno anno, & in alio anno sententia confirmata, tunc pœna fiscalis ad eum debeat pertinere, cujus tempore facta fuit prima condemnatio, sequuntur D. Molina *de primog. lib. 3. c. 11. n. 19.* qui ubi delictum fuit commissum tempore ultimi possessoris, & sententia lata tempore successoris, & tradit pœnas fiscales præstandas primo majoratus possessori, non secundo, ut ex Ancharrano, Anania, Baldo, Romano, Alex. Iasone, Tiraquello, & aliis probavit, adde quæ ex Barbosa, Mieres, Gutierrio, & Velazquez de Avendaño notavit additio ad Molinam *d. n. 19.*

6 Et maxime admittendum censet, ubi pœna ipso jure commissa (ut hæc tripli nostris legibus) tunc pœnæ condemnatio non necessaria ad acquisitionem ex Ancharrano, Bertrando & Tiraquello probat Molina *ibi, n. 21. & n. 24.* id procedere, quando condemnatio tempore primi facta fuisset, & causa in gradu appellationis penderet: nam quamuis postea sententia confirmetur, pœna tamen primo cujus tempore condemnatio facta fuit, non verò secundo cujus tempore fuit confirmata, applicanda, qui casus noster est, quia causa in revisionis instantia judicata erat, & pendebat in gradu supplicationis ad revisionis judicium.

7 Quod valde confirmant, quæ in difficiliori casu notarunt Alex. Avend. Avilesius. Socin. Decius, Cassan. Roland. Ferretus, & alii plures, quos refert, & sequitur Mieres *de major. 4. p. q. 24. n. 10.* in quæstione si quis commiserit delictum ex quo Domino jurisdictionis esset condemnatio applicanda, & delictum factum fuit tempore unius domini, qui defunctus fuit antequam sententia lata, & postea defuncto eo facta condemnatio, tradit pertinere ad hæredes primi domini, & non ad secundum successorem in majoratu, qui casus difficilior est, cùm in eo nondum esset sententia lata, in nostro verò jam prima condemnatio facta erat, quibus adde Petrum Cavalum *resolutione 167. n. 20.* Gutierrez *de tutelis 3. part. cap. 24. n. 25.* Barbosa *in dict. §. si vir, num. 50.* Grivel. *decis. Dolana 140.*

8 Sed contraria sententia, ut comperat pœna illi cujus tempore exactio pœnæ facta fuit, pluribus juribus, & auctoritatibus comprobatur. *Primò* quia nunquam censetur debita pœna, nisi à die condemnationis, *lege si quapœna 244. ff. de verb. signific.* & ideò non transit ad hæredes delinquentis, si ipse moriatur ante condemnationem, *l. ex judiciorum, ff. de accusat. cum vulgatis.*

9 Nec ante ultimam condemnationem bona delinquentis censentur fisco obligata, nec in eo aliquod jus considerabile videtur habere, Bart. *in l. post contractum. n. 16. ff. de donat.* junctis verbis ejus textus, ibi: *nisi condemnatio sequuta sit*, & quod de ejus triplici lectione, & emendatione notavi *in decis. Granatensibus, 1. p. dec. 55. n. 7.* quasi ex quacunque lectione ejus textus, cum multiplicem habeat *d. l.* post contractum, appareat, nisi condemnatione sequuta, nullum jus fiscum habere, ac perinde ejus pœna non applicanda, nisi cui comperit ex condemnatione.

10 *Secundò* facit *l. 3. §. 1. ff. de minoribus, & in l. quod ait 23. §. 1 ff. ad legem Iuliam de adulteriis*, ibi: *Sufficit patri si eo tempore in potestate habeat quo occidit.* Quorum jurium argumento constat non attendi nec expectari initium quando finis non habet necessariam consequentiam ad illud, ut contingit in controversiis, quæ ex arbitrio judicantium decidendæ, *l. qui ex. plicãdi, C. de accusat.* ibi: *Cujus finis in judiciis potestate, & motu situs est*, ut notarunt relati à Petro Barbosa *in l. divortio, d. §. si vir, n. 46. ff. soluto matrimonio.*

Tertiò quia istæ pœnæ considerantur velut fructus jurisdictionis, ut voluit Bart. *in l. fin. C. de fructibus & litium expensis*, & plures quos refert Capicius *dec. 27. n. 15.* ex Thesauro, Osasco, Avilesio, Avendaño, Antonio, Peregrino, & aliis notavit Mieres *d. q. 7. 4. num. 10.* ita fructus seminati non debent pertinere nisi ad fiscum cujus tempore percipiuntur (id est) quando ultima sententia præfertur, *argumento textus in l. defuncta, 65. ff. de usufructu*, junctis quæ pro ejus explicatione notarunt Franchis *decis. 168. num. 12.* Costa *de ratione quota, q. 155. n. 12. & 13.* Tiraquell. *de retractu conventionali, §. 5. gloss. 4. n. 12.* & quod ex Canano notavit, D. Castillo *de usufruct. c. 29. num. 6. & 14.* 11

Quartò pœnarum condemnatio, & exactio ut fructus jurisdictionis sunt illi etiam pendentes, nec censetur antequam separentur, habere jus ad illos fructuarius, quia pars rei censentur, *l. fructus pendentes, ff. de rei vindicat.* & ideò ejus anni quo fructuarius vita decessit, fructus qui nondum percepti etiamsi maturi ad ejus hæredes non pertinent, *l. fructuarius, 13. ff. quibus mod. ususfruct. amitt. l. qui scit, 25. §. 1. versic. præterea. ff. de usuris*, & ex Connano *lib. 4. comm. juris civil. c. 3.* notavit D. Castillo, *de usufructu, cap. 29 n. 14.* notavit idem in terminis ex Imola Francisco de Aretino, Bertrando, Tiraquello, Guidone Papæ, & additione ad Alex. Molina *lib. 3. de primog. c. 11. n. 20.* & eodem simili usus notavit Baldus *lib. 4. cons. 307.* adducens *l. nepoti, 6. ff. de fundo instructo*, ubi cum legatario relictum quod esset in regione, & quis condemnatus viva testatrice in ejus vita satis non fecit, debetur legatario quod ex sententia judicis testatricis deberetur, ut in ea regione ad quam legatum relatum fuit, illud esse censeatur, quod non exactum expendit Thuscus *pract. lit. I, concl. 431. n. 14.* ubi in terminis loquitur ei deberi pœnam, cujus tempore exigitur. 12

Quintò sed etiam ex eodem Baldo, *in l. fin. n. 5. & sequentibus, C. de fructibus & litium expensis* Imola, Alex. Parisio, Socino, Ruino, & Beroio, idem notavit Surd. *cons. 227. n. 21.* pœnas, & condemnationes donec exactæ non sunt dicuntur pendere, & inter fructus pendentes commemorantur, quod etiam admittit, licet condemnatio facta sit, si tamen executio, & exactio non facta, quia eadem ratio procedit sicut in fructibus maturis nondum à solo separatis, ut pendere videantur. 13

Sextò facit etiam quod ego in eleganti quæstione notavi *1. part. decis. Granat. 27. n. 10.* antequam pœna bursæ fiscali inferatur, nullum jus delatoris considerari, *ex l. ejus qui delatorem, ibi* Bartolus, *ff. de jure fisci, c. cum secundum de hæreticis, in 6.* ex Ioanne Andrea Archidiacono, Iasone, Matesilano, Cartario, Gutierrio, Mastrillo, Barbosa, Riccio, Giurba, Antonio Fabro; & aliis pluribus probavi, & antequam executio fiat non posse aliquatenus partem suam petere delator, Bartolus, Avilesius, Peregrinus, & Gratianus qui expresè tradit quos ego retuli, *dict. n. 10.* ac perinde multo minus partem petet fiscalis qui ante condemnationem discessit, & postea causam non prosecutus, cum delatores cujus loco in hoc casu est ut præmium consequantur, debeant ad finem judicium perducere, *l. ab accusatione, §. nunciatores, l. in Senatus Consultum. ff. ad Turpil. l. res quæ, §. fin. ff. de jure fisci*, Tiberius, Decianus, *tract. crimin lib. 3. c. 35. n. 44. & lib. 5. c. 5. num. 1.* 14

Septimò preterea quia semper legis dispositio cum effectu accipiẽda, *l. 3. §. hac verba ff. qui satisdare cogantur*, & quod pertinet ad delationem, & indicationem fraudis referendum ad ejus effectum, id est 15

executio

executionem & ut reus delatus conveniatur, ut expreſſe traditur, *in l.indicaſſe*, 198. *ff.de verb.ſignific.* ex aliis, *& l.46.tit.5.p.5.l.4.tit.18.lib.6.recop.* Alberico, Alex. Alciato, Iulio Claro, Rebuffo, Azevedo, Bobadilla, Thuſco, Cicerone, & Iuſto Lipſio, eruditè in terminis notavit Cabreros, *de triplis, c.24.n.15.*

16 *Octavò* condemnationem oportere regulari ex tempore quo condemnatio pœnæ, & exactio ſequuta comprobat doctrina Bartoli, Baldi, Ancharr. Dominici, & aliorum, quos refert Ioannes Crotus *in repetit.l Gallus §. & quid ſi tantum, n.119 ff.de lib. & poſthumis in 3.tom repet. civil.* ut ex compoſitione cum Domino juriſdictionis facta non poſſit condemnationi factæ in favorem partis præjudicare, quia jus adquiſitum, ex ſententia quæ condemnationem parit, quæ cum ultima ſit reviſionis merito ex illa applicatio pœnæ conſideranda.

17 *Nono* conducunt verba textus, *in l.furti in principio, ff.de his qui notantur infamia* ibi: *Hodie notari puto non retro notatur.* Quibus verbis expreſſe induci videtur non attendi primam ſententiam, à qua fuit appellatum, ſed ſecundam non obſtante appellatione eam confirmantem, Bartolus *in l. à Divo Pio, n.15. ff.de re judicata*, Rubuffus *tractatu de ſententiar.executio.art.7.gloſ.9.n.5.* Miſinger. *centur.5.obſervatio.* 94. ex Papienſi, Veſtrio, Francho, & aliis Scaccia *de appellat.q.11.n.162.*

18 Et probatur nam ſecutâ confirmatione ſententiæ prius latæ non agitur ex prima ſententia quæ per appellationem fuit ſuſpenſa, ſed ex ſecunda confirmante ut docet Gloſſa *verbo vel injuſtam in fine, l. eos, C.de appellat.* quam ſequitur Alex. *in l.1.n.5.* & Iaſon. *n.11. ff.de re judicata*, facit *l.1. § finff.ad Tertullianum*, ut ex Papienſi, Franco, Caſſiodoro, & Veſtrio, probavit Scaccia, *in d.q.11.de appellatio, n.162.*

19 Et ideò Iudex qui confirmavit priorem ſententiam debet ad illius executionem procedere juxta textum *in l.præcipimus, §. in his autem, C. de appellat. & in auth.ſi quis litigantium, C.de Epiſcop.aud.* Francus, *in cap.Romana, §.fin.n.3. de appellatio.in 6.* & addendi Rebuffus, & alii quos nuper retuli *n.17.*

20 *Decimò* quia *ex d.l.18.* pars applicatur fiſci Patrono conſilii Regalis Patrimonii, & hæc qualitas conſideratur in eo qui tempore primæ ſententiæ hoc munere fungeretur. Et qualitas juncta verbo, debet intelligi ſecundum tempus verbi, *l.in delictis, §.ſi extraneus.ff.de noxalibus, l.1.§ tutoris, ff.quod juſſu*, junctis pluribus quæ ego notavi *2.p.deciſ. Granat.76. n.4.ad fin. & deciſ.78.n.20.*

21 *Undecimò* quia nihil *in prædicta l.18. tit.5. lib.9. rec.* agitur de applicatione hujus pœnæ antequam præſupponat ſententiam eſſe executioni traditam quaſi id magis reſpiciat executionem, finem, & conſummationem inſtantiæ quam primam cauſam, & originem litis, ut conſtat ex verbis dictæ legis ibi: *La qual dicha pena executen los dichos nueſtros Contadores, y ſus tinientes, y ſea la dicha terçia parte*, &c.

22 Quo caſu pœna ad condemnatum & ſimul exequentem pertinere debet, ut ex Baldo reſoluit Avil. *in cap.Prætorum, cap.15. num.38.* & probat textus *in l.ſuſceptores, 3.C.de ſuſceptoribus, lib.20.* ex qua Bartolus collegit ei debere ſolui, qui eſt Officialis tempore ſolutionis, non ei qui fuit tempore quo fieri debuit ſolutio.

23 *Duodecimò* juvat, nam quoties ex fiſci condemnatione pars aliqua applicatur denunciatori antequam fiſcus ſuam partem exigat, non poteſt aliquid conſequi denunciator, *l.13.§.16. tit.14.lib.2.l.unic.§.10. tit.10.lib.2.recopil.* ex Covarru. Matienço, Avileſio, Avendaño & Azevedo, Bobadilla *lib.5. Politic.c.6. n.7.* nec ante condemnationem vel exactionem fiſcalem jus aliquod conſideratur habere delatorem, nec pactionem facere poſſe partis pœnæ, quæ ipſi applicatur, ut tenuerunt Didacus Perez, Avileſius, Matienço & Azevedo contra Avendañum, quos refert Bobadilla *2.part.lib.4. Polit.cap 3.n.99.* & vide quæ ex Gomezio, Iulio Claro, Farinacio, & aliis notavi *1.p.deciſ. Granat.27.n.9.* unde antequam pœna exigi poſſit, nullum jus conſideratur delatoris, & meritò fiſcali, cujus tempore ultima ſententia reſciſſionis lata fuerit, & executio facta pars pœnæ debet competere.

Et hanc ſententiam ut pars pœnarum quæ fiſco 24
competunt quando conceduntur miniſtris, debeant concedi illi qui munere tunc cùm exigitur, fungerentur, tenuerunt Bald. Imola, Franciſcus de Aretio, Rebuffus, Tiraquellus, Bertrandus, & additio ad Alex. quos refert D. Molina *lib.3.de Hiſp.primog.* & in eiſdem terminis noſtri caſus quoad triplorum condemnationem, ut debeat competere condemnatio ſecundo fiſcali, qui cauſam perfecit, non vero primo, qui judicium inſtituit, probavit Ant. Cabreros *in tractatu de triplis, c.24.n.1.* adducens Montaluum, Baëzam, Avileſium, Molinam Ieſuitam, Barboſam, Azevedum, Guidonem Papæ, Ariſminium, Tepatum, Bertrandum, Affl ctum, Paponium, Coſtam, Maſtrillum, Surdum, Peregrinum, Guillelmum, Benedictum, Thuſcum, Fulvium, Conſtantium, Campegium, qui loquitur in dotis reſtitutione, Gutertium in gabella & tutelis, & alios.

Nec aliquid contrà ſuadet quod ex Angelo, De- 25
cio, Alciato, Boſſio, Boërio, Rolando, Socino, Bertazola, Riminaldo, Peregrino, Felicio, Cevallo, Villalobo, & aliis, notavit Giurba *conſ.75 n.30.* ubi tradit communem eſſe ſententiam, pœnas & confiſcationes, licet non exactas, ad primum judicem ſpectare, cujus tempore lata fuit ſententia, non ad ſucceſſorem, quia id procedit quoties jam ultima ſententia condemnatoria lata fuit tempore primi Iudicis; quo caſu cùm ex ultima ſententia jus adquiratur, rectè procedit, & ita accipiendum eſſe colligitur ex textu *in leg ſi poſſeſſor, 23.alias, §.Papinianus, l.item veniunt, §.redactis, ff.de pet hæred.* ex quo moventur Angelus, & reliqui adducti à Giurba, & in eo textu traditur redactam pecuniam ſic accipiendam, non ſolùm jam exactam, verùm etſi exigi potuit quamuis exacta non fuiſſet; quod neceſſariò intelligendum de ultima ſententia quæ facit rem judicatam & producit actionem judicati.

Comprobat Farinacius *tom.2.conſiliorum crimina-* 26
lium, conſ.107.n.1. his verbis *ubi tamen reus fuit condemnatus, & pœna potuit incamerari, quia illi fuerit facta dilatio, tunc habetur ac ſi eſſet incameratus ad effectum, ut officialis poſſit habere ſuam partem.*

Et in eundem ſenſum conſentit Maſtrillus *deciſ.* 27
12. ubi quamvis contrariam ſententiam admittat, ut pars condemnationis vel publicationis bonorum nó debeat ei qui fuit Iudex tempore ſententiæ, ſed ei qui juriſdictionem habebat tempore commiſſi delicti, tamen ideo admitti, quia tempore primi Iudicis quando commiſſum delictum fuerat data ſententia, & quatenus, non ſe præſentavit, ex tũc firma manet, nota verba ibi *n.12. In caſu de quo agebatur, quia non ſolùm fuerat commiſſum delictum tempore primi, ſed etiam emanata ſententia banni, per quam ipſo jure elapſo quadrimeſtri facta fuerat condemnatio ad publicationem bonorum; unde ſententia ipſa banni, eveniente conditione, quia infrà quadrimeſtre non ſe præſentavit, retrotrahitur, & perinde habetur ac ſi primò & ſimpliciter lata fuiſſet.*

Facit

28 Facit pro intellectu opinionis Giurbæ & aliorum quod idem tradit *d.conſ.75.n.14.& 15.* nullam ante condemnationem ortam fuiſſe actionem, nec obligationem ad pœnam,& eam non eſſe debitam fiſco à tempore commiſſi delicti, ſed prius ſequutâ condemnatione, Bart. *in l.in fraudem, ff.de jure fiſci*, unde interpretatur *l.quæcumque actiones, ff.de obligat. & act.& l. Imperatores, ff.de jure fiſci*, ubi quod traditur de reo illum pœnæ ſe ſubdidiſſe accipiendum, cùm ad illam fuerit condemnatus.

29 Vnde cùm in hoc caſu antequam ultima ſententia lata eſſet, ex qua jus adquirendum primus fiſcalis cauſam deſereret, & alius ſubrogatus, qui illam finivit & obtinuit actionem judicati, ei debet competere pars applicationis pœnæ fiſcalis.

30 Et quamvis aliqui volu runt inter primum & ſecundum officialem dividi condemnationem, quæ ipſis applicatur; ut ex Paride de Puteo, Ripoli, Cevallo, Avendaño, & Parladoro, qui id admittit, in decimis executorum refert Cabreros *d.c.24.n.17.& 18.* tamen ex ipſo Paride & Barboſa reprobat hãc proratæ diviſionem, *n.19.* & ex prædictis fundamentis conſtat jure deberi illi, qui obtinuerit rem judicatã.

31 Nec obſtant quæ in contrarium objecta, nam quoad primum *d.l.18.l.9. tit.5.recop.* eis verbis: *La perſona que lo denunciare*, ſatis *ſuprà* reſponſum; & cùm notaverimus delationem accipiendam cum effectu, quæ condemnationem obtineat, ex qua judicati actio naſcatur.

32 Deinde, quod ex Boherio notavimus, nihil nocet, quia ultra quam in caſu locatoris Caſtri, cui cohærent pœnæ eſt cauſa oneroſa, cujus differentiam expendit Molina *d. lib.3. c.11. n.22.* tamen ex Barb. & aliis eam opinionem reprobat Cabreros *d. c.24. n.16.* quaſi in pœnis non debeat attendi tempus delicti, ſed condemnationis.

33 Nec contra ſuadent *l. quæcunque actiones, ff. de obligat.& actionibus*, nam procedit, quando verè actio jam adquiſita fuit, quod longè diverſum eſt in pœna fiſcali, quæ non adquiritur ante delicti condemnationem, ut probavimus, & interpretatur Maſtrill. *d. deciſ.12.n.5.* & ita procedit *d.l. is qui in puteum 11. §.ſi poſtea, ff.quod vi, aut clam* de ejus intellectu, & concordia cum *§ ergo ſi poſt 12. d. l.is, qui*, & ejus explicatione, vide Donell. *lib.15.comment. cap.34.* & Cujac. *lib 2.obſervat.c.25.* qui negotiationem addit, Robertum, qui refellit, quos refert Oſualdus *in notat. d.cap.34.lit.I, & K.*

34 Præterea, quod pertinet, ut lata prima ſententia, & ab ea appellatione interpoſita, pœna applicari debeat Officiali primæ ſententiæ, non ſecundæ, ut in terminis notavit Molina *d.lib.3.c.11.n.24.* & ſi tradiderit iure noſtro d decretum in Curiis Pintianis anno 1548. tamen & ipſe fatetur eam legem non inveniri in nova legum Regiarum collectione, unde conſtat nullam ejus fuiſſe obſervantiam, & de contraria apud nos teſtatur Paris de Puteo *de Syndicatu verbo proventus.num.4.* ibi: *Tamen in Regno obſervatur, quod primus Officialis non poteſt petere proventus delicti commiſſi ſuo tempore, niſi ipſe condemnaverit delinquentem.*

35 Denique parum nocebit opinio, quam ex Mieres & aliis retulimus *n.7.* ex duobus Dominis majoratus, primo cujus tempore accuſatio inſtituta competere pœnam, non ſecundo apud quem facta condemnatio, quia hæc opinio reprobatur à Molina *dicto l.3. c.11.n.20.* & quamvis limitet *n.21.* quoties pœna incurritur ipſo jure, tamen hanc tripli non incurri ipſo jure, latè in terminis probavit Cabreros *de tripl. c.3.4 n.14.cum ſequentib.* ultra quam ille caſus valde à noſtro differt, in quo, ut excitetur fiſcalis ad fiſco pœnam applicandam, & fraudem detegere, hoc præmio donatur, quæ ratio maximè procedit in eo, qui obtinuit condemnationem.

ALLEGATIO XXXVIII.

De triplo an ad ejus pœnam dolus requiratur.

1 *Fraus videtur requiri, l.18.tit.5.lib.9.Recop.*

2 *Negotiatores qui litteris Cambii pecuniam Regis tranſportandam in aliis Provinciis recipiunt, an dicantur adminiſtratores Regiæ pecuniæ?*

3 *Rationem reddere eſt de jure divino.*
cap. qualiter & quando, el.2.de accuſationibus.
l.12.13.tit.9. lib.9. Recop.
l.13.tit.13 lib.9.Recop.
l.5.& 11, tit.14.lib.9, Recop.& n.13.
Ratio & relatio de bonis Regiis jurata eſſe debet cum pœna tripli, ſi non certa.

4 *l.36.§.13.tit.5.lib 9.Recop. & n.15.*
Stylus Senatuum obſervandus.
l.Prolatam, C.de ſentent.& interloq.

5 *Dolus præſumitur, eo quod non exprimatur, quod exprimendum erat.*
leg. tutor, qui repertorium, ff.de adminiſtr. tutor
l.tutores, C.eodem.
Tutor occultans aliquid ex bonis pupillaribus in duplum, & expenſas condemnatur.
Hæres non deſcribens bona in inventario, pœna dupli punitur.

6 *Pœna tripli mentio jure communi.*
l.excellentia, C, de erogat militar.
Falſi pœna puniuntur, qui in rationibus fraudem fecerint.
l.1.§.tutores, ff.ad l.Cornel.de falſ.12.
Falſitas committitur omittendo, ſicut falſum exprimendo.

7 *Ratio & ralatio debet eſſe vera ſine dubio, obſcuritate, vel cautelâ.*
l.ſi cui libertas 41.ff.de condit. & demonſtr.
l cùm ſervus 81.ff.eodem.
l.quæ ſub conditione 110.ff.eodem.
l.ſi eta fuerit, §.quas verò ff. de manum.teſtam.
l. qui filius, §. item quæſitum ff. eodem
l.ſi ſtatu libera pœna, §.fin ff.de ſtatu liber.
l.Thais, §. Stichus, & Dama ff. de commiſſariis libertatibus.
Rationem reddens debet diſcutere, ut certa ſit? aliàs tenetur.
l.1.C. diſcuſſoribus, lib.10.

8 *Dolus magis quàm error præſumitur ex actu, quo quis lucrum capit.*

9 *Tripli pœna ex falſa ratione apponitur propter perjurium.*
Iuramentum requirit veritatem certam non præſumptam.
c. etſi Chriſtus de jurejurando.

10 *l. jusjurandum ad pecunias 34.ff.de jurejurando.*
leg. Marcellus, §.qui rerum, ff.rer.amotarum.

11 *Pœna plus petitionis procedit etiamſi per ignorantiam plus petatur.*
§.tripli inſtit.de actionibus
l.1.C. de plus petitionibus.
c.1. de plus petitionibus.

l.1.ff.de interrogat.action.

12 *Probationis difficilis sunt quæ consistunt in animo. Exteriora indicant interiora.*
Fraus est difficilis probationis.

13 *Ignorantia non præsumitur in facto proprio.*

14 *Pœna tripli est conventionalis, quia ad eam obligatur, qui rationem reddere debet.*
l. Imperatores, ff. de jure fisci.
Iuramentum præstat executionem pœnæ conventionalis.
l. qui solidum, §. etiam Respublica, ff. de legat. 2.

15 *Pœna tripli committitur ipso jure.*

16 *Ignorantia non præsumitur.*
Scientia præsumitur facti Procuratoris, quando est conjuncta persona, vel Dominus tenetur factum Procuratoris est investigare.
l. intestata, ff. pro emptore.
l. prædia, C. de fideicommissis.

Utrùm ad pœnam dupli, & tripli, de quo in lege 18. titulo 5. libro 9. recopilat. requiratur constare de fraude, & dolo ejus, qui Regii Patrimonii rationem reddit, & juratam relationem dare tenetur, vel sufficiat quantitatem in rationibus omissam?

1 PLURES ex conductoribus id opponere solent, videlicet *d. l.* 18. loqui in fraude ut possit occurri ei, qua committi solet, ab eis, qui reddunt rationem reddituum regalium, textus, ibi: *facen algunas fraudes*, unde dicunt à fisco probandam esse fraudem, alias non poterit pœna ejus Textus injungi.

2 Sed & plures ex negotiatoribus, qui conventionem faciunt de aliqua pecunia literis Cambii in aliis Regnis transportanda, & solvenda in Regis favorem intendunt, etiam ad eos non pertinere, *d. l.* 18. quasi procedat in administrationibus reddituum, & patrimonii Regii, quod negotiatores non administrant sed delegandam pecuniam in aliis Provinciis solvendam recipiunt.

3 Verumtamen his non obstantibus, dicendum est negotiatores teneri in rationibus reddendis suorum cõtractuum observare dispositionem *d. legis* 18. quia reddere rationem non solùm est de jure positivo, sed etiam de jure divino, *ex c. qualiter & quando, el segundo, de accusat.* junctis traditis per Menoch. *de arbitrariis, l. 2. casu* 209. maximè quando ratio est de pecunia Regia, quæ omnino reddẽda, *l. 12. & 13. tit. 9. l. 9. recop. juncta l. 13. tit. 13. l. 5. & 11. tit. 14. ejusdẽ libri*, & jurata ratio dari debet jurando certam esse relationem, & rationem, omnéque factum certum, & verum esse sine fraude, & dolo subjiciens se qui rationem dedit pœnæ tripli, ex *d. l.* 18. ex qua negotiatores videntur comprehendi, quia rationem reddunt de pecuniis, quos à Rege acceperunt, ut aliis locis solvendas delegarent.

4 Sed & *l. 36. §. 13. tit. 5. l. 9. recop.* extensio fit, ut eodem modo rationes reddantur, in quibuscumque rationibus extraordinariis, quæ in tribunali calculationis Regiæ dari solent, ita ut nullum personarum genus excludatur, quo videtur negotiatores necessariò comprehendi, nec rectè providetur, ut fraudibus occurri posset, si illi excluderentur, & ideò rectissimè ex praxi, & stylo dicti tribunalis, omnes negotiatores rationem reddunt juratam, & se subjiciunt pœnæ tripli stylusque semper circa id observandus est, ut notarunt interpretes *per textum ibi in l. prolatam, C. de sententiis, & interlocutionibus*, Curtius Iunior *cons. 65. n. 19.* De Valençuela *cons. 94. n. 90.* Vivius *lib. 1. dec. 297. & lib. 2. dec. 401. n. 32.* Gamma *dec. 17. n. 7.* Surd. *dec. 135. n. 2.* Guido Papæ *dec. 198.* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 8. n 14. cum seqq.* & in termi. nis hujus ex Abbate, Rebuffo, Cacherano, Guidone Papæ, Alexandro, Raudensi, Affl cto, Avendaño probavit D. Ant. Cabreros *de triplis præludio 4. n. 17. 18. & 21.*

5 Deinde *d. l. 18.* ut occurreret fraudibus, quæ in reddendis rationibus fieri solent, decrevit rationem reddendam cum juramento, quod respicit, ut si aliquid deficiat, vel inveniretur fraus aut dolus, obscuritas, vel cautela, quæ aliquo tẽpore detegi posset, id cum juramento, qui rationem reddit, obligatur postea solvere cũ pœna tripli, & ita eo ipso, quod omittatur in ratione reddenda exprimi, quod exprimendũ erat, videtur probatus dolus, & fraus, & pœna committitur, *arg. text. in l. tutor, qui repertorium, ff. de administratione tutorum l. tutores, C. eodem* quibus adde Greg Lop *in l. 5. tit. 14. p. 7. gloss. 1. & 3.* ubi loquens in tutore detinente, vel occultante aliquid in rationibus pupillaribus, tradit ob dolum præsumptum posse istos tutores, vel curatores in duplum & expensas condemnari, & similiter punitur pœna dupli hæres non describens bona in inventario, Honded. *vol. 1 consil. 34. n. 37.* & Portius, *cons. 50. per totum.*

6 Et pœna dupli quæ (adjuncto simplo) tripli dicitur habetur, *in l. excellentia, C. de erogatione militari l. 12.* ubi qui reddit rationem Regalis Patrimonii, & aliquid injustè proponit censetur esse in dolo, & subjacet pœnæ dupli, & qui deceperint, in rationibus reddendis absque alia probatione fraudis puniuntur ut Falsarii *in l. 1. §. tutores, ff. de Falsis*, ibi: *Perinde puniantur ac si falsum commisissent*, & facit quod tradit Bald. *in l. exigitur, §. dolo. ff. de edendo*, ubi inquit, *Quod omittendo committitur falsitas, sicut falsum exprimendo*, quem sequitur Rolandus *volum. 1. consil. 49. n. 29.*

7 Præterea, nam cum relatio prædictæ rationis debeat esse vera, sine dubio, obscuritate, vel cautela *d. l. 18. d. l. 36. §. 13.* idque antea jure communi decretum erat, *l. si cui libertas 41. l. cum servus 81. l. quæsub cõditione 110 ff. de condit. & demonstrat. l. si ita fuerit, §. quas personas verò ff. de manum. testament. l. qui filiis, §. item quæsitum, ff. eodem titulo, l. si statu liberæ pœna. §. fin. ff. de statu liber, & in l. Thais. §. Stichus, & Dama, ff. de fideicommiss. libert.* cum aliis pluribus refert Bald. *consil. 152. n. 1. vol. 3.* & ideo tenebatur, qui rationis relationem dederit, & juraverit inquirere circa veritatem jurisjurandi, & omnem diligentiam adhibere, ut quod certum esse possit, in dicta relatione congnosceret, aliàs tenebitur, ut probatur in *l. 1. Codice de discussoribus lib. 10.* ubi pœna injungitur discussori, qui in libro suo debitorem fecerit, eum qui nihil debet, Textus ibi: *In quo alterum per pœnam fecerat debitorem*, Vbi Lucas de pẽa interpretatur verbum *perperam* de omnibus modis, inquibus potest esse excessus, & interpretatur, *pravè, nõ justè perverse vel etiam qualitercumque indiscretè, vel improvidè.* & Bart. *in eo text. argum. ex eis verbis*, ibi: *Et fidẽ facti non poterit probare discuss.* admittit non esse necessariũ probari fraudem, dum constat de

de defectu rationis, & qui in ea fecit teneri probare non fuiſſet ex dolo, & addendus eruditus meus D. Amaya qui rectè explicat *d.l.1.C. de diſcuſſoribus in donat.* ac libros voluminis ad eum textum.

8 Et ex actu quo quis lucrum conſequitur magis dolus quam error præſumitur, Natta, *l.2.conſil.314. n.9.* & in terminis, Farinacius *lib.1. conſ.18. n.19.* ibi: *Dubium enim in jure non eſt quod ſi mercator ad unguem, de die in diem non deſcribat in ſuis libris omnia recepta in quibus eſt debitor, ſicut data in quibus eſt creditor, dolus eſt.* Et præcipue quando non veras, ſed falſas ſummas deſcripſerit, idem Farinacius *vol.2 conſ.114.n.69.* & quando conſtat de falſitate tunc illa per errorem, ſed dolosè fabricata præſumitur, ut declarat Portius, Imolenſis *conſ. 94. n.3. & conſ.96.n.12. & 30.*

9 Vlterius nam pœna tripli non ſolum imponitur propter fraudem, ſed etiam propter perjurium, quod committitur ſive ſcientia, vel ignorantia, & in mendacio perjurii dolus ineſſe videtur, ut *ex l.ſi quis affirmaverit, ff. de dolo*, Romano, Aimon, Riminaldo, Decio, Auguſt. Barb. & aliis probavit Cabreros *de triplis, cap.14.n.11.* & juramentum debet eſſe ſuper re creta cum ad eſſentiam ejus requiratur veritas, *cap. etſi Chriſtus de jurejurando*, & quod jurans ſit certus de veritate, & habeat veram ſcientiam, per ſenſum corporeum, non autem per credulitatem præſumptam, vel firmam, ut *ex gloſſa fin. ad medium in l. in bonæ fidei C. de rebus creditis*, docet Pariſ. de Puteo *in tractatu de reaſſumptione inſtrumentorum, rubrica 19.n.50.*

10 Et facit *l. jusjurandum, & ad pecunias, 34. ff. de jurejurando* ibi: *Non erit tutus per relationem jurans, & ideo ex hac cauſa putat Marcellus, & rectè aut remittendum ei jusjurandum aut ſpatium dandum, ut certioretur, & ſic juret*, facit *l. Marcellus, §. qui rerum, ff. rerum amotarum*, ibi: *Pater amoventis jurare non cogitur cum iniquum ſit de alieno facto alium jurare* Unde neceſſariò qui juraverit, relationem rationum reddendam, debet ſedulo inquirere de veritate juramenti nec excuſari debebit, prætextu credulitatis vel ignorantiæ.

11 Maximè, quia pœna tripli, quæ imponitur jure civili alicui, eo quod plus petierit, quàm quod debetur juxta textum *in §. tripli inſtit. de actionibus, l.1. Cod. de plus petitionibus, cap.1. juncta gloſſa eodem titulo, locum* habet etiamſi per ignorantiam plus petendo aliquis actionem propoſuerit, ut probatur textu expreſſè, *in l. ff.1. de interrogatoriis actionibus*, eis verbis: *Eſt autem interrogatio tunc neceſſaria, cùm in perſonam eſt actio, & ita ſi certum petatur, nedum ignoret actor, qua ex parte adverſarius defuncto hæres extiterit, interdum plus petendo aliquid damni ſentiat.*

12 Tum etiam, quia ſi *ad dict. legem* 18. ut locum haberet ex parte fiſci, fraus eſſet probanda, nunquam ejus pœna exequi poſſet, quia difficillimè probantur, quæ conſiſtunt in animo, qui nunquam magis probatus cenſeri poteſt, quàm ex actu exteriori: nam ille declarat actum exteriorem, ut tradit D. Thomas *1.2.q.18.art.6.* quem refert Covarr. *in Clementina ſi furioſus, 2. part. in initio, n.3.* ex quo Gloſſa *in §. Pavonum. verbo. deſierit, inſtit. de rerum diviſione*, tradit exteriora judicare animi ſecreta interiora, & in brutis quoque animalibus intrinſeca intelligimus per extrinſeca, ut inquit Gloſſa, *verbo in uxorem, in l. fin. ff. de divortiis, & in l. is qui, verbo ex ſermonibus, ff. de tutoribus, & curatorib. datis ab his*, de quo multa notavit Iaſon *in l. apud Iulianum, §. conſtat de legatis 1. & in l. furioſum, num.4. C. qui teſtamenta facere poſſunt*, & cum valde difficilè ſit animi interiora cognoſcere, ideò quia fraus in animo conſiſtit difficillimæ probationis exiſtimatur, *cap.2. de renunciatione, lib.6.* Alexander. *lib.7. conſil.69.* Ancharr. *conſil.151. num. 4.* Aimon *conſil. 100. num. 3. & conſil. 143.n.12.* Pariſ. *conſ.92.n.17.* Maſcard. *de probat. concluſ. 815. n.1.* Menoch *lib.5. præſumpt. 3. n.43.* ex quo niſi per actum exteriorem de fraude judicare non poſſumus, & ſatis probatus cenſebitur eo ipſo, quod apparet in relatione omiſſum, quod declarari oportet.

Rurſus, quia ſi dicta lex 18 quoad pœnam tripli 13
non procederet, quando adeſſet ignorantia, ex diametro pugnaret illa lex cum *l.5. tit.14. lib.9. Recop.* ubi imponitur pœna ſeptupli ei, qui aliquid defecerit in relatione Regiæ pecuniæ, quia *dict. l.5.* procedit in eis, quæ apud ſe habent Regiam pecuniam, & quibus committitur cuſtodia redditurum Regalium nam hi ex præſumpta malitia, & improbitate tenentur in ſeptuplum, quia non præſumitur ignorantia in facto proprio, ut docet Iaſon *in l. ſi res obligata, n. 35. ff. de legatis 1. l. quamquam ff. ad S.C. Velleianum l. plurimum. ff. de juris & facti ignorantia*, Maranta *in l. is poteſt, n.227. ff. de adquir. hæred.* Menochius *l.6. præſumpt.23.n.32.* at verò in reliquis, qui rationem reddere debent, quia poſſent eſſe non benè inſtructi, decipi, aut habere juſtam cauſam ignorantiæ, quia multoties rem tractaverint per inſtitutorum manus quamvis id non ſufficeret, ut omnino à pœna eximerentur ex damno Regalis patrimonii, & perjurio tamen *dict. l. 38.* contenta fuit cum pœna dupli adjuncto ſimplo juxta ejus diſpoſitionem.

Maximè, quia hæc pœna eſt conventionalis, ad 14
quam ſe obligavit ex natura rei, qui rationem reddere debet, *argumento l. Imperatores, ff. de jure fiſci*, ibi: *ipſe te huic pœnæ ſubdidiſti, l. ſi duo*, ubi gloſſa, & Bald. *ff. de acquir. hæredit.* & ex juramento poteſt exequi pœna conventionalis, Ancharanus *conſil.146.* Gutierrez *de juramento confirmatorio, 1. part. cap.36. n.11.* & committitur ipſo jure, ut in terminis tradit Cabreros *de triplis, c.3.n.8. & 9.* nec ab ea quis liber exiſtimandus, quando pœnam promiſit, & ſi cauſam excuſationis alleget: nam licet aliàs juſta cauſa excuſet, ut in condemnatione expenſarum litis, quando quis juſtè judicium inſtitueret, *argumento textus in l. qui ſolidum 8. §. etiam Reſpublica, ff. de legat. 2.* at verò ab eis non excuſatur ex quacumque juſta cauſa, qui expenſas promiſit per contractum, Gloſſa *verbo fortaſſis, in leg.3. §. ſi rem, ff. de legat.3.* Alex. *l.2. conſil. 119.n.12.*

Et facit textus *in 86. §.13. tit.5. l.9. expenſo verbo* 15
Preciſamente, quo omnino hæc pœna jubetur exequi, ex quo & ipſo jure committenda, & condemnationem inducit, ut ex Tiraquello, Rebuffo, Iaſone, & Thuſco probavit Cabreros *d.c.9.*

Denique, quia ignorantia, quæ regulariter allega- 16
ri ſolet ab eis, qui in rationibus reddendis, & in relationibus juratis fraudem committunt, præſumi non oportet, quia ſemper Procuratores, inſtitutores negotiorum geſtores dominos, quorum negotia gerunt, admonere ſolent de inſtrumentis ſolutionum quas fecerint, & de omnibus, quæ in rerum ſuarum adminiſtratione egerint, ita ut licèt per inſtitutores res ageretur, notitia & ejus ſcientia præſumatur, ut docet Panormit. *l.2. conſ.19. n.4.* cujus doctrinam ſequitur, & notabilem tradit Aimon. Craveta *lib.1. conſ.40.* & Thuſc, *pract. lit. S, concluſ. 64. n.53. &* quamvis gloſ. *verbo ſi neſciat, in l. ſi res obligata, ff. de leg.3.* tradiderit præſumi ignorantiam facti Procuratoris, limitatur, quando Dominus tenetur factum

Procuratoris investigare, ut *argumento textus in cap. innotuit de elect.& Clementina unica in fine de concess.præbend.*tradit Iason *in dict.l.si res obligata,n.*41. Alex.*lib.*2.*cons.*103.*n.*15.Thuscus *practicarum,verbo ignorantia, conclus.*18.*n.*15.& 18. præsertim in causa ardua,& notarunt plures, quos refert Menoch *lib.*1. *præsumpt.* 73.*n.*43.& quando tempus aliquod præteriit,in quo potuit Dominus certio fieri,ut notavit Romanus *cons* 481.*n.*2. vel quando Procurator esset conjuncta persona,ut probatur *in l intestatæ fin. ff. pro emptore, l. prædia, C. de fideicommissis,* Glossa communiter recepta *in d. l. si Res obligata, verbo sciisset*, & *alibi* ego notavi.

17 Ex quo concludendum est nec ignorantiam præsumi in hoc casu, nec ut exequatur pœna tripli ex parte fisci esse probandam fraudem,ut in terminis, etsi fere omnia ex præd ctis non attulerit, tenuit D. Ant.Cabrer. *de Triplis c.*14 *n.*7.

ALLEGATIO XXXIX.

Nominator an teneatur ad pœnam dupli, & in triplo pro nominato & substituto ?

1 *Nominator tenetur pro nominato ad interesse.*
*l.hi qui,C.de periculo nominat.lib.*11.
l.ad similitudinem,C.de Episcop.& cler.
l nullus 60.*C.de Decurio,lib.*1.
l.neminem 64.*C.eodem.*
*l.*1.*C.de præpositis agentibus in rebus, lib.*12.

2 *Fidejussoris obligationem augere non potest delictum debitoris.*
*l.*2. *C.ad S. C.Turpilianum.*
Fraus unius alteri nocere non debet.
l.de pupillo, §*si plurium, ff. de novi operis nunciation.*
l.apud eum 8.*C. de censibus*, & *censitor. l.*11.
*l.unica,Cod.de periculo eorum, qui pro Magistratu intervenerunt,lib.*11.
Nominator velut fidejussor nominati habetur.
l.Imperator 11.§.1.*ff.ad municipal.*
*l.*1 *ff. de Magistrat. convenien.*

3 *Pœnam tripli commissum â substituto in officio ejus bonis deficientibas ex valore officii exigendam Senatus decrevit.*

4 *l.*1.§.*qui sint ff. nautæ, Caupones.*
l.debet,§.*hæc actio ff. eodem.*

5 *l fin.de Magistr. conveniendis.*

6 *l.*1.*C.ad leg. Iuliam repetundarum.*

7 *Dupli pœna cum interesse, quod est triplum, cohæret exercitio muneris Thesaurarii si quid omissum in rationibus reddendis.*

8 *cap.*1.*ex capitulis Pratorum explicatur.*
Pœna septupli irrogat infamiam,
*l.*2.*tit.*1.*lib.*4.*fori legum.*
Pœnam septupli debet solvere pro nominato, qui illum ad officium nominavit.

9 *l.*20.*tit.*11.*lib.*9.*Recop.*
*l.*132. *quaderni gabellarum.*

10 *Nominator, qui aliquem in officio nominavit, tenetur pro eo de culpis & delictis in officio commissis.*
Nominatoris culpa consideratur in eligendo non idoneo.
l.nam & Servius,§.*fin. ff.de negotiis gestis.*

11 *l. vel per literas* 2. *ff. si mensor falsum modum dixerit.*

12 *Eligens malè substitutum in culpa est.*
l.videamus 11.*in principio ff locati*
l.si servus 27. §.*Proculus ad leg. Aquil. l.*5. *tit.*18. *part.*2.
Episcopus Caurien sis multatus fuit in Cancellaria Pintiana pro vicario quem elegit.
Dux Vexarien sis condemnatus fuit, ut solveret multam, quæ irrogata Iudici Ecclesiastico, quem ex indultis Apostolicis nominavit.

13 *A fidejussoribus Thesaurarii exigitur pœna pecuniaria, quæ irrogatur substituto in officio pro malè gestis in eo.*

14 *Incucta ad augmentum non debent operari diminutionem.*

Thesaurarius qui aliquem nominavit ad officii exercitium, si nominatus fraudem committat in rationibus reddendis, ita ut ad triplum condemnetur, si nulla bona fuerint nominati, an possit pœna ex officii valore, in cujus exercitio deliquit exigi?

IN quo casu prima fronte videbatur, non posse ex ipso officio pœnam exigi, quippe Thesaurarius ex nominatione solùm videtur ad interesse civile esse obligatus,non vero ad pœnam criminalem,*l.hi qui,& tit. C. de periculo nominatorũ lib.* 11. *ad similitudinem,C. de Episcopis & Clericis*, ubi notavit Bald. facit *l. nullus* 60. *C. de decurion. lib.*10.ibi:*Per substitutos periculo suarum facultatum l.neminem* 64. *C.eodem, l.*1.*C.de præpositis agent.in rebus lib.*12. ubi Lucas de Peñas, *in utraque lege* notavit.

Et ideò fidejussores quantumvis in omnem causam intercedant,adhuc non teneri pœnâ tripli, cuia delictum debitoris obligationem fidejussoris augere non potest,*l.*2.*C.ad Senat.Consult.Turpilian.* Heringius *de fidejussoribus cap.*24.*n.*175. & iniquum esset fraudem, unius nocere alteri quàm ei qui fecit, *l.de pupillo,*§.*si plurium,ff.de novi operis nunciatione,* & alterius culpa alter non debet subjacere dispendio.*l. apud eum,*7.*C.de censib.& censitor.l.*11.& ideo fidejussores Magistratuum pro delictis, & pœnis eorum non tenentur,*l.unica, C. de periculo eorum qui pro Magistrat.intervenerunt l.*11.ex quo,& aliis pluribus hanc sententiam ut fidejussores in triplum cõdemnari non possint, probavit D. Anton. Cabreros *de Triplis c.*17.*per tot.*& cum nominator velut fidejussor censendus.*l.imperator* 11.§.1.*ff.ad municip.* ibi:*Sed placuit fidejussoris exemplo priorem conveniendum qui nominavit quia fidei ratione convenitur, l.*1.*ff. de magistrat. conveniendis*, eis verbis ; *Parvi enim refert nominaverint,vel fidejusserunt an in se periculum receperunt*,& notavit Camillus de Medicis *cons.*31.*n.*6.

Vnde similiter dicendum tripli pœnam nominatoris damno esse non debere, ut ex pretio officii aliis bonis deficientibus consequi possit.

Veruntamen contra obtinui, ut cum facta fuisset excussio in bonis ejus qui officium administravit,nec aliqua invenirẽtur bona,ex quibus pœna exigi posset in

in ipso in quo delictum commissum pœna exigi valeat, cujus rei fundamenta non leviora præstant.

4 *Primò l.1.§.qui sint juncta l.debet,§. hæc actio, ff. nauta, caupones, & stabularii*, ubi cum illi de quibus in eo titulo teneantur pro magistris navium, vel aliis quos alicui exercitio præposuerunt, tunc quando ex nominatione cum prædicta actione conveniantur, in duplum pœnam præstare tenentur & cùm ex maleficio hæc obligatio descendat, Gloss. *verbo Hæc actio*, dictæ legis debet nominator ad omne quod illa respicit, interesse scilicet, & pœnam tenetur, junctis quæ in eo textu notarunt Bartolus & Baldus, ubi etiam Albanus Philippus, Francus *in c. exigat. n. 4. de censibus*, Laudensis *de officio dominor. q.* 167. ex Ioanne Andrea, Imola, Avendaño, & aliis Azevedo *leg. 6. n. 19. tit. 11. lib. 7 recop.* & cùm nulla differentiæ ratio inter hanc pœnam dupli & aliam tripli possit considerari, quemadmodum qui aliquem præposuit exercitio, ad pœnam pro exercitio tenetur, similiter in hoc casu teneri debet pro triplo, quando substituti in officio Thesaurari nulla bona inveniuntur, quibus tripli pœna dependit possit.

5 *Secundò* facit *l fin. ff. de Magistratibus conveniēdis*, ubi si Magistratus tutores nominaverunt, non solùm pro nominatione ad interesse tenentur, sed ad pœnam videlicet ut in usuras pupillares, in quibus tutores pro negligentia & culpa condemnantur, similiter Magistratus teneri debeant, nota verba ibi: *An verò usuras peti non possint quoniam constitutū est pœnarum usuras peti non posse, & reſcriptum est à Divis Severo & Anton. usuras peti posse, quoniam eadem in Magistratus actio datur quæ competit in tutores*; & pro hujus rei explicatione adde quæ notavit Bartol. *in l. 2. n. 1. de action. & oblig.* Aretin. *in l. vinum, ff. si certum petatur* ubi etiam Baldus Montanus *in tr. de tutelis, c. 32. reg. 7. n. 47. 48. & 52.* & ideo similiter in hoc casu nominator ad triplum tenebitur.

6 *Tertiò* apertè id firmare videtur *l. 1. C. ad legem Iuliam repetundarum*, ubi is qui nominavit aliquem officialem, pro eo tenetur si quid malè egerit, non solùm ad interesse, sed ad pœnam quadrupli; nota verba: *Ut non solùm quod ejus, non dicam domesticus, sed manipularius & minister acceperit, verum etiā quod ipse à Provincialibus nostris rapuerit aut sustulerit, in quadruplum exsolvat invitus*, & hanc sententiam explicat Bald. & Salicet. *in eo textu*, Dec. *in l. hoc edicto, n. 15 ff. quod quisque juris*, adde quæ ex Cujacio Deciano, & Boherio notarunt Nevius & Delrio *in d. l. 1.* Roman *conſ. 11. n. 3. & 12 & conſ. 338. n. 7. & conſ. 434.* Cephalus *conſ. 362. n. 27.* Capella Tholosana *deciſ. 196. n. 3.*

7 Vnde si ad quadrupli pœnam tenetur qui nominaverit officialem, si quid nominatus sustulerit vel rapuerit cum id ex accidenti eveniat, non velut connexum exercitio & ministerio, multò magis in hoc casu ad duplum tenebitur in eo quod Thesaurarius nominatus fraudem fecerit in rationibus vel relationibus juratis Regalis Patrimonii, cùm ex natura & essentia ipsius officii Thesaurarii proveniat, & ad dupli pœnam ultra interesse, quod triplum dicitur, obligetur quando officii muneris exercitium injungitur, quia expresè obligatio fit in consilio rationum Regiarum, de illis reddendis cum pœna tripli, si quid declaraverit solutum quod non fuerit, aut si aliquid omiserit exactum declarari, & inde cùm insitum sit, hoc onus muneris exercitio illud subire tenebitur qui aliquem ei muneri proposuerit, ex traditis à Jasone *in l. age, C. de transact. n. 8. & 9.* ubi Alciatus *n. 24.* Roman. *conſ. 15.* Heringius *de fidejuſſ. c. 24. n. 189.* Giurba *conſ. 36. n. 26.*

8 *Quartò* in idem expendi potest *cap. 1.* ex capitulis Prætorum, eis verbis: *Ni llabaran, ni consentiran, lleba a sus officiales, mas derechos de los que en el arāçez de aquella ciudad villa, o provincia que es a su cargo fueren pouſtos ſo pena que los pague con los ſetenos aunque diga que no lo ſupieron.* ubi etiamsi prædicta pœna quodammodo irrogat infamiam, quia furto æquiparatur qui in illa condemnatur, *l. 2. tit. 1. lib. 4. For. legum*, & tradit Aviles *in dict. c. verbo Senatus, n. 1.* Bobadilla rectè explicans & ideò vitandam hanc pœnam statuens *l. 5. Politica, c. 1. n. 233. usque 236.* tamen qui officialem præposuit exercitio alicujus muneris, in hac pœna septupli tenetur, & cùm adeo gravem pœnam subeat, nominator melius ad hanc dupli pœnam obligabitur, quæ ex natura & obligatione ipsius muneris reddendarum rationum, si in hoc deficiat debetur.

9 Pro qua re noto duo jura in terminis Thesaurarii & officialium, quos ad muneris exercitium proposuerit, *l. 20. tit. 11. l. 9. recop.* ubi loquens de conductoribus, quæstoribus & Thesaurariis bonorum Regalium, tradit hæc verba: *Y que sean tenudos de poner en los dichos arrendamientos, y recaudamientos tales hazedores que guarden loſuſſo dicho, y ſi lo contrario ficieren los tales facedores, que paguen los que aſſi los puſieren las dichas penas cada uno de ſu partido por ſi por ſus bienes fiadores que hubieren dado*, ubi loquitur de pœna septupli, quæ irrogatur eis quibus cura est solvere aliquid ex Regalibus redditibus creditoribus consignatum, si quid minus solverint, vel aliquid acceperint pro solutione facienda; & quod magis est, etiamsi *suprà* tradidimus fidejussores non teneri ad duplum in nostro casu, adhuc verbis suprà dictis tenentur ad septuplum *in d. l. 20.*

Et idem traditur *l. 19. tit. 16. l. 9. recop.* ibi: *Y ſi lo contrario hizieren los tales hazedores que la paguen los que aſſi los puſieren con las penas, cada uno en ſu partido por ſi por ſus bienes, y por ſus fiadores que hubieren dado*; & notandum est *l. 15. d. tit. 16. l. 9.* solùm videri pœnam dupli apponi in hoc casu eis qui aliquid receperunt, pro solvendo eo quod à Rege creditoribus consignatur, sed juxta Azeved. *in d. l. 15. d. l. 19. & 20.* prædictæ sunt noviores, ac perinde observandæ, ut pœna quæ antea erat dupli, augeretur ad septuplum, & est etiam *l. 132.* quaterni gabellarum, & ideo de pœna septupli non erit dubitandum, cui ego adjungo notandum *in d. l. 15.* postquā dupli pœna adjecta ultra traditur subjacere eū aliis pœnis, quæ Rex arbitrabitur, & quod arbitrio & voluntate Principis antea relictum, postea declaratum, *d. l. 19. & l. 20.* ut pœna septuplum respiciat.

10 Rursus quia omnium Doctorum communis sententia est, ut ille qui alterum in officio substituit, ex sua voluntate & electione teneatur pro illo de excessibus & delictis, ut notarunt Platea *n. 3.* Filliucius *n. 57.* Novarius *n. 2. in l. nullus, 60. C. de decurionibus, n. 10.* Thesaurus *lib. 1. forensium, quæst. 83.* Bosius *in praxi, tit. de official. corrupt. n. 31.* Menoch. *de arbitrariis, casu 345: n. 1. & conſ. 1159. n. 4.* ex quibus Alciato, Farinacio, Guazino, Rolando, Thusco Seraphino, Conrado, & aliis pluribus, tenuit Giurba *conſ. 36. n. 26.* ex Cancerio, Rovito, Puteo Avendaño, Avilesio, Bobadilla, Barbosa, & aliis pluribus de Amaya *in commentariis, d. l. nullus n. 43. & 44.* præsertim in hac pœna dupli, quæ non respicit corpus, sed interesse, quia ad pœnam corporalem non tenentur nominator, ut latissimè probavit Giurba *conſil. crimin. 36. num. 85.* alias enim omnis hæc Doctorum communis sententia irrita esset, solùm ad interesse teneretur nominator, non pro pœnis pecunia

pecuniariis, quia de intereſſe nullus dubitavit,& pro culpis non tenerentur nominatores, niſi pœnas pecuniarias ſubirent præſertim quando ut in hoc caſu non cogimus perſonam nominatoris,ſed ſolum admittimus pro pœna dupli procedi, ut exigatur ab officii valore, in cujus exercitio culpa fuit in rationibus reddendis poſtquam conſtiterit ipſius ſubſtituti & nominati bona non extare,quia etiam nominatoris culpa poteſt conſiderari, cùm malè ageret ſubſtituendo non idoneum vel fidelem in officio Theſaurarii, quemadmodum delegans tenetur de imperitia pro delegato, & qui elegit ad aliquod negotium pro eligente,*l.nam & Servius,§.fin.ff.de negot.geſt.*ex Menoch,*conſ.*1159.& aliis tradit Giurb, *d.conſ.*36.*n.*4.*&* 29.

11 Et ultra eos ego expendo textum valde notandum *in l. vel per literas,*2.*ff ſi menſor falſum modũ dixerit,*ubi traditur, ſi mẽſor(ut in præſenti Theſaurarius) Titio delegaverit, ut agri menſuram faceret, & ille dolo malo aliquid in ea re fecerit,tenebitur qui delegavit, addita ratione nobis aptiſſima, *quia dolo malo verſatus es qui tali homini credidiſti,* adde Pariſ.*vol.*1.*conſ.*104.*n.*28.*&vol.*4.*n.*7.*conſ.*4 Hieronym.de Monte *de finibus, c.*31.*n.*4. Greg. Lopez *gloſſ.in l.*8.*tit.*7.*p.*7.

12 In cujus confirmationem D.Amaya (etſi non adduxerit *d.l.*2. nec alii ex *ſuprà* relatis) *in d.l.nullus, C.de decurionib. n.*44. tradit in culpa eſſe illum qui malè elegerit ; *l.videamus,*11.*in princ.ff. locati, leg ſi ſervus,*27.§.*Proculus,ff.ad l.Aquiliam,*quia nominator debuit eligere illum,de quo ſperaret omnia bene gerere,& probatur *l.*5.*tit.*18. *p.*2. eis verbis: *Deve atar que embie tal hombre enſu lugar que pueda eſcpa facer todas aquellas coſſas,que el era tenido de façer,*& Dominus Amaya cõfirmat ex Greg.Lopezio,Giurba, Fulvio, Conſtantio, Platea Barboſa, Bobadilla,Azevedo,& aliis,& *n.*45.adducit pro eadem re Farinac. Pereiram, & Seſſe, & inde tradit in Senatu Pintiano,eo præſente, mulctatum fuiſſe Epiſcopum Cauriẽſem pœna quingentorum ducatorum de bonis temporalibus,eo quod Vicarium quẽdam conſtituiſſet, qui in caſu quo declaratum vim facere, Regiis juſſionibus parere noluit, & cum ſe abſentaret Vicarius, & à Regno extractus nullis rebus bonis temporalibus, idcò multa fuit exacta à bonis temporalibus Epiſcopi,qui eum nominavit,& ſimiliter tradit in Cancellaria Granatenſi, cum Dux Vexarienſis ex indultis Apoſtolicis Clericum ut judicem eligeret,& excitaret nominando, & Clericum vim facere declaratum, & Iudex ille monitus à Senatu, nollet vim reponere,mulctatus in temporalitatibus certæ ſummæ Dux ipſe nominator ad ſolutionem fuit condẽnatus,cùm Clericus ille Iudex ſolvendo non eſſet, aliter enim Regia decreta eluderentur,& cum adeò publicè interſit, rationes Regalis Patrimonii juſtè ſine dolo & fraude expediri merito pœna dupli, quæ injuncta fraudanti. ſi ille bona non habuerit, exigi debet ex valore officii in quo deliquit, & ſuſtitutus fuit à nominatore, ut in aliis caſibus pœnæ quæ reſpiciunt pecuniariam exactionem, exiguntur à nominatore juxta ea quæ notavimus.

13 Nec obſtant quæ contra expenſa fuerunt, quia reſpiciunt ne ad pœnam corporalem nominator teneatur,quod jam admittimus & probamus ; ſecùs verò ad pœnas pecuniarias, quia periculo ſuarum facultatum nominatio procedit,*d.l.nullus,C.dedecurionib.l.*10.quemadmodum *in cap.*1.*Prætorum,& in l.*20.*tit.*11.*l.*15.*&* 19.*tit.* 16.*l.* 9.*recop.* qui alios ſubſtituunt, ad Theſaurarii Regis officium ipſi & illorum fidejuſſores teneantur pro pœna dupli & ſeptupli, quæ ſubſtitutis malè officium gerentibus irrogatur.

Vnde conſtat in hoc caſu non adeo veram opi- 14
nionem Antonii Cabreros *de triplis c.*27. fidejuſſores ad pœnam teneri,quia ultra quam expreſsè contrà deciſum *d.l.*15. 19.*&* 20. quamvis in triplo aliter praxi Senatus Regalis Patrimonii contra admiſſum cùm fidejuſſio ſit ſtricti juris,nec extendatur niſi ad illud quod expreſſum, non inde argumentum evincit, quod nominatorem qui aliquem in officio ſubſtituit & præpoſuit,cùm debeat teneri nominator pro omnibus,quæ ex natura ſunt illius miniſterii, & quamvis pro fidejuſſore habeatur nominator,*d.l.imperator,*§.1.*ff. de municipalem, l.*1.*ff. de magiſtrat. conveniend.*non inde reſtringendum quod ex nominationis natura & jure obligatus nominator, quia inducta ad augmentum (id eſt, ut pro fidejuſſore habeatur) non debent operari diminutionem, ut ex Ruino,Alciato,Barcio, Vivio, & aliis probavit D. Caſtillo *tom.*4. *controverſ.c.*40. *n.*13.

ALLEGATIO XL.

Solutio ex cauſa publica poteſt fieri alterius rei quam promiſſæ.

1 *Hiſpani Imperii magnitudo plura ſtipendia debet militibus ſolvere.*
Hiſpani Regis potentia in militibus ad bellum præparandis.
Hiſpaniæ divitiæ.

2 *Rex Hiſpaniæ multis eget divitiis ad tuendum magnum ſuum Imperium.*

3 *Millionum tredecim aureorum quantitatem anno* 1637. *extra Hiſpaniam ſolvendam Rex Hiſpaniæ cum negotiatoribus convenit.*

4 *Donativum factum Regi Hiſpaniæ anno* 1637.

5 *Princeps ex ſuis contractibus obligatur.*

6 *Princeps non poteſt derogare obligationi, cui ſe ſubjecit.*

7 *Donandi obligatio non adſtringit ultra quam quis facere poteſt.*
l.maritus 55.*verſ.at is.ff.ſolut.matr.*
Solutio minutæ ſummæ habet plura incommoda.
l.tutor.§.*Lucius,ff.de uſuris.*
l.planè 5.*ff familiæ erciſcundæ.*

8 *Hypothecaria obligatio plus cautionis habet & æſtimationis,quam perſonalis.*
l.plus cautionis de regul. juris.

9 *Arbitrium abſolutum reſpicit liberam voluntatem.*
Intereſſe ſuccedit loco rei in obligationibus facti
*l. ſtipulationes non dividuntur ,ff. de verbor. obligat. & n.*24.

10 *Implere ex ſuo latere debet contractum, qui petit ejus implementum.*
l.Iulianus,§. *offerri.ff. de action. empti.*
l.ſi emptione,§. *item ſi emptor , ff. de contrahend.empt.*
*cap. fruſtrà de Regul. juris,lib.*6.
l.quæro,§. *inter locatorem,ff.locati.*
Exceptio defectus implementi poteſt opponi in via executiva.

11 *Conditio in forma ſpecifica adimplenda.*
l.qui hæredi 44.*de condit.& demonſtr.& n.*26.

Forma

Forma ſubſtantialis implenda nec poteſt per æquipollens.

11 Alius *dictio ſignificat rem diverſam, non ſimilem.*
l.ſub conditione 81.§.*ſi libertus.ff. de leg.*1.

13 *Contractus impletur ſpecificè, quando ex illius verbis ſequitur implementum.*

14 *Lex quamvis* 2. *Codice, de pignoribus exornatur.*

15 *Expreſſum potius demonſtrativè, quàm limitativè accipiendum.*
Demonſtratio falſa non nocet.
l.quibus diebus,§. *qui dotalem,ff. de condit. & demonſtrat.*
l.demonſtratio 17.*l.falſa* 31.*de condit. & demonſtrat.*
l.ſi ſic legatum 75.§.*ſi mulier,de legat.*1.
l legavi 25.*de liber.legat.*

16 *Demonſtratio generaliter adjecta intelligenda non reſtringendi,ſed deſignandi cauſa.*

17 *Demonſtratio falſa tunc nocet, quando ſit ejus, quod in rerum natura non eſt*
l.ſi ſervus 108.§.*quicumque,ff.de legatis* 1.

18 *Reſtrictio non eſt in expreſſis, ubi de aliis rebus generaliter adjicitur.*

19 *Dictio* qui,*quando reſtringit, vel non.*
l.omnes populi,ff.de juſtitia & jure.
l.à filio,§.*teſtator de adim. legatis.*
l.§.*ſed cum plures,ff.ſi fam.furt.feciſſe dicatur.*

20 *Dictio* qui *non reſtringit ſed demonſtrat, quando convenit omni rei de qua agitur.*

21 *Solvi aliud pro alio poteſt, ſi nullum creditor damnum patiatur.*

22 *l.qui autem,*14.§.*ſed etſi quis certum,ff.de conſtit pecun.*
Fidejuſſorem certum dare promittens liberatur dando alium æque idoneum.

23 *Solvi poſſe aliud pro alio creditore invito ex juſta cauſa vel in caſu neceſſitatis.*
l.ſi me,& Titium ff. ſi certum petatur

24 *Intereſſe ſuccedere in obligationibus facti procedit in contractibus innominatis.*
l.naturalis,§.1.*ff.de præſcriptis verbis.& numer.*25.
*l.*1 *ff. de rer. permutatione.*
Solvi aliud pro alio invito creditore poteſt in contractu innominato ex juſta cauſa.

25 *Contractus innominati implementum requirunt;& implementum ſequitur præſtando intereſſe.*

26 *Conditio quando poteſt per æquipollens adimpleri.*
l.quoties,§ *ſi quis nomen,ff.hæredit. inſt.*
l.legatum ff.de uſufructu.
l.Iulianus ff.de condit.& demonſtrat.
§. *eſt autem acceptilatio,inſtit. quibus modis tollitur obligatio.*

27 *Qualitatem in contractu adjectam in dubio magis ut modum quam ut conditionem accipiendam.*
l.cum ſervus,ff.de verb.obligat.
Effectus quando ſequitur non curandum de modo.

28 *Solutio ex juſtis cauſis poteſt fieri per æquipollens.*
Solutio facta ut compenſatio idem operatur quod vera.
l.debitor, ff. qui potiores.
l.rei judicatæ, §.1. *ff. ſolut. matrimonio.*
l.ſi peculium,ff.de ſtatu. liber.
l.Solutionis,ff.de ſolution.

29 *Solvere videtur qui delegaverit debitorem.*
l.inter eauſas,§.*abeſſe,ff.mandati.*
l.quamvis §.*interdum,ff ad S.C.Velleian.*
Fidejuſſor qui delegavit poteſt ſtatim agere mandati, quamvis delegaverit eum qui ſolvendo non erat.
l qui debitorem.ff.de fidejuſſ.
l.item liberatur, qui paratus, ff. quibus modis pignus,vel hypotheca ſolvitur.
l.ſi rem,§ *omnis,ff.de pignorat.actione.*
Solutio ad omnem ſatisfactionem refertur.
l.ſolutionis,ff.de ſolution.

30 *Solutionis ubi mentio fit in diſpoſitione impletur ſolutione facta.*
l.in fideicommiſſum 3.§.*ſi auro, vel argento ff.de uſuris.*
Difficultas præſtandi non excuſat ab obligatione.
l.continuus 137.§. *illud inſpiciendum, ff. de obligat.*

31 *Difficultas magna dandi, quod debetur, facit, ut poſſit æſtimationem dando obligationi ſatis fieri.*
l.ſi domus 71.§.*qui confitetur ff de legat.*1.

32 *Difficultas magna dandi,vel ſolvendi in pecunia facit, ut poſſit debitor ſolvere in bonis,& qui ita obtulerit ſolutionem,vitabit carcerem.*

33 *Solutio contractu comprehenſa ad veroſimile referenda.*
l.ſi ex pluribus la 2 *ff.de ſolution.*

34 *Princeps ex cauſa publicæ utilitatis poteſt contractus à ſe factos revocare,& bona ſubditis adimere.*
*l.*2.*tit.*1.*part.*2.
*l.*31.*tit.*21.*part.*3.

35 *Donatio,quæ à principio ex liberalitate procedit, poſtquam facta promiſſio donandi habet juris neceſſitatem.*
Princip.inſtit. de obligat.& action.
l.fin.C.de dotis promiſſione.
l.cùm poſt mortem,§.1. *verſic.ſed de his,ff. de admin. tutor.*

36 *Donativa,quæ ſuccedunt loco collectarum habent juris neceſſitatem.*
Tributa Principi debita.
c.ſi tributum 11.*q.*1.
*c.tributum.*23.*q.*8.

37 *Donativi apud nos exigendi modus.*

38 *Donativum Regi datum pro bello ſuſtinendo.*
l.dolus 44. *ff.mandati.*

39 *Arbitrii mentio ad regulatum, & boni viri referendum.*
l.fideicommiſſa 11.§.*quamquam, ff.de legat.*3.
*l.*1.*ff. de uſuris.*

40 *Solutio ex qua ſequitur idem effectus poteſt per æquipollens adimpleri.*

41 *Intereſſe ſuccedit in obligatione facti etiamſi de non implemento apponatur per exceptionem.*
l.emptorem,C.locato.

42 *Implementi defectus opponi non poteſt ab eo, qui nullum damnum ſentit.*

Quando aliud pro alio invito creditore ſolvi poſsit à Principe in conſignationibus quæ negotiatoribus delegatæ?

1 IN hoc anno 1637. cum ferè totus Chriſtianus orbis bellis tumultuaret, & Hæretici Suevi, & Hollandi Batavi in Chriſtianam Religionem inſultarent, & in Principes ſuos, quorum munus eſt illam defendere, Imperatorem ſcilicet Germanum, & Regem Catholicum Hiſpaniæ, neceſſum fuit, ut ad ſuſtinendos exercitus, quos, Princeps noſter ſemper habet in Germania, Belgio, Italia, & ut poſſet repellere Gallorum inuaſiones, & factiones ut jam expedire valeret claſſes, quæ exercitibus debent deſervire, & ſubminiſtrare, & ad Indos Orientales & Occidentales quotannis ab Hiſpanicis littoribus proficiſcuntur longè pluris quàm antea ſtipendiis militum major ſumma pecuniarum deſtinaretur, in quo cùm ferè totus Orbis peſſum ruat ſuper humeros Regis noſtri Catholici, illéque Eccleſiam Romanam, & fidem ſemper defendat, maximè eget ſtipendia ſolvere ex ingenti & admiranda potentia Imperii Hiſpani cujus teſtimonium ex rerum ſubjungo à Carolo Scribanio *in Politico Chriſtiano lib.1. cap.24 pag.290.* ubi poſtquam ſedulò retulit omnia, quæ militum, & ſtipendiorum ſubminiſtrare poſſunt Regna noſtra & Provinciæ, quæ intra limites Hiſpaniæ continentur, tradit Regem noſtrum ex Hiſpania poſſe colligere militum peditum ducenta & viginti millia, & equitatus nonaginta millia, & poſtea agit de redditibus, quos Provinciæ Hiſpaniæ inferunt, & dependunt Regio fiſci ærario, notanda verba tradit ibi: *Nam ſi Regias intuearis opes, ingentes omnino ſunt, cum ſupra ſex, & viginti auri milliones annuæ Regio inferantur ærario, & poſſent plures, ſi res Auguſti more ad certos calculos redigamus, nam ſi quis arbitretur tam ſedulam ſeriamque exactionem non cadere in Magnos Reges, errat, non pœnituit nec puduit Romanum Imperatorem, nec quidquam magnitudini illius ex accuratiſſima, & quaſi privati hominis cura deceſſit, acceſſit plurimum.*

3 Omnes igitur iſtæ divitiæ, quæ ſolum ex Hiſpania Regio ærario inferuntur, & ingentes Theſauri quos ſubminiſtrant, & noſtris littoribus inferunt claſſes Orientales, & Occidentales Luſitaniæ ſcilicet, & Caſtellæ & tot Regna quæ in Italia, Germania, Belgio, & in aliis orbis Regionibus, ſubjacent imperio Hiſpano Rex noſter expendit, ut fere ſuum ærarium exhauſtum habeat pro defenſione Religionis, & hæreticorum debellatione, ut rectè egeant Hiſpani Principes magna & ingenti potentia ſuorum Regnorum, de qua Camillus Borrel integrum librum edidit *de præſtantia Regis Catholici*, & D. Valdeſ. etiam librum fecit *dignitate Regum Hiſpaniæ*, & hujus Regni magnitudinis bellicæ virtutis Hiſpanorum & fortitudinis, etſi plurima poſſent cumulari, unum pro cunctis ſufficiat quod tradit, & probat Magiſter Fr. Ioannes de la Puente *in convenientia utriuſque Monarchiæ, Eccleſiaſticæ, & Hiſpanæ lib.3. §.3.* ſolum tempore centum annorum ampliores provincias, & Regna Hiſpaniam ſuo imperio ſubjugaſſe quàm Romani in octocentis annis adquiſierunt.

Igitur, ut exercitibus ſtipendia poſſit Rex noſter ſubminiſtrare, hoc anno contractus facti fuerunt cum negotiatoribus Genuenſibus, & Luſitanis, ut tredecim millies aureorum, id eſt, milliones terdecim in Germania Belgio, & Italia litteris Cambii conſignarent militibus ſoluendos, magna parte pecuniæ negotiatoribus antea data cum grandi Cambio, quod reſpicit intereſſe pecuniarum, redditibus annuis, honoribus & officiis eis conceſſis, non ſolùm illis, ſed eorum conſanguineis pro ſumma ex centum millium aureorum, quæ ipſis non tradita, ſed poſtea ex aliquibus effectibus ſoluenda in ſcriptura negotiationis, quam dicimus *aſſientos*, conventum fuit, ut hæc ſumma illis ſolueretur ex diverſis rebus, quæ vendebantur, à Senatoribus conſilii Caſtellæ & Regalis Patrimonii ex venditionibus officiorum, & aliarum rerum: nota verba quibus ſolutio promittebatur, ibi: *En lo que procediere de effectos que ſe benefician por los de mi conſejo de ventas, de juriſdiçiones, officiales y otras coſas.*

4 Et cùm ſemper Hiſpani Principibus ſuis alacriter omnia ſubminiſtrent pro publicâ fidei & Regnorum defenſione, donativum fieri ab omnibus ſubditis Caſtellæ decretum fuit in Comitiis generalibus, ut in Gallia hæc ſubſidia congregari tradit Petrus Greg. *lib.24 de Republica, c.5. n.3.* ideò apud nos donativum decretum, ut ærarium exhauſtum poſſet tot militum ſtipendiis ſatisfacere, ut ſæpius in omnibus Regnis, & Rebuſpublicis conſuetum, & ultra illud donativum, quod factum Moyſi, vel potius Deo ad Tabernaculum templi, de quo *Exodi c.35.* & videndi *lib.3 Regum c.10.* Ioſephus *lib.8. antiq.c.6.* Sabellicus *lib.2. Æneadis 3. & lib.6. Ænead.4.* Celius Rodiginus *lib.14. antiq lection. c.16. & de juſtitia donativi, & modo* Ponte *1 p. deciſ.3.* Maſtril. *de magiſtrat. lib.5. c.15. n.29.* Camillus Borrell. *cent.2. conſ.1. per totum*, ubi latiſſimè, & *de præſtantia Regis Cathol. c.20. n.54.* D. Valenzuela *conſ.99. n.61.* ex innumeris Theologis, & aliis juris Doctoribus, plura de donativis notavit Pater Diana *1.p. Moralium tractatu 3. reſolut.1.2.3.4.5.16.17.18.21.22.24 25.26.27.31.32.* & idem Diana *3.p.tr.5 reſol.78.* idque donativum ſæpius ſubditi ex publicis neceſſitatibus Principi conferunt, & donativum factum Trajano tradit Plinius *in ejus Panegyrico* eóque uti oportere Reges Hiſpanos tradit Carolus Scribanius *in Politico Chriſtiano, d.lib.1.c.42.pag.293.* ibi: *Ex his opibus ultroneæ voluntate Regi ſuo anni unius proventum offerant, quam nobili augmento Regium opulentabant ærarium, & quis petenti Regi fidei, & Regni bono ſubſidiarium anni unius proventum negavit, maximè ſi aliquid honoris Regia munificentia ſingulis accedat, honor enim pro pecunia erit maximè apud Hiſpanos.*

5 Cùm igitur ex venditionibus officiorum ea ſumma ſex centum mille aureorum non redigeretur ejus cujus defecerat ſolutio in pecuniis donativi negotiatoribus conſignata fuit, illi verò admittere conſignationem recuſabant, quaſi Princeps ad ſui contractus obſervantiam adſtringendus ſit, cùm in eo publicam exuat perſonam, & privatam induat, ut notatur *in c.1. de probat.* ubi Beroius *n.28.* Azor. *1.p.inſtit. Moralium, lib.5. c.11.* Suar. *de legibus lib.3. c.35. n.23* Menchaca *controverſ. illuſtrium, lib.1. in l.3.* Cabedo *deciſ 75. n.1.2. part.* Matienzo *in l.3. gloſſa 11. num.3. in fine, lib.5. recop. & gloſſa 2. n.6.* Surd. *conſ.431. n.58.* Menoch. *conſ.493. n.6. & 7.* D. Caſtillo *tom.5. contro. c.89. n.111.*

6 Adeo quidem, ut nec ex poteſtate abſoluta poſſit præjudicium facere obligationi, cui ſe ſubjecit, aut nec cum juſta cauſa ex aliquorum ſententia illam valebit mutare, ut notarunt Menchaca, & Cabedo *ubi proximè* Ruinus *lib.1. conſil.90. num.4.* Menoch. *conſ. 27. num.25.* idque potius favorem Principis reſpicit, quia

quia aliàs non esset, qui cum eo contraheret, si obligationes inter eum, & subditos æquales & correspectivæ non censerentur, Baldus *cons.* 327. & post eum D. Castillo *ubi proximè*.

7 Tum & quia obligationes, quæ ex donatione proveniunt, non videntur juris necessitatem omnino habere quia qui donat, non potest conveniri ultra quam facere potest *l. maritus* 55. *versic. ait*, *ff. soluto matrimonio*, ubi gloss. notavit, & communiter Doctores, & ultra ordinarios ubi videndus Amatis *decis. Marchiæ* 16 & istæ obligationes, quæ ex donativo proveniunt, sunt minoris summæ, quam illæ ex venditionibus jurisdictionum, & officiorum, & sufficit minuta solutio, ut deterior censeatur conditio obligationis, *argum. l. tutor* §. *Lucius*, *ff. de usuris*, & facit textus, *in l. Plane*, 5 *ff. familiæ erciscundæ*, ibi: *exactio partium non minima incommoda adfert*, vide Bartolum Bald. Castalium, Carrocium, & Dumas, quos refert Nevius *ad* §. *Lucius*.

8 Tum etiam, quia obligationes, quæ proveniunt ex venditionibus officiorum in eis ipsis vadimonium habent, quæ verò ex donativo solùm in personis, & juris regula est, plus cautionis esse in re, quàm in persona, *l. plus cautionis de reg. juris*, sempérque majorem æstimationem habet obligatio cum hypotheca bonorum, ut ex pluribus notavit Giurba *decis.* 117. *n.* 3. Scacia *de commerciis*, §. 1. *quæst.* 7. *part.* 2. *ampliat.* 10. *num.* 75.

9 Sed etiam adjectum fuisse in contractu (opponebant) jura, & obligationes in quibus solutio ipsis consignanda deberi, æstimari, & censeri ex voluntate, & placito negotiatorum & expressum esse in contractu regulandum: *Ex suo arbitrio. & non ex alio*, & absolutum arbitrium respicere liberam voluntatem notavit Menoch *de arbitrariis*, *lib.* 1. *quæst.* 8. *n.* 2. *& consil.* 87. *num.* 19. & quando electio pendet de libera voluntate illa sola sufficit absque eo quod debeat referri ad arbitrium boni viri, Bart. *in l.* 1 *ff. de legatis* 2. Molina *lib.* 2. *de primog. cap.* 5 *num.* 1. *& n.* 14. Castillo *tom.* 5. *controvers.* 1. *p. cap.* 67. *n.* 3. & tunc in obligatione facti succedit obligatio, & interesse juxta *l. stipulationes non dividuntur*, *ff. de verb. obligat.* quando petitur jure actionis, non verò si defectus implementi objiciatur, per viam exceptionis quia tunc actor implere debet; aliàs Reus qui exceptionem opponit illa tutus erit, ut ex Baldo, Socino Seniori, & Rolando notavit Mantica *de tacitis*, *& ambiguis convent. lib.* 14. *tit.* 32. *n.* 26.

10 Quasi Rex noster qui vult negotiatores compellere ad implementum contractus, specificè debeat implere nec sufficiat præstare interesse *arg. l. Iulianus*, §. *offerri*, *ff. de act. empti* ubi notavit, Bart. *in l. cum proponas*, *la* 2. *Cod. de pactis* ex Alex. Corneo, & Tiraquello qui plures refert, Surdus *cons.* 52. *n.* 32. ex Decio, Natta, Croto, Beroio, Cephalo, & Becio idem Surdus *cons.* 447. *n.* 9. Socino Iuniori, & Gozadino Menochius *cons.* 1. *num.* 364. & ratio est qui non facit quod debet, non recipit quod oportet *gloss.* 1. *in l. si non fecerit*, *de jurejurando*, *l. si in emptione*, §. *item si emptor. ff. de contrah. empt.* & frustra petit debitum qui non impendit quod debet, *cap. frustra*, 75. *de reg. juris in* 6. & qui differt facere quod debet non potest petere quod sibi debetur, Bald. *in auth. dos data*, *C. de donat. ante nuptias*, ex quibus ita arguit Surdus, *dict. num.* 32. *& argument. l. quæro.* §. *inter latorem ff. locati* ex Bart. Iasone, Alex. Decio, & Natta probavit Rolandus à Valle *vol.* 4. *cons.* 69. *n.* 1. *&* 2. *cum sequent.* & exceptionem non impleviſti ex parte tua adeo legitimam esse, ut in executione opponi possit, ex Craveta, Menochio, Corneo, Gallesio, Thusco, Marescoto, & aliis probavit, D. Salgado *de reg. protect.* 4. *part. cap.* 7. *n.* 108.

Quod maximè procedere posset, si ut negotiatores dicebant, in vim conditionis adjectum fuisset, quod de consignationibus, & solutione sexcentorum millium aureorum conventum fuit, & conditiones in forma specifica adimplendæ *l. qui hæredi*, 44. *ff. de condit. & demonstrat.* idque quando in contractu reciproco adjecta fuit, & forma data ex voluntate contrahentium, quo casu dicitur voluntaria, juxta Surdum *cons.* 112. *n.* 64. tunc enim specificè fieri debet implementum, nec sufficit per æquipollens, Bart. *in l. Gallus*, §. *& quid si tantum. n.* 27. *ff. de lib. & posth.* Menoch. *cons.* 243. *num.* 24. Hondedeus *lib.* 1. *cons.* 60. *n.* 25. Pedroche *consil.* 40. *n.* 110. Osasens *cons.* 74. *n.* 23. Fusar. *de substit. quæst.* 454. *n.* 24. D. Castillo 5 *tom. controvers.* 2. *p. cap.* 118.

Verùm omnibus prædictis non obstantibus, ex quibus negotiatores recusabant admittere consignationem, donativè ad quantitatem eis debitam exigendam, tamen ex parte Regis nostri rectè, & specificè contractum impleri dicendum est, quia ex ut *suprà* relatis verbis contractus apparet, non solum in pecuniis quæ redigerentur ex venditionibus officiorum & jurisdictionum hæc summa consignata fuit, verum etiam expressum fuit in aliis rebus, & verbum, *alius* denotat rem diversam & omnino dissimilem à prædictis venditionibus quæ fuerant expressæ, quod probatur *argum. l. si fundum sub conditione* 81. §. *si libertus*, *ff. de legatis* 1. Decianus, *lib.* 1. *cons.* 24. *n.* 99. *& lib.* 3. *cons.* 55. *n.* 83. ex Silvano, Parisio, Socino, Surdo, Menochio, & pluribus aliis notavit Barbosa, *de dictionibus usufrequentibus verbo alius*, *dictione*, 26. *n.* 5. *&* 17. & ponderent Interpretes locum D. Lucæ, *c.* 23. dum de passione Christi Domini nostri cum ad Calvariam iret tradit eis verbis: *ducebantur cum eo alii duo nequam ut interficerentur*, ubi manifestè apparet longè diversum, imò oppositum verbo, *alii*, significari, quanto à Christo Domino nostro dissimiles erant latrones, qui cum eo crucifixi, & dictionem, *alius* significare diversa ab expressis, ultra prædictos notarunt Decius *in l. si fugisti*, *n.* 33. *Cod. de servis fugit*, Calcaveros *cons.* 14. *num.* 2. Ruinus *cons.* 86. *n.* 18. *lib.* 3.

Vnde expressè videntur in hoc casu comprehendi posse cessionem pecuniarum donativi, quia eis verbis *& aliis rebus*, etiam diversæ cessiones, quam ex venditionibus officiorum, & jurisdictionum continentur, ideo ex ipso contractu specifice videntur implementum dare conventioni, *argum. textus*, *in l. quoties*, § *si quis nomen*, *ff. de hæred. instit.* junctis quæ *ibi* notantur quibus adde Vivum *decis.* 374 *n.* 12. 13. *&* 14. Alexand. Raudensem *de Analogis c.* 38. *n.* 80. *cum sequent.*

Facit etiam argumentum à simili ex textu celebri *in l. quamuis* 2. *Cod. de pignoribus* eis verbis: *Quamuis specialiter constet quædam*, *& universa bona generaliter adversarium tuum pignori accepisse*, *& æquale jus in omnibus habere*, *jurisdictio tamen temperanda est*, *ideoque si certũ est posse eum ex his quæ nominatim*, *ei pignori obligata sunt universum redigere debitum ea quæ postea pignori accepisti interim sibi non auferri Præses provinciæ providebit.* De cujus intellectu præter ordinarios *ibi* videndi Cujac. *lib.* 11. *observ. c.* 32. *& lib.* 3. *respons.* Papin. *ad l.* 2. *ff. qui potiores.* Ant. Faber. *lib.* 6. *censetur c.* 13. Sarmiento *lib.* 7. *select. cap.* 5. Covarr. *dib.* 3. *var. c.* 18. & in simili, & nobis aptissimo casu adductis Negusantio, Ripa, & Paris. expendit ad quæstionem majoratus Molina *lib.* 4. *de Primogeniis*, *cap.* 7. *n.* 21. *cum seqq.* & ejusdem opinionis Molinæ

Peregri

Peregrinum, Manentum, Sfortiam Guterrium, & Leonem refert ejus additio *d. c.* 7. quamvis referat contrariam ſententiam longè veriorem, & praxi probatam,& illam tenuiſſe Molinam Jeſuitam, Sarmientum, Avendañum, Azevedum, Franchis, D. Caſtellum, qui limitant ſententiam *d. l.*2. ex qua, & communi Interpretum ad eam intellectu, quemadmodum qui habet ſpecialem hypothecam,& generalem prius debet bona ſpecialiter obligata, & expreſſa excutere,ſed tamen jus æquale videtur habere in generali obligatione, ita ſimiliter etiamſi negotiatores, poſſent petere obligationes venditionum, juriſdictionum,& officiorum ſi extarent etiam contractus,reſpexit alias obligationes donativi, quæ generali obligatione comprehenſæ.

15 Deinde nam quod adjectum ut ea ſumma ſolveretur ex pecuniis,quæ redigerentur de venditionibus juriſdictionum & officiorum, non fuit appoſitum reſtrictivè limitandi cauſa,ſed ſolum domonſtrationis quod ultraquam denotant verba ſequentia quæ expendimus,*& in aliis rebus*, ſi quod demonſtratur non invenitur non inde contractus, vel diſpoſitio infirmatur, ſed aliunde debet effectum conſequi, ut in jure traditur,*in l.quibus diebus.*40.§. *qui dotalem*, *ff. de condit. & demonſtrat.* ubi etſi nomine dotalis fundus Cornelianus relinqueretur adhuc etſi in dotem datus non eſſet diſpoſitio ſuſtinetur, facit *l. demõſtratio*,17.*l.falſa*,31.*ff.de condit.& demonſtrat.l ſi ſic legatum*,75 §.*ſi mihi*, *ff. de leg.*1. cum qua nihil pugnat.*l. legavi* 25.*ff.deliberatione legata*, nam in eo textu etiam traditur falſam ; demonſtrationem diſpoſitionem non vitiare, & pro conciliatione vide Cujac.*l* 10.*quæſtionum Pauli ad dictam l.*25. Anton. Fabrum *l.* 5. *conjecturar*, *c.*2. Donel.*l.*8. *comment.* 6,14.ubi Oſualdus *in notatis lit. F*, & plures quos refert Antonius Gomez 1.*tom.var. c.*12. *n.*75.

16 Ex quibus omnibus conſtat demonſtrationem generaliter non opponi reſtringendi cauſa, ſed potius exempli aut deſignationis rei, quæ etſi deficiat nihil obſtabit ut notarunt Bartolus, *in l.centurio num.*31. *ff.de vulgari*,Caſtrenſis *lib.*1. *conſ.*417. *vol.*2. *verſ. nec obſtat*, Decius *conſ.*323.*col.*2.*verſ.*4 facit Berous *l.*1.*conſ.*17.*n.*16. quos adducit Gratianus *in noſtris terminis ſolutionis tom.*5.*diſcept.cap.*967.*n.* 20. ibi: *Quia verius eſt ut talia verba non debeant taxare iſtam ſolutionem, cùm potius ſint demonſtrative prolata,prout ſemper in dubio præſumendum eſt, non autem conditionaliter aut taxativè.*

17 Et tunc ſolùm demonſtratio falſa nocebit,quando ex demonſtratione colligitur rem non eſſe in rerum natura,ut in exẽplo textus *in l ſiſervus* 108. §.*qui quinque ff. ff.de legat.*1. qui inde interpretandus, ſi qui in arca ſolum quinque habebat ita legaverit vel promiſerit ſtipulanti decem quæ in arca habeo promitto,tunc ſolùm promiſſio in quinque locum habere poterit,quia nihil aliud videtur legatum quam quod in arca erat, & ita in quinque quæ excedunt promiſſionem videtur ſtipulatum, quod in rerum natura non eſt,& ex eo demonſtratio reſtringendi contractus cauſa adjecta videtur pro cujus textus ſenſu, videndi Connanus *lib.*9 *comment.c.*4. Duarenus, & Donellus *in l. ſi ita de verb. obligat.* idem Donellus *dict.lib.*8.*comment.dict.l.*8. *comment. cap.*14.Coſta *l.*1.*ſelectarum*,*c.*2.Dominus Pichardus, *in* §. *præterea*,*n.*19. *inſtit. de inutilibus.*

18 Ex quo in præſenti dici non poteſt,quod de venditionibus officiorum, & Juriſdictionum adjectum ad limitandũ contractum,& reſtringendum expreſsũ fuiſſe juxta naturã demonſtrationis,tũ etiã quia apertè colligitur ex illis verbis,*& aliis rebus*,quæ quoties expendimus, ubi non ſolùm in pecuniis,quæ redigerentur ex venditionibus,ſed etiam in aliis rebus prædictæ ſummæ delegatio,& ſolutio cõſignatur, idque tam apertum eſt,ut nullus cordatus poſſit inficiari.

Sed & quod etiam objici poſſet reſtrictionem in- 19
duci ex verbis contractus,ut fieret ſolutio in rebus, *que beneficiaren los de mi conſejo*,& dictio *que* reſtrictionem inducere videtur ex eis, quæ notat Bartolus *in l. omnes populi.ff.de juſtitia & jure*,& quod ex Iaſone, Angelo, Decio, Menochio, Surdo, Motocio, Panormitano, Antonio, Monacho, Cenedo,& Pereira notavit Barboſa *de dictionibus uſu frequentibus*, *dictione* 322.*n.*1.nam id facilem explicatum habebit, ſi conſideres multoties dictionem *qui* ſignificare demonſtrationem,& relationem,ut ex Bart. Matienzo, Surdo, Azevedo, & Thuſco probavit Auguſtinus Barboſa *ubi proximè*,*n.*2. & notanda eſt celebris doctrina Bartoli communiter ab omnibus recepta *in l. omnes populi*,*ff.de juſtitia & jure*,ubi diſtinguit,quãdo dictio *qui* in eis, quæ determinat, non convenit toto de genere, ut ſic loquatur juxta verba Bartoli tunc limitationem & reſtrictionem inducit, cùm verò convenit toto de genere,declaratio potiùs quàm limitatio inducenda, exemplum apertius *in dict.l. omnes populi*,ubi quod traditur : *Omnes populi*, *qui legibus & moribus reguntur*,poſſet illud *qui* reſtringere, quando eſſent aliqui populi,qui legibus,aut moribus non regerentur,cùm verò nulli ſint Populi, qui etſi legibus non gubernentur, ſi adeo Barbari ſunt, ut leges non noverint,tamen aliquibus moribus, vel uſu non dirigantur,etſi rudi barbarie obcæcati,ideò relativum *quod* convenit toto de genere, quia omnes populi legibus & moribus reguntur,ideò non cenſetur relatio reſtringere,ſed declarare, quaſi illud *qui*, non limitet,ut ſolùm loquatur in populis,qui legibus & moribus reguntur,& alii excludantur, ſed potius exprimat, & ſignificet omnes populos, *qui*, id eſt, *los quales*,quaſi denotet, vel aliquibus legibus, aut moribus omnes regi debere & hanc doctrinam *ex l.à filio*,§ *teſtator*,*ff.de aliment.legat.& l.*1.§ *ſed cum plures.ff. ſi famil.furt. facer.* ex eodem Bart. Surdo, Matienzo,& Tuſc. probavit Aug Barb.*dict.*322.*n.*2.

Ex quo videtur in noſtro caſu illud, quod dicitur 20
ſolutionem ſummæ debitæ fieri oportere in effectibus,qui ex venditionibus juriſdictionum,officiorum & aliis rebus diſponerentur à Senatoribus Conſilii ſupremi intelligendum eſſe declarativè, quia ultra quam ut diximus,reſtrictio non eſt, cùm aliæ res exprimuntur,ut in hoc caſu illud, *qui diſponerentur à Senatoribus Conſilii ſupremi*,convenit toto de genere quia ſimiliter,ut venditiones officiorum, & juriſdictio rerum,ita etiam donativum diſpoſitum fuit per dictos Senatores : nam illorum curæ injunctum donativa peti & exigi.

Rurſus etiamſi contractu non comprehenderen- 21
tur prædictæ delegationes pecuniarum donativi, ſed eſſent omnino diverſæ & cõſiderari poſſet ex dictione *alius* non ſemper induci diverſitatem, ſed multoties ſimilitudinem,*argumento l. quidam relegatus*, & *ibi* Bart. *ff.de rebus dubiis*, Oldrad. *conſ.*287. Tiraq, Calderin. Ruinus, Alex. Zephalus, Bertrand. Affictis, & alii innumeri, quos latè refert Auguſt. Barb. *de dictionibus*, *dictione* 26.*n.*1. tamen ex juris regulis aliud pro alio invito creditore ſolvi poteſt,quando ex eo nullum incommodum,vel damnũ creditor haberet,*ex l.Paulus aliàs creditorem* 99 *ff.de ſolution.*ibi:*ſi ex eo creditor damnũ paſſurus non ſit*, notarunt Doctores communiter *in l* 2.§.*mutui datio*, *ff.ſi certum petatur*,junctis quæ ex Bartolo, Purpurato,& practico Papiẽſi tradit Menoch.*conſ.*361.*n.*32. Et

22 Et in dubitabiliori casu est notabile responsum Vlpiani *in l. qui autem* 14.§. *sed & si quis certum.ff. de constit.pecunia* ubi si quis promitteret certam personam pro eo fidejussurum ponamus Titium, si iste fidejussor esse noluerit, promissor videtur obligationi satisfacere, si alium de quo nec expressum, nec conventum fuit, dederit promissor, qui similiter possit satisfacere, notanda verba ibi: *Teneatur ad interesse, vel ut aliam personam non minus idoneam fidejubentem præstet*, tenuerunt Bald. *l.2.cons.*435. Thuscus *practicarum lit.S, concl.*354 Hippolytus de Marsilis *in l.*1.§. *cum quidam, num.*17. *ff. de quæst.* Verall. *lib.*3. *decis.*154. *per totam*, ex Iasone & Bertazola, Petrus Maurus *de fidejuss* 2. *part. sect.*7. *c.*5. qui etiam *c.*6. ex Bart. Baldo, Romano, Castrensi, Marsilio, Decio, Albano, & Farinacio probat similiter, qui fidejussorem dare debet pignora offerendo, vel æquipollentia liberati.

23 Et in casu necessitatis, vel aliis similibus, admittendum aliud pro alio invito creditore solui posse probarunt Bart. *in d.l.*2.§. *mutui datio, n.*21. *ff. si certum petatur*, ubi Iason. *n.*8 Ripa *n.*29. Corneus *vol.*1. *cons.* 233 *n.*2. qui generaliter ex justa causa aliud pro alio invito creditore rectè solui tenuit, quod refert & sequitur Pirrus Maurus *de solut. c.*7. *n.*29. & 30. & ratio ipsa, & æquitas naturalis suadet: nam cùm implementum ejus, quod fuerit conventum, respiciat utilitatem creditoris, æquum est, cùm utilitas eadem sequitur ex illo, quod solvitur creditorem illud recipere juxta *l. si me & Titium, ff. si certum petatur.*

24 Quod maximè locum habere potest, quando ad factum obligatio respicit, quia semper succedit obligatio ad interesse, *l. stipulationes non dividuntur, ff. de verborum obligat. in versic. Celsus*, ubi Bartol. Baldus & Alexand. *l. si quis ab alio*, §. *fin. ff. de re judicata.* ex Castrensi, Dino, Rainerio, & aliis Ant. Gomez *tom.*2. *variar.*10. *n.*23. Gratian. *tom.*2. *discep. c.*323. *n.*2. & in contractibus innominatis etiam procedere notabiliter tradit Iason. *in l.*2.§. *mutui datio, n.*8. *ff. si certum petatur*, eis verbis: *Adde, quod dicta regula quinto loco fallit, & limitatur, ut procedat, quando aliquid debetur ex contractu innominato: si autem debeatur ex contractu innominato, tunc semper potest invito creditore solvi aliud pro alio, & sic obligatus ex contractu innominato solvendo interesse liberatur, quia non tenetur præcisè ad dandum*, textus est *in l. naturalis*, §.1. *de præscrip. verbis, & in l.*1. *de rer. permut.* declarat Bart. *in l. stipulationes non dividuntur, n.*10. & 11. *de verb. obligat.* & pulchrum est videre rationem. *Ratio est, quia innominati contractus, sicut sunt debiliores in contrahendo, ita etiam in exequendo*, & hæc opinio quoad innominatos contractus fuit Bartoli, & Doctorum communiter *in d. l.*2. §. *mutui datio*, ubi tenet Ripa *n.*31. *versic. tertiò declaratur*, & post illos admittit Pirrus *de solut. cap.*7. *n.*23.

25 Et ideò quamvis in hoc casu à negotiatoribus allegaretur ejus obligationem non esse ex credito, sed potius ex contractu innominato, & ideò teneri Principem ex se implementum offerre: nam ultra quam specificè ex parte fisci impletur ex clausula contractus, *in aliis rebus*, etiamsi res alia foret, in qua cessio & delegatio fieret negotiatoribus in contractibus innominatis ex prædicta doctrina locum habet, ut possit aliud pro alio solvi: nam potest obligationi satisfieri interesse præstando, *d.l. naturalis*, ibi: *Nasci civilem obligationem, in qua actione id veniet, non ut reddas, quod acceperis, sed ut damneris mihi quanti interest mea illud, de quo convenit accipere.*

26 Præterea & si adjectio prædicta respiceret conditionem, quæ specificè adimplenda, ut opponebant negotiatores, *l. qui hæredi* 44.§. *fin. l. Meuius, ff. de condit. & demonstrat.* ex Alexand. Ruino, Natta, Rolando probavit Surdus *decis.*209. *n.*3. idem Surdus *cons.*186. *num.*19. & ex Tiraquell. & aliis *cons.*371. *num.*71. ex Ripa aliis idem Surdus *cons* 453. *n.*21. Beroius *cons.*41. *num.*27. ex Anania, Menochio *cons.* 326. *n.*10. & ego notavi *in decis. Granatens. q.*23. *num.*11. tamen certissimum est posse per æquipollens adimpleri, *argumento l. quoties*, §. *si quis nomen, ff. de hæred. instit.* ubi notarunt Doctores communiter, quando forma respicit certum finem, in terminis Scaccia *de commerciis*, § 2. *gloss.*5 *n.*22 §.1. *q.*1. *n.*152. Paris. *lib.*3. *cons* 99. *n.*16. & *lib.*4. *cons.*20. *n.*14. Rota Genuens. *decis.*210. *n.*2. & ut impleatur conditio per casum similem habentem eundem effectum *per l. legatum de usufruct. leg.* notarunt Bart. *in l.*1. *col. ultima, ff. de condit. institutionum*, Iason. *lib.*2. *cons.*203. *col.*3. *vers. non obstat tertium*, Angelus *in l. Paterfamilias de hæred. instit.* Socinus Iunior *lib.*1. *cons.*42. *n.*55. & *lib.*2. *cons.*181. *n.*30. & 50. & sufficiet sequi eundem effectum, quo casu necessarium non est, ut in specifica forma conditio adimpleatur, sed per æquipollens sufficiet, ut ex Alex. *lib.*4. *cons.*100. notavit Menoch. *cons.*243. *n.*4. & 5. & *arg. legis Iulianus, ff. de condit. & demonstrat. juncto* §. *est autem acceptilatio, instit. quibus modis tollitur obligatio*, ex Ripa, Ruino, & aliis tenet idem Menoch. *cons.*227. *n.*46. conditionem posse impleri fictè, quemadmodum verè impleri deberet, quando implementum fictum operaretur eundem effectum, quem operaretur verum, & comprobat ex Alex. *lib.*1 *cons.*2. *n.*19.

Et sive non consideres prælictam qualitatem solutionis summæ debitæ negotiatoribus, ut conditionem, sed ut modum, quod in dubio semper præsumendum est, Bald. *in auth. post relictum n.*22. *C. de indict. viduitate tollend.* alios refert Hieronym. Gabriel. *cons.*5. *n.*4. tamen similiter in modo de eo curandum non est, si idem sequeretur effectus, *leg. cum servus de verb. obligat.* ubi plura notavit Iason, quem & Marsillum *cons.*8. *n.*19. Socinum Seniorem, Grammaticum, Cravetam, & alios refert Menochius *cons* 35 *n.*22. unde cum in hoc casu idem sequatur effectus, imo & securior solutio sit ex delegatione ejus, quod ex donativo deberetur, dicendum est etiamsi non constaret apertè prædicto contractu posse comprehendi cessiones & delegationes donativi in illis verbis: *& aliis verbis*, etiamsi prædicta verba in contractu non essent, rectè potuisse prædictam fieri solutionem ex obligationibus & quantitatibus donativi. 27

Vlterius, quia in terminis solutionis ex justis causis admittitur in jure eam posse fieri per æquipollens, ut cum dedisset Florenos auri vel scutos, possit solvere in libris, notavit Albertus Brunus *de diminutione, & augmento monetarum præsumptione* 2. *num.*9. & 13. & generaliter quando damnum non sit creditoris, ex Glossa, Bartolo, & DD. communiter tradit Albertus Brunus *eodem tractatu, particula* 18. *limitat.* 2. *num* 4 Franciscus Curtius *de monetis, n.*24. & ideò in jure solutio facta idem operatur, quod vera, ut qui compensat, verè solvere videatur, *l. debitor, ff. qui potiores in pignor. hab. & l. amplius non peti in fine, ff. rem ratam hab.* & ita etiam in causa datis compensatio admittitur, *l. rei judicatæ*, §.1. ubi Bartol. & omnes *ff. solut. matrimon.* Ioannes Corras *in repet. l. qui liberos, ff. de ritu nuptiar. num.*256. *vol.*2. *repetitionum civilium, l. si peculium, ff. de statulib. l. solutionis, ff. solut.* Angel. *cons.*209. Alex. Imola *vol.*2. *cons.*12. *col.*5. ex Baldo, & aliis Ant. de Petrucia *in repetit. l.*1. *ff. de* 28

jurejur.

jurejur.n.252.eodem tomo repet. adde quæ ex Barboſa, Iaſon. Caſtr. Natta, Surdo, Grato, Carolo de Graſſis, Capella Toloſana, & aliis juribus adductis probavit Pyrrhus Maurus *de ſolut.c.3.§.5.*

29 Et ideò etiam ſolvere videtur, qui delegaverit debitorem, *argumẽto l.inter cauſas, §.abeſſe, ff.mandati:* nam ſolvit, qui reum delegat, *l.quamvis, §.interdum, ff.ad Velleianum,* ex Decio, Corneo, Ruino, Puteo, Socino, Pariſio & aliis probavit Maurus *de ſolut. d c.2. §.6.* & fidejuſſor quamvis eum qui ſolvendo non erat, delegaverit, poteſt tamen confeſtim agere mandati, *l.qui debitorem, ff.de fidejuſſor.* tradit Ioan. Corraſ. *in repet.l.frater à fratre de condict.indebiti, n.40.* cui adde, quæ notavit Petrus Stella *ad l.repetitio, ff.de condictione indebiti, n.17.* & ex Aretino tradit Hieronymus Buriguela *in repetit.l.lect ff ſi certum petatur, n.11. argumento legis item liberatur, qui paratus, ff. quibus modis pignus, vel hypotheca ſolvitur, & l.ſi rem, §.omnis de pignoratitia actione,* ut qui ſolvere debet de obligatione liberetur, etiamſi ſpecificè non ſolvat, ſi quoquo modo ſatisfecerit, quia ſolutionis verbo largè omnis ſatisfactio continetur *l. ſolutionis ff. de ſolut.* ex Angelo, Iaſone, Pariſio, & Cumano Pyrrhus Maurus *de ſolution.cap.2.§.2.*

30 Vnde, ubi diſpoſitio mentionem facit de ſolutione, adimpletur fictâ ſolutione, quia idem operatur, quod vera, ut ex Caſtrenſi, Socin. Iun. tradit Gratian. *2.tom.diſceptat.c.214.n.28. & 29.* & ex Bartol. Baldo, Angel. Fulgoſ. Iaſon. & Caſtrenſi Surdus *conſ. 162.num.45. & 46.* & ideò finem ſolutionis attendi oportere, & de effectu in ea curandum, non de modo, *argumento l.in fideicommiſſum 3.§.ſi auro vel argento, ff. de uſuris,* ex Floriano probavit Gratianus *tom.5. diſceptat.cap.932.n.29.* & effectum attendendum in ſolutione, in pulchra ſpecie notavit Surdus *conſ.454. n.3.* & in terminis, ut aliud pro alio ſolvi poſſit, ex Ripa & Iaſone tradit idem Gratian. *d.tom.2.diſcept. c.229.n.38.* ubi ex eodem Iaſone *in l.ſi fidejuſſor, §.ſi neceſſaria, n.8. ff.qui ſatisdare cogantur,* tradit, quando adeſſet magna difficultas, poſſe aliud pro alio ſubrogari, & quamvis difficultas non liberet ab obligatione, *l.continuus, 137.§.illud inſpiciendum, ff.de verbor.obligat.* & notavit Bald. *ad hunc textum,* Cujac. *lib.5.obſervat.c.34.*

31 Tamen quando valde difficile eſt rem invenire, aut non niſi in moderato pretio inveniretur, ut in eo, qui debet frumentum, & in anno ſterili, ſi facilè non invenitur, poſſe pretium ſolvere pro frumento, ex Purgato & Mexia notavit Cevallos *tom.4.communium, q.899.cum ſeqq.* & idem tenuit Paul. de Caſtro *in l.7.mutui datio, n.6. & in l.vicum, ff.ſi certum petatur,* adde Bobadillam *lib.3.Politicæ, c.3.n.72. & 73.* & facit elegans textus *in l. ſi domus 71.§. qui confitetur, ff.de legat.1.* eis verbis: *Negetque dominum eam vendere, vel immenſum pretium ejus rei petere affirmet,* & iterum ibi: *æquiſſimum eſt enim concedi ei ex cauſa æſtimationem officio Iudicis præſtare.*

32 Et à contrario etiam data difficultate, vel impoſſibilitate ſolvendi in pecunia, qui eam debet, poteſt ſolvere in ſpecie & bonis, tenuerunt Iaſon. *vol.1. conſ.9.n.22.* Roman. *cauſ.163.n.4.* Burſat. *vol.1.conſ. 9.n.52.* Natta *vol.2.conſ.344.n.3. & 4.* Ioſeph. Ludovic. *deciſ.Peruſ.64.n.1.2.p.* Theſaur. *deciſ.Pedemont. 153 per tot.* & debitor ita offerens ſolutionem vitavit carcerem, ex Socino *in l.2.§.1.n.11. ff.ſi certum petatur,* Capella Tholoſana *deciſ.68.*

33 Ideò cum in noſtro caſu non ſolùm difficile ſit, imò impoſſibile ſolvere in obligationibus venditionum officiorum, & juriſdictionum, quia cum pendeant ex voluntate ementium, ſi emptores non fuerint, Princeps præſtare non poteſt, etiamſi expreſſum non fuiſſet in contractu, in aliis rebus poſſe ſolutionem fieri, merito aliæ obligationes ſcilicet donativi pro illis valebunt ſubrogari, cum eandem utilitatem afferant creditoribus, ut ſtatim probavimus, & ad id referendum contractum credi oportet, quia in materia ſolutionis ſemper attenditur quod eſt veriſimile *l.ſi ex pluribus, 2. ff.de ſolutionibus,* Corneus *lib.3. conſ.295.n.2.* Gratianus *tom.2.diſceptationum, c.224. n.95.* & in caſu neceſſitatis, vel impoſſibilitatis aliud pro alio invito creditore ſolvi poſſe ex Bart. Iaſon. Ripa, & aliis probavit Pyrrhus Maurus *de ſolut.c.7. n.16. & 17.*

Nec obſtant quæ in contrarium objecta fuerunt, 34
nam quod illud de quo *ſupra, n.5. & 6.* Principem teneri contractum obſervare, non inficiamur, ſed potius in hoc caſu implere contractum probavimus, quemadmodum in quolibet privato in jure admiſſum eſt, ut poſſit implere contractum, & ex juſtis cauſis aliud pro alio ſubrogando, quod ultra quam in hoc caſu neceſſarium non eſt, quia ut probavimus quod negotiatoribus offertur in ipſo contractu continetur quando ſolutio promiſſa fuit, de venditionibus & aliis rebus, & quando neceſſarium eſſet aliquod ſubrogari ad ſolutionem implendam, in nullo caſu poſſent urgentiores cauſæ conſiderari, cum ex publica utilitate hoc fiat; quo caſu quoties ſtatus publicus ſuadet ex aliquorum ſententia, poteſt Princeps, & contractus mutare & bona ſubditis adimere, ut tenuit Iaſon. *in l.quominus num.5. ff.de fluminibus,* Oroſius *in leg.ſed quod Principi n.17. de conſtit.Principum,* D. Covar. *lib.variar.c.6.n.6.* Menoch. *conſ.103. num.26. & conſ.147.num.26. & 156.n.48.* Mencha. *lib.1.controverſ.illuſtrium c.5.n.1.* Mieres *de majoratibus, 4.p.q.1.lit.5.ex n.6 cum ſeqq.* Capitius *deciſ.166.n.6.* Gail. *lib.2.obſervat.56. per totam,* Tapia *in rubrica de conſtit. Principum cap.1. n.59 l.2.tit.1. p.2.l.31.tit.21.p.3.* quæ omnia licet Regi noſtro ſuffragarentur in hoc caſu, tamen ſuam poteſtatem, & jus deponit, & contractum cum negotiatoribus factum ſemper adimplet, & ultra plura beneficia redditus annuos & honores negotiatoribus concedit.

Nec etiam quod oppoſuerunt de differentia obligationum pecuniarum donativi ab eis, quæ ex venditionibus officiorum nihil obſtabit, quippe quod dicebant minuras eſſe ſummas, & incommoda habere earum exactionem, *ex l.plane, ff. famil.erciſcundæ,* & debitorem ex donativo non conveniendum ultra quam facere poſſet, nec videre eas obligationes habere juris vinculum vel neceſſitatem ex donativi nomine, hæc quidem omnia nullius momenti ſunt, quippe quamvis in donatione liberum ſit non donare, tamen poſtquam quis donare promiſit ex obligatione voluntaria redditur poſtea neceſſaria, nec tam donatio quàm contractus exiſtimatur quaſi poſtea habeat juris vinculum, quo quis neceſſitate aſtringatur ad præſtandum id quod donaverit, *princip.inſtit. de obligat. & act.* & promiſſio donandi ut donatio jam perfecta jus donatario adquirit, *l. fin.Cod. de donatis promiſſione,* ibi: *Dederit aut promiſerit, l.cum poſt mortem, §.1. verſic. ſed his, ff. de adminiſtrat.tut. l.ſi quis ſtipulatus Stichum, §.fin. ff.de verbor.obligat. l.2. tit.16. lib.5. novæ recopilat.* ubi Regnicolæ, & Matienzo *gloſ.7. & in l.6. tit.6.d. lib.gloſſ.7.* ubi plures refert.

Sed & etiam notandum eſt hoc donativum, de 35
quo agitur nec origine nec effectu poſſe voluntarium cõſiderari, ſed neceſſarium, nam cum regna Caſtellæ, ut ſervitium Regi exhiberent ad bella ſuſtinenda in Comitiis

Comitiis generalibus decerneret aureorum novẽ milliones Regi ſolvendos,ut evitarent Capitationem, & cenſum pro cujuſque bonis ut mitiùs & benigniùs cum ſubditis Rex ageret,decretum fuit vt loco hujus capitationis donativum exigeretur, & hoc caſu loco collectarum donativum ſuccedere certum eſt,ut aliàs de donativis agens expreſsè tradit Camill.Borrell.*de præſtant.Regis Catholici,c.* 20.*n.*54.*& cent.*2.*conſ.*1.*per tot.* & quemadmodum ſubditi ad collectas,& tributa tenentur,ita ſimiliter in hoc caſu,& ſicut collecta,& tributa non impediuntur ex eo quod nullus conveniendus,ultra quam facere poteſt, quia tributa debita Principi ſũt ex Divo Matth.*c.*12.Div.Luca *c.*12.Div.Marc. *c.*11.*c.ſi tributum* 11.*q.*1.*c.tributum* 23.*q.*8. ita etiã debitum donativum exiſtimãtum quod tributorũ loco ſubrogatur,& multò minus in eo poteſt cõſiderari ratio,ne debitor conveniatur ultra quã facere poteſt,quia ad inducenda n quantitatem,quãvis ex donativo ſolvere debeat habitâ ratione ejus facultatum,nec centeſima pars fiſco promittitur.

37 Vnde multò minus obſtabit quod de minutis sũmis & particularibus exactionibus objectum incommoda habere,& in venditionibus officiorum majorem eſſe cautelam, & cautionem, q ia extat pretium ipſius officii, quod ſecuriorem reddit ſolutionẽ,*l.plus cautionis de reg.juris*,q ãm in donativo ad quod ſola perſona donã is obligatur,quia id omninò eſt eſſentiam negotii ignorare,quippe ultra quam qui donativum offert, ex ſua perſona cum bonis ad ejus ſolutionem obligatur in quocumque oppido omnis ſumma,quæ contiuet donativum omnium civium matricula, & relatione data injungitur exigenda Prætoribus,& Decurionibus Populi , quia ad id faciendum ex perſonis, ſuis bonis , & officiis obligantur & ideò minuta ſumma non eſt exiſtimanda,ſed magna illa quæ ab omnibus civibus cujuſque oppidi promitteretur, & ſecurior ſolutio eſt ejus cujus exactio injuncta eſt Magiſtratibus,& Decurionibus illius oppidi,& quæ ſecurior reddita,cùm omnium,& eorum bonorum , & officiorum extet obligatio quàm ea, quæ ex unjus officii venditione deberetur.

38 Tum & à Rege ſimul oblatum fuit,ut ſi quid ex aliquo caſu minus exigeretur à negotiatoribus illud reſarciendũ, & præterquam prædicto contractu obligati fuerunt ad recipiendas conſignationes pecuniæ, quæ redigeretur ex venditione officiorũ,*& aliis rebus*,ut ſæpius diximus,quo donativũ videtur contineri,illud magis propriũ,& peculiare eſt,ut conſignetur negotiatoribus, qui Regi pecunias mutuarunt ad bellorũ ſtipendia,cùm eorum cauſa,& ut illis deſerviret, donativum à Regnis Caſtellæ decretum fuerit,unde propriè in eo conſignatio facienda,nec ad aliud potuit deſervire,& cum ejus ſolutio ſecurior,& exactior, quàm venditionis officiorum , meritò recuſantibus negotiatoribus objici poterunt verba Iuriſconſulti *in l.dolus* 44. *ff mandati*, ibi : *Dolus eſt , ſi quis nolit perſequi quod perſequi poteſt , aut ſi quis non exegerit,quod exigere ſolet.*

39 Denique, quod etiam negotiatores objiciebãt, omnia prædicta,quæ pro Rege noſtro expẽdimus, ceſſare,quia ſuo arbitrio conſignationes accipẽdas eſſe ſibi caverunt,minus obſtabit,quia ubicũque in jure de arbitrio mentio fit, de regulato ad juris rationem,& boni viri arbitrio accipiendum, *argum.l.fideicommiſſa* 11.*§.quamquam,de legat.*3.ibi: *Non enim plenum arbitrium dedit hæredi , ſed quaſi bono viro commiſſum relictum,l.*1.*ff.de uſuris*,ibi: *Arbitrio Iudicis uſurarum modus conſtituitur,ita tamen, ut legem non offendat*, quibus adde Alexand. *lib.*1. *conſ.*33.*n.*3.Socin.Iun.*lib.*2.*conſ.*49.*n.*16. Craveta *conſ.*612.*n.*11.*& conſ.*657.*n.*56. Menoch.*conſ.*69. *n.*4.*&* 5. idem pluribus *lib.*1.*de arbitr.q.*8. Thuſcus *practic.lit.A,concluſ.*470.*n.*2.

Quod etiam traditur per modum conditionis 40
adjectum,quod de prædictis conſignationibus, & ſolutione pecuniarum in contractu expreſſum ſatis *ſuprà* explicatum eſt , dum tradidimus poſſe conditionem per æquipollens adimpleri , maximè ſi in ſolutione, ex qua ſequitur idem effectus, ut *ſuprà* notavimus.

Quod verò magis poſſet obſtare,videlicet,ſuc- 41
currere obligationem ad intereſſe in obligationibus facti,ut ſufficeret Princeps illud negotiatoribus ſarcire,tunc procedere , quando jure actionis petitur factum , non verò cum exceptione utitur conventus , ut in hoc caſu negotiatores adverſus Regem noſtrum, qui eos urgebat ad implementũ contractus,oppoſuerunt debere ante ex ſua parte in totũ implere,ut notavimus*ſuprà*,*n.*9.nihil enim prædictum obſtabit,quippe ultrà quam non ſumus in obligatione facti,ſed ſolutionis, quantitatis & mutui , quod Regi noſtro fecerunt negotiatores pro ſtipendiis militum,& commeatu exercituum, & in mutuo ſæpius probavimus ſufficere intereſſe ſolvi,ut notatur communiter *in l.*2. *§.mutui datio, ff.de rebus credit.* Manticæ opinio ut quoties excipitur de non impleto facto,nõ ſuccedat obligatio ad intereſſe longè diſſimiliter procedit,ut videre eſt per Bald.Socin.& Roland.quos refert,& limitat eam opinionem, ut qui aliàs jure actionis non poſſit compelli præcisè ad agendum, rectè poſſit jure exceptionis,tunc tradit procedere,quãdo qui excepit, eſt in poſſeſſione rei obligatæ , & ponit exemplum, quando venditur res locata:nam quãvis emptor non teneatur ſtare colono,tamen ſi colonus habet bona locatoris obligata pro locatione,& domum poſſideat,poterit excipiendo facere, ut impleatur factum locationis,ita Mantica *de cõtractibus lib.*14.*tit.*22.*n.*26.& in ea ſpecie loquitur Roland.*vol.*1.*conſ.*6.*n.*6.& adhuc poſtea *n.*13.comprobat ſententiam Baldi ſtatuens contrarium verius eſſe,nec excipiendo poſſit, qui rem detinet, ad factum compellere locatorem , & tradit idem tenuiſſe eundem Bald.*in l.emptorem,C.de locato*,& contrariam ſententiam communem, & longè veriorem eſſe , ita ut in judicando ab ea recedi non oporteat,quod valdè diverſum eſt,ut eo argumentum contrarium colligi poſſit.

Sed & quod in contrarium objicitur Regẽ no- 42
ſtrum, qui agit contra negotiatores antea, ex ſua parte implere teneri in forma ſpecifica, non ſemper per æquipollens facilem expeditionem habebit,ſi conſideres , ut jam probavimus in præſenti ex verbis contractus , idem quod conventum ex venditionibus & aliis rebus pecuniam negotiatoribus ſolvendam ſpecificè implementũ ſequi,quia donativum ad id poteſt ſolum deſervire, ad quod inſtitutũ,ut militibus ſtipendia ſolvantur,& quando poſſet aliqualiter quid diverſum conſiderari (quod non eſt(ſi ut opponebant ipſi negotiatores, iſte contractus innominatus diceretur , ex Iaſone & aliis animadvertimus *n.*24. in eis pro facto, & datione rei ſuccedere obligationem ad intereſſe, & cum donativi obligationes ſint ejuſdem qualitatis,& ſecuriores,ſi in aliquo ex eis deficeret,implementum (quod alienum eſt ab hoc caſu) ejus defectus opponi non debet,nec poteſt ab eo, qui nullum ſentit damnum , ut ex Baldo , Craveta,& Aſſlicto probavit Surd.*conſ.*101.*n.*24.

ALLEGATIO XLI.

Usuras, & interesse ab eis excludendus creditor qui pignore usus, vel illud vendit.

1 *Vadimonium, quod dicitur* resguardo, *solet Rex negotiatoribus dare.*
2 *Depositi usuræ non debentur, nisi ex mora.*
l. lecta, ff. de rebus creditis. & n. 14.
3 *Persona duplex quando in eodem consideretur.*
l. tutorem, ff. de his, quibus ut indignis.
l. item eorum ff. quod cujusque universi. nomine
l. 1 ff. quod jussu.
4 *Mora ante liquidationem considerari non potest*
5 *Patris solutionem, & minutam quis respicere non cogendus?*
l. tutor, l. Lucius, ff. de usuris, & n. 47.
6 *Depositum ut tantumdem reddatur, ita ut depositarius utatur, egreditur terminos depositi.*
l. Lucius 14. ff. depositi.
7 *Depositum ut tantumdem reddatur transfert dominium ad depositarium.*
l. in navem Sauphii 31. ff. locati.
8 *l. 2. tit. 3. part. 5.*
9 *l. 9. tit. 3. part. 5.*
l. si ventri, §. in bonis, ff. de privil. creditorum.
10 *Æquitas semper in pecunia reddenda servanda*
l. si me & Titium, ff. de rebus creditor.
11 *Depositum irregulare quod dicatur?*
12 *Depositi irregularis usuræ debentur, quando depositarius utitur pecunia.*
l. die sponsaliorum 25. §. 1. ff. depositi, & n. 14.
l. Quintus Cecilius 28 ff eodem, & n. 20.
l. deposita 4. C. eodem.
l. si sacculū 29. § si ex permissu, ff. eod. & n. 17.
13 *l. si depositi 3. Cod.*
14 *Usuræ in bonæ fidei judiciis solùm debentur ex mora, vel ex conventione.*
cum quidam, §. si pupillo, ff. de usuris.
l. Iulianus, §. ex vendito, ff. de act. empti.
15 *Depositum est contractus bonæ fidei.*
Usuræ debentur ex deposita pecunia, si ea usus depositarius.
l. si possessor 23 aliàs item veniunt, § Papinianus ff. de petit. hæred.
Negotiorum gestor debet usuras ex pecunia, quâ usus.
l. qui sine 40. in princip. ff. de neg. gestis, & 34.
Procurator debet usuras pecuniæ domini, quâ usus
l. idemque 10. §. si Procurator, ff. mandati, & n. 20.
Creditor debet usuras, si quod superfuit ex pignoris venditione non restituit.
l. quamvis, fin. ff. de pignor. action. & n. 39.
Tutor debet usuras pecuniæ pupillaris, quâ usus
l. tutor. 7. §. pecuniæ. ff. de admin. tutor.
16. *l. 1. §. socius, ff. de usuris.*
17 *Bonæ fidei contractus etiam sine mora, vel conventione recipiūt, quod alteri præstari æquū est*
Mora ficta contrahitur ex injusta detentione alienæ pecuniæ.
l. fin. ff. de condict. furtiva.
18 *Superfluum vitandum.*
19 *Negotiatores præsumuntur non habere pecuniam otiosam*
l. fin. C. ad S. C. Macedonianum.
l. cum quid 13 ff. de reb. credit.
20 *l. quamvis, §. 1. ff. de pignor. act.*
21 *Depositis qui utitur pecuniis debet usuras.*
22 *Depositi usum expressè concedi, vel tacitè colligi nihil refert.*
l. qui non facit ff. de reg. juris.
23 *Depositi ad numerum videtur usus concedi depositario.*
24 *Deposita pecunia ut posset uti depositarius, eo ipso quo utitur, transit in mutuum.*
l. certi condictio, §. fin. ff. de red. creditis.
l. quod si ab initio ff. eodem.
25 *l. 1 § eleganter. versic. si pecunia ff. depositi.*
26 *Deposito in mutuum translato ex usu pecuniæ, depositum non manet*
27 *Depositi ut tantumdem reddatur, vel quando in mutuum transit differentia.*
28 *Depositum ad numerum esse mixtum, Doctores tenent.*
29 *Usuræ debentur etiam in contractibus stricti juris citra stipulatorem, quando æquitas suadet.*
l. quamvis 3 C. de usuris.
30 *l. cum aliter 11. cum l. sequent. ff. de compensationibus.*
31. *l. si constit. C. de compensat.*
l. etiam 5 C. eodem.
l. idem juris est 12. ff. de compensationibus.
32 *Compensatio fit ipso jure ad impediendum cursum usurarum.*
Liquidationis ratio non habetur, ubi compensatio à lege fit.
Lex semper est certa de veritate, nec requirit scientiam hominis.
l. Iulius Paulus, § 1. ff. de condit. & demonstrat.
l. qui libertatis. §. servus. ff. de evictionibus.
l. in testamento, C. de manumissis testam.
l. apud hostes, C. de suis & legit. hæredibus.
l. liber homo, §. fin ff. de stipulat. servorum
33 *Compensatio fit ipso jure, etsi non opposita ad evitandam pœnam.*
34 *Usuræ ut evitentur debet quis sibi solvere.*
35 *l. si pupilli §. videmus, ff. de neg. gestis.*
l. fistulas 78. §. fundum, ff. de contrahend. empt.
l. quoties 9. §. scientia, ff. de admin. tutor.
36 *Fiscus utitur jure pupilli. & habet privilegia Ecclesiæ, & dotis.*
l. 1. C. de sentent. adversus fiscum latis.
l. 1. C. de vendit. rei fiscal lib. 10.
l. sed si damnum, §. peculium, ff. de peculio.
37 *Creditor. qui ex pignore, vel deposito convenit sibi solvere. facere debet.*
38 *Compensatio admittitur, quando ex pignore pecunia redigitur.*
l. si convenerit 18 ff. de pignorat. action.
39 *Depositarius, qui non utitur pecunia depositi, usuras non debet.*
40 *Compensatio pecuniæ admittenda, quando ejus dominium transit ad depositarium.*
41 *Thesaurarius licet possit lucrari ex pecunia Principis, non tamen in damnum ipsius Principis.*
42 *l. curavit, C. de action. empt.*
43 *Interesse recompensativum ex lucro cessante & damno emergenti, quando procedat?*
44 *Usuræ etiam extra moram ex æquitate debentur.*
45 *Solvere quando quis sibi debeat.*
46 *Computatio summariè facienda ad illam, quam dicimus, transit.*
47 *Solutionem minutam & partis debiti admittitur ex creditoris consensu.*

Negotia

Negotiator cui prò pignore vadimonio vel depoſito quod dicimus, reſguardo, *pecunia data, ſi ea uteretur, an debeat uſuras vel ſaltem pro ea quantitate illas non percipere à Regali patrimonio.*

1 HÆc controverſia in Senatu Regalis Patrimonii exorta fuit, quia cum negotiator cum Rege conveniret in Germania,& Belgio, magnam pecuniæ quantitatem ſolvendam, illéque eſſet Theſaurarius dimidiæ Annatæ, quæ Regi ex omnibus officiis ſolvuntur, & vellet ſuſpendere ſolutionem delegatæ pecuniæ eo prætextu, quia non exegerat conſignationes ei datas, conventum eſt inter Regem, & illum, ut cùm eſſet Theſaurarius pecuniarum dimidiæ Annatæ,eas apud ſe retineret pro vadimonio, & depoſito,ita ut Rex non poſſit eis pecuniis uti,uſquequo negotiatori, ſolutum fuerit quidquid deberetur ipſéque obligatus, ut poſtquam ſibi ſolveret debitum, quod reliquum eſſet computatione factâ reſtitueret,cui à Rege ſolvendum delegaretur.

2 Negotiator pecuniarum quas in Germania, & Belgio ſolvit uſuras conventas exigere in totum volebat, nec aliqualiter eſſe diminuendas, ex pecuniis dimidiæ Annatæ, quas à Rege apud ſe habuit, & quibus verè uſus,vel abuſus fuit illorum dominium abſumendo, & in ſuas negotiationes convertens, ut manifeſtè apparuit, quia juſſum fuit ut exhiberet pecuniam dimidiæ Annatæ,quam receperat,& illius ſumma quatuorcenta millium aureorum excedebat, nec exhibuit quia conſumptam habebat, & tamen non debere uſuras dicebat, quaſi pecunia depoſiti nomine maneret pro pignore apud negotiatorem; cujus uſuræ non debentur niſi ratione moræ *argum. l.lecta, verſic. Nec ante ſortem non ſoluta uſuræ, ff. de rebus creditis*,Dec *in l.certi condictio,§.fin. n.4.ff. eodem*,Hieronym.Gabriel. *lib.1. conſ.78. incipit, in uſu eſt,n.4.* Scaccia *de commerciis,§.1.q.7 part.1 ampliat.8. tit.de mora debitoris,n.100.*

3 Tum quia in negotiatore duplex perſona conſideratur, alia Theſaurarii pecuniarum dimidiæ Annatæ, alia negotiatoris quæ diverſam qualitatem in eodem conſtituunt,*argum.l. tutorem.ff. de his quibus ut indignis,l.item eorum.ff quod cujuſque univerſitatis nomine,l.1.ff.quod juſſu*,Bart. *in l.ſi mihi & tibi, ff.de leg.2.* idem Bart. *in c.1. de allodiis n.14.* Rota Genuenſ. *deciſ.2. n.36.*& quemadmodum Theſaurarius non poterat negotiatori ſolvere niſi à Rege decerneretur, ita etiam nec ipſe ſibi ſolviſſe credendum eſt ut evitentur uſuræ.

4 Deinde quippe non eſt obligatus, eam pecuniam reddere Theſaurarius, niſi computatione factâ, & ratione redditâ,quâ non præcedente de ea pecuniâ ratio haberi non poteſt, ut ipſi imputetur, ut poſt Bart. & Angelum,& Cravetam tradit Hippolytus, Riminald *vol.1. conſ.52.n.22.* quaſi antea debitum liquidum non ſit vel ante liquidationem mora non poſſit conſiderari,ut in terminis liquidationis tradit Natta *conſ.517.n.8 & 63* quibus adde Bald.*in l. acceptam q.6.C.de uſur.* Alex. *conſ.48.col.1. in fin. vol.* Afflictis *deciſ.Neapolit.205.n.1.*Craveta *conſ.89. n.5.*Ruinus *conſ.64.n.15. vol.1.*

5 Vlterius etiam objiciebat negotiator cum pecuniæ dimidiæ Annatæ, minutis ſummis deponantur pro cujuſque officii,ex quo ſolvuntur qualitate, non eſſe compellendum in ſatisfactionem magnæ ſummæ quam in Germania & Belgio ſolvendam delegavit particularem, & minutam ſolutionem recipere contra *l.tutor.§.Lucius ff. de uſuris*, & particularem ſolutionem non eſſe quem compellendum ut admittat probarunt Bartolus,Bald.& Caſtel.*ibi*,Imola *in l.1.verſiculo, & quod dixi,ff. de ſolutio.* Carrocius *tract.oblationum,1.p q.6.*& declarant Surdus,& Gabriel quos refert Gratianus *tom. 2. diſceptat. c.224.n.23. & 24.*

6 His tamen non obſtantibus juſtitia Regis noſtri ſequentibus apertè ſuadetur. *Primò* quia ut ex tota actorum contextura manifeſtè apparuit, depoſitū hoc ex quo negotiator intendit debere pecunias dimidiæ annatæ,ad numerum factum fuit non ut eadem corpora,ſed tantumdem reddatur, & hoc ipſe negotiator in ſuis allegationibus confeſſus quo caſu hic contractus egreditur notiſſimos depoſiti terminos *l.Lucius 24 ff.depoſiti*, quæ loquitur in eiſdem terminis, quando tantumdem reddi conventum fuit, & regulariter in hoc caſu uſura non debere tradit Iureconſultus, ibi: *Qui beneficium in ſuſcipienda pecunia dedit.*

7 Sed quod certum,& ſine dubio eſt dominium ad depoſitarium tranſire, quia licèt de hoc dubitaverint attento jure communi plures quos refert Surdus *conſ.395.num.19.*Mantica *de contractibus l.10.tit.7. n.25.& 26.* Oliverius Beltramin. *in addit.ad D.Ludoviſium deciſ.149.n.25.* quaſi numeratio in eo caſu ſolùm interveniat, ut quantum depoſitum fuerit cognoſci poſſit,& ideo non abdicari à vero depoſito, cum tamen ut traditur *in d. l. Lucius, notiſſimos depoſiti terminos res excedat*, ideo Iuriſconſultus *in l. navem Saupheii 31. locati* tradit eis verbis: *Nihil aliud debere apud quem depoſita eſſet,niſi ut tantumdem pecuniæ ſolveret.*

8 Idò in hoc caſu ex numeratione dominium trāsferri tenuerunt Romanus *conſ.500 n.7.* Hondedeus *vol.2.conſ43.*Mandellus Albenſ.*conſ.3.n.3.*Trentacinq.*lib.3. variarum reſolut. tit.de depoſito, reſol.2. n.7.*Fontanella *de pactis nuptialibus, 2. tomo, clauſula 5. gloſſ.8.part.7.n.8.*ex Baldo, Decio,Antonio, Gabriele,Stracca, & aliis Gratianus *diſceptationum, tom.5.c.943.n.4.* Molina *de juſtitia & jure tractatu 2. diſputatione 513. n.2.*ex Gonezio, & pluribus, quos refert & ſequitur D.Caſtillo *tom.3.controverſ. c.16.n.34.*ex Azore,Reginaldo,Soto,Navarro,Emanuele Rodriguez,Rebello,& Pyrrho ego latè probavi *deciſ.14.Granatenſ. 1.p.n.23.& 24. cum ſeqq.* & de jure noſtro id probatur,*l.2.tit.3.p.5.* eis verbis, *que à eſtonçe paſaria el dominio à el.*

9 Et inde influit deciſio textus *in l.9. eodem tit. & Partita* ut etſi veteri jure deciſum, ut in nummis ad numerum depoſitis, deponens debeat præferri aliis anterioribus creditoribus *l.ſi ventri,§.in bonis,ff.de privileg.creditorum*,tamen *ex dict.l 9.* depoſito ad merum facto,deponens non præfertur anteriori creditori & ego latè probavi *ubi proximè, n.24.* ex plurium ſententia,inde procedere, quia dominio transiato in depoſitarium, non manent nummi depoſiti ad numerum effecti ut poſſint vindicari, ac perinde ad depoſitarium pecuniæ deperditæ vel minutæ ut ad Dominium pertinere periculum per totam eam deciſionem probavi,& ita in Granatenſi Cancellaria deciſum.

10 Si igitur earum pecuniarum dominium negotiator conſequutus eſt,quomodo fieri poteſt ut dominiū ſibi

sibi adquirat, & ulterius ipsius pecuniæ, quam à Rege habuit, ut solutiones ei injunctas in Belgio & Germania faceret, percipiat ulterius usuras, & interesse in damnum Regalis Patrimonii, quod contra naturalem æquitatem est quam semper in reddenda pecunia servari congruit, *l. si inter me, & Titium, ff. de rebus creditis.*

11 *Secundò* quia in hoc casu nullus dubitavit depositum irregulare censeri *ex d.l. Lucius*, Bart. *in l. quod Nerva n. 30. ff. depositi*: Bald. & Iason. *in l. certi condictio, ff. de rebus creditis, & in l. 1. ff. depositi*, Ioannes Andreas *in c. bona fides de depos. to, versic. in gloss. 2.* Hondedeus *consil. 43.* Trentacinq. *lib. 2. variarum, titulo de depositio, resol. 2. n. 7.* Mantica *de contractibus lib. 10. tit. 2. per totum, & tit. 3. num. 13.* Rodriguez *de annuis redditibus lib. 3. quæst. 11. num. 27.* Scaccia *de commerciis, §. 1. q. 7. p. 2. ampliat. 3. n. 10.* Cancer. *lib. 3. variar. cap. 8. n. 83.* pluribus in terminis D. Castillo *dict. c. 16. n. 37.* ex Antonio Gomez. Corrasio, Montealegre, Navarro, Molina, Bonacina, Sylvestro, Reginaldo, Azore, & aliis ego probavi

12 *dict. decis. 14. n. 36.*

In quo casu eo ipso quo pecunia usus est depositarius, potest in usuris condemnari ex textu *in l. die sponsaliorum, 25. §. 1. ff. depositi, l. Quintus Cecilius, 28. ad finem, ff. eodem*, ibi: *Quæsitum est an ex ea Epistola, usuræ etiam peti possint. Respondi deberi ex bonæ fidei judicio usuras sive percepit sive pecunia in re sua usus est. l. si deposita, 4. Cod. depositi*, ibi: *Si deposita pecunia is qui eam suscepit, usus est non dubium est etiam usuras debere præstare*, facit *l. si Sacculum, 29. §. si ex permissu, ff. depositi*, eis verbis: *Si ex permissu meo deposita pecunia, penes quem deposita est utatur, ut in cæteris bonæ fidei judiciis usuras ejus nomine præstare mihi cogitur.*

13 Quibus addenda est *l. si depositi, 3. C. depositi*, ut si contra domini voluntatem depositarius pecunia uteretur, quia furti adversus eum deponens agere potest, si petierit usuras, debet gratulari ne depositarium furti actione faciat obnoxium, sive ex voluntate & permissu deponentis utatur tunc *ex dict. §. si ex permissu usuras debet præstare.*

14 Nec difficultatem effugiet qui tentaverit prædicta jura, quæ expressè in deposito loquuntur, & usuras esse præstandas, ut inde bonæ fidei judiciis tradunt ita interpretanda, ut post moram usuras debeat nam ab eo tempore in bonæ fidei judiciis præstantur, ut in nostris terminis apertè traditur; *in l. die sponsaliorum, § 1. ff. depositi*, & regulariter vel ex mora vel conventione solùm usuras deberi in judiciis bonæ fidei *ex l. cum quidam §. si pupillo, ff. de usuris, l. lecta, ff. de reb. credit. l. Iulianus, §. ex vendito de act. empt.* notarunt Doctores communiter eis juribus, & D Pichard. *in §. actionum in principio de actionibus, q. 8. n. 7.* ex Zoaneto, Menchaca, Covarr. Osuald. ad Donellum *lib. 13. comment. c. 5. lit. E*, & ita interpretari videtur *dict. § si ex permissu, gloss. ibi, verbo, ut in cæteris*, eis verbis: *scilicet ratione moræ, vel pacti appositi incontinenti.*

15 Nam hæc solutio non congruit juris regulis, quippe in judiciis bonæ fidei, cujus naturæ est depositum, *§. actionum instit. de actionib.* etiam sine mora, vel conventione usuræ debentur, si pecunias in usus suos debitor converterit, ut *in l. si possessor 23. ff. de petit. hæredit. aliàs l. item veniunt, §. Papinianus*, & in negotiorum gestore expressè probatur, *l. qui sine 40. in principio, ff. de negot. gestis*, & in Procuratore *l. idem 10. §. si Procurator, ff. mandati*, & in creditore, si quod ex pignoris venditione non restituit, *l. quamvis 6. §. fin. ff. de pignorat. actione*, & in tutore qui pecunia pupillari usus est, *l. tutor 7. §. pecuniæ, ff. de administratione tutorum.*

Et ulterius probari apertè videtur expressè *in l. 1. §. socius, ff. de usuris*, ibi: *sine mora, nec conventione in* 16
judicio bonæ fidei usuræ debentur. Nota verba Juris-consulti nobis aptissima, ibi: *Socius si ideò condemnandus erit, quod pecuniam communem invaserit, vel in suos usus converterit, omnino etiam mora non interveniente præstabuntur usuræ*, & regulariter in judicio bonæ fidei, arbitrio Iudicis usurarum modus ex more regionis, ubi contractum est, constituitur *d. l. 1. de usuris, in principio.*

Nam cum contractus bonæ fidei recipiant om- 17
ne quod alterum alteri, ex bono & æquo præstare oportet, ideò in eis nulla præcedente conventione, nec mora subsequuta usuræ debentur, si quis alterius pecuniam in suos usus convertat maximè ex illorum sententia, qui ex detentione pecuniæ alienæ eo quod quis in proprios usus convertit, moram fictâ contrahi tenuerunt Interpretes *in dict. l. si Sacculum §. 1. ff. depositi*, & refert D. Pichardus *in d. §. actionum, quæst. 8. num. 31.* & videtur etsi textum non adducat probari, *l. fin. ff. de condictione furtiva*, eis verbis: *Quia videtur qui primo invito domino rem contrectasset semper in restituenda ea quem non debuit auferre moram facere.*

Ex quo apparet, non rectè Accursium percepisse, 18
d. l. si Sacculū, 29. §. si ex permissu, ff. depositi dum usurarum præstationem ex deposito refert ad moram vel conventionem, quia cum etiamsi non permittatur uti deposito post moram, ex eo usuræ debentur *d. l. die sponsaliorum, §. 1. ff. depositi dict. l. 4. Cod. eodē*, nam ut aliquid operaretur in specie textus *in d. l. si Sacculum*, ex permissu usum fuisse depositarium, inde usuræ debentur, alias enim etiamsi deposito non uteretur ex mora deberet præstare, & superfluum esset exprimere de permissione Iurisconsultum, *in dict. l. si Sacculum, §. 1* quia nihil disponeret, & superfluum omne vitandum.

Vnde cum duo certissima sint, *Primum* negotia- 19
tores nunquam habere pecuniam ociosam, sed in suos usus & negotiationes convertere ut, *ex l. ult. C. ad Macedonianum*, Romano, Alexand. & aliis probavit Mantica *de contractibus l. 3. tit. 10. n. 21.* Scaccia *de commerciis §. 1. quæst. 7. 2. part. ampliatione, 8. num. 225.* & esse probabile, & præsumi negotiatores non habere pecunias sine usu, sed eas dare ad Cambium tenuerunt P. Salas, *tract. de cambiis, dub. 22. n. 4.* ex quo & Villaguta, & aliis sequitur Diana *tom. 1. resolut moralium tractatu, 8. resol. 11. & 19.* Rota Genuensis *decis. 134. in fine*, Berreta *cons. 25. num. 5.* Bursatus *l. 1. cons. 68. n. 42.* Polydoro Ripa *observat. 324. n. 8.* Mastrillo qui ita in Senatu Neapolitano, & Mediolanensi tradit decisum *decis. 245. n. 21. & 22.* & in hoc casu manifestè apparuit negotiatorem pecuniâ, quam ex deposito in vadimonium sui crediti habere dicebat, usum fuisse quia officialis Regius designatus ut coram eo pecunia exhiberetur, & nulla inventa, & in contractibus bonæ fidei id quod æquū est, & bonum præstari oportet *arg. l. cum quid 13. ff. de rebus creditis*, tenuerunt Ioan. Faber. *in §. actionum de actionibus.* quo sequitur Curt. *in l. tale pactum, §. Pater in fine ff. de pactis.*

Nihil magis juri consonum & æquitati quam ut 20
utilitatem, quam ex pecunia Regis percepit fœnerator cùm interesse, & cambia consecutus, saltem si in totum Regi ultro non reddat tamen vitari usuras, ut dependat regale Patrimoniū juxta text. *in l. Quintus, 28. ff. depositi*, ibi: *Sive percepit*, quasi qui depositâ pecuniâ usus, si ejus usuras percipiat, debeat deponenti

depen

dependere quod etiam probat textus, *in d.l. idemque*, 10. §. *si Procurator*, *ff. mandati*, ibi : *Sed si pecuniam meam fœnori dederit, usuraſque conſecuturus eſt, conſequenter dicemus debere eum præſtare quantumcumque emolumentum ſenſit ſive ei mandavi, ſive non, quod ſi non exercuit pecuniam ſed ad ſuos uſus convertit, in uſuras convenietur, quæ legitimo modo in regionibus frequentantur*; & in pignore quoties ex eo redegit pecuniam creditor pignoratitius, probatur ex *d. l. quamvis*, 6. §. 1. *ff. de pignorat actione*, eis verbis : *Si id fœnoret uſuram ejus pecuniæ, præſtare debet ei qui dederit pignus.*

21 Igitur ſi eo ſolùm quod depoſitarius contra domini voluntatem, vel ex ea pecunia utatur, uſuras debet præſtare, quia non admittendum cum alterius damno lucrum conſequi, & bonæ fidei congruit alteri præſtare quod æquum eſt, vel quia mora contrahitur ex uſu pecuniæ alterius, & ſine dubio quando fœneravit, lucrum quod ex mea pecunia conſequitur, reſtituere tenetur ex prædictis juribus, quanò magis negotiator in hoc caſu quem certum eſt, nec ipſe negavit pecuniam non fuiſſe apud illum inregram ut recepit, ſed in ſuas negociationes expendiſſe, cùm verè debeat uſuras, ut ab eo exigi poſſint, ſaltem non percipiant, quas intendit exigere à Regali Patrimonio pro quantitate pecuniæ Regis, quâ uſus cùm nihil magis à jure alienum ſit, & æquitati diſſonum quàm uſuras percipere à Rege ſolutionum, quas in Germania, vel in Belgio fecit ipſius Regis pecunia, quam ut non ceſſaret in ſolutione; nam cum ceſſare vellet, convenit negotiator, ut apud eum deponerentur, aut pro pignore pecunia eſſe, quia ut *in principio* notavimus, voluit ſuſpendere ſolutionem negotiator, quaſi conſignationes ad ſolutionem faciendam dubiæ & incertæ exiſterent, & ex conſignationibus non poſſet redigere pecunias ad ſolutiones faciendas, convenit promptè ſolutionem facturus ſi pecunia cautionis loco apud eum maneret, quo aperte teſtatus, pecuniâ utendum eſſe.

22 Ex quibus ſive hæc pecunia pignoris loco ſit, ſive depoſita, uſuræ debentur, & multò magis vitandæ in hoc caſu, quia in depoſito ad numerum in rebus, quæ in ſuo genere functionem recipiunt, ut pecunia cum non eadem corpora nummorum, ſed tantundem reddi ſufficiat, nihil refert an expreſsè permiſſum ſit pecuniâ uti, vel tacitè deprehendatur id concedi: nam ut tradit Hieronymus Laurentius *deciſ.* 211. *n.* 11. ad hoc, ut depoſitarius non poſſit uti pecuniâ depoſitâ, neceſſarium eſt dari ſubſignatam, & clauſam, aliàs tacitè actum videri, ut uteretur, & quando non eſt prohibitum uti, vel non deponatur pecunia obſignata, quod fieri debet, ut depoſitario ejus abuſus adimatur, & deponens, qui id non fecit, tacitè contra facere videtur, & permittere uſum, *argumento l. qui non facit de regul. juris.*

23 Et in hoc caſu etſi non exprimatur tunc videri conceſſum depoſitario uſum nummorum, qui depoſiti, probavit Rodrig. *d. c.* 11. & ex Hondedeo, D. Caſtillo *d. c.* 16. *n.* 34. quos refert, & ſequitur adducens Pegueram, Statilium Pacificum, deciſionem Rotæ, & alios Fontanella *de pactis nuptialibus*, 2. *tom. clauſ.* 5. *gloſſ.* 8. *part.* 7. *n.* 9.

24 *Tertiò*, nam in præſenti, ut apertè ex contractu cum negotiatore facto apparet, cùm ille vellet ſuſpendere ſolutiones faciendas, niſi pecuniæ dimidiæ Annatæ in cautionem darentur, ut ſolutiones facere poſſet, & illæ pecuniæ darentur eo pacto, ut ſibi ſolveret, & quod reliquum computatione facta Regi reſtitueret, etiamſi verum depoſitum non ad numerum & irregulare, ſed proprium eſſet eo ipſo, quo pecunia utetur, in mutuum tranſit ex quo uſuras eſſe præſtandas dubium non eſt, *l. certi condict. §. fin. ff. de rebus creditis*, ibi : *Depoſui apud te decem, poſtea permiſſi tibi uti, Nerva & Proculus etiam antequam moveatur, condicere, quaſi mutua tibi hæc poſſe ajunt, & eſt verum*, & facit textus *in l. quod ſi ab initio, ſequenti*, ubi quando ab initio cum deponerem pecuniam uti, tibi ſi voles, promiſero, credita non eſſe antequam mota ſit, quoniam debitum iri non eſt certum, & ideo rationem adjecit Iuriſconſultus, ut moveatur pecunia, quia tunc ea velle uti depoſitarium certum eſt.

Idque manifeſtè exprimit *l.* 1. §. *eleganter, verſic. ſi* 25
pecunia, ff. depoſiti, dum tradit eis verbis : *Si pecunia apud te ab initio hac lege depoſita ſit, ut ſi voluiſſes utereris, priuſquã utaris depoſiti teneberis*, ubi apertè inſinuat eo ipſo quo pecunia uteretur depoſitarius, in creditum transferri & inter varias interpretationes, quas referunt antiqui & noviores in eis juribus Alex. Fulgoſius, & Alciat. *in d. l. certi condictio*, §. *fin.* Coſta *in l. ſi ex cautione fallentia* 2. *n.* 4. *C. de non numerata pecunia*, Connanus *lib.* 7. *comment. c.* 4. *n.* 3. Cujac. *lib.* 9 *quæſtionum Papiniani, in d. l. Lucius*, 24. *ff. depoſiti*, Ant. Faber. *in rationali horum jurium*, Morla *in emporio, titulo de rebus creditis in præmiſſis, n.* 25. *cum ſequent.* Dom. Richard *in princ. inſtit. quibus modis re contrahitur obligatio n.* 60. *uſque ad* 80.

In eo omnium differentia eſt, an deſinat eſſe de- 26
poſitum ab initio, vel poſtquam uti cœperit depoſitarius, & quando ſimpliciter depoſitum fit, ut tantumdem reddatur, nullus dubitabit, quoties depoſitum fieret ab initio eâ qualitate, ut poſſit depoſitarius pecuniâ uti, imò potius expreſsè negotiator in præſenti eo prætextu petiit depoſitum pecuniarum dimidiæ Annatæ, ut ſolutiones quas in Germania & in Belgio convenerat faciendas ſatisfaceret, & ſibi ſolveret, (ita expreſsè in contractu continetur) tunc in mutuum tranſit depoſitum, quaſi poſt uſum pecuniæ à deponente expreſsè permiſſum, nulla remaneant veſtigia depoſiti, & in mutuum tranſeat.

Cujus rei differentiam & depoſiti, ut tantumdem 27
reddatur, ubi etſi tacitè uſus permittatur, non tamen in mutuum tranſeat, rectè notavit Camillus de Medicis *conſ.* 26. *n.* 24 eis verbis : *Finalis & principalis intentio Domini fuit deponendi, ut reddatur tantumdem in genere à principio, non verò transferendi verè & intentionaliter dominium in depoſitarium, & ita ut dixi, procedat, l. de ſponſaliorum §. fin argumento textus in l. ſi quis nec cauſam, ff. ſi certum petatur, ſed ubi depoſitarius utitur pecuniâ non nudâ voluntate ſuâ ſimpliciter, ſed ex permiſſione deponẽtis, tunc ex juſta permiſſione intentionaliter ac verè transfertur dominium in depoſitarium, & hic eſt caſus noſter, hoc depoſitũ iſta cauſa ex dominii tranſlatione facta quæ eſt contra naturam depoſiti, ut fundavimus, convertitur in mutuum, ut probat textus in d. l. certi condictio, §. fin. & ideo dixi quod neceſſe eſt ut textus in d. l. die ſponſaliorum, §. fin. procedat in uſu ex ſimplici & nuda voluntate depoſitarii ; nam ſi intelligeremus quòd ibi concurrat voluntas deponentis, eſſet contra textum, in d. l. certi condictio, §. fin. qui voluit illud converti in mutuum, & ita liceat jura & juribus concordare.* Hæc ille.

Cui adde Antonium Fabrum *de nummariis ſolut.* 28
c. 20. ubi quando depoſitum tranſit in mutuum, tradit nulla contractus depoſiti veſtigia remanere, ſed etiam cùm ſolum depoſitum ad numerum ſit, tradit Molina 2. *tomo de juſtitia & jure, q.* 523. contractum eſſe mixtum, qui nec totum, à natura depoſiti recedat, nec omnino tranſeat in mutuum, ſed utriuſque jura retineat prout magis utile ſit deponenti quoad præſtationes, & periculum, idem tenuit Rodericus

*l.3.de annuis redditibus,q.*11.*n.*34.& notandũ quod de mutuo mero & non mero tradit *n.*53. *cum ſeqq.*

29 Nec difficultatem movebit etiamſi in mutuum hoc depoſitum transferatur,non poſſe ex eo citra ſtipulationem uſuras præſtari, *l.quamvis.*3. *C.de uſur.* & in præſenti uſuras à Rege pecuniarum dimidiæ annatæ conventas non fuiſſe, ut præſtaret negotiator, quia ultraquam etiam in contractibus ſtricti juris citra ſtipulationem,quando æquitas ſuadet uſuræ debentur ut probavi 1.*tom.deciſ.*14 *Granatenſ.n.*64.in hoc caſu non agemus, ut formaliter uſuras præſtet negotiator pecuniarum dimidiæ annatæ,ſed ut Rex evitet uſuras ſolutionum, quas fecit negotiator, & à Rege non percipiat pro quãtitate pecuniæ quæ apud eum fuit, & qua uſus, ad quod nulla eſt neceſſaria ſtipulatio, nec aliqua prohibitio ex jure Canonico, cui conſonum nullas uſuras deberi, etſi pecuniis depoſitis depoſitarius uteretur,ex Divo Thoma.Covarr Turrecrem.tenuit Farinac.2.*p.noviſſimarum,dec.*622. *n.*6.quia Rex non agit de lucro captando, videlicet de uſuris,& intereſſe percipiendo, ſed de damno vitando,ne immoderatæ uſuræ & intereſſe immenſum ejus gravent patrimonium,quo nihil magis conſonum juri Canonico & æquitati.

30 *Quartò*, in terminis ſunt jura expreſſa *in l. cùm alter*,11.*juncta l.ſequenti ff.de compenſatis*, ubi nobis aptiſſimè tradit Iuriſconſultus: *Cùm alter alteri pecuniam ſine uſuris,alter uſurariam debet, conſtitutum eſt à Divo Severo concurrentis apud utrumque quantitatis uſuras non eſſe præſtandas*;quod maximè congruit noſtræ diſceptationi, nam Rex debet negotiatori cum uſuris & intereſſe pecuniam quam ſolvendam delegavit in Germania & Belgio, è contra verò negotiator intendit, ſine uſuris depoſitas pecunias dimidiæ annatæ Regi debere, ex quo juxta ejus textus ſententiam, concurrentis apud eum quantitatis, uſuræ debent vitari.

31 Et idem probat Textus *in l.ſi conſtat.*4.*C.de compenſat.l. etiam* 5.*C.eodem*,ibi:*Æquitas compenſationis, uſurarum excludit computationem*, & ut optimè nobis conveniat hoc fundamentum, facit Textus *in l.idem juris eſt* 12.*ff.de compenſat.* ubi etiam fiſco, cujus patrimonium defendimus, idem procedere cõſtitutum eſt,itá que ut ſi fiſco è converſo deberetur à negotiatore pecunia cum uſuris, & fiſcus ſine uſuris negotiatori deberet pecuniam, quæ illius ad fiſcum perveniret pro concurrenti quantitate uſuras extingueret:nam ipſo jure ad impediendum curſum uſurarum compenſatio fit,ut communiter Interpretes notarunt in eis juribus, Bart. & Bald. *in l.ſi conſtat*, Caſtrenſ. *in d.l.cum aliter*;idque etiamſi ab homine non opponatur, Iaſon.*in* §.*bona fidei, n.*82. *inſtit.de act.* Alex. *lib.*5.*conſ.*74.*n.*4. *& lib.*7. *conſ.*196. *n.*5. Bald. *in l.*1.*C.de diſtractione pignor.* & de hoc nullum poſſe dubitare, aut contrarium tenere tradit Socin. *lib.*4.*conſ.*130.*n.*20.

32 Et notavit Bald. *in d.l.ſi conſtat*, *n.*4. eam ſententiam liquidi ad non liquidum non procedere in compenſatione legali, quia lex ſemper eſt certa de veritate, & facit *l.Iulius Paulus* 81.*ff. de condit.& demonſtrat.* ubi libertas data ſub conditione reddendarum rationum cui ineſt,reliqua reddere cenſetur à principio pura,ſi ex poſtfacto quãdocũque appareat nulla reliqua fuiſſe,*l.qui libertatis*,§.*ſervus.ff.de evictionl. in teſtamento*;& *ibi* notata per Bald. & Salicet.*C.de manumiſ. teſtament.*unde quia quod à lege fit,non deſiderat ſcientiam hominis,*l. apud hoſtes,C. de ſuis,& legit.hæred.l.liber.homo*, §.*fin. ff.de ſtipul. ſervor.*Bald.*l.*3.*conſ.*404.*n.*1.Cald.*de poteſtat.eligẽdi:c.*6.*n.*19.Ideò rectè ejus quod apud negotiatorẽ extat, poterit fieri compenſatio ut vitentur uſuræ,etſi computatio & liquidatio non facta, ut opponebat negotiator.

Et ad evitandam pœnam ſimiliter compenſationem ipſo jure fieri etſi non oppoſitam,ex Bart.Bald. Caſtrenſ.Alexan.Alciat. Guidone Papæ,& Soc.pro. bavit Tuſch.*practic.lit.C,concl.*493.*n.*8.*cum ſequent.* igitur ſi etiam non opponatur ipſo jure, fit compenſatio,quantò magis in noſtro caſu fieri oportet, quando à me fiſci Patrono in favorem Regalis Patrimonii oppoſita, ut evitentur uſuræ.

Denique *quintò*, quia etſi omnia prædicta non procederent, cùm negotiator ſibi ſolvendi in hoc caſu pactionem faceret ex pecuniis, quas depoſitas retinebat dimidiæ Annatæ, etiamſi ex juris præſumptione non probaretur, ut diximus, pecunias in ſuos uſus convertiſſe,& verè apparuit,ut animadvertimus quia juſſus à Senatu negotiator, ut pecuniam dimidiæ Annatæ exhiberet, nullam exhibuit, debebat omnino ſibi ſolvere, nec tam gravi intereſſe, & uſuris Regale Patrimonium pergravare juxta textum qui tradit,non ſolùm ad evitandas uſuras, ſed etiam ut debeantur ſibi ipſi ſolvere aliquem teneri *in l.qui ſine* 40.*alias* 38.*ff.de negot. geſtis*,ibi: *Qui ſine uſuris pecuniam debebat creditoris ſui geſſit negotia,quæſitum eſt an negotiorum geſtorum actione ſummæ illius uſuras præſtare debeat, dixi ſi à ſemetipſo exigere eam potuit debiturum uſuras.*

Et in difficiliori caſu ut non ſolùm ſibi ſolvat,ſed à ſe quis exigere debeat,ſi non fecerit præ et uſuras, eſt textus *in l.ſi pupilli*,6.§.*videamus.ff.de negot. geſtis* ibi *: Certè ſi quid à ſe exigere debet proculdubio hoc ei imputabitur*,& iterum *in verſ.quamquam*,ibi: *Tamen à ſemetipſo cur non exegerit, ei imputabitur, etſi forte non fuerat uſurarium debitum incipiet eſſe uſurarium*,& juvat *l. fiſtulas*, 78.§.*fundum*,*ff. de contrahend. empt.* facit gloſſ. *in l. ſi debitor*,*verbo*,*mihi*, *ff.de negot.geſtis*,*l.quoties*,9.§ *ſicut*, *ff.de adminiſtratione tutorum*,ibi:*Nam & ſibi ſolvere poteſt ſi modo fuerit pecunia, unde ſolvat, & ſi uſuræ fuerunt graviores quæ ei debebantur relevabitur eis Pupillus.*

Qui textus rectè conducit ad noſtrum caſum cum ſẽper fiſcus jure Pupilli utatur, & habet privilegia Eccleſiæ, & dotis,ut ex Tiraq.Afflict.Peregr.Caſan. & aliis DD.Franciſc.de Alfar.*de officio fiſcalis gloſ.* 9.*n.*10.ex Panormit,Everardo,& aliis,idem *gloſſ.*20. §.3.*n.*31.*& ex l.*1.*C.de ſententiis,ad verſ. fiſc. La. l.*2. *C.de venditione rei fiſcalis lib.*10.cum Duareno Mauritio,Sforcia,Cald.Pereir.Fachin.& aliis Oſuald. ad Donell.*lib.*21.*comment. c.*7. *in nota lit. H*, & ut teneatur ſibi ſolvere qui alterius bona vel pecuniam detinet, probavit.Bald. *lib.*2. *conſ.*190. *& ex l.ſed ſi damnum*,§.*peculium.ff.de peculio.*& Angel. *ibi* Afflict. Cavalcan.Cravet. Caſtrenſ. Socin. Plot. Alex. Neviz.& aliis pluribus probavit Surd. *conſ.* 290.*n.* 33.ſequitur Thuſc. *d. concl.*493.*n.*6.

Nec in hoc caſu compenſationem vel ſolutionem ſibi faciendam poterit retardare,quaſi dicat tunc id procedere, quando ſolutio fieri poteſt, in hoc vero caſu ſolutionem fieri non poſſe ex materia pignoris vel depoſiti,ac perinde nihil eſt quod imputetur negotiatori cur non compenſaverit, vel ſibi ſolverit quia id nullo modo poteſt movere, cùm potiùs certum ſit,& ex ipſo contractu appareat negotiatori datã fuiſſe facultatem,ut ſibi ſolveret ita ut reliquum quod velut Theſaurarius pecuniarum dimidiæ Annatæ Regi deberet,non reſtitueret antea quam ſibi ſolveret,& ſatisfaceret,(hæc ſunt verba contractus, & reſcripti Regis.)Vnde ſine dubio potuit & debuit ad evitandas uſuras compenſare,& ſibi ſolvere.

Nec

38 Nec ex vadimonio, id est, *reguardo* pro quo pecuniæ dimidiæ Annatæ relictæ fuerunt negotiatori impedietur quasi pignoris compensatio, quia expressè admittitur quando ex pignore pecunia redigitur, *l. si convenerit*, 18. *ff. de pignor. actione*, ubi omnis pecunia, quæ ex pignore provenit, si nomen debitoris in pignus daretur debet creditor compensare cum credito suo, ut post antiquiores ita illum textum contra Duarenum, & alios interpretatur Schiordegerus, *lib. 1. tractatu 2. q. 4.* & faciunt expressa verba ejus textus, ibi: *Si id nomen pecuniarum fuerit exactum pecuniam compensabis.* Quo nihil aptius nostro casui excogitari potest, quia licet pignoris loco essent nomina debitorũ pecuniæ dimidiæ Annatæ, & quæ ex illa redigi possent, tamen exactæ à negotiatore debent cum credito compensari, maximè ad impediendum cursum usurarum, cùm negotiator usus fuerit pecunia.

39 Vnde excludi poterunt verba Text. *in leg. quamvis 6. §. fin ff. de pignor. action.* quæ in contrarium expendebantur, ibi: *Quod si eam depositam habuerit, usuras non debebit*, quasi solùm creditor, qui ex pignore redegit pecuniam, præstet usuras, quando fœnori dedit, sin verò depositam retineat pecuniam, usuras non debeat, quippe ut apertè constat, loquitur ille textus, cum verè ut deposita retenta pecunia, & illa depositarius usus non sit, secùs verò, ut prædiximus, quando usus pecunia, & ex illa utilitatem consecutus; tum etiam, quia si cum dedit pecuniam fœnori, creditor ex pignore debet usuras eo ipso, quo in nostro casu negotiator usus pecunia fœnori dando, apparet ex illius usu omnino debere in favorem Regalis Patrimonii usuras cessare.

40 Nec quod attinet ad nomen depositi, quo pecuniarum dimidiæ Annatæ negotiatori vadimonium datum aliquid resolutionem prædictam impediet, Decius *cons. 6.* Alciatus *cons. 12. lib. 5. n. 21.* Cumanus *cons. 178. incipit. Thesaurarius, n 2.* quem sequitur Burgatus *cons. 320. n. 17.* qui omnes de Thesaurario, Principis, in nostris terminis loquuntur, & quamvis uteretur pecunia, & lucrum ex illa consequeretur illud sibi Thesaurarius adquireret, nec Principi restituendum tenuerunt, quippe ea ratione prædicti Doctores illud, quia pecuniæ dominium ad Thesaurarium Principis translatum, & tunc non ex pecunia Principis, sed ex sua lucratur Thesaurarius, & qui admitteret pecuniarum dimidiæ Annatæ, quæ pro pignore, vel depósito negotiatori consignatæ ad illum dominum transire, nullo modo poterit compensationem inficiari.

41 Tum etiam quia longè diversa species est, de qua in eis consiliis agitur, quando aliunde, & non ab ipso Principe lucratur Thesaurarius cum ipsius Principis pecunia, secus verò in nostra specie, quando solutionum, quas pro Principe fecit, ratione sui crediti usuras percepit Thesaurarius, retinens & expendens pecuniam ipsius Principis, qui in hoc casu non agit de lucro pecuniarum captando, sed de damno vitando, id est, usuris solutionum, quæ sua ipsa pecunia fieri potuerunt (& fortassis factæ) quod non admittere nihil magis absurdum ab æquitate, & naturali ratione dissonum videtur.

41 Idque majori ratione procedet juxta æquitatem *l. curavit, C. de act. empti*: nam si ei, qui damnum passus, quia alter sua pecunia usus, recompensatio fit, ut usuras percipiat, damno emergenti, vel lucro cessante, juxta Bald. *in 2. in principio, C. de usuris.* Cagnol. *in l. curabit 7. C. de actionibus empti*, Barb. *in l. 2. in principio à n. 44. ff. solut. matrim.* Surd. *de alimentis, tit. 1. q. 45. n. 33.* Rodrig. *de annuis redditibus, l. 2 q. 5. à n. 21.* Lupus *in commentariis ad dictam legem curabit, §. 6 n. 101. & 115.* Steph. Gratian. *tom. 1. c. 67. n. 16. & tom. 3. c. 588. n. 17. cum seqq. & tom. 5. cap. 911. n. 20. & c. 987. n. 7. & d. c. 900. n. 15. & 16.* Bonac. *de contract. disp. 3. q. 3. punct. 3. n. 4. & n. 10.* Salas *in 2. 2. D. Thomæ tract. de usuris, dub. 18.* Sigismund. Scaccia *tractat de commerciis, §. 1. q. 7. p. 1. ampliat. 8. à n. 221.* & de requisitis ad consequendum hoc lucrum cessans. *n. 224.*

Quantò magis in nostra specie procedere videtur, 43
ubi necessaria non est probatio eorum, quæ requiruntur juxta nuper adductos, ut ex damno emergenti usuræ percipiantur, cum ipse negotiator usuras percipiat ex Regali Patrimonio per solutiones factas, & cùm illa pecunia ipsius Regis uteretur, & posset ex ea solutiones facere, ex quibus usuras percipit, nihil magis juri congruit, quàm ex eadem pecunia Regalis Patrimonii saltem si usuras non dependat, tamen ex quantitate, quâ usus est, non percipiat.

Nec quæ in contrarium expensa fuerunt *suprà* 44
n. 2. aliquid movebunt: nam quod objicitur, nisi à tempore moræ usuras in depósito non deberi, jam *suprà* latè explicatum est, & in nostro casu non procedere probavimus *n. 24. cum seqq.*

Secundum verò quod duplici persona Thesau- 45
rarii & negotiatoris adducitur, ut debeant inter se diversæ personæ considerari *ex l. tutorem, ff. de his quibus ut indignis*, nihil ad rem facit, ut impediat solutionem sibi fieri ex juribus, quæ *suprà* expendimus, in quibus negotiorum gestor, Procurator, & tutor, etsi in eis consideretur duplex persona, sibi tamen solvere debent, vide notata *n. 34. cum sequent.*

Tertium vero quod refertur, ut deberet præcedere 46
computatio, ad hoc ut sibi solveret negotiator, facilius expedietur, si consideres computationem expressam fuisse in contractu, ut quod reliquum, postquam sibi solveret negotiator, restitui tenetur, sed etiam notandum computationem faciendam summariè, quàm in nostro Senatu diximus, *tanteo*, & hanc ex ipsis libris negotiatoris apparuit multoties factam fuisse, & ingentem summam apud eum manere, ut sibi solveret.

Denique quartum objectum *ex l. tutor, §. Lucius,* 47
ff. de usuris, ut partis & minutam solutionem negotiator non teneatur admittere, cum dimidia Annata ex parvis quantitatibus constet, nihil enim obstabit, quia decisio ejus textus apertè limitatur, quoties creditor consentiret, vel reciperet particularem solutionem, Bald. & Salicet. *in l. si literas, C. mandati*, ex Barbatia, & Curt. Iun. probavit Thusc. *Practicarum lit. S. concl. 344. n. 11.* & cum in hoc casu negotiator esset Thesaurarius dimidiæ Annatæ & cognosceret parvis quantitatibus eas pecunias deponi, & simul conveniret sibi esse solvendum, consensisse videtur in particulari solutione recipienda.

Tum & in hoc casu de hac quæstione agi non 48
potest, quia eo tempore ex quo intendimus, Regali Patrimonio usuras vitandas, à negotiatore ex ejus libris apparuit, apud eum plusquam trecenta millia aureorum esse, & extare ex pecuniis dimidiæ Annatæ, quas expressè in suis libris & calculationibus factis sibi reservare scripsit, ut solveretur, quod ex contractibus à Rege ei debebatur, unde sine dubio Regalis Patrimonii justitia manifestè ostenditur, & ita obtinui.

ALLEGATIO XLII.

Sumptus appellatione quando Princeps factos pro eo ſatisfacit, veniant damna, ut non poſſint ultra à Fiſco recuperari?

1 *Rex Hiſpaniæ Muleyo Mauritaniæ Regi opem tulit.*
2 *Munera magna contulit Rex Hiſpaniæ Legato ſuo, quem ad Mauritaniam miſit.*
3 *Princeps tenetur vaſſallis ſervitia rependere.*
c.1.de donationibus.
l.1.ff.de juſtitia & jure.
Servitia juxta meritum illorum rependenda.
c.ceterùm, de donationibus.
l.ſi ſponſus, §.circa venditionem.ff.de donat. inter.
l.ſed ſi vir, §.ſi duo, ff.de donationib.inter.
4 *Servitiorum merita, donationes quæ excedunt non remuneratoria. ſed immenſa judicanda, & à Principe facta non valerent.*
cap.intellecto, de jurejurando.
5 *Donatio quæ fit propter damnum bonorum omne periculum reſpicit.*
6 *Sumptus appellatione veniunt quæ fortuitò amiſſa.*
l.inter cauſas, 26. §.non omnia, ff.mandati, & num.11.
l.ſocium, 61 §.1.cum lege ſeq ff.pro ſocio.
7 *Verba generalia explicanda ex eo de quo agitur.*
l.licet, C.de judiciis.
l.ſi de certa, C.de tranſactionib.
8 *Liberalis nullus exiſtit in neceſſitatibus.*
l.rem legatam ff de adimendis legatis.
Donatio excluditur qualibet conjectura.
l.cùm de indebito, C.de probationibus.
9 *Determinatio una reſpiciens plura determinabilia, pariformiter debet determinare.*
l.jam hoc jure, ff.de vulgari.
l.Lucius, ff.eodem.
Mandati finis excedens nihil petere poteſt.
l.diligenter, ff.mandati.
Mandato ſolum continetur quod ad illud expediendum neceſſarium.
l.2.ff.de juriſdict.omn.judicum.
10 *Mandati defectus irritat actum.*
Mandatum generale non ſufficit ubi requiritur ſpeciale.
c.generali, de reg.juris, lib.6.
11 *Mandatarius qui non gratuito, ſed propter pecuniam recipit mandatum, in ſe debet ſuſcipere caſum fortuitum.*
12 *Mercatorum lucra incerta.*
13 *Executioni renunciare videtur qui poſtquam eam intendit, proponit ordinariam actionem.*
14 *Rex pro bono publico poteſt privatum ſuis bonis privare.*
15 *Publica utilitas ubi principaliter intervenit plura permiſſa.*
16 *Reges in alium Regem non ſubditum juriſdictionem non habent.*
l. ille à quo, §. tempeſtivum, ff. ad SC. Trebellian.
17 *l.Labeo, 3.§.tractemus, ff.de recept.arbitris.*
Conſularis perſona dicitur, quæ licet Conſul non ſit, gaudet Conſulis privilegiis.
l.1.in principio, §.1 ff.de Senatoribus.
18 *Juriſdictionem habet par in parem ſi alter ſe ſubmiſerit pari*
Rex etiam de plenitudine poteſtatis non poteſt exercere juriſdictionem in non ſubditum.
19 *Fœdera antiqua inter Reges Caſtellæ & Mauros.*
Reges Mauri fœderibus ſe ſubjiciebant Vaſſalli Regum Caſtellæ.
20 *Reges tenentur ex ſuis contractibus vi directiva, non coactiva.*
21 *Regem cenſetur facere non poſſe quæ contra bonos mores ſunt.*
l.filius, 15 ff.de condition inſtit.
22 *Teſtis domeſticus, vel qui agit de ſe exonerando, non eſt idoneus.*
l.nullus ff.de teſtibus.
l.omnibus C.eodem.
l.Contractus ff de reg.jur.
23 *Teſti deponenti* quod ipſi videtur, *fides non adhibenda.*
24 *Verba magnifica & congratulatitia non obligant.*

Donatio à Principe facta ob benemerita, & ſervitia, & ſumptus, quos fecit aliquis in Principis mandato, an excludat vel includat damna quæ in ſuis bonis pro mandato exequendo, mandatarius allegaverit habuiſſe?

REx noſter cùm Mauritaniæ Princeps Muleyus Xeque à ſuis ſubditis rebellibus, Duce ejus fratre, Regno expelleretur, ut moris eſt apud Hiſpaniæ Reges afflictis opem ferre, miſit ei Legatum ſub nomine, quem dicimus *Agente*, ut auxilium offerret ad Regni recuperationem, & interim dum claſſis & exercitus parabatur, ne ejus vitæ inſidiæ fierent, & in Hiſpaniam duceretur à Legato, cui promiſit Rex noſter operis & ſervitii remunerationem, ſumptus & damna bonorum ſuorum. 1

Is verò qui Agentis nomine miſſus fuit, commercia habebat in Mauritania, ceræ & in coriis boariis; quæ omnia, ut ille aſſerebat, quadraginta millia aureorum quantitatem valebant, & cum juſſu Regis noſtri Principem Mauritaniæ in Hiſpaniam adduceret; Frater rebellis, qui Regnum uſurpare intendebat, omnia bona iſtius Agentis occupavit illa ſibi, jure vel injuriâ belli; & quamvis poſtea Rex Hiſpaniæ ingentes contulit donationes mandatario, videlicet duo millium aureorum in reddibus annuis perpetuò ſolvendis, & ultra mille aureorum in quolibet anno pro vita dedit titulum ejus Agentis, cum ſtipendio centum aureorum pro menſe & honoravit ut poſſet obtinere Equeſtrem Ordinem Divi Iacobi, ejus inſignia conceſſa, & præſidia tum donavit Arcis de Alarache, ut pro ſua vita obtineret; adhuc tamen poſtquam viginti annis prædictis Regis noſtri gratiis, beneficiis & donationibus Mandatarius frueretur, petit damna reſarcienda ex Regio Patrimonio, quæ habuit in amiſſione bonorum commercii; quod ego negavi, & ſatis operam & damna prædictis rependi prædictis donationibus aſſerui, ut nihil amplius petere valeret. 2

Pro Regali Patrimonio, & ut abſolvi debeat facit, nam quamvis Princeps teneatur ſuis ſubditis, aut eis 3

eis qui aliqua ſervitia exhibuerint, illa rependere maximè cùm facere promiſit, *cap. 1. de donationibus*, Tiraquell. *de nobilit. c. 37. à n. 40.* D. Molin. *de Primog. lib. 1. c. 3. n. 20.* & *ibi* ejus additio, Beroius *conſ. 65. n. 11. volum. 1.* Cravet. *conſ. 884. n. 6.* Becio *volum. 2. conſ. 129. num. 109.* Burg. de Paz *conſ. 25. num 9.* Menoch. *conſil. 307. num. 11.* Carol. Bordell. *conſ. 22. num. 35.* Auguſt. Barboſa *in collect. dict. cap. 1 de donationibus*, quia ut metu pœnarum, etiam exhortatione præmiorum boni efficiuntur, *l. 1. ff. de juſtitia & jure*, tamen id quod reſpicit Reges, facere beneficia, debet accipi juxta ſervitii meritum, aliàs enim non cenſetur donatio remuneratoria, *cap. cæterùm, verſic. data rei quantitas, de donat. l. ſi ſponſus, §. circa venditionem, & l. ſed ſi vir, § ſi duo, ff. de donat. inter*, notant communiter Doctores *in l. ſi donatione, C. de collat.* Bartolus, alii & Scribentes *in leg. frater à fratre, ff. de cond. indeb. & in l. Attilius Regulus*, ubi latè Ioannes de Imola, *ff. de donation.* Hieronymus Gratus *conſ. 147. n. 23.* Roman *conſ. 26. n. 3.* Tiraquell. *in l. ſi unquam, verbo ſuſceperit liberos, n. 47. C. de revocandis donat* Surd. *de alimentis privilegio 72. n. 5. & 6.* cum Ruino, Socino, Mantica, & aliis Rotæ deciſionibus, Gratianus *tom. 2. diſceptationum, cap. 383. num. 6.*

4 Aliàs enim, ſi excedit merita, & ſervitium donatio, ut immenſa, non veleret, juxta quod notatur etiam Principi non licere magnas donationes facere, *cap. intellecto de jurejurando*, ubi communiter Doctores Alberic. *in proœmio, §. diſcipuli n. 17.* Bart. *in l. 3. §. plane, ff quod vi, aut clam.* Iaſon *lib. 1. conſ. 36. n. 1.* Alex. *lib. 5. conſ. 1. n. 28.* Carſetus *de poteſtate Regia, q. 4.* Covarr. *in c. quamvis pactum §. 2. n. 4. verſic. quod autem Rex*, Palacios Rubios *in c. per veſtras de donat. inter. §. ſed eſt pulchra dubitatio, n. 41.* pluribus Mieres *de majorat. 4. p. q. 1. limitat. 6. n. 28.* nec ſolùm ut *ibi* tradit in una donatione ſimul eidem perſonæ facta, ut in hoc caſu quæ immenſam, & magnam donationem facit, ſed etiam diverſis perſonis fieri non poſſe ex Luca de Peña, Immola, Alexandro, Matthæo de Afflictis, Roland. à Valle, Matienço, & aliis probavit Mieres *ibi.*

5 Et quamvis deceat Regem ſervitia mandatarii iſtius liberaliter ſatisfacere, tamen hæc donatio quæ reſpexit honorem, & maximum commodum pecuniarium, nimis excederet ſervitium, niſi etiam facta cenſeretur in compenſationem damni, quod mandatarius in bonis ſuis paſſum fuiſſe dicebat, idque manifeſtè conſtat, nam ipſe mandatarius, ad petitionem fiſcalis declaravit donationes quas à Rege obtinuit factas fuiſſe prætextu periculi quod ſubiit, propter executionem mandati, & ſumptuum facultatum ſuarum, quo videtur ipſum confeſſum fuiſſe in compenſationem damni bonorum ſuorum donationes recepiſſe, idque evidentius conſtat ex pluribus decretis, quæ Præſidi Regalis conſilii Patrimonii expedita fuerunt, ut redditus trium millium aureorum conſtituerentur, ut eis mandatarius frueretur, & in aliis Epiſtolis, quæ in actis exhibitæ fuerunt, ubi apertè dicitur à Rege noſtro ſatisfieri mandatario ſervitium, quod Regi fecit cum periculo vitæ, & nota verba Hiſpano ſermone, *Y con grande coſta y gaſto de ſu hazienda, y rieſgo de ſu perſona*, quæ verba manifeſtè notant donationem comprehendere omne damnum, quod hodie intendit mandatarius ei oportere rependi.

6 Et quamvis adjiceretur ſolum verbum: *gaſto de hazienda*, hic caſus, quando bonis ſuis ſpoliatus fuit, debet comprehendi, quia appellatione ſumptus veniunt ea quæ caſu evenerunt, vel fuerunt amiſſa, ut in mandato probat Textus expreſſus, *in l. inter cauſas 26. §. non omnia, ff. mandati*, eis verbis: *Non omnia quæ impenſurus non fuit creditur mandatori, imputabit veluti quod ſponliatus ſit à latronibus aut naufragio res amiſerit*, ubi nomine impenſæ & ſumptus comprehēdit illud quo quis ſpoliatus eſt ut in noſtro caſu, aut quod in mari perierit, & faciunt verba Textus *in l. Socium 61. §. 1. cum l. ſequenti, ff. pro ſocio*, ibi: *Quia licet non impenſum in ſocietate, tamen fuit propter ſocietatem*, quod utique ex eo procedit, quia ipſe mandatarius allegavit, ea bona quæ commercii cauſa habebat in Mauritania neceſſarium fuiſſe habere, in ea ut commercii ratione ſe introduceret, ad negotii expeditionem, ac perinde quaſi impenſa ad factum debet expreſsè comprehendi *ſuprà* dictis verbis.

Præſertim, quia iſte mandatarius antequam do- 7
nationes à Rege fierent, expreſsè hæc damna petiit reſarciri, ut quidquid amiſerat in conſideratione eſſet, ne in damno moraretur, & cùm poſtea tam magnæ ei fierent donationes, non poſſunt ad aliud referri, niſi ut omnino ſarciretur quod mandatarius petebat, quia verba generalia explicanda, ex eo de quo agitur *arg. l. licet. C. de judiciis l. ſi de certa cum aliis, C. de tranſact.* Iaſon. *lib. 2. conſ. 171. n. 11.* Honded. *lib. 1. conſ. 49. n. 1* ex Mandell. Beroio, Bellono, Craveta, & Caſaneo Surd. *conſ. 150. n. 6.* ex aliis pluribus, D. Caſtillo *tom. 4. controv. c. 42. n. 45.*

Et valde diſſonum eſſet Regem noſtrum tam ma- 8
gnas donationes feciſſe pecuniarum, & munera honorifica contuliſſe mandatario, nec cenſeri ſatisfieri, id quod ex damno amiſſionis bonorum ſuorum ei debitum eſſe petebat, quia nemo in neceſſitatibus liberalis exiſtit, *l. rem legatam ff. de adim. legat. gloſſ. 2. in l. uſusfructus, ff. de jure dotium*, potius enim creditur ſolutio debiti quàm donatio, ut notatur communiter *in d. l. rem legatam, & in l. cum de indebito, ff. de probatio.* & ex qualibet probabili conjectura ceſſat donationis præſumptio, ut ex Bald. Cravet. Dec. & pluribus, Menoch. *lib. 2. de arbitrariis caſu 88. per totum*, ex Aymon. Hondedeo, & Marſilio Gratian. *tom. 2. diſceptationum, c. 231. n. 1.* nec enim poteſt conſiderari ſeparatim remuneratio ſervitii, & compenſatio damni bonorum mandatarii, cùm utrumque ille repræſentaret Principi, ut ab eo beneficia obtineret, cum determinatio quæ reſpicit plura determinabilia debet pariformiter determinare, *l. jam hoc jure, l. Lucius ff. de vulgari*, ex Natt. Menoch. Binnio, Gratiano, D. Caſtillo, & pluribus Velaſco *Axiomatum, lit. D, num. 82.*

Rurſus non habuit à Principe mandatum, ut tam 9
magnam quantitatem pecuniarum, in cera, & coriis boariis, commercii cauſa in Mauritaniam inferret, ad negotium expediendum, & quia excedit fines mandati nihil petere poteſt, *l. diligenter, ff. mandati, c. cum dilecta poſt medium de reſcript.* Surd. *deciſ. 209. n. 6.* Hieronym. Gabriel. *conſ. 155. n. 30. cum ſeq.* & ſolum ea conceſſa videntur ſine quibus mandatum exerceri non poteſt, *arg. l. 2. de juriſdictione omnium judicum*, & quæ notantur *in l. ad legatum, ff. de procuratoribus*, Surd. *deciſ. 70. n. 5.* Mantica *deciſ. 57. n. 4. & deciſ. 67. num. 8.*

Et defectus mandati irritat actum, ut ex facto ni- 10
hil juris adquiratur ex Felin. Alex. Covarr. & aliis Gratian. *tom. 2. diſceptationum, c. 342. n. 9. & c. 341. n. 47.* & multò magis conſtat non habuiſſe mandatum, ut Regi Mauritaniæ is, qui negotium agebat mutuò daret decem millia aureorum, quæ à Rege Hiſpaniæ petebat, & non ſufficit generale mandatum, ubi requiritur ſpeciale, *cap. generali de reg. juris in 6.* Caſtrenſis *lib. 1. conſil. 335. num. 2.* Pariſ.

*vol.1.conſ.45.n.3.*Paponius *lib.6.tit.4.Arreſto* 18. & inter caſus, qui requirunt ſpeciale mandatum, ille præcipuus ad donationem, vel mutuum faciendum, gloſſa penult.*in cap.qui ad agendum de procurat.§.1. verſ.item oppono,*Rebuf *in concordantia de electione, verbo ſpeciale*, Ioſephus Ludovicus inter communes opiniones, *tomo 3.tit.de mandato, concluſ.1.per totam.*

11 Deinde,quia mandatarius, qui non gratuito, ſed propter magna beneficia,quæ à Rege ſperabat,ut ipſi collata fuerunt, mandatum acceptavit, in ſe ſuſcepit caſum fortuitum,ut conſtat *dict.leg.inter cauſas, §.non omnia,ff.mandati*,ubi qui mandatum dedit,non obligatur ſarcire damnum,quod habuit mandatarius qui bona amiſit naufragio,vel eis ſpoliatus fuit,ut in hoc caſu dicebat Mandatarius,rebelles inimicos Regis Mauritaniæ, quem ad Hiſpaniam ducebat expilaſſe omnia bona, quæ commercii cauſa habebat, & ad id mandantem non teneri, & ex eo textu colligunt Bartolus,Baldus,& reliqui ordinarii *ibi*,Mozius *tr.de contractibus titulo de mandato, verſic.qua actio, n.56.* Sebaſtianus Medicis *tr.de caſibus fortuitis,2.p. q.12. n.12.* & quamvis Accurſius *in gloſſa d. §.non omnia*, tradiderit ejus diſpoſitionem de curialitate non debere ſervari.

12 Tamen id juxta ipſius ſententiam procedit, quia videtur æquitati conſonum,ne qui mandatum dedit, patiatur mandatarium eſſe in damno, quod utique quantum in hoc caſu non procedit,animadvertimus. Et magnis donationibus, quas in mandatarium Rex contulit, ex quibus ſolùm in redditibus ferè centum millia aureorum uſque in hunc diem mandatarius percepit, ultra officia, honores, & duo millia aureorum, quæ in annuis redditibus perpetua obtinet, & mille aurei quotannis ad vitam & legata ex mercatore, quorum lucra incerta, & bonis, quæ fortunæ ſubjacent,mandatarius ad certas divitias,quas poſſidet,& honores evectus.

13 Nec quod ex parte mandatarii objiciebatur à Rege noſtro petiiſſe,ut bona, quæ ad Hiſpaniam adduxit Rex Mauritaniæ, detineret,ut mutuatas pecunias reciperet mandatarius,& damna ei reſarcirentur, nec á Rege noſtro decretum, & ita ei imputandum nihil movebit, quia ultra quam mandatarius ex eo confeſſus, nullum jus habere contra Regem Hiſpaniæ, cum intenderet à Mauritanio hæc,quæ petit recuperare,& renunciare videtur cuicunque juri, quod habere poſſet ex traditis per Caſtrenſem *in l.1. num.9. & 20. C.de pactis inter emptorem, & vendit.* Alex. *lib.8.conſ.206.col.2.* Berllamer.*conſ.9.n.6.* Gratianus *tom.2.diſcept.cap.302.n.2.* quemadmodum,qui executionem intenderat, ab ea videtur recedere, ſi poſtea actionem proponeret ordinariam juxta quod poſt Speculatorem,Romanum, Imolam,Marantam, Iancellotum, Rodericum Suarez, Morter à Cueva,& alios plures notavit Maſtrillus *2.p.deciſ.157.per totam.*

14 Deinde animadvertendum eſt cùm ad publicum ſtatum, & Hiſpaniæ auctoritatem ſpectet, ut Rex Mauritaniæ, qui hoſpes & profugus à Regno ſuo in protectionem Hiſpani ſe recepit debito modo tractari potius, quàm intereſſe privatum mandatarii attendi oportet,quod ad publicam utilitatem pertinet, ex qua non ſolum Rex noſter debebat, & potuit permittere, ut Rex Mauritaniæ ſuis bonis liberè frueretur, ſed etiam pro bono publico poterat mandatarium ſuis bonis privare.Bart.*in l.ſi ita,§ ſi dominus,ff.de uſu,& habitatione*,Iacobinus de ſancto Gregorio,Albericus, Cremenſis,& Afflictis, quos refert Menoch.*conſ.721.n.22.*

Maximè juxta quod tradit Craveta *de antiq.temporis 1.p.n.17.* cauſam publicam intervenire principaliter, non ſecundario, quod etiam ſequitur Menoch. *conſ.156.num.48.*nam cauſa publica ſemper in hoc caſu viget principaliter ad illud enim decus Hiſpaniæ & auctoritatem ſpectat hoſpiti Regi Mauritaniæ ſua bona libera relinquere,nec in aliquo cogere:nam id eſſet indecens Regiæ dignitati duorum Regum, Hiſpaniæ,& Mauritaniæ. 15

Deinde Hiſpaniæ Rex nullam habebat juriſdictionem in Regem Mauritaniæ *ex reg.par in parem non habet imperium,l.ille à quo,§. tempeſtivum,ff. ad S. C.Trebell.l. Labeo 3.§.tractemus ff de recept.arbitrii.* 16

In cujus litera(ut aliquid ex Scholaſticis diſputationibus dulce utilibus practicorum placitis miſceamus) notandum eſt maximè ſibi invicem I.C. adadverſari,deprehendi:nam primo traditur arbitrium cujuſcumque dignitatis etiamſi ſit Conſularis, cogendum à Iudice arbitrio,quod ſuſceperit, perfungi, & poſtea ſubdit ſibi oppugnans hæc verba: *Niſi forte ſit in aliquo Magiſtratu poſitus, vel poteſtate Conſul forte,vel Prætor,quoniam in hos imperium non habet*, quod cum Accurſ.in eo textu,*verbo Conſul*, ita accipiendum,quod traditur,cogendum arbitrium cujuſcunque dignitatis,etiamſi ſit Conſularis,accipiendum de illo,qui Conſulis dignitatis gaudet privilegiis,ut filius Conſulis.vel nepos, qui Conſulares dicuntur,ut Conſularis,fœmina Conſularis uxor, *l.1. in principio,§.ff.de Senatoribut*,& facit *l.18.tit.14. l.6.recopilat.*& quod cum Otalora, Bernardo Diaz, Salzedo,Avileſion,Gratiano,Mieres,Azevedo,Barb. & Plaza probavit Richardus *ad l.3.C.de murilegulis,l.11.n.43.*non verò qui Conſulis adminiſtrationē habet,quia eum non compellit, quia par in parem non habet imperium,ſic nec Rex Hiſpaniæ juriſdictionem exercebit in Regem Mauritaniæ, qui ex eo non ſubjacet juriſdictioni Hiſpani.

Nec admittenda limitatio,quam *ex d. §. tempeſtivum*,colligit gloſſa,*verbo ſubjaceant,in l.eſt receptum, verbo major,ff. de juriſdict. omn. judic.* ut ſi qui par eſt juriſdictione ſe ſummiſerit juriſdictioni æqualis vel inferioris,poſſit in eum juriſdictio exerceri, & procedere in Imperatore notavit gloſſa *d. verbo major* & in Regibus Bart. & Alex. quos refert Bertachin.*verbo,Rex n.3.*quia in hoc caſu nulla ſummiſſio facta fuit à Rege Mauritaniæ Regis noſtri juriſdictioni,ſed ſolum ad ejus auxilium,& tutelam confugit,& Rex etiam de plenitudine poteſtatis non debet exercere juriſdictionem contra non ſubditum,Innocent.*in c.inquiſitioni de ſent. excommunica.*Curtius Senior *conſ.10. verſic.tertio reſpondeo*, Natta *conſ.47.n.6.* Alciat. Angel & Caſtrenſ. quos refert, & ſequitur Petrus Surdus *conſ.47. n.15.* qui etiam intelligit,& extendit *n.16.* ibi: *Etiamſi eſſet quis ſubditus quoad aliqua, ut puta Vaſallus, qui ſe ſummiſit mediante fœdere.* 17

Et quamvis facto fœdere inter Regem Mauritaniæ,& Hiſpaniæ,ſe Mauritanus Hiſpano ſubjecerit, ut in fœderibus quæ antiquitùs facta inter Reges Mauros & Caſtellæ Reges,ſolebant ſubjici Regibus Caſtellæ,ut tributum præſtarent,& ad Comitia generalia venirent, & in bello auxilium & operam præberent,ut de fœderibus Regis Granatenſ. cum Ferdinand Sancti nomine Rege Caſtellæ & Legionis ubi Granatenſ.fecit ſe tributariū Caſtellani Principis& quingentis Equitib,operam dedit,ut Ferdinand. Hiſpalen expugnaret; & ut poſt antiquam Chronicam Regis Ferdinandi tradit Mariana *l.13. de rebus Hiſpaniæ,in Hiſtoria Latina, capite 3.* ubi valde notandum,& ferè non auditum animadverto, in eis fœderi 18

fœderibus quæ inter Ayſemelium Granatæ Regem, & Ferdinandum nomine Sanctum, Caſtellæ & Legionis Regem, ultra plures quæ in ſubjectionis judicio fecit, Gienium urbem, quæ à Ferdinando obſeſſa, tradendam conventum, & Regni Granatæ vectigalia inter utrumque Regem Maurum & Catholicum dividerentur, quæ valebant aureos centum & ſeptuaginta millia, expendo ut ſingulare notanda Marianæ verba loquitur de Rege Granatæ, qui venit ad Regem Ferdinandum, qui exercitu ſuo habebat obſeſſam urbem Gienium, ibi: *Ergo fide accepta, ad Regẽ venit in Caſtra, fortémque & fidelem operam, ſi in fidem recipereter, & amicitiam pollicetur, ſubjectionis indicio Ferdinandi manum. facta conveniendi poteſtate deoſculatur fœdus his legibus, ſancitum Gienium continuò dedatur Granata vectigalia æquis partibus inter utrumque Regem dividantur, ea ad ſeptem aureorum miriades excreverant ſexagies octies, ſextertium, hoc eſt aureos centum ſeptuaginta millia, Rex Maurus ad Regni comitia tanquam beneficiarius veniet evocatus, communes utriſque hoſtes ſint amici, non alii, glorioſum Ferdinando fuit diverſa Religione homines illi credere, eiuſque ſocietatatem & fidem cupidiſſime petere, itaque fœdere ſancito, urbs dedita eſt.* Hæc Ioannes Mariana, de quo & aliis pluribus fœderibus agendum eſt ad finem allegationum, ubi de fœderibus quæ Regi Catholico permiſſa latè diſcutitur in peculiari fœderum tractatu.

10 Hæc autem nullo modo in hoc caſu facta fuerunt nec ſimile fœdus inter Regem Mauritaniæ & Hiſpaniæ, & quamvis fieret, non ideò in omnibus Mauritanum ſubjici Hiſpano admittendum eſt juxta quod ex Surdo & aliis nuper tradidimus, quia licet Mauritanus ut Rex, ad contractum, obſervantiam & ſolutionem mutui quod dedit Hiſpani Regis mandatarius, ei teneretur, id tamen reſpicit quoad vim directivam obligationis, non coactivam, Petrus Greg. *lib. 8. de Republica, c. 8.* Zaſius *ad l. 2. §. eodem tempore de orig. juris*, Coſtal. *ad l. 1. ff. de pactis*, Morla *in emporio, ad eum tit. q. 1.* communiter Doctores *ad l. Princeps legibus, ff. de legibus*, Menchaca *controv. illuſtrium, lib. 1. c. 3.* Vincentius Carrotius *lib. 2. diſput. c. 10.* Cenedo *ad Decretales, collectanea 167.* D. Gregor. Lopez, Madera *animadverſ. juris, c. 8.*

11 Nec decens aut honeſtum erat Mauritani hoſpitis noſtri Regis bona detineri, ut petebat Mandatarius, quia id Rex noſter facere non poterat *l. filius, 15. ff. de condit. inſtit.* eis verbis: *Nam quæ facta lædunt pietatem, exiſtimationem, & verecundiam noſtram, & ut generaliter dixerim, quæ contra bonos mores ſunt, nec nos facere poſſe credendum eſt*; videndus Menchaca *de ſucceſſion. progreſſu*, §. 3. *n.* 46. Rebuffus *ad l. nepos Proculo, per textum ibi ff. de verbor. ſignific.*

12 Denique quia damna quæ ſarciri petebat non rectè probavit Mandatarius, quia teſtes erant ejus domeſtici, & quorum cura fuit negotiatio eorum quæ amiſſa dicebantur, & ideo nulla fides adhibenda teſti, qui vel ex familia partis, aut ſi poteſt in cauſa intereſſe conſequi, *l. nullus, ff. de teſtibus*, *l. omnibus*, ubi communiter Doctores, *C. eodem*, Maſcard. *concl. 1557. n. 1. & 2.* Farinac. *de teſtibus, q. 60. n. 29.* & cùm teſtis ut Mandatarius in negotiatione non ſolùm tenetur de dolo, ſed etiam de culpa, *l. contractus*, ubi communiter omnes, *ff. de reg. juris*, ita quia agit de ſe exonerando, non eſt fides ei adhibenda, Bertazola *lib. 1. conſ. 9. & conſ. 225. n. 11.* Hippolyt. Riminaldus *lib. 2. conſ. 82. n. 23.* Brunonus à Sole *conſ. 98. ad finem*, Fatin. *ubi proximè, n. 19.*

13 Vltra quam plures teſtes deponunt, quaſi eis videbatur eam ſummam valere, quod in Coriis boariis & cera haberet Mandatarius in Mauritania, & ſimilibus teſtium depoſitionibus fides non adhibenda, per verbum *videtur*, Bald. *in l. de quibus, n. 35. de legibus, & in l. 2. §. obſervari. 6. de juramento calumniæ*, Alexand. *lib. 2. conſ. 86. num. 11.* Speculator *tit. de teſtibus, verſ. & qui deponit*, Felinus *in c. quoties, num. 7. de teſtibus*, ex Angelo & aliis Maſcardus *concl. 1369. num. 5. & 6.* cùm teſtis debeat certam rationem ſui dicti reddere non dubiam, cum Bartolo, Ioanne Andrea, Rocho de Curte & Bertrando Maſcardus *concluſ. 424. n. 62.* quia teſtis deponens ſine ratione, dicitur deponere ut pecus, ex Iaſone, Specul. Caſtrenſi, Lancellot. & aliis, idem Maſcardus *concl. 1315. n. 50.*

Sed etiam Rex Mauritaniæ nihil Mandatario ex 24
bonis quæ amiſit, ſatisfacere debebat, juxta quod notavimus caſum fortuitum pertinere ad damnum Madatarii; & quamvis cùm inſtaret Mandatarius Regem Mauritaniæ, dicens ejus causâ damnum paſſum fuiſſe, Mauritanus juberet ex bonis ſuis ſolvi, id magis liberalitati & Regiæ munificentiæ quàm debito tribuendum, & verba munifica & congratulatoria non obligare probarunt Innocentius *in c. cùm veniſſent, de inſtitutionibus*, & ex communi Doctorum ſententia Maſcardus *concl. 1176. n. 59.* ex quo multo minus à Rege Hiſpaniæ Mandatarius petiit damna ſarciri ex prædictis rationibus; quæ omnia ſuadent Regale Patrimonium eſſe abſolvendum; & ita obtentum fuit in viſionis prima inſtantia.

ALLEGATIO XLIII.

De indulto quando non comprehendat bonorum reſtitutionem.

1 *Maurorum deſcendentes ab Hiſpania expulſi ſunt anno 1610.*

2 *Beneficium Principis latiſſimè interpretandum, etiam contra ipſum concedentem.*
l. beneficium, ff. de conſtit. Princip.
Bona ſũt acceſſoria perſonæ, & pretioſior perſona.
l. in pecudum, ff. de rer. diviſ.

3 *Venditione facta ex cauſa quæ nulla apparet poteritres vindicari.*
l. etiamſi aliàs nec ullam, 13 §. item ſi quis à fiſco, ff. de petitione hæredit. & n. 15. & 25.

4 *Demonſtratio non reſtringit, ſed demonſtrat.*
l. fin. §. Titia, ff. de liber. obligatione legata.
l. Paulo Callimacho, §. ult. ff. de l. 3.
l. nulla, in principio ff. de alimentis legatis.

5 *Reſtitutio ex gratia conceditur debitoribus ut oblato pretio, quo bona vendita cum redditibus, bona cum fructibus reddantur.*
l. in cauſæ, la 2. §. Pomponius, ff. de minoribus.
l. planè ff. de minoribus.
l. ſi me & Titium, ff. ſi cert. pet.

6 *Banni repoſitio à Principe facta an extendatur ad bonorum reſtitutionem.*

7 *Majeſtatis crimen non admittit bonorum reſtitutionem, licet bannum reponatur.*

8 *Principis gratia conceſſa ad petitionem partis ſtrictè interpretanda.*

9 *Reſtitutio bonorum à Principe indulto conceſſa nõ procedit in bonis quæ fiſco in tertium alienata.*

10 *Reſtitutionem non extendi ad bona in tertium tranſlata, accipiendum etiamſi bona alienentur ex tit. lucrativo.*

Princè

Principem præsumitur nolle fisco præjudicare.
l.ne damnosa,C.de precib. Imp. offerendis.

11 *l. bene à Zenone,C.de quadrien.præscriptione explicatur & num. sequentibus.*

12 *Bona quæ à fisco venduntur, si dominus illorum sciens, non contradicit, amittit jus.*
l.si hypothecas, C. de remiss.pignorum.

13 *Scire aliquid idem est quod scire debere.*
l.si Titius,48.ff. de fidejussor.

14 *Titulum adjicere in venditione ut causam vendendi, nullam reddit venditionem titulo deficiente.*

15 *Titulum adjici demonstrationis vel restitutionis causa differentia.*
l.si per errorem, ff. de jurisdict. omnium l. demonstratio falsa 17 ff.de condit.& demonstr.

16 *Lege talis scriptura, in fine ff. de legat 3.*
l Quintus,27.§.2.ff.de auro & argento legato.
l.falsa,33.in principio,de condit.& demonstr.
l.1.§.si quis.ff. de dote prælegat.
l.quibus,40.§.penult.ff.de condit.& demonstr.
l.si sic,75.§.1.ff. de leg.1.
l.si servus,108.§.qui quinque de legatis 1.
l.1.§.sed etsi.ff. de dote prælegata.
l.legavi,25. ff.de liber. legat.

17 *Restitutione bonorum à Principe concessa, jus præscriptionis non excluditur.*

18 *Præscriptionem inhibet vitium reale,si res furtiva vel vi possessa.*
l.sequitur,§. quod autem ff.de usucapionibus.
l.ubi lex,ff.de usucap.
Vis expulsiva impedit rei usucapionem,non compulsiva.
l. ambitio in principio juncta,§. si quis autem, ff.de divers. & temporalib. præscript.
l si vi vel metu, C. de his quæ vi.

19 *Error falsæ causæ non parit usucapionem, quando ipse possidens erravit, non si possidentis author.*
l.Celsus,27.de usucapionibus.
l.si existimans, 3. ff. pro soluto.
l.qui vulgo,11.ff.pro emptore.
l.pignoris 13. §.1 ff.de usucap.

20 *Æquitas nisi scripta non admittitur contra jus scriptum.*

21 *Retractus qui datur debitori ad recuperanda bona vendita,est intra novem dies.*
l.à Divo Pio,§.si pignora,ff.de re judicata.

22 *Bona debitoris vendita ad petitionem creditoris, alicui tertio, an ex restitutione gratiosa debitor petere possit oblato pretio.*

23 *Giurbæ decisio explicatur.*

24 *Indulto delicti non comprehenditur restitutio bonorum, quando expresè à Principe non conceditur.*

Verum rescriptum gratiæ, quo delictum indultatur ad pœnam, sit referendum ad bonorum restitutionem, quæ à fisco in aliquem fuerint alienata?

1 CONTROVERSIA exorta fuit, quando anno 1610. Edicta Regia publicata, quibus universi Mauri Sarraceni ab Hispania expulsi, de quibus & eorum ratione vide Paschalium *de viribus Patriæ potestatis, 1.part.cap.7. ex n.23.* Historia Pontificum à Fratre Marco de Guadalaxara, *l.5.c.1.& 2.*Sanch. *in Anacephaleosi,de rebus Hispaniæ,l.7 c.11.anno 1610.* addendi Magister Marquez,Salazar de Mendoza,Petr. Aznar,& Iacob. Bleda quos refert D. Amaya, *adi. bros voluminis,in l 4. C. de jure fisci n. 18.* vendita quasi confiscata cujusdam qui obtinuit gratiam à Principe,qua pœnam remisit ut prædicta edicta illi non comprehenderent,nec ipse ab Hispania exularet & eo præsente vendita domo anno 1612.post quindecim annos in 1612.petiit domum restitui & offerebat pretium cum redditibus, ut domus cum pensionibus restitueretur:contra fiscus qui emptori, ad evictionem obligatus erat non posse admitti dicebat, quasi juste venditio facta, & utriusque fundamenta percipe.

2 Pro vindicante adducebatur rescriptum,quo exemptus fuit ab expulsione,& beneficium Principis latissimè interpretandum etiam ipsius concedentis præjudicium Bald. *in l beneficium 2. lectura de constit.Princip.* Decius *cons.32. incipit pro tenui,n.2.* Angelus *cons.17.n.2. & 3.*Tiberius Decianus *consil. 25 n.96.*Sesse *decis.160.n.167.2.part.* Giurba *decis.23.n.10.*Bobadilla *l.2.Politicæ, cap.16. num.52. lit.G.*& cum prædicto rescripto negari nó possit personam eximi, quæ magis pretiosior est,quam bona, in consequentiam debent illa venire,*argumento textus in l. in pecudum,ff. de rerum divisione,* & resolvit Peregrin. *de jure fisci,lib.5. titulo 2.n.76.* ubi tenet damnum in persona, & in bonis, si obtinuerit remissionem delicti non amittere bona, quia conservant vitam naturalem.

3 Deinde quia etiamsi in rescripto edicta Regia expulsionis exprimerentur,tamen cum ille,qui bona vindicat, ab edictis eximeretur,videtur rem non fuisse venditam,quasi absolutè fisco competeret, sed ut ei confiscata,ac perinde poterit hoc deficiente res ab emptore vindicari, *argumento textus in terminis in l.etiamsi aliàs,,nec ullam 13.§.item si quis à fisco,ff. de petitione hæreditatis,*ibi: *Item si quis à fisco hæreditatem quasi vacantem emerit, æquissimum erit utilem actionem adversus eum dari*: nam deficiente causa emptor remanet obnoxius,quibuslibet controversiis, ita ac si hæreditas ex illo capite vacantis ad fiscum non pertinuerit, quod periculum emptor evaderet si genericè, ut suam,fiscus rem distraxisset,Baldus & Salicetus *in l.2.C de hæredit.vel actione vendita,*Socinus Alex.Decius,Bertrandus, & Grammaticus relati & amplexi ab Antonio Gabriele *l.5.communium titulo de adquir.possess.clausul.2. n.26.*Roderic. Suarez *alleg. 11.* Barb. *in l. solut. matrimonio, 1. part. num.13 post medium,* Caldas Pereira *de emptione,& venditione,cap.12.n.37. versic. idémque est,* Baldus *de præscript.2.part.5.partis principalis, quæst. 8. per totam,* Gregor.Lopez *in l. 53. gloss.4. titulo 5. partit.5.* Dominus Castillo *tom.2. controvers. c.5.num. fin.*

4 Et quod de edictis expulsionis adjectum fuit, in rescripto non est taxativè interpretandum, ut solùm indulgentia procedat,ut eximatur ille ab expulsione,sed demonstrativè, *arg,l.fin.§.Titia de liberatione legata l. Paulo Callimacho ultimo de legatis 3.l.Mela in principio de alimentis legatis,* Ioannes Garcia *de expensis, c.4. n.34.* Menochius *lib.4. præsumptione 51.n.11.& cons.215.& cons.303.n.27.*Monteracueva *decis.34.n.58.* D.Castillo, qui plusquam triginta Doctores hujus opinionis refert *tom.4.controv,c.54. n.6.& 7.*

5 *Tertiò* quia ille qui vindicat bona offert reddere pretium illi qui à fisco emit,& juxta æquitatem, quá juri

juri scripto præferendam tradit, Textus *in l. placuit C. de judiciis*, ex câ veteres Domini hujus oblationis auxilio, seu retractus beneficio juvari, idque obtinuisse in forioribus terminis debitoris, cujus bona ritè rectéque, ut debita creditoribus suis solverentur, quibus debitor fuerat obæratus, ejus voluntate sub hasta posita fuere, ut notavit Scobar *de ratiociniis, 2. p. computatione* 14. Cevallos *communium, q.* 633. *n.* 6. ubi tradit Judices supremos in quocumque tempore audire debitores, & soluto debito creditori simul cum interesse ad rationem unius pro quatuordecim hodie jam unius pro viginti, ex nostris legibus quæ redditus limitarunt, anno 1608. & 1621. possunt innuere creditoribus bona debitoribus restituere cum fructibus perceptis, & quod magis est id decernunt, etiamsi bona possideantur à tertio possessore, quod licet videatur offendere juris Regulas ex traditis per Suarez *allegat.* 21. *n.* 7. *in fin. l. in causa la secunda*, §. *Pomponius, cum l. plane, ff. de minorib.* tamen fundatur in quadam æquitate, cum in eo creditor nec tertius possessor nullum damnum sentiant pretio cum interesse restituto, & sic admittitur quod æquum videtur *argum. l. si me & Titio, ff. si certum petatur*, quod etiam tradit Parlador. *lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. 5. p. §.* 16. *n.* 8. & notavit Paz *in sua praxi 1. tomo 4. part. c. 3. n* 48. Gutierrez *lib. 2. practicarum, quæst.* 161. quos refert Giurba, eam praxim recensens *decis.* 105. *n.* 14. addè quod de hac restitutione tradit D. Amaya, *in l. 4. C. fide hast. fiscal. num* 49.

6 Verumtamen in hoc casu rescriptum, ad bonorũ restitutionem non debere extendi, nec vindicationem eorum procedere posse suadetur, ex sequentibus nam rescriptum gratiæ, quo edicta cancellaria ut iste ab illis eximeretur non inducit plenam restitutionem quoad bona, sed tantum quoad pœnam, & quamvis Princeps in rescripto usus sit eis verbis: *bannum cancellamus sive rebannimus*, non videtur restituere bona, sed tantum pœnam remittere, ita Bald. *in l. si ademptis, C. de sent. pass.* qui loquitur, in terminis strictioribus, nempè gratiæ remuneratoriæ, idem Bald. *in l. quid ergo, §. pœna gravior in repetit n.* 14. *ff. de his qui notãtur infamia*, Salicet. & alii plures quos refert Sfortia Odd. *de restit. in integrum*, 2. *p.* 93. *art.* 3. tradit hanc opinionem cõmunem esse, & quamvis referat contrariam sententiam aliquorũ Doctorum tamen limitationes, quæ ab ipsis contrarium opinantibus admittuntur in hoc casu procedunt, videlicet quando rescriptum esset gratiæ, & non necessarium justitiæ, quo casu etiam retenta opinione contrariâ rebannitio non induceret restitutionem quoad bona, ut ex Bald. Cardinali, Alex. & aliis pluribus notavit Sfortia, *ubi proximè n.* 2.

7 Vel quoties similes gratiæ ex usu Principis eas concedentis non extenderentur ad bona: nam ut ait Boërius *in praxi, titulo de remediis ex sola clementia Principis, n.* 7. id sine dubio procedit, quando soleret Princeps per verbum *Cancellationis banni* intelligere de simplici indulgentia, non autem de plenaria restitutione, ut probavit Sfortia *n.* 21. qui eam tradit prædictam opinionem limitandam in criminæ læsæ majestatis, & in aliis, quæ omnia in hoc casu æquè procedunt.

8 Maximè quia verba rescripti solùm respiciunt, ne expelleretur Maurus ab Hispania, & cum in hoc casu loquantur, non possunt procedere in restitutione bonorum, & gratia Principis, præsertim ad petitionem alicujus concessa, in dubio debet strictè interpretari, & non extendi ad alium casum non expressum, ut in terminis Bald. *in l. si ademptis, C. de sẽ-*

Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. Pars I.

tentiam passis, ubi tradit diversa esse capita exilii, & amissionis, & confiscationis bonorum.

9 Deinde etiamsi restitutio in hoc casu expressè ad bona extenderetur, adhuc restitutio nec posset, nec deberet extendi ad bona jam à fisco in tertium alienata, *l. 1. C. de sententiam passis*, ubi Bart. & alii *in l. fin. C. eodem* ubi Angel. *n.* 5. Fulgosius, *n.* 12. Imola *in l. si marito, ff. soluto matrimonio*, Paris. *vol.* 3. *cons.* 69. *n.* 196 *& vol.* 4. *cons.* 1. *num.* 21. Menoch. *de recuperand. rem.* 10. *n.* 10. idem *cons.* 103. *n.* 25. Afflictis *in constit. Regni in præludio, quæst.* 25. *num.* 4. Sfortia *de restitutione* 2. *part. quæst.* 99. *n.* 41. *vers. Quæ conclusio*, Antonius Gomez *lib.* 3. *variar. titulo de tortura, n.* 39. Iulius Clarus & alii innumeri, quos refert, & sequitur Farinac. *in praxi criminali*, 1. *p. q.* 6. *num.* 33. & est communis doctrina, & ab omnibus admissa absque controversia.

10 Et procedit etiamsi bona confiscata pervenissent in manus tertii, etiam ex titulo lucrativo donationis Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 46. *n.* 6. Peregr. *de jure fisci, lib.* 5. *tit.* 2. *n.* 39 & 43. qui ampliat prædictam sententiam etiamsi restitutus peteret expressè restitui adversus bona alienata, & rationem Doctores reddunt, quia nunquam præsumitur Principem velle præjudicium inferre tertio, & ideò multo magis credendum est, nisi expresserit velle fisco præjudicare: nam omnis gratia, & restitutio interpretari oportet, ut minus quam possibile sit fisco damnosa reddatur *l. ne damnosa, C. de precib. Imperat. offerend.* latè Farin. *ubi proximè.*

11 Rursus *ex l. bene à Zenone. C. de quadrienni præscriptio.* plena securitas cõceditur eis qui à fisco emerint, vel ab eo rem habuerint ex titulo oneroso vel lucrativo, ita ut amplius non possit super illa inquietari actione reali, vel personali aut alia quacumque, & consonat *l.* 53. *tit.* 5. *part.* 5. & notarunt Romanus Roderic. Suarez, Grammatic. Cravet. Baldus. Anton. Gabriel Dueñas, Gratian Guillelmus, Benedict Zephal. Bellon. & alii plures quos refert D. Castillo, 2. *tom. controvers. c.* 5. *per totum*, & licèt aliquis voluerit dictæ legis decisionem non procedere, quando fiscus vendit rem velut suam, ex aliqua particulari causa nam in hoc casu, quando causa non verificatur, non esse emptorem securum tenuerunt, ex doctrina Cyni, *in l.* 1. *C. de hæredit. vel act. vendita* ubi etiam Baldus, & Salicetus, Alex. *volum.* 7. *cons.* 52. *n.* 7. Socinus Senior. *cons.* 46. *num.* 4. *& consil.* 121. *num.* 25.

12 Nam licet id verùm esset, parum obstaret in hoc casu, quia in eo non fuit facta restitutio bonorum, tamen etiamsi procedere posset & fiscus venderet adjecta speciali causa, scilicet confiscationis, vel alia, & hæc non verificarentur, tamen quia ut apparuit, ex actis bona vendita fuerunt in publica subhastatione, & Dominus cujus ut confiscata vendebantur non tradixit, & plusquam quatuordecim annis tacuit eo casu censetur amittere jus, si aliquod ab illa bona possit habere ex singulari doctrina Baldi, *in l. si Hypothecas. C. de remissione pignoris*, ubi per illum textum tradit quando fiscus vendit rem simpliciter ut suam, tunc emptor securus est, sive scierit, vel ignoraverit aliter venditionem, *ex d. l. bene à Zenone*, at verò quando fiscus vendit rem ex aliquo speciali, titulo qui jus ad illam habet, potest petere Dominus rei rescissionem venditionis si non fuit negligens in contradicendo eam, sed si fuit negligens, & non contradixit eam si fiscus vendit adjecta speciali causa, seu titulo dominii statim emptor securus est, & nota singularia verba Baldi, ubi proximè: *Fisco distrahente si sciunt creditores jus suum, & negligunt ipsum*

perdunt, præsupponit, quod si nesciunt non perdunt, quia qui negligit perdit, sed qui nescit non nẽgligit, quod est verum quando fiscus vendit jure creditoris, vel ex alio speciali titulo ex jure invalido secus, si vendit simpliciter.

13 Quod jure speciali procedit, ut tuta sit hasta fiscalis *d.l. Hypothecas*, & ideò in venditionibus quæ à fisco fiunt est necessaria contradictio, & reclamatio magis quàm in aliis, nam eo ipso, quod non contradixit qui jus habet, nullum recursum ad rem potest habere, & singulariter notavit Castrensis, *in l. fin. C. si adversus fiscum*, eis verbis: *Debuit hoc dicere tẽpore quo subhastatur, si hoc non dixit nõ debet audiri si subhastationes scivit, vel scire potuit, quia censetur jus suum remisisse & est speciale in venditione quæ fit per fiscũ*, & ultra quam apertè apparuit scientia, habuisse dominum bonorum venditionis à fisco factæ, & cum peteret implementum rescripti indulgentiæ, ne in exilium mitteretur nihil de bonis petiit, sed tacuit, per plures annos, quando venditio fit in publica subhastatione, sufficit scire potuisse eum ad quem posset interesse contingere, *l. si Titius*, 48. *ff. de fidejussor.* ibi: *Cum scire potueras vel ignorare non debueras*, & in terminis tradit Castrensis *ubi proximè*, sufficere ut nullus apparuerit ad contradicendum, quando fieret venditio, nota verba, Castrensis *in d.l. fin. ad finem n.* 4. ibi: *Quia illud habet locũ, quando fieret venditio pro alio debito quàm fiscali, vel quando ipse dominus venderet, sed sufficit ibi ad excludendos omnes, quod*
14 *nullus tẽpore subhast. comparuerit ad contradicendum.*

Vlterius nam opinio eorum qui crediderunt, *d. l. bene à Zenone*, lo. um non habere, quando ex aliquo titulo fiscus rem venderet, procedit, quoties exprimit titulum ex causa ex qua venditio fit, nam tunc si causa & titulus non verificatur, sed falsus reperitur potest verus dominus rei illam evincere, at verò quoties non exprimitur causa, & titulus eo modo, sed per modum demonstrationis vel simplicis enuntiationis tunc etiamsi titulus non verificetur non manet venditio restricta, & limitata ad titulum, & emptor non adstringitur ad tituli probationem quia sufficit, Principem vendere rem ut suam, ut ex Menoch Portio, Hondedeo, D. Castillo *d.c. 5. n. 61.*

15 Et hanc limitationem, vel distinctionem quoties titulus adjicitur, demonstrationis causâ, vel restrictionis, seu limitationis, admittunt Doctores qui cõtra tenuerunt, & fundatur *in l. nec ullam*, §. *item si quis à fisco. ff. de petitione hæreditatis*, ibi: *Item si quis à fisco hæreditatem tanquam vacantem emerit, aquissimum erit utilem adversus eum dari*: Vbi apertè constat, venditionem factam fuisse limitatã ad titulum, ac perinde adversus emptorẽ actionem dari, & differentiæ ratio ex juris principiis in eo consistit, nã quando fiscus vendit rem aliquam tanquam talem & ex aliqua causa sibi pertinentem errat in ea qualitate quam voluit, verificari in re vendita, & consequenter deficiente ea qualitate, deficit consensus venditionis, ut sustineri valeat *arg. l. si per errorem, cũ vulgatis, ff. de jurisd. omn. judic.* at verò quando fiscus adjicit, qualitatem solùm demonstrativè vel ex narratione, veluti si dixerint, *vendo talem rem confiscatam vel in qua succesit*, non est credendum consensum venditionis, & ejus valorem pendere ex probatione causæ, quasi, ad eam solùm restringeretur venditio, *arg. l. demonstratio falsa* 17. *ff de condit. & demonstr.* eis verbis: *Servum Stichum quem de Titio, emi fundum Thusc. qui mihi à Seio donatus est, nam si constet de quo homine, & de quo fundo senserit, testatur ad rem non pertinet si is quem emisse significaverit donatus sit, aut quẽ donatũ sibi esse significavit, emerit.*

Et quæcunque jura quæ in contrarium possent adduci, ut *l. taliś scriptura, in fine de legatis*, 3. *l.* 16 *Quintus*, 27. §. 2. *ff. de auro & argent. legato*, ubi ex demonstratione adjecta ita legatum sustinetur, si vera sit demõstratio, debent hæc jura interpretari, quãdo non ponitur ad demonstrandum tantum, quia licet falsa demonstratio non vitiat dispositionem, si verò adjicitur ad limitandum & restringendum, tunc falsa inutilem reddit dispositionem, ita Barr. *in l. demonstratio falsa*, ubi Socinus *num.* 8. Ripol. *ad eumdem textum, ad titulum de condit. & demonstr. n.* 46. idem Bartol. *in l. scire debemus. ff. de verb. signif.* Cujac. *lib.* 7. *observat. c.* 19. Donellus. *lib.* 8. *comment. cap.* 14. ubi interpretatur. *d.l. demonstratio, l. falsa.* 33. *in principio, de conditionibns & demostrat. leg.* 1. §. *si quis*, 8 *ff. de dote prælegata*, & conciliat *cum l. quibus*, 40. § *penultimo ff. de condit. & demonstr. l. si sic* 75. §. 1. *l. si servus*, 108. §. *qui quinque, de legatis*, 1. *l.* 1. §. *sed etsi.* 7. *de dote prælegata, l. legavi.* 25. *de liberat. legata*, quibus adde quæ ex Cujacio, Antonio Fabro Petro Gregorio, Iulio Pace, Gedeone, & aliis notavit Osualdus *in notatis dicti cap.* 14. D. Richard. *in* §. *huic proxima*, 30. *instit. de legatis*, & in præsenti etiamsi in venditione diceretur fiscus in bonis illis successisse, tamen id demonstrativè adjectum, non restrictivè, quia non dicitur vendi prædicta bona, quasi in eis fiscus successerit, sed simpliciter traditur successisse, & bona ut fisci vendi, & series venditionis apertè demonstrat, non restrictionis vel limitationis causâ, sed solùm demonstrationis, ex qua fiscus venderet, esse adjectum.

Deinde etiamsi in hoc casu domino bonorum 17 expresè eorum restitutio cõcessa fuisset à Principe, tamen non potest excludi jus præscriptionis, quod emptori competere potest ex eo quod possedit titulo & bona fide, & venditio facta fuit sub hasta fiscali & habuit emptor continuam possessionem temporis plusquam quatuordecim annorum cum scientia & patientia adversarii, quod sufficiet ad rerum immobilium præscriptionem inter præsentes quam decem anni, complere possunt *l.* 18. *tit.* 19. *part.* 3. ubi Greg. Lopez *glossa* 4. *&* 5.

Maximè cum nullum vitium reale possit præscri- 18 ptionem impedire, quia illud solùm impedit, si res furtiva, vel vi possessa, *l. sequitur*, §. *quod autem cum seqq. l. ubi lex* 29. *l. non solum* 33. *de usucap.* & res furtiva esse non potest sine affectu furandi: nam sine illo furtum non committitur, & in tantum verum est non esse aliud vitium, quod præscriptionem impediat: nam etsi fuerit dolus, vitium aliquod, aut scientia injustæ possessionis, ex parte actoris non afficit rem, ita ut successor particularis ex causa onerosa non possit præscribere, *l. ambitio*, *juncto* §. *si quis autem*, *ff. de diverf. & temporal. præscript.* & quamvis actor fecerit vim compulsivam, nisi fuerit expulsiva rei non inducit vitium reale, *l. si vi, vel metu* 3. *C. de his quæ vi, metúsve causa*, cum aliis, quos refert D. Richard. *in* §. *furtivæ instit. de usucap. n.* 9. Donellus *lib.* 5. *comment. c.* 24. Gujac. *lib.* 17. *observat. c.* 10. Osuald. *in notat. d.c.* 24. *lit. D.*

Vnde quamvis bona, quæ concessa ex rescripto, 19 quod ea comprehenderet, fiscus venderet ex titulo particulari, restrictivè, & limitativè adjecto, isque falsus, & erroneus appareret, adhuc non posset impedire bonorum præscriptionem: nã quamvis error falsæ causæ usucapionem non parit, veluti si quis possideat rem existimans sibi esse donatã, cùm donata nõ sit, *l. Celsus* 27. *ff. de usucap. l. si existimans* 3. *ff. pro soluto*, aliàs *l. fin ff. de usucap. cum aliis*, id tamẽ intelligitur quãdo ipse possidens, qui rẽ accepit in facto

proprio

proprio erravit veluti existimans se emisse rem quam non emit, & adhuc si in hoc casu habet justam causam erroris, non inde impedienda præscriptio, at verò quando error est ex parte dantis non impeditur usucapio in eo, qui rem accepit, ut sunt jura expressa, & notissima *in l. quod vulgo* 11 *ff. pro emptore, l. pignoris* 13. §. 1. *ff. de usucap.* juncto Bart. & Castrens. *in l. 3. in fin. ff. de adquir. possession.* Cujacius *tract. 7. ad Afric. can. in l Celsus ff. de usucap.* Gilquenius *de præscript. 2. part membr. 1. cap.* 18. Menoch. *lib. 5. præsumpt. 3. n. 32 & 35.*

10 Præterea, quod traditur de æquitate, ut ex ea oblato pretio sint bona restituenda vindicanti nihil est absurdius : nam contra jus scriptum, nisi æquitas scripta non admittitur, *l. placuit, C. de judiciis*, ut Bart. Castrens. & alii ex Glossa, Fulgosio, Iasone, Decio, Cagnolo, & Mainerio refert Morla *tit. de legibus, q.* 11. *n.* 7. etsi ille non probat, sed licèt non requiratur, ut æquitas sit scripta, debet esse à jure admissa, quod in hoc casu non procedit.

11 Tum non solùm id respicit æquitatem, sed potius manifestam iniquitatem redolet, quia aut emptor non adquisivit dominium ex venditione, vel præscriptione, & eo casu vindicans bona sua, non habet necesse pretium offerre, ut ei restituantur, sed suo jure, & vindicatione uti, aut emptor ex venditione fiscali dominium acquisivit, & sibi præscriptione confirmavit, quo casu oblatione pretii auferri non potest, nec quod de praxi tribunalium Hispaniæ adjectum est *suprà n.* 5. potest in argumentum adduci, quia procedit, quando bona debitoris dantur in solutum ejus creditori, ut illa possideat jure pignoris: nam tunc quamvis de rigore juris dentur solùm novem dies ad retrahenda bona immobilia debitori, Covarru. *lib. 2. var. c.* 11. *n.*. Castillo *in l.* 70. *Tauri, verbo remate* : tamen ex æquitate conceditur illi, ut post hoc tempus ei permittatur bona retrahere soluto debito, & ratio hujus æquitatis in eo consistit : nam quamvis bona debitoris addicantur creditori sub velamine, & forma emptionis & venditionis, tamen hæc non habetur pro vera venditione, & ideò creditor dominus bonorum non fit, sed tanquam ex pignore judiciali illa retinet, & ideò meritò debitor potest bona retrahere à creditore, qui dominus non est, & hoc pignus inducitur ex decis. textus *in l. à Divo Pio* 15. §. *si pignora, ff. de re judicat.* & fructus restituendi debitori cum re, si pretium obtulerit cum redditibus à legibus permissis.

11 At verò si alteri quàm ipsi creditori, vel creditori pluris licitanti supra aliorum pretium res vendatur, cessat prædicta æquitas; nam emptor fit Dominus rei, idque nisi ex causa læsionis intra quadriennium intendenda, rescindi non debet, & hæc æquitas observatur stylo & praxi Tribunalium Hispaniæ, ut notum est, & de illa testatur Covarr. *lib. 2. variar. resolut. c.* 11. Felician. *in appendice ad lib. 1. de censibus, c.* 3. qui prædicta confirmant, & omnes *suprà* dicti *n.* 5. addendi Azeved. *in l. ult. tit.* 12. *l.* 4. *Recop. n.* 127. Avend. *lib. 2. de exeq. mandat. c.* 12. *n.* 1.

13 Sed decisio Giurbæ 105. *n.* 14. de qua objecimus, *n.* 5. potius nostram sententiam confirmat, quia loquitur quando transacti quatuor menses, qui ut novem dies apud nos conceduntur debitoribus ad redimenda bona, quæ propter debita illorum venduntur, & Princeps tempus transactum redintegravit, ut pretio soluto possit debitor redimere bona, quæstio fuit an debitor teneatur stare colono, cui emptor rem locavit, & procedit in terminis læsionis, ut æquitas prædicta consideretur, quod longè differt à nostro casu.

14 Denique, quæ contra objecta facillimè diluuntur.

nam illud, persona exempta, quæ pretiosior in ejus accessionem bona venire quasi necessaria ad vitam sustinendam, nihil ad rem facit, quia id locum habere non potest, quando Princeps noluit restitutionem concedere bonorum, sed potius post indulgentiam bona vendit, ut in nostro casu ex doctrina Peregrini *d. l. 5. de jure fisci tit. 2. n. 76.* limitatur à Matthæo de Afflictis, quem ipse refert, quando restitutio conceditur, quod longè diversum est, & cum in hoc casu restitutio concessa non fuisset, videtur ex omnium, quos retulimus, sententia, prædictum non posse procedere, nec quod de beneficio Principis latissimè interpretandum animadvertimus, quia interpretatio referenda ad illud, quod rescriptum potest comprehendere, & cum non comprehendat bonorum restitutionem ad eam non extendendum.

Textus verò *in l. etiamsi aliàs nec nullam* 13. §. *item si quis. ff. de petit. hæredit.* de qua secundo loco objectum fuit, jam *suprà* eam latè fuimus interpretati *n.* 15. ut ideò adversus emptorem utilis detur actio, quia fiscus vendit hæreditatem, quasi vacantem, eâ adjectâ demonstratione ad limitandum, & restringendum contractum, & ideò si causa vendendi falsa sit omnino, differt consensus venditionis, ut probavimus. 25

Quod verò objectum fuit de jure bona retrahendi, quod competit debitori jam *suprà n.* 21. animadvertimus, non posse in hoc casu locum habere, & longè dissimilem esse praxim, quæ in Senatibus Hispaniæ observatur. 26

ALLEGATIO XLIV.

Emptor quando teneatur stare colono in venditione rei fiscalis?

1 *Emptor regulariter non debet stare colono.*
l. emptorem, 9. C. locato, & n. 10.
l. si merces, 25. §. qui fundum, l. qui fundum 32. *ff. locati.*
l. 19. *tit.* 8 *p.* 5. *& n.* 10.

2 *Emptor adquirit jus in re, & ideò præferendus colono qui solùm habet jus ad rem.*
Obligatio personalis non sequitur possessorem rei.
l. fin. de contrah. emptione.
Locator qui rem vendidit tenetur ad interesse, l. si in lege, 24. §. fin. ff locati.

3 *Emptor rei fiscalis tenetur stare colono ne fiscus teneatur ad interesse intercepta conductionis.*
l. fin. in principio versis. Papinianus, ff. de jure fisci.

4 *Fiscus si emptor sit quia cessat ratio, ut teneatur ad interesse non debet stare colono.*

5 *Colonus non tenetur stare emptori.*
l qui fundum, 35. ff. locati.

6 *Colonus ad longum tempus non tenetur stare emptori, licèt ex parte locatoris singularis successor debeat stare colono longum tempus.*

7 *Emptor rei fiscalis conducta. solùm debet exigere pensionem non annullare conductionem.*

8 *Causa cognitionem qua requirunt sine ea decerni non possunt.*
l. ne quidquam, §. ubi decretum, ff. de officio Proconsi.

9 *Contractus fieri censetur juxta consuetudinem, & stylum Senatus.*
l. semper in stipulationibus, ff. de regulis juris.

Clauſulæ conſuetæ in contractibus fiſci pro appoſitis & expreſſis habendæ.

10 *Fiſci obligatione ab intereſſe ceſſante an emptor rei fiſcalis debeat ſtare colono?*
l.Paulus aliàs Sempronius,§.qui pignus,ff.quibus modis pignus vel hypotheca ſolvitur.

11 *Ratio legis reſtringit ejus diſpoſitionem l.illud,ff. ad legem Aquiliam.*
l.regula,§.fin.ff.de juris,& facti ignorantia.
l.nomine debitoris,§.ult.de legatis 3.
l.2.§.ſi mater verſic.quod ſi curatores,& verſic.quod ſi deceſſerint,ff.ad S.C.Tertyll.

12 *Intereſt valde ſumptibus, & moleſtiis non vexari.*

13 *Intereſſe alicujus conſideratur alterius voluntate non ſubjici,ſed ex ſua rem diſponere.*
l.ult.ff.de uſu,& habitatione.
l.quamvis melius,ff.de uſufructu.

14 *Pignoris datione non ſolvitur locatio.*
l.in venditione,§.ſi quis fructus,ff.de bon.auth. judic.poſſidendis.

15 *l.ſi debito,10.ff.de pignoribus.*

16 *Pignori res duobus data ille præferendus qui in poſſeſſione eſt.*
l.cum Rempublicam,l.ſi fundum, Cod. quì potiores.
l.ſi generaliter,6.C.eodem.

17 *Hypotheca ſuppoſitæ re locata non excluditur conductio venditione.*

18 *Fiſcus habet privilegium hypothecæ in omnibus contractibus quos gerit.*
l.aufertur,§.fiſcus,ff.de jure fiſci.
l.2.& 3.C.de privileg.fiſci.
Hypotheca quæ fiſco conceditur licèt non conventa, an contra illam contrahentibus concedatur?

Fiſci re venditá an teneatur ſtare colono vel conductori,& quando emptor offert intereſſe, quod fiſco ne conductor expelleretur, contingere poſſet,conductio reſolvatur ex venditione?

1 IN hac quæſtione regulariter certum eſt emptorem non teneri ſtare colono,*l.emptorem 9.C.locato*,quod probarunt poſt Gloſſam *ibi* communiter Interpretes,Cynus,Butricarius,Bart.Albericus,Baldus,Caſtr.& Salicetus,& facit *l.qui fundum 32.l.ſi merces 25.§. qui fundum,ff.locati,l.19. tit.8.part.5.*

2 Et ratio eſt,quia emptor aut alius particularis ſucceſſor ad quem res pertinet, inde videtur adquirere dominium,vel jus ad illud habet, & ideò præferendus colono,vel inquilino,qui nullum jus in re habet, ſed tantum locatorem obligatum actione perſonali, quæ non ſequitur fundi poſſeſſorem, ut omnes notant *in l.fin.ff.de contrahend.emptione*,ac perinde non tenebitur ſtare colono,quamvis colonus poſſit agere contra locatorem, qui rem vendidit pro intereſſe, & damno, quod ſentiret, eo quod conductio reſolveretur venditione rei locatæ,*dict.l.ſi merces, §. qui fundum,l.ſi in lege 24.§.fin.dict.l.qui fundum 23.ff locati, d.l.19.partita*,notarunt Gregor.Lopez *in ea gloſſa 5. colum.2.* Ant.Gomez *2.tomo variarum,c.3.n 9.*& ex Caſtrenſi,Imola, Baldo, Decio,Iaſone,Gozadino,& aliis notavit Covarr.*lib.2.var.c.15.n.1.* Surd.*deciſ. 40.n.4.* Hieron. Laurentius *deciſ.108.* Gratus *lib.1. reſponſ.95.*Roman.*conſ.309.* Dueñas *regul.240.*

Ex quo in fiſco ex ejus privilegio, ne ad intereſſe vel de evictione teneatur conductori, vel colono in jure admiſſum eſt,ut emptor rei fiſcalis teneatur ſtare colono, illùmque non poſſit expellere, ſed ſolùm percipiat penſionem conductionis,*l. fin.in principio, verſic.Papinianus, ff.de jure fiſci*,ibi:*Emptorem veri penſionem ejus anni accepturum,ne fiſcus colono teneretur,quod ei frui non licuiſſet.*Et ita accipit gloſſa,& concluſionem deſumunt ex eo textu Bart. & reliqui Interpretes communiter, *ibi* idem Bart. Salicetus,& Caſtrenſ.*in d.l.emptorem*,& idem Bart.& Platea *in l. cognovimus poſt principium, C.de mancipiis, & colonis,lib.*11.Greg.Lopez ex Ludovico Romano,& aliis *in dict.gloſſa 5.*Barboſa *in l.ſi filioſam.26.§.38.ff.ſolut.matrimonio.*

Et hæc eſt vera ratio hujus privilegii fiſcalis, ut exprimitur *in d.l.fin.* non verò quæ traditur à Pinello *in l.1.C. de bonis maternis,3. part.n.68.* dum credit inde procedere:nam qui à fiſco conducit utile dominium in re adquirit, quod rectè improbat Barboſa *ubi proxime,n.39.*ex Bart.Alex.& Baldo Peregrinus *de jure fiſci,lib.6.tit.4.n.33.*ex Boherio,Guidone Papæ,& aliis pluribus D. Alfaro *de officio fiſcalis gloſſa 34.§.1.ſpeciali 16.*ex Zephalo, Curtio, & aliis,idem Alfaro *d.gloſſ.34.§.2. de locatione,n.94.*& cùm hæc ratio ceſſat, quando fiſcus emptor eſt, cùm non teneatur ad intereſſe colono, ideò illi ſtare non debet, ut ex Laudenſi, & Lucano idem D. Alfaro *gloſſ.34. n.66.*

Nec aliquid infringet prædictum fiſcale privilegium, ut emptor rei fiſcalis teneatur ſtare colono, quod à contrario regulare eſt, ut colonus non teneatur ſtare emptori,qui non habuit ceſſionem à venditore,ut ex *l.qui fundum 35.ff.locati*,tenuerunt plures, quos refert Ant.Gomez *tom.2.variar.c.3 n.9.*Barboſa *in d §.fin.n. 20.*Surdus *deciſ.52.n.7.*

Idque etiamſi conductio fieret ad longum tempus;nam etiamſi ex parte locatoris tenetur ſingularis ſucceſſor ſtare locationi ad longum tempus ex traditis à Covar.*lib.2. variar.cap.15.n.2.* Greg.Lopez *in d. l.19. gloſſa 7.* tamen ex latere conductoris non teneri re venditâ ſtare emptori,niſi habeat ceſſionem à locatore,& venditore notarunt Bart.*in d.l.qui fundum,n.2.*ubi Bald.*in principio*,& Caſtrenſ.*n.2.*Greg. Lopez *in d.l.19.gloſſa 2.*quia cum id privilegium fiſcale *ex dict. l. final.* inde procedat, ne teneatur fiſcus colono damnum ſarcire, & nullum intereſſe fiſcale conſideretur,ut colonus teneatur emptori rei fiſcalis, ideò ex juris regulis hæc res procedit,nullâ habitâ fiſci conſideratione.

Hæc autem quæſtio in caſu emergenti evenit, cùm gabellæ cujuſdam oppidi, quod in capitatione ad decem annos cum Rege convenerat, mille pro ſuis vectigalibus ſolvere in quolibet anno, & tempore pendente gabellæ venditæ fuerunt alicui facta computatione ad venditionem pro pretio quo reſpiciebat populi incapitatio, emptor verò voluit poſtea vectigalia adminiſtrare,nec ſtare incapitationi,populus verò id non eſſe ferendum dicebat, quia emptor fiſci tenebatur ſtare incapitationi, quæ conſideratur, vel ut quædam conductio vectigalium pro eo tempore,quo incapitatio durat, & quemadmodũ emptor tenetur ſtare fiſci colono, nec illum poteſt expellere, ita ſimiliter emptor Gabellarum non poterit eas adminiſtrare, donec incapitatio finiatur, & pro ejus tempore

tempore contentus esse debet pretio capitationis, quod ei à populo offerebatur juxta *d.l.fin.vers.Papinianus ff.de jure fisci*, & quod ex communi sententia Bartoli, & aliorum plurimorum notavimus *n.*3.

8 Accedit etiam: nam etsi emptor pro se expendebat ut & si aliàs in omnibus venditionibus vectigalium usitata esset conditio, ut emptor teneretur stare incapitationi, & in hac venditione omissam fuisse prædictam conditionem, id tamen populus objiciebat factum fuisse sine prævia causæ cognitione, ac perinde sine ea decerni non potuisse, *l.ne quidquam, §.ubi decretum, ff. de officio Proconsulis*, Ant. Fab. *in ejus rationali, & de error. Pragmatic. decad* 10. *errore* 6. Mendoza *lib.*1. *de pact. c.*5. *n.*10. Fulgos. Salomonio, & aliis Morl *tit. de jurisdict. q.*16. *n.*9. Parlad. *lib.*2. *rerum quotidianarum, c. fin.*5. *p.*§.2. *n.*2. ex Maranta, Scacc. & pluribus Osvald. ad Donell. *lib.*23. *comment. c.*8. *in notatis, litt. B.*

9 Tum etiamsi *ibi* tradatur per libellum expediri non posse quæ causæ cognitionem desiderant, etiam pro se Populus expendebat, nec in libello dato ab emptore fuisse positum, prædictam conditionem consuetam non apponi, sed postea à Tabellione omissam, & ideò obstare non oportere, quia semper contractus intelligitur juxta consuetudinem, & stylum Senatus cum clausulis consuetis *arg.l.semper in stipulationib. ff. de reg. juris*, Innoc. *in c. Rainald. super gloss. verbo, consuetudinem, de testamentis* Menoch. *de arbitrariis lib.*1. *casu* 83. *n.*10. Magonius *decis. Florentina* 56 *n* 3. *& decis. Lucensi* 7. *n.*21. Surd. *decis.* 223. *n.*11. *& de aliment. tit.*1. *q.*66. *n.*4 Borell. *in summa decis. tit.*14. *n.*93. & hæc conditio quæ maximè interest in similibus contractibus fisci apponi solet, pro expressa accipienda, ne fiscus pro interesse teneatur.

10 Quæstio verò inde excitata, nam emptor dicebat se nolle ex administratione vectigalium amplius percipere, quàm quod ex incapitatione pro eo tempore Populus fisco solvere tenebatur, & cessante fisci interesse, ut stetur colono & populi damno, quia Populus nihil aliud solvit quam id ad quod obligatus fuit, rectè poterit administratio vectigalium emptori concedi, nam cum ea ratione à regula *leg. empt. C. locato*, existimatur causa fisci ne pro interesse possit conveniri, quoties illud oblatum, ut in præsenti videtur, etiamsi aliàs emptor teneatur stare colono, ut quoties iste sibi cavit hypotheca rei locatæ, ut *in d.l. empt. & in d.l.*19. *tit.*8. *p.*5. ut cessante ratione in nostro casu possit expellere colonum, *arg.l. Paulus aliàs Sempron. §. qui pign. ff. quibus modis pign. vel hypotheca solvitur*, ex Bart. Alex. Ias. Imol. Castr. Rom. Salicet. Anania, Fanensi, Loazes, & aliis probavit Covar. *d.c.*15. *n.*3. *vers. secùndum*, quod rectè intelligit, Greg. Lop. *d. glos.*4. *vers. & licet*, ut debeat considerari verum interesse non vero captiosam voluntatem, quando nihil sibi aliud intersit, quàm pertinaciter in conductione velle manere, & in terminis quod si interesse sarciatur emptor stare colono non cogatur, post supradictos additis Barbat. Soc. Gozadin. Negusant. Grat. Duen. & Roland à Valle tenuit Card. Pereira, *de renovatione Emphyteut.*1. *p.q.*12. *n.*23. ubi *n.*24. respondet contrariæ sententiæ fundamentis & Doctoribus.

11 Tum etiam facit quia deficiente ratione legis ejus dispositio debet cessare, *l. illud ad legem Aquiliam*, nam ex ratione dispositio restringitur, *l. regula, § fin. ff. de juris, & facti ignorantia, l. nomine debitoris, §. ultimo de legat.*3. *l.*2. *§. si mater vers. Quod si curatores, & vers. Quid si decesserint, ff. ad Tertyllianum.* ubi Bart. Bald. Alber. Imol. & Castrens. Tiraquell. latè

tract. cessante causa, 1. *p. n.*203. Osasc. *decis.*49. *n.*5. Surd. *cons.*96. *n.*20. Thesaur. *lib.*3. *quæstionum forens. c.*117. *à n.*11. Molin. *lib.*1 *de primog. c.*5. *n.*38. *& l b.*3. *c.*5. *n.*19. Barbos. *in l si constãte, n.*103. *ff. solut. Matrimonio*, & pluribus D. Castillo *lib.*2. *controvers. c.*22. *n.*77. *& tom.*5. 2. *p. c.*169. *à n.*24. adde Babos. *axiomate* 197. *n.*11. & cùm interesse fisci cessare certum sit, videtur dispositionem *dictæ legis finalis* quæ cogit, emptorem fisci stare colono fiscali, debere etiam non procedere.

Verumtamen adhuc difficile visum fuit concedere administrationem vectigalium emptori, tum quia certè taxari non poterat, vectigalibus administratis ne excederet quantitatem incapitationis, nam cum ex administratione vectigalia exigantur, ex quibuscunque contractibus necessum foret fieri, cum Populo calculationem ejus quod exactum, quo nimis populus gravari videbatur, nam ad quantitatem, quam solvere debebat populus inter suos vicinos, juxta negotiationes & bona cuicumque quantitatem quam solvere debebat destinabant, idque potius ex omnium vicinorum voluntate & consensu, & valde interest sumptibus, litibus, & molestiis non vexari, *c. finem litibus*, ubi notatur *de dolo & contumacia*, & communiter Doctores *in l. ad peremptorium, ff. de judiciis*. Tiraquell. *de retract. Lignag.* §.8. *gloss.*7 *à n.*20. Rebuff. *in proœmio concordat. verbo sumptibus, pag.* 511. *& in leg litis nomen, n.*36 *ff. de verb signif.* Cotta *in memoralib verbo lite*, Gonzalez *reg.*8. *Cancellariæ*, §.7. *n.*12. Barbosa alios referens *in collect. d.c. finem litibus.* 12

Sed etiam interesse populi considerabatur: nam pro tempore incapitationis ille vectigalia sua administrabat, & alterius (id est) emptoris voluntati subjici nimis grave, & ærumnosum existimatur, etiamsi ex eo alicui utilitas proveniat, *l. ult. ff. de usu & habit. l. quamvis melius ff. de usufruct.* quia, ut inquit Cassiodor. *lib.*1. *epist.*38. ibi *Non est beneficium, quod præstatur invitis, nec cuiquam videtur utile, quod adversa voluntate conceditur*, & pro arbitrio suo administrare velle, vel nolle interesse alicujus consideratur, Glos. *in leg. cum servus, verbo furti, ff. de condict. caus. dat.* Alex. *in l. cum quid, n.*1. *ff si cert. pet. & vol.*2. *cons.* 55. *in fin* Iason *in l.*2. *n.*99. *C. de jure emphyt.* latè Tiraquell. *lib.*1. *de retract. in præfat. n.*25. Pinel *in rub. C. de rescind.*1. *p. c.*2. *n.*24. 13

Denique illud etiam difficultatem movet, ne potuisset administratio concedi, quia hæc venditio vectigalium non fuit perpetua, sed regularis in pignus, ita ut posset recuperare fiscus hæc vectigalia, quandocunque pretium obtulicet, quod dicimus *Alcavalas en empeño y alquitar*, & in hoc casu secluso fisci privilegio, ut emptor teneatur stare colono, videbatur dicendum, quia quoties res locata in pignus datur, non idcò excluditur conductor: nam decisio *d.l. emptorem*, non procedit in eo cui pignus datur, vel plenum dominium in re non acquirit, ut probatur *in l. in venditione, § si quis fructus ff. de bonis auctoritate judicis possid.* ibi: *vel si jam à debitore vel locatus erat vel veniebat, servabit Prætor venditionem, & locationem à debitore factam, etiamsi minoris distractum est, vel locatum*, & in eo qui missus est in possessionem, ex Salviano interdicto jure pignoris, ut teneatur stare locationi, ex Bart. Salicet. Iasone, Panormit. & Guidon. probavit D. Ludovis. *decis.*68. *n.*6. *& 7.* adde quæ ex Salicet. Bald. Coler. & aliis notavit Nevius *in d. §. si quis fructus.* 14

Facit *l si debitor* 10. *ff. de pignorib.* ubi quãdo duobus pignori res datur, debet præferri alteri ille, qui in possessione est, eis verbis: *Inter ipsos autẽ si quæstio* 15

moveatur, possidentis meliorem esse conditionem, ubi Bart.Bald.& Castal.Negusant.*de pignorib.2.membr.5.part.n.51*.Tiraquell.*de primogen.q.17.opin.1.*

16 Vnde cum ex incapitatione vectigalium Rex ad ejus obseruantiam obligetur simul cum ipsis vectigalibus, quæ populo conducta, quamvis postea vendantur,*en empeño alquitar*,quod nihil aliud,quàm pignus constituit, dicendum est populum, qui in possessione est, in administratione præferendum, & juvat lex,*cùm Rempublicam 3.C.qui potiores*,ubi Respublica missa in bonorum possessionem,ut præferatur creditori,cum quo antea dominus bonorum contraxit,necessarium est,ut primus creditor solùm habeat obligatum debitorem actione personali, cæteris, ibi:*tamen si personali actione eum habuit obligatum*, & probatur *in l si fundum 4.statim seq.C.eodem*, ubi res duobus pignori obligata ille præferendus,qui potior est tempore, idque etiamsi in priore obligatione pignoris solùm generaliter res comprehensa, in secunda verò specialiter res pignori datur,*l.si generaliter 6.C.qui potiores.*

17 Iuvat etiam ratio,quam *suprà in principio* expendimus,ut ideò resolvatur conductio per venditionem rei alteri factam, quia debet jus reale emptoris præferri actioni personali,quam contra locatorem conductor habet, unde quoties hypotheca intercessit in vectigalium incapitatione, ut in præsenti,quia conductor habet jus in re,tunc non poterit à conductione expelli per emptorem, ut notavit Greg. Lop.*in l.19.glos.7.per textum, ibi tit.18.p.5.* videlicet inde ibi tradit decisionem *d.l. emptor.*cessare, quando res ad longum tempus locata, quasi tunc conductor habeat jus in re,& non debeat cedere emptori,& procedit ex eo opinio, quam *suprà* notavimus, quando rei locatæ hypotheca ad locationis firmitatem intercessit,non finiri conductionem ex venditione,& probarunt Bart.*in l.emptorem,C.locato*,ubi communiter Doctores idem Bart.*in l.qui fundum,ff.locati*,Abb *in c.fin.ne Prælati vices suas*,Negusãt *de pign 1.membr.2.part.princ.n.6.* latè pluribus Petr.Barbos.*in l. si filius familias 26.§.fin.ff.solut.matr.n.31.cum seqq.*

18 Rursus,quia licèt non esset fisci privilegium, de quo *supra*, & ut animadvertimus, nec expressa adjecta hypotheca pro firmitate incapitationis, tamen quemadmodum fiscus habet hypothecam in bonis sui debitoris,etiamsi de illa conventio non fiat,*l.aufertur,§.fiscus,ff.de jure fisci,l.2.& 3.C.de privileg.fisci*,Batr.*in l.plusquam,n.2.C.de jure fisci,lib.10.*Iason *in §.item Serviana,n.34.instit.de actionibus* Negusãt. *de pignorib.4.membr.2.p.principali,n.113.*Peregr.*de jure fisci,lib.6.tit.6.per totum*,D.Alfaro *d.glos.34.n.116.* quæ hypotheca ex aliquorum sententia quemadmodum fisco conceditur contra debitorem,etiam contra illum ei, qui cum fisco contraxit, ex æquitate tituli.*ff.quod quisque juris* in alium statuerit, ipse eodem jure utatur, & quod notarunt Bartol. & reliqui communiter *ibi*.Et quamvis hæc opinio non satis tuta sit,tamen rectè ex prædictis rationibus administratio in hoc casu denegata, procedit praxis & stylus nostri Senatus Regalis Patrimonii, ut in omnibus similibus contractibus semper adjiciatur clausula, *ut isti emptores gabellarum debeant stare incapitationi*, quod ultra quam utilitati, & auctoritati fisci congruit,ut ejus contractus sint stabiles,& firmi,expedit Reipublicæ,ne Vassalli, qui contraxerint cum fisco, avaritia ementium gabellas possint pro tempore incapitationis inquietari.

ALLEGATIO XLV.

De retractu iurisdictionis.

1 *Emptorem à venditione facta non licet repellere l.dudum in fine, l.invitum, C. de contrah. emptione.*

2 *Retractus terminus continuus est. l,8.tit.11.lib.5.recop.*
Retractus quæ damna considerant Doctores. l.fin.C.de jure emphyteutico.

3 *Fiscus non potest abdicare rem emptori eo invito. l.de contractu, l. fin. Cod.de quadriennii prascript.*
l.1.2.C.ne fiscus rem quam vendidit evin.
l.Titius puerum,ff.de obsequiis à liberis præst. & num.22.
l.post legatum,§.si post,vers.si servum ff.de his quibus ut indignis.
l. cum affirmas, Codice, de liber.caus.& numer.23.
l is qui suis,§.si ab ignoto; de manumiss. & num.22.
l.si ex liberta,C.de liber.causa,& n.22.

4 *Princeps potest per legem generalem tollere jus tertii. l.fin.C.si contra jus vel util.publicam.*

5 *Retractus consuetudine universali Hispaniæ conceditur populis ad retrahendam jurisdictionem venditam à Principe. l.2.in fine,ff.si liber.ingen.esse dicatur. l.si qui,,§.fin.C.de patr.qui filios distrax.*

6 *Vassalli inviti non debent à Dominio Regis alienari.*

7 *Vassalli dominorum quodam modo jugo servitutis subjacent.*

8 *Regis dominium non mutari Vassallorum maximè interest.*

9 *Fiscus debet requirere socium in venditione rei communis, ut si tantumdem offerat præferatur. l.necesse,ff.de in diem adjectio. l.1.ff.de privileg.creditor. l.5 5.tit.5.p.5. l.7.8 9.& 10.cum sequent.tit.11.lib.5.Recop. & num.17. l.70.Tauri. l.2.C.de commun.rer.alienat. l.1.C.de vendit.rerum fiscalium,lib.10.*

10 *Vectigalibus venditis cum jurisdictione competit populo jus retractus. l.11.tit 9.lib.3.recop. l.11.tit.7.lib.9.recop.*

11 *Retractus ex consuetudine regulatur.*

12 *Castellæ usu, & consuetudine receptum ut populis in venditione jurisdictionis competat retractus.*

13 *Retractus concessus vassallis,quando indulto Gregorii XIII.Ecclesiarum vassalli à Philippo II venditi.*

14 *Populus qui semel alienatus à Regali Patrimonio si ad illud redit pristinum statum recuperat. l.filio quem Pater,ff.de liber.& posthumis. l.quæsitum,§.illud fortassis,de leg.3.*

15 *Rursus ad primam naturam facilis. c.ab exordio,35.distinctione.*

c.

c.2.de decimis lib.6.
l. item verba, §. quod adjicitur, ff.de constit. pecun.

16 *Contrahens debet esse certus de qualitate contractus, & conditione personarum cum quibus contrahit.*

17 *Retractus jure sanguinis ad novem dies nostris legibus limitatur.*
Casus omissus ex juris dispositione regulandus.
Retractus non præscribitur regulariter nisi triginta annis.
Tempus præfinire retractus ex arbitrio Iudicis pendet.

18 *Restitutio in integrum competit universitati si transierit tempus retractus.*

19 *Retractus tempus transit pendente nullitate venditionis.*
l.cum quidam ff.de bonor.possess.

20 *Retractus concessus Populis ex conductionis millionum non limitatur ad tempus.*

21 *Rationis identitas idem jus inducit.*
Odiosum non censendum sed favorabile quod respicit publicam utilitatem.

22 *Retractus inest contractui.*

23 *Manumittere cogitur qui recipit ut manumitteret.*

24 *Clausulæ venditionum quæ excludunt retractum venditorem obligant, non verò tollunt jus retractus ei qui habet.*
l.Seia ff.de evict.

25 *Retractus actio est personalis in rem scripta.*
Retractus competit, etiam invito venditore.
l.si post mortem, §. fin.de bon.poss.contra tabul.

26 *Clausulæ insolitæ videntur potius positæ ex solicitudine emptoris quàm voluntate venditoris.*
l.si quis fugitivus, 4. §.apud Labeonem, ff. de ædilit.edicto.

27 *Simulationem, & fraudem arguere videntur clausulæ insolitæ.*

28 *Retractus juri non censetur velle Principem præjudicium inferre.*

Utrum vendita jurisdictione concedatur populo petenti retractus oblato eodem pretio, quod dicimus Tanteo, *ut aliis ementibus præferatur?*

1  T hoc valdè difficile esse insinuatur ex doctrina Textus *in l. dudum in fine, l. invitum, C.de contrahend.emptione*, ubi traditur nemini concessum esse emptorem à venditione facta repellere, & oblationem pretii nullius esse considerationis, aliàs enim contractus infirmarentur, quod nullo modo admittendum est, facit *l. fin. §. sed nec, C. de jure deliberandi*, ut notatur communiter, & videnda, quæ ex Saliceto, Socino, Ioanne Oroscio, Tiraquello, Covar. Cancerio, & aliis notavit Morla *in empor.tit.9.q.2.& 6.*

2 Maximè si lapsus terminus retractus, quo *in l.8. tit.11.lib.5.recop.* nam continuum esse traditur, & adversus ignorantes, & minoris concurrit, & contra lapsum restitutio in integrum denegatur, & ideò aliqui Doctores contra retractum non esse admittendum tenuerunt, & Marinus Frecia *de subfeudis, lib.2. auctoritate, 2. n.26.* exclamat contra vassallos hujusmodi dominium petentes: *Quia* (ut inquit) *ferè semper quærunt pecunias cum usuris, subducta tota universitate ab aliquibus propter jus civibus, seu Notariis proveniens, qui excoriant alios, & pauperes quotidie opprimuntur, & nullum admodum commodum sentiùt, & quod pluries contingit universitates locupletes ex põdere oneris alieni pauperiores evasisse,* & Camill.de Curte *in diverf. juris feudalis, 1. p.n.39.* affirmat ex his demaniis nullum servitium Regis considerari, sed lucrum Gubernatoris, & cæterorum Officialium, & quod multæ civitates ad nihilum redactæ, & iterum coactæ sunt vendere jurisdictionem, atque incipere in possessionem Baronum, & Camerarius *in cap.1.§. Imperialium, § præterea ducatus ad finem de prohibita feudi alienatione per Federicum*, expendit in hac quæstione non procedi per titulum de justitia, & jure, sed per vim, & ex Vincentio de Franchis, quem pro sua opinione adducit Camillo, Salernitano, Gofredo, Camerario, Camillo de Curte, Andrea Georgio, Bambario, Fabio de Anna, & aliis pluribus, quos contra retractum adducit, & inducit, tenuit Mastrillus *in allegatione Blasci Iopuli post primam partem decisionum, num 49 & 50.* ubi defendit Marchionissam Torroreti contra vassallos, qui in venditione prælationem intenderunt, quia in jure non cavetur, ut alius, quàm Dominus directus, admittatur ad jus prælationis quando Dominus utilis rem vendidit, *l.fin.C.de jure Emphyteut.*

Et nec fisco competat jus abdicandi rem emptori, 3
eo invito, *l.de cõtractu, l.fin.C.de quadriennii præscriptione, l.12.C.ne fiscus rem, quam vendidit, evincat, l.b.10.* & faciunt *l.Titius puerum ff.de obseq.à liber.glossa in l.verbo retinet, C. de bonis libert.l.2. ff.si ingen. esse dicetur, l.post legatum, §.si pater, versic. si servum, ff.de his, quibus ut indig.* ubi dominus non cogitur etiam oblato pretio, & licèt fiscus petat servum vendere, *l.cum affirmes, C.de liberal.causa*, ubi quamvis dominus paciscatur de manumittenda Verrina, & filia accepto nummo si postea Verrinam tantum manumittat, non potest cogi filiam liberare, & conducit *l. is qui suis, §. si ab ignoto in principio de manumiss.* ubi si servus venditur alteri, licèt offerat pretium, non tamen ille cogitur manumittere, notat Gloss. *in l.1. versic.pro hujusmodi circa finem, C si servus extero, l. si ex libert. C. de liber. consil.* ubi si naturalis Pater, idémque Dominus filiam distraxit, etiamsi illa postmodùm pretium solvat, non consequitur libertatem, quæ jura expendit Mastrillus *in cons.unico, ubi proximè n.43. & n.45.* & adducit Marinum Freciam, Lofredum, Camillum Salernit. Lãcellotum, Galiaulum, Bursatum, Franchis, Camillum de Curte, & inducit Greg.Lopezium, & pluribus fundamentis per totum consilium, & postea per allegationem latè probavit. 4

Idque etiam confirmatur ex clausulis, quæ hodie ferè in omnibus venditionibus apponi solent, quia ut securæ reddantur, Princeps prohibet retractum, & prælationem populi, & Princeps suis Iudicibus præcipere potest, ut in certis causis denegent audientiam, Cardinalis, & Imola *in c. quia circa finem de electione*, Felin. *in c. quæ in Ecclesiarum de constit.n.68.* maximè cùm Principi permissum sit per viam legis jus tertii, in his, quæ à jure positivo sunt constituta, auferre, ex glossa *verbo generali jure. l. fin.C si contra jus, vel utilitatem publicam*, probant Bart. & Angelus communiter recepti *in l. Antiochensium, ff. de privilegiis creditorum*, Iason. *in l. quo minus, n.9. verf. Tertio respondi, ff.de fluminibus*, Zephalus *cons.135.n.30.* & pluribus relatis à Petra *de potestate Principis, c.24. ex n.114. versic. verum est.*

5 Veruntamen pro contraria sententia longè verius est ex jure communi Regio consuetudine universali Hispaniæ competere jus retractus, quoties jurisdictio venditur vassallorum, qui sunt de dominio Regis,& alienantur in inferiorem, ut *arg. legis 2. in fine,ff.si libertus ingenuus esse dicat l.si quis §.fin.C.de partibus qui filios suos distraxerunt*,Glos.*in l.1.versic.retinet,C.de bonis liberorum*.Glos. *in §. dominus instit.de noxalibus*,Salicet. *in l.1.col.2.ff.quibus ad libertatem proclamare non licet*, Joannes Faber.*in dict. §. dominus*,quem sequuntur Montalvo *in l.2.tit. 24. p.4*.Covarr. *in cap.quamvis pactum 2.part.§.2. n.4.* Vincentius de Anna *allegat. 27.num. 19.* Franchis. *decis.17. n.2.* Azevedo *in leg.13.tit.3.lib.6. n.6. & in l.6.tit.11.lib.5.n.2*.Bobadilla *l.2.c.16. n.12.* Roderic. Suarez *allegat.9.n.6.* & pluribus casibus retractum,& dominium universitatibus concessum,idque Regios fisci Patronos defendere teneri probavit Aponte *de potestate Proregis,tit.10. de diversis provisionibus*, §.*dominia terrarum n.14.*

6 *Secundò*:Nam Vassalli Regis inviti ab ejus dominio, & jurisdictione alienari non possunt,& competit eis retractus,*l.invitus*,ubi glossa,& DD. *de fideicommissariis libertatibus* , egregiè Rodericus Suarez *allegat.9.*ubi recenset ex doctrina Hostiens. & aliorum *in cap.dilecti de majoritate, & obedientia.*Principem non posse villam sibi subjectam alteri domino subjicere invitis Vassallis,cum sit maximum eorum interesse non alienari à dominio Regis , Vincent de Franchis *decis.17.num.6.*Iosephus Seisse *decis.36. Regni Aragoniæ, Nevizanus cons.12.n. 96.* Brunus *cons.108.*Cravet. *cons.241.* Gabriel. *de jure quæsito non tollendo, conclus.8.n.1.* Duenas *in regula 215*,Menoch. *cons.32.n.20.& cons.264.n.30. lib.3. & in tractatu de recuperanda , remedio 10. num.81.* Alciatus *cons.7. lib.3.* Cephalus *cons. 18. num.23.* Surdus *cons.208.n.17.lib.2.*Iulius Clarus §.*feudum quæst.28.* Petrus Gregorius *in tractatu de concessione feudali,part.7. quæst.4.n.18.*Hippolytus Riminald. *cons.601.num.33.* ex Doctoribus *in dict. cap. Imperialem, §. Præterea ducatus* Ioanne Fabro,Cacheran. Afflicto, & aliis pluribus Mastrillus *dict. cons. unico,n.4.*ex Alberico , Rolando , Covarr. Didaco Perez , Suarez, Azevedo , & aliis Bobadilla *lib.2. c.16.n.12. lit.G.*

7 *Tertiò* id ex eo procedit:nam Vassalli dominorum quodammodo vocantur servi, jugo servitutis addicti, Bald. *in c.quæ in Ecclesiarum , n.1. de constitutionibus*,Craveta *cons.6.n.110.*& ideò debet competere retractus , *argumento legis secundæ , ff. liber se ingenuum esse dicatur*, ubi etiam si quis vendi consentiat , non prohibetur de libertate contendere , si pretium refundat,*l.si quis §.fin. Cod.de patribus,qui filios distraxerunt*,Glossa *in l.1.vers. retinet de bonis liberorum*:Salicetus *in l.1.columna 2. ff. de quibus ad libertatem proclamare non liceat* : Ioannes Faber *in §. dominus, instit.de noxalibus*,ubi notat servum per noxam datum oblato pretio manumitti debere, & *ibi* Ioan. Faber infert , quod si Vassalli velint redimere libertates suas, debeant audiri , quod tradit glossa *ibi* favore libertatis admittendum , & Ioannem Fabrum sequuntur Montaluus , Didac. Perez, Covarr. Vincent. de Anna, & Franch. quos refert Mastrill. *d.cons.unico,n.12.*

8 Et Reipublicæ interest dominium Regium non mutari,Craveta *cons.314. columna 4.* Roderic. Suarez *allegat.9.n.6.*pluribus Vincent.de Franchis *dict. decis.17. n.2.*Curtius Senior *in l. debitori , Cod. de pactis.*Tiraquell, *de retract. Lignagier.§. 26. gloss.1. n.78.* Mastrillus *ubi proximè,n.49.*& damna , & injurias, quas patiuntur domini Vassallorum, & causas earum recenset Babadill. *d.c.16.n.13.*

Quartò, quia fiscus debet sociura requirere, ut 9
vendat rem in qua habet partem, vel interesse ; ut si tantundem offerat, emptori præferatur,*argum. legis necesse.ff. de in diem adjectione , l.1. ff. de privileg. creditorum*,Gregor Lopez *in l.53.glossa verbo vend. tit.5. partita. 5.* Franciscus Marcus *decis. 368. n.5.* Tiraquell. *ubi proximè*,§.1 *glossa 18. num.7.* & cum hoc remedium sine dubio competat Patronis, & conjunctis,*l.55.tit.5.partit.l.7.8.9.& 10. cum seqq. usque ad decimam sextam, tit.11. lib.5. Recopilat. l. 70.Tauri cum 5 sequentibus*,& nullus magis conjunctus ut competat retractus,inveniri potest,quam Vassallus ad redimendum seipsum,Didac.Perez *in l.14. tit.11. lib.4. ordinamenti*, præsertim quando venderetur aliquod jus cum jurisdictione, quod longo usu acquisitum haberent Vassalli , quia tunc quasi aliquod jus , & communionem in re heberent,sine dubio competeret retractus , ut Vassalli præferantur *l.2. C. de communium rerum alienatione,lib.1. C.de venditione rerum fiscalium,l.10.* & eis quæ *supra* notavimus, quibus adde Dominum Castil. *tom.3. controvers.c.7.n.16.*

Unde ex hoc fundamento inducitur, ut si Princeps 10
vectigalia venderet alicujus loci, in quo aliquis jurisdictionem haberet , tunc ille posset pro vectigalibus intendere retractum; quasi unitas sit,& communis jurisdictio ordinaria cum jurisdictione vectigalium,*l.11.tit.9 lib.3.l 11.tit.7. lib.9. recop.* Girond. *de Gabellis 4.p.§.2.n.29.*& ex hac communione debet retractus,& prælatio oblato eodem pretio competere.

Quintò,quia id quod pertinet ad retractum ex 11
consuetudine regulari, & ex ea competere tenuerunt Gofredus *in c. Imperialem,§. præterea ducatus,vers. nec dominus* (ubi latè) *de prohibita feudi alienatione per Federicum*, Camillus Salernitanus *in addit. ad constitutiones Neapolit.fol.32.* Lancellotus Gallia *cons.46.n.28. & per totum* Camerarius *in d. cap. Imperialem,§ Præterea ducatus in fine*,qui tradit hac opinionem esse juridicam ,& ita fuisse judicatum. Vincentius de Franchis *decis.17 per totam*, Camill. de Curte 1.*p.quæstionum feud.§.licet autem verissimam,ex n 39.54.& 74.* & licet contra tenuerit retractum esse denegandum , tamen illum admittit ex consuetudine Mastrillus *d.cons.unico,num.46.*

In Castella verò esse communem,& universalem 12
consuetudinem in omnibus locis, ut admittatur jurisdictionis retractus,& de hoc usu, & praxi omnium Senatuum testantur Rodericus Suarez *d.allegat.9.n. 6.*| Didacus Perez *in llib.14.tit.11. lib.4. ordinam.* Bobadilla *l.2.cap.16.n.12.13.* Azevedo *in l.13.tit.3. n.16. lib.6. Recopil.* & in omnibus venditionibus Vassallorum,quæ factæ fuerunt,semper eis conceditur retractus,& prælatio pretio oblato, & cõditionibus servitiii millionum apud nos apertè statuitur, ut constat *ex curtis anni 1617.& in conditionib.23.& 24.quinti generis*,& in venditione viginti mille Vassallorum,quos Regnum concessit apertè id exprimitur,& ad retractus effectum arbitria,ex quibus pecunias ad pretii solutionem colligere possint Vassallis conceduntur,& hoc tempore , quo ego fisci Patronus in venditione jurisdictionũ, quas dicimus de tolerantia,de qua *2.p.alleg.70.* in decreto illud primo enunciatum,ut conciliis populorum requisitio fieret, an vellent retractũ jurisdictionis,& sibi retinere pretio oblato , & nisi quadraginta diebus elapsis à denunciatione populo facta, si ille non obtulerit retractum,aliter ad emptionẽ prædictæ jurisdictionis non admitte

admitteretur, & ex similibus Regum decretis admittendum retractum ex pragmatica Alfonsi Regis tradit Mastrill. *d. cons. unico, n.* 11.

13 Sed & quod plus est quando summus Pontifex Gregorius XIII. indultum concessit, Regi nostro Philippo I I. ut vassallos venderet Ecclesiarum ex belli necessitatibus, ad Religionis Catholicæ defensionem omnibus vassallis jus retractus concessum fuit quamvis ex plurium sententia, quando vassalli subditi essent immediatè alteri, quam Regi, videlicet essent jurisdictionis cujusque privati, nec alienarētur de Regali patrimonio tunc retractus non competat, quippe cessant omnes rationes, quæ suadent retractum admitti, nec deterioris conditionis, venditione fiunt cum alienatio fit de uno Barone in alium quia jam antea alienati erant à Patrimonio Regis, & ideo videbatur vassallos Ecclesiæ posse alienari absque eo quod haberent retractum, quia nulla fit injuria in alienatione, quia jam à Regia Corona antea alienati erant, quo casu retractum esse denegandum, ex Vincentio de Franch. Camillo de Curt. Lancellot. Galiaula probavit. Blasc. Lup. *in allegatione post primam partem decisionum Mastrilli, n.* 41. sed adhuc Regiis decretis quæ ad venditionem vassallorum Ecclesiæ expedita fuerunt, retractus vassallis concessus fuit.

14 *Septimò* id confirmatur quia etiamsi locus aliquis fuisset à Regio Patrimonio alienatus, si tamen postea ad Regiam Coronam rediret veluti per confiscationem, vel in prædicto casu ex concessione Pontificis, qui permisit vassallos Ecclesiæ ita ad Regem devolvi ut ab eo possent vendi, & alienari, quo casu Populi recuperant antiquum statum quasi jure postliminii, & impeditur facultas alienandi sine requisitione populorum, *l. fiscus de jure fisci* Anton. Barbac. Immola & reliqui Doctores *in c. ut super, de rebus Ecclesiæ non alienandis* Claper. *decis.* 52. *quæst. unica, n.* 16. & 17. & cum Populus redit ad Regale Patrimonium recuperat pristinam qualitatem, & privilegium, ac si illud non amitteret *arg. l. filio quem pater* ibi: *Quia non translatus sed redditus videretur, ff. de liberis & posthum. l. quæsitum, §. illud fortassis, ff. de legatis*, 3. ibi: *Nam quæ talis naturæ sunt, ut in sua redigi possint initia ea materia potentia victa nunquam vires ejus effugiunt.*

15 Facilis est enim recursus & conversio ad pristinam rei naturam, *c. ab exordio*, 35. *distinct. cap.* 2. *de decimis l.* 6. *log. item verba, §. quod adjicitur, ff. de constit. pecunia*, Socinus Senior, *cons.* 35. *n.* 6. *vol.* 1. ubi adducit notabile dictum Boëtii, *lib.* 3. *de consolation.* ita, *Repetunt proprios quæque recursus, redditu quæque redditúque suo singula gaudent.* Craveta *cons.* 616. *n.* 5. *vol.* 4. Crotus *in l. omnes Populi, n.* 213. *ff. de justitia & jure*, Tiber. Decian. *cons.* 90. *n.* 6. & 7. *vol.* 3. & consequenter cum bona redegerint ad Regium patrimonium, non poterunt ab eo liberè alienari sed cum qualitate retractus, si illo vassalli uti vellent, Alex. *vol.* 3. *cons.* 9. *n.* 6. Reduan. *de rebus Ecclesiæ non alienandis, q.* 51. *cap.* 6. *n.* 20.

16 Nec obstant quæ in contrarium adduximus quippe ex jure, & consuetudine universali & utilitate publica istud procedit, & retractus admittitur, ac per consequens qui emit queri non potest si ab eo invito res abdicetur oblato pretio, quippe ex natura contractus venditionis jurisdictionis venit, & qui contrahit debeat esse certus de conditione contractus & personarum, cum quibus contrahit, *l. qui cum alio, ff. de regulis juris l. si Titius* 48. *ff. de fide jussor.* ibi: *cum scire potuerit aut ignorare non debuerit.*

Deinde quod objectum, *ex l.* 7. & 8. *tit.* 11. *lib.* 5. *recopilat & l.* 70. & 71. *cum sequentibus Tauri*, ubi transacto termino novem dierum non admittitur retractus facilè explicabitur, & respondendum est leges nostras procedere solùm in retractu jure sanguinis, & in aliis expressis, *l.* 75. *Tauri*, & cum *ibi:* non limitaretur aut excusus sit retractus jurisdictionis qui competit Vassallis, oppidis, & similibus, & cum omissus esset ex nostris legibus ille casus à jure communi regulandus ex quo jus retractus non præscribitur nisi spatio triginta annorum, Paul. Castrensis *l.* 2. *cons.* 430. quem refert, & sequitur Tiraq. *de retractu lignagier*, §. 1 *glos.* 10. *n.* 10. *usque ad* 33. & §. 36. *glos.* 2. *n.* 36. & quamvis juxta aliquorum opinionem potest intendi, & limitari in termino anni textus *in c.* 1. §. *Titius, si de feudo defuncti contentio sit*, Vincentius de Anna *in consuet. Divæ Momoriæ n.* 261. Franch. *decis.* 17. *n.* 15. & 17 Camillus de Curte *c.* 3. *n.* 56. Mastrill. *cons. unico n.* 32. tamen ex eorum sententia teminus retractus ferè semper ex arbitrio Judicis regulatur, & quatuor mensium terminum ad retractum dari ex Ioanne Fabro, Montalvo Gregor. Lopez, Covarr. Didaco, Perez, & communi praxi testatur Bobadilla *dict. lib.* 2. *politicæ cap.* 16. *num.* 13.

Sed & etiamsi tempus transierit, possunt populi, & 17
universitates intendere in integrum restiturionem, *ex c. constitutus de in integ. restitutione*, Cald. Pereira *in l. si curatorem habens, n.* 82 *vers. sed adversarii dolo C. eodem titulo*, Vincent. de Franch. *decis.* 17. *n.* 17. Tiraquell. *de retractu lignagier* §. 35 *glos.* 2. *num.* 12. *vers. Minores*, atque ita fuisse judicatum in supremo Neapolitan. Consilio testatur Camill. de Curt. *in diversorio juris feudalis lib.* 1. *c.* 3. *n.* 25. Mastrill. *dict. cons. unico n.* 29. & quæcumque universitates gaudent beneficio restitutionis instar minoris, *l.* 1. *C. de jure Reipublicæ lib.* 11.

Rursus in nostro casu non potuit terminus retrac- 18
tus transire, ut populo noceret, quia ille intenderat litem de nullitate venditionis jurisdictionis, & lite pendente super nullitate non currit terminus retractus, ut cavetur *in l. cum quidã, ff. de bonor. possess.* cujus verba sunt: *Cum quidam propinquus falsum testamentum accusaret, ac post longum temporis spatium probasset, licet dies petendæ possessionis quam forte certus accusationis petere debuit cessisse videatur, attamen quia hoc proposito, accusationem proposuit ut jus suum sibi servaret agnovisse successionem non inmerito videbitur:* Doctores, *in l. contra majores, C. de inofficioso testamento*, Tiraquell. *de retractu lignagier* §. 1. *glos.* 10. *n.* 36. Surdus *decis.* 203. *n.* 12. Mastril. *dict. cons. unico n.* 27.

Maximè quia ex conditionibus servitii millio- 19
num conceditur populis qui venderentur retractus absque præfinitione temporis, & tunc poterit perpetuo durare, nec limitandus nisi ad decem vel viginti annos ex glos. *in cap.* 1. §. *Titius si de feudo defuncti controversia fiat*, Decius *cons.* 395. *num.* 12. Paulus Castrensis *cons.* 70. *n.* 2. *vol* 2. Borgnino, Cavalcano *decis.* 19. *n.* 82. *partit.* 2. Giurba *decis.* 77. *num.* 8.

Nec quod objectum est conditiones millionum 20
non procedere, nec loqui in venditionibus jurisdictionum, sed in officiis executorum Gabellarum, & exactorum vectigalium, & cum constitutio retractus sit odiosa, non extendenda, Tiraquell. *de retractu in præfatione n.* 62. quippe hæc difficultas facile excluditur: nam ratio qua retractus in eis casibus admissus, ea fuit, quia ex venditionibus officiorum plura damna evenire possent, quia Gubernatoribus populorum jurisdictio restringebatur, quæ damna

cum

cum æque vigeant, & multò majora in venditionibus jurisdictionum idem dicendum est ex identitate rationis, *l. si postulaverit, §. ratio, ff. ad legem Iuliam de adulteriis, l, illud, ff. ad legem Aquillam,* & favore publicæ utilitatis fit extentsio, etiamsi materia sit contraria juri communi, Alex *lib. 2. consil. 216. n. 30. leg. si quis in gravi, § utrum versic. hi quoque, ff. ad S. C. Sillanian. leg. 1. §. nuntiatio, ff. de novi oper. nuntiatio,* ubi Iason. *pluribus,* Marsilius *in pract. criminali, §. aggredior, n. 58.* alii quos refert Sarmiento *l. 3. Selectar. c. 12. n. 1. & sequentib.* & omne, quod respicit publicam utilitatem, non debet censeri odiosum, sed favorabile, & ideò extendendum, Hondedeus *lib. 1. consil. 95. n. 19.* cum Zephalo, Aymone, Everardo & Villaguta *de extensione legum,* Farinac. *in fragm. verbo extensio* 98.

21 Deinde non obstant jura, quæ in contrarium expensa: nam Textus *in l. Titius puer, ff. de obsequiis à liberis,* nihil ad rem facit: nam etsi illum expendat Mastrillus *dict. consil. unico, n. 43.* quippe quod *ibi* traditur, etsi non gratuitum beneficium præstari, & eũ qui in fidem accepit, ut manumitteret, habere jus patronatus cum manumisit, longè diversum est ab eo, quod est jus retractus, de quo agimus concedi & minus ad tẽ facit *l. 2. §. si ingenuus esse dicatur,* nec jura *in l. post legatum, §. si pater versic. si servum, ff. de his, quibus ut indignis, l. is, qui suis. §. si ab ignoto, ff. de manumissionibus, l. si ex libert. C. de liberali causa:* nam quod in eis traditur non cogi dominum oblato pretio servum vendere, nihil enim contra movere potest, ut debeat retractus denegari, quippe aliud est dominio suo dominum privare, & cogere servum manumittere, quod nisi in casibus à jure expressis non licet, *§. sed & major. instit. de his, qui sunt sui vel alieni juris l. 6. tit. 21. part. 4. l. 3. tit. 5. part.* Corras. *lib. 1. Miscellan. c. 23.* ex aliis juribus Pichardus *d. §. sed & major,* vel ex lege venditionis, cui inest retractus illum admittere, tunc enim inesse videtur contractui, & quasi ex illius lege, & natura retractus procedat, aliàs enim nec admitti posset retractus jure sanguinis, si emptoris injuria consideraretur, cui verè nulla videtur fieri, cùm id à jure statuatur ex publica utilitate, ut *suprà* notavimus, & qui jure retractus sibi concesso utitur, nullam videtur facere injuriam, *l. si quis fumo, §. 1. ff. ad leg. Aquil. l. & in majoribus, C. de appellationibus.*

23 Textus verò *in l. cum affirmes 8. C. de liberali causa,* qui contra à Mastrillo expenditur *d. n. 43.* potiùs contrarium tradit, ut cogatur, qui recepit pecuniam pro manumittenda matre, & filia, placitis stare, & filiam manumittere, & ideò apertè contra illum retorquetur ille Textus.

24 Denique non obstant clausulæ, quas notavimus hodie apponi solere in omnibus venditionibus, ut secura sit venditio, nullum audiendum ad retractum petendum quippe hæc clausula respicit, ut Rex maneat obligatus, non verò ut possit populo jus retractus impediri, & juri quæsito ex consuetudine Hispaniæ detrahatur, quemadmodum quoties venditor promittit emptori, ut ei res sit secura adversus retractum, etiamsi tunc ejus, qui vendidit hæredes, licet consanguinei sint retractum petere non possint tamen reliqui consanguinei rectè petent, non obstante promissione venditoris, *l. Seia, ff. de evictionibus,* & pluribus relatis Tiraquell. *de retractu Lignagier, §. 1. glossa 9. n. 53. & 55.* Matienzo *in l. 7. tit. 11. gloss. 1. num. 75. lib. 5. recop.* Gutierrez *practicarum, lib. 2. q. 148. num. 3.*

25 Præterea jus retractus, & actio pro eo competens licèt sit personalis est in rem scripta, & competit cõtra emptorem non verò contra venditorem, Tiraq. *de retractu lignagier, §. 8. gloss. 5. n. 8.* Anton. Gomez, *in l. 7. Tauri, n. 36.* Matienz. *in l. 7. gloss. 8. n. 11. li. 5.* Marant. *disput. 9. n. 2.* & hoc jure utitur universitas etiam invito, & contradicente venditore, *l. si post mortem, § fin ff. de bon. poss. contra tabulas,* Marant, *d. disp. 9. n. 9.*

Sed & istæ clausulæ insolitæ sunt, & ideò præsumentur positæ ex cura, & solicitudine mentis, potius quàm ex volũtate venditionis, *l. si quis fugitivus, 4. §. apud Labeonem, ff. de ædilitio edicto,* Bart. *in l. 1. n. 10. in fine. ff. de jure Codicillorum,* Bald. *vol. 5. cons. 311. ad finem,* Parisius *cons. 54. n. 39. vol. 1.* & similes clausulæ arguunt contractum esse simulatum Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 122. n. 67.* alia de hoc congerit Tiraq. *de retractu conventionali in præfatione, n. 17.* Marta *de clausulis clausula 18. part. 4.* Beroius *lib. 1. consil. 165. n. 12.* Iosephus Ludovicus *de simulatione contractuum conclus. 51. in conjectura trigesima secunda* ex aliis Menoch. *cons. 1111. num. 35.* 26

Et de prædictis clausulis idem ex Iasone, Socino Iuniori, & aliis notavit, Menoch. *cons. 260. n. 40.* & ex Alberico, Zepola, Decio, & aliis pluribus, post Baldum idem Menoch. *dict. l. 3. præsumpt. 122. n. 67.* ad quod se refert *cons. 576. n. 53.* & idem tenuit Craveta *cons. 862. n. 7.* & alii plures quos refert idem Menoch. *cons. 199. n. 12.* & nimiam & insolitam cautelam fraudem arguere notarunt Gloss. & Bald. *in l. si quis sub conditione, ff. de condit. instit.* Dec. *cons. 448. n. 22.* 27

Sed istæ clausulæ, etsi nec essent appositæ perfunctoriè Princeps sine causa expressa, & justa non potuit aut noluit directè nec indirectè præjudicium inferre juri retractus, & ad actionem ad eum competentem adimere, ut post Scribentes *in l. rescript. C. de precibus imperat. offerendis,* tenent Anton. Burt. *in cap. quæ in Ecclesiarum de constit. n. 13.* Imola *n. 21.* Felinus *in cap. ad audientiam el secundo, n. 4. vers. bene fateor de rescriptis, & in c. quæ in Ecclesiarum de constit. num. 55.* Cassius *cons. 10. num. 17. vol. 2.* & pluribus relatis Petra *de potestate Principis, c. 25. num. 70.*

ALLEGATIO XLVI.

Bona ut dicantur solarii quas requirant qualitates?

1 *Mauri ab Hispania expulsi anno 1610.*

2 *Iudæi pluries ab Hispania expulsi, & antea etiam Imperatores Romani fecerunt.*

3 *Clemens IV. Pontifex exhortatur Iacobum expugnatorem Regem Aragonum, ut Mauros expellat à suis Regnis.*

4 *Vassalli,* solariegui, *dicuntur qui in domini solo domum fecerunt.*
l. 3. tit. 25. p. 5.
Vassalli salerii vel emphyteuticarii non possunt bona alienare.
l. 2. tit. 11. lib. 4. ordinamenti.
l. 2. tit. 3. lib. 6. Recop.
l. 1. §. si quis nemine prohibente, ff. ne quid in loco publico, & n. 10.
Vassalli emphyteuticarii non amittunt ex delictis bona emphyteusis.
c. fin tit. per quos fiat investitura in feudis.

5 Rex

5 *Rex in vaſſallis ſolarii, vel emphyteuſis nullum jus habet niſi moneta.*
l.3.tit.25.p.4.& n.22.
l.10.tit. 18.p.3.
6 *Solarii jus non rectè probatur ex præſcriptione.*
7 *Solarii jus non poteſt conſiderari in oppidis, quæ multo antea erant incolata, quam ad dominium perveniſſent ejus qui intendit ſolarium.*
8 *Terræ præſumuntur oppidi in cujus territorio ſunt.*
Homines de Manſata *qui dicantur.*
c.1. de cenſibus.
9 *Vaſſalli ſolariegui, & hominum* de Manſata *differentia.*
Uſusfructuarius poteſt locare commoditatem uſusfructus.
Princip. inſtit. de uſu, & habitatione.
10 *Solarium tributum tempore Iuriſconſultorum quid eſſet.*
l.etiam 15.ff.qui potiores.
l.eum ſervus, 39. alias apud Iulianum, §.hæres, ff.de legat.
l.1.ff. de ſuperficiebus.
l.id eſt, 74.ff.de rei vindicatione.
11 *l.ſtipendium verſic. ſolarium, ff.de verb.ſignific.*
Solarium eſt tributum quod pro ſolo præſtatur.
12 *Vaſſallus ſolariegus qui noſtris legibus dicatur.*
l.3.tit.25.p.4.
Votum divi Iacobi quod dicitur, eſt ejus templo ſolvere menſuram tritici pro quolibet ex Iugeribus terræ.
c.ex parte de cenſibus.
13 *Verbi* Solar, *apud Hiſpanos ſignificatio.*
l.2.tit.3.lib.6.rec.& n.22.
Vizcayæ ſunt plures domus de ſolar.
Verbum, Lugar, *idem quod ſolar noſtris legibus.*
l.8.tit.7.p.2.
l.2.19 & 25.tit9.p.2.
l.5.tit.18.p.2.
l.6.tit.27.p.2.
l.4. juncta, l.6.tit.27.p.7.
l.11.14.& 27. tit.3.lib.6.recopilation. & numer.14.
14 *Solarium dicitur locatorium à loco ſoli.*
15 *Solariegus vaſſallus dicitur quem dominus recipit ad incolatum, & aſſignat ſolum.*
l.3.tit.25.p.4.
l.2.ti..3.lib.6.rec.
Populus poteſt recipere incolam quem velit
l.1.ff. ad municipalem.
Dominus vaſſallorum non poteſt prohibere incolatum.
l.1.tit.9.lib.7.recop.
16 *Solarii jus in territorio non poteſt conſiderari quando plures fundi ſunt liberi nec conſtat à domino liberatos.*
Partis ad totum vel è contra argumentum valet.
l.quæ de tota ff.de rei vindicatione.
l.ſi unus, §.ſi cum tibi, ff.de pactis.
17 *Tributum ſoli debet ſolvi ab Eccleſia, quando ad eam prædium pervenit.*
l.qui in alia, §.fin.de neg. geſt.
c.ſi tributum, 11.q.1.
l.de his, C.de Epiſcop.& Clericis.
l.11.tit.13.lib.1.rec.
l.is qui ducenda, §.utrum, ff.de reb.dubiis.
18 *Bona præſumuntur libera*
cap.1.§.ſi verum feudum, tit.ſi de inveſtit feudi.
19 *Bona præſumuntur potius vicinorum quia ea poſſident quàm Domini populi.*
l.cum res, C.de probat.
l.ob meritorum, C.ne uxor pro marito.
20 *Territorii majoris partis qualitas eandem facit præſumi in parte.*
c.1.tit.de controverſ. inter maſcul. & fœmin. in feudis.
21 *Majoratus eſſe præſumitur quod eſt intra limites majoratus.*
22 *Vaſſalli ſolarii non poſſunt vendere prædia ſine licentia Domini.*
23 *Solarii juris qualitatem aliquam tempore obſoletam. non perimit in totum ſolarium.*
24 *Conſuetudinem, præſcriptionem, vel pactum quis allegat, debet probare.*
Cauſa naturalis prævalet accidentali.
§.ſed & illud, inſtit. de adopt.
l.tutor.§.quæ tutoribus ff.de excuſat.tutor.
25 *Majoratus an fieri poſſit de bonis emphyteuticis ſine conſenſu Domini directi dominii.*
26 *Majoratus fieri non poteſt de bonis feudalibus*
27 *Emphyteuſis & ſolarii differentia ex Avendaño refellitur.*
28 *Ratio eadem inducit idem jus.*
l.illud.ff.ad leg. Aquiliam.
l.eum qui, §.pro parte, ff. de his quibus ut indign.
29 *Bona in quibus jus ſolarii non poteſt transferri in Eccleſiam vel in capellaniam.*
c.unico, verſic ſi vero de allodiis in feud.
c.1.verſic.vel pro anima judicare, tit. de prohibit. feud.alien.per Federicum in feudis.
30 *Cenſus ſolariegus ſine ſcriptura non probatur.*
Emphyteuſis ad ſuam validitatem requirit ſcripturam fieri.
l.1. C.de jure emphyteutic.
l.28.tit.8.p.5.
l.3.tit:14.p.1.
Emphyteuſis habet qualitates quæ teſtibus non rectè probantur.
Memoria hominum labilis.
l.1.tit. 7. lib.5.recop.

De bonis quæ, dicimus Solariegos, *quomodo probandum habere eam qualitatem, ut quoties bona delinquentium à Principe confiſcantur, non pertineant ad Regale Patrimonium, ſed ad dominum juriſdictionis, cui ſubditi ſunt Vaſſalli?*

HÆc quæſtio in conſilio Regalis Patrimonii maximè agitata fuit ab anno 1610. cum piiſſimus Rex Hiſpaniæ Philippus III. ob perfidam Sarracenorum, qui à tempore, quo Hiſpania à Mauris vindicata apud nos erant, adhuc licet Catholicam fidem publicè amplexi in Mahometana ſecta ex corde remanſerunt, ſalubri conſilio publicis edictis à tota Hiſpania exules expulſi, bonis mobilibus eis relictis, immobilia verò Regio fiſco applicata ut conſtat ex reſcriptis, quæ de hoc expedita fuerunt, refert Paſchal. *de virib. patriæ poteſtat.1. p.c.7. n.23.* Frater. Marc. de Guadalaxara, *5. p. Hiſtor. Pontificalis, l.5.c.1.& 2. & in tr.expulſionis Sarrac. cap.17.*

*c.*17.frater Ioann.de la Puente *in convenientia utriusque Monarchiæ Ecclesiasticæ, & Hispanæ, lib.*3.*c.*3. §.4.frater Iacobus de Bleda *in Chronico Maurorum Hispaniæ.lib.*8.*c.*30.*&* 31.& Alfonſ.Sanch.*in Acephaleosi de rebus Hispaniæ,lib.*7.*c.*11.

2 Vt pluries in Hiſpania antea factum fuit, & Iudæi etiam antea ab Hiſpania expulſi : nam anno 1492. centum & vigintiquatuor mille familias, ubi ſex centum millia illorum ab Hiſpania exierunt edictis Regum Catholicorum, & perſuaſione inſignis viri fratris Ioannis de Torquemada,ut tradunt Antonius de Senna *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum,* Poſſevinus *in apparatu, tom.*2.*verbo Thomas Frater,* Ferdinandus del Caſtillo *in Chronica Ordinis Prædicatorum,lib.*3.*capite* 41.& abhinc poſtea decem annis ejuſdem viri perſuaſionibus etiam Mauri expulſi,ut tradit Ioannes de la Puente *ubi proximè*, & antea tempore Romanorum Imperatorum multoties Iudæi à Roma ejecti:nam Claudius eos à Roma expulit, ut notarunt Oroſius *lib.*7. *c.*6. qui refert Ioſephum,& Suetonium, & conſtat ex Actis Apoſtolorum,*c.*18.& *ibi* Interpretes notarunt,& ante triginta annos Tiberius iterum eos expulerat anno vigeſimo primo Chriſti, Cornelius Tacitus *lib.*2.*Annalium,*Ioſephus *lib.*18. *Antiquitatum,c.*5.Filon *de legatione ad Caium,*Cæſar.Baronius *tom.*1. *Annalium anno* 21.*Chriſti*: & tria illorum exilia à noſtra Hiſpania tempore Cæſarum Romæ refert Frater Ioannes de la Puente,*ubi ſuprà,lib.*2.*c.*24.§.1.& decreto Senatus Romani ad inſulam Sardiniam expulſi & Tiberius ad inſalubres Provincias Imperii relegavit, ut tradit Suetonius *in Tiberio, c.*36. & tempore Regum Gothorum Hiſpaniæ, eorum perfidia à Regibus Siſenando, Siſſebuto, & Receſuinto, profligata fuit,& qui noluerunt ad Catholicam fidem converti, expulſi, ut ex Conciliis, & aliis probavit Ioannes de la Puente *lib.*1.*c.*8.§.2. idque ſuaſione, & imitatione Imperatoris Heraclii, qui eos ſimiliter expulit ab Imperio Græco,tradit Mariana *lib.*6.*de rebus Hiſpaniæ,c.*3.& multoties à noſtris Regibus factum referunt Archiepiſcopus Toletanus *in Hiſtoria Hiſpaniæ,lib* 2.*c.*17.noſter Cantaber Garibacius Zamaloa *in compendio Hiſtoriali Hiſpaniæ lib.*8.*c.*28. *& lib.*15.*c.*27.

3 Et notanda notabilis exhortatio ſummi Pontificis Clementis IV. ad Iacobum expugnatorem Aragonum Regem,quam refert Zurita *lib.*4. *Annalium,c.*1. adde Epiſcopum Miedem, qui expulſionem Maurorum refert anno 1265.*lib.*15. *de rebus geſtis Iacobi*, & notarunt alia referentes, Petrus Navarrete *in conſervatione Monarchiæ,diſcurſu* 7.Bobadilla *lib.*2.*Politicæ,c.*18.*n.*216.Illeſcas *de vitis Pontificum,*2.*p.lib.* 6.*c.*20.§.7.ubi refert dictum Bajezeti Turcarum Imperatoris, quando Reges Catholici Iudæos & Mauros ab his Regnis expulerunt, & addenda, quæ ex Oriolano Epiſcopo, D.Covarruvia, Ioanne Azone, Dominico Bañez, & pluribus reſcriptis Pontificum, & exemplis probavit Pater Iacobus Poleda *in defenſione fidei in cauſa Moriſcorum, tract.*2.*c.*1.& ad finem libri alia adducit,*tract.*3.§ 2.*p.*307. refert Cardinales Hoſium,& Baronium inde feliciſſimam Hiſpaniam dicentes.

4 Ex quo aliqui Domini vaſſallorum qui in juriſdictione plures iſtorum habebant, cùm vaſſalli quos dicimus,*ſolariegos,*cenſeantur illi qui in dominorum ſolo,domum vel habitationem faciunt, ut conſtat, *ex l.*3. *tit.*25.*p.*4. non poſſunt alienare bona ſoli ut probatur,*l.*2.*tit.*11.*lib.*4.*ordinamenti,& l.*2.*tit.*3.*lib.* 6.*recop.* quaſi vaſſalli non ſint ſed Domini feudorũ, cui pro illis vectigal & tributum dependant, *l.*1.§. *ſi quis nemine prohibente,ff.ne quid in loco publico,*ideò quemadmodum illi vaſſalli non poſſunt fundos alienare,ita ſimiliter nec delictis ad fiſcum transferre,ſed redire debent ad dominum ſoli & directi dominii,ut notarunt Bald.*in c.*1 § *ſi vero,n.*3.qualiter olim feudum poterat alienari,*cap fin.titulo per quos fiat inveſtitura,& in l.*1.*n.*32. *ff.de rerum diviſione,& in l.*1. *C.de bonis libertorum.* Andr. de Servia *in c.*1.§.*denique quæ ſit prima cauſa beneficium amittendi,* Caſſaneus *de conſuetudinibus Burgundiæ,rubrica* 2.*de confiſcatione,n.*11.Gaillius *de pace publica,lib.*2.*c.*14.*n.*1. Gigas *de crimine læſæ Majeſtatis,lib.*2.*rubric.*2.*q.*15. *&* 16.Peregr.*de jure fiſci,lib.*5.*tit.* 1.*n.*106. Roſental *de feudis,c.*11.*concluſ.*11.*ex n.*1.*cum ſeqq.ubi litera B.* plurimos refert D.Molin.*de Hiſpanorum primogeniis,lib.*4.*c.*11.*ex n.*32.

Et Domini vaſſallorum juvantur *ex l.*3. *titul.*25. *partit.*4 ubi traditur, nullum jus in eis vaſſallis Regem habere niſi monetæ tributum, ut conſtat eis verbis: *En tales ſolariegos como eſtos no a el Rey otro derecho ninguno, ſino tan ſolamente moneda.* Quod monetæ tributum perſonale ſolum eſt,& in recognitionem ſupremi dominii Regi ſolvitur, nec aliqualiter ſubditorum bona reſpicit vel afficit,*l.*10.*tit.*18. *p.*3.*in fine,*ubi Greg. Lop. *gloſ.*1. *& in d.l.*3.*gloſſ.*6. *totus titul.*32. *lib.*9.*recop.* Ioann. Garc.*de nobilitate, gloſ.*3.§.1.*n.*29.*& gloſſ.*7.*n.*2.

Id tamen quando verum ſit,quod vaſſalli dominorum ejus qualitatis eſſe conſtaret, tamen ferè ab omnibus dominis in hujus rei probatione peccatum eſt,quia nihil amplius in judicium deduxerunt,quam præſcriptione immemoriali probare ita uſos fuiſſe juriſdictione ut vaſſalli, velut emphyteuticarii ratione ſoli haberentur, quod nullo modo eis prodeſſe potuit, ſed illorum probatio ex ſequentibus deſtruebatur. 6

Primò quoties oppida in quibus Domini juriſdictionem habent, & vaſſallos illorum intendunt eſſe *ſolariegos*, conſtat ipſa oppida antiqua eſſe, & multò ante fundata quàm ad dominium & juriſdictionem ejus Domini perveniſſent, quia tunc non poteſt intendi terras eſſe ejus qualitatis *de ſolariego*, nam cùm id ſupponat dominium omnium terrarum in Domino qui juriſdictionem habet, niſi conſtet expreſsè datum ei fuiſſe dominium omnium immobilium territorii,dici non poterit,illud ad qualitatem ſolarii referendum ex eis quæ notarunt Avendaño *de exequendis mandatis,*1.*p.c.*4.*n.*6.Covarr.*practicar. c.*37.*n.*1. & facit quod ex Bald.Socin.Alciat.& aliis tradit Cabedo 2.*p. deciſ.*112. *n.*2. omnes terras alicujus territorii cultas & incultas præſumi oppidi, in cujus territorio ſunt, & non alterius, & in terminis ut populus fundet contra Dominum juriſdictionis in omnibus prædiis ſui territorii, tenuerunt Avendaño & Covarr. *ubi proxime* Bertrand. *lib.*1. *conſ.*37.*n.*1. *& conſ.*49.*n.*4.Cabedo *ubi proximè n.*2.& ad id referendum eſt quod notavit Bobadill. *lib.*2. *Politica, c.*16. *n.*52. nam quatenus tradit, Dominos quibus conceſſa eſt juriſdictio fundare in omnibus terris juriſdictionis, quemadmodum fundat Rex in terminis ſui Regni, accipiendum eſt, ut ille tradit expreſsè quoties locus ut ſolariegus conceſſus fuit & aperè donationis reſcripto id comprehenſum, aliàs enim rectè procedit quod notavimus. 7

Idque etiam ſuadere videtur ex definitione vaſſalli ſolariegi, nam omiſſa ſententia eorum qui æquales fecerunt illos, quos in Italia vocant *homines de Manſata*, quorum naturam tradit Speculator, *tit.de feud.lib.*4.*partit.*3.§.*quoniam.ſuper n.*37.*&* 38.quod etiam ſentire videtur Greg.Lop.*in l.*3.*gloſſ.*2.*tit.*25. *partit.*4. 8

partit. 4. Didacus Perez *in d.l.2.gloſſa 1.tit.11.l.4. ordinamenti*, Avendaño *de cenſibus cap.12. num.1.* Azevedo *ad titulum 3. lib.6. recop. num.6.* Ioannes Garcia *de expenſis, cap.9.num.51.& 52.*& denotare videtur textus *in c.1. de cenſibus* ibi: *Unus manſus integer*,& quo tradit Cuiacius *lib.1.de feudis, tit.1.* quamvis idem Ioannes Garcia *de nobilitate gloſſa 18. n.5.* apertè tradiderit, nihil ad nos & naturam vaſſallorum, qui dicuntur ſolariegi, pertinere eos qui ita dicuntur homines *de Manſata*? & ut percipias differentiam, nota verba Speculatoris *in loco proximè citato*, ibi: *Manſata eſt quando dominus dat alicui manſum cum diverſis poſſeſſionibus & propter hoc ille facit ſe hominem domini, & ad ſervitiũ tenetur, & talis dicitur homo de Manſata qui eſt homo ratione poſſeſſionum, perſona tamen ejus libera erit & eſt natura ſeu conditio Menſata ut alienari non poſſit, & quod homo ſe transferens aliò Manſatam amittit, ipſe tamen liberabitur, & quod Manſata redeat ad dominum homine ſuo ſine liberis decedente, multa alia ſunt conditiones, ſecundum diverſas locorum conſuetudines, & contrahentium pactiones, in pluribus autem locis homo de Manſata, quidquid adquirit poſt adquiſitam Manſatam ipſi Manſatæ adquirit & quod adquirit ejuſdem naturæ eſt, cujus & ipſa Manſata, & de ipſa Manſata efficitur.*

9 Iſtæ enim qualitates, non conveniunt noſtro vaſſallo *ſolariego*, nam iſte poteſt mutare locum nec etiamſi decedit ſine filiis, ad dominum juriſdictionis prædia redeunt, ſed hæredibus legitimis deferuntur cum onere ſolvendi penſionem aut tributum, nec quod poſtea adquiri vaſſallus *ſolariegus*, Domino adquirit, nec licet ad alium tranſeat locum amittit prædia, ſed poteſt etiam alteri locare cum onere tributi vel penſionis, quemadmodum uſufructuarius poteſt locare commoditatem, & fructus fundi *princip. inſtit. de uſu & habitatione*, Pinellus *in l.1. Cod. de bonis maternis, 2.p.n.57.* ex pluribus D. Pichard. *in § finitur de uſufructu, n.13. & 14.*

10 Sed non poſſe conſiderari vaſſallos eſſe ejus qualitatis, quoties oppida jam erant fundata, & incolebantur à vicinis denotavit apertè interpretatio verbi, *ſolariego*, quod originem habet à tempore Juriſconſultorum, ut conſtat, *ex l.2.§. ſi quis nemine prohibente, ff. ne quid in loco publico*, ibi: *Solarium ei imponere, vectigal enim hoc ſi appellatur ſolarium ex eo quod pro ſolo penditur*, facit elegans Textus *in lege etiam 15. ff. qui potiores*, ibi: *Ita tamen ut prior cauſa ſit Domini ſoli ſi non ſolvitur ei ſolarium, l. cum ſervus, 39. aliàs apud Iulianum, §. hæres. ff. de legat. 1.* ibi: *Heres cogitur legati prædii ſolvere vectigal præteritum vel tributum, vel ſolarium, vel cloacarium vel pro aquæ forma*,& explicat textus, *in l.1. ff. de ſuperficiebus, l. id eſt, 74. de rei vindicatione*, Donnell. *l.9. commentariorum, c.16.*

11 Et hujus tributi ſolarii mentionem fecerunt Rebuffus, *in l. bona Civitatis, col. penult. & in l. ſtipendium verſ. ſolarium, ff. de verborum ſignificat.* Othoman. *de verbis juris, verbo, ſolarium*, & ex Marco Varrone, *lib.4. de lingua Latina, in principio* tradit Gotofred. *in notis dictæ legis*, etiam eſſe verbum Græcũ,& appellari, *locarium*, ex loco aut locatione ſoli & comprobat ex novella Imperatoris Leonis,& Cujac. *l.14. obſervat. c.1.* & cum Hortenſio ſolarium dici quaſi pro ſolo præſtetur notavit Oſuald. *l.9. commentariorum Donelli, cap.16. in notatis litter. C.* ex Balduino, & Plateio, Calvinus, *verbo ſolarium.*

12 Et expreſsè traditur noſtris legibus, *leg.3.tit.25. partit.* 4. ibi: *Solariego tanto quiere decir como home que es problado en ſuelo de otro. l.2.tit.11. l.4 ordinamenti. l.2.& 3.tit.3. lib.6. recopil.*& rationem quam reſpicit penſionis ſolutio denotavit, *l.9. tit.7. lib.7. recop.* ut ex ſolo pro qualibet menſura terræ, aliquid ſolvatur ratione culturæ & fructuum, qui ex ea percipiuntur,& hoc tributum eſſe notavit Platea *in rubrica, C. de Annonis & tributis, lib.10. ad finem* eis verbis: *Unde ſi fieret ſtatutum ut pro quolibet manſo terræ, ſolvantur decem in perpetuum quolibet anno hoc eſt tributum*, tradit etiam Gloſſ. *ibi in l.1.§. 1. verbo pendeant, ff. de publicanis & vectigalibus, & in l. reſcripto: §. fin. ff. de muneribus. & honorib.* Iaſon. *in l Placet. 2. lectura, C. de ſacroſanct. Eccleſiis. n.6.& 20.* & Alciat. *ibi, num.13.* Otalora, *de nobilitate 1. part. c.2. n.6.* Belluga *in ſpeculo Principis, rubrica 46. n.4.& 5.* & in eo quod ex voto totius Hiſpaniæ ſolvitur templo divi Iacobi Eccleſiæ Compoſtellanæ, de quo maxima extant teſtimonia in Chronicis Hiſpaniæ, ut conſtat ex Epiſcopo Palentino *de rebus Hiſpaniæ l.4.c.13.* & ex Epiſcopo Cudenſi *c.49.* Ioanne Baſſeo, *in Chronica Hiſpaniæ anno 825.* Ambroſio de Morales *1.p.lib.9.cap.7.* Mariana *lib.7. de rebus Hiſpaniæ, c.13.* & quia ex qualibet menſura penſio,& portio frugum Apoſtolo promiſſa cenſum & tributum ſoli appellant omnes Bullæ Cæleſtini Innocentii III. & Paſchalii II. & Textus *in c. ex parte de cenſibus.*

Quo fit verbum *ſolariegos*, habuiſſe originem à 13
ſolo velut Hiſpani dicimus, *ſolar*, cum ejus Dominus alicui dedit ut plantaret vel ædificaret, & fructuum vel ædificii cauſa penſionem ſolveret vel tributum, ut colligitur *leg.2. tit.3. lib.6.recop.* & cum hoc magis proveniat ex ſolo quam ex juriſdictione evidenter convincitur opinio Ioannis Garciæ *de nobilitate gloſſ.18.* qui tentavit ad hoc ut domus apud nos dicatur nobilis, *de ſalar*, debeat habere vaſſallos, *ſolariegos* cum juriſdictione quod rectè improbarũt Otalora *de nobilitate, 2.p.c.4.n.10.* Ioan. Gutierr. *lib.3. practic.c.16. per totum*, Azeved. *in rubric. ad tit. 3. lib.6 recop.n.194. cum ſeqq.* idque experientia ſuadetur, nam in dominatu Bizcaiæ, ubi ſunt Domus nobiles & illuſtres quas diximus *Infançones y de pariente mayor*, etiamſi juriſdictionem non exerceant, ſufficit tamen habere territorium,& terminum proprium in quo dominium habeant Domini ejus domus, quæ ex eo dici poteſt, *de ſalar*, quæ appellatio etiam referri poteſt ut dicatur domus nobilis generis,& ſtemmatis, ut etiam verbum, *Lugar*, ad idem refertur, ut homo boni loci noſtris legibus cenſeatur qui à bono genere provenit, idque & verbum, *ſolar*, pro bono,& nobili genere accipiendum, ut conſtat *l.8 tit.7. l.2.19.23. tit.9. partit.2. l.5. tit.18 l. 6. tit.27. eadem partit.2 l.4 juncta, l.6. tit.27. partit. 7. l.11.14.27. tit.5. l.6 recop.* & conſtat *ex Chronica Generali Hiſpaniæ Regis Ildephonſi ſapientis, c.48. col.3.& 3.p.c.19.& 4.p.c.3. & Chronica Regis Ferdinandi IV. c.18.20.& 30 Chronica Regis Ildephonſi II. c.54 14.6.c.166.182.& cap.280.* quibus omnibus apertè probatur, apud nos antiquitus verbum *ſolar*, accipi pro genere,& idem dici de verbo *lugar* & ita dicebant *homes y cavalleros de ſolares y logares buenos*, pro nobilioribus.

Vt inde etiam notemus, quod *ſuprà* diximus ex 14
Marco Varrone, ſibi reſpondere, *ſolarium & locarii* cam etiam apud nos ſimiliter accipiantur, & cùm vaſſallus ſolaris dicatur ille cui data eſt terra; ut ibi ædificaret vel plantaret, nullo modo oppida illa tentari poterit eſſe ſolaria, quæ antequam ad dominium domini pervenirent, jam fundata, & incolis plena erãt, quia tũc ſolùm ea prædicta, in quibus ſpecialiter

dominus dominum consequeretur, vel ei donatum esset, adquirere posset; reliqua verò territorii prædia vel fundari potius populi & publica censeri debent quam ipsius domini.

15 *Secundò*, tunc apparet non rectè procedere probationem eorum, qui intendunt loca & vassallos esse solaria, quoties apparet populi consilium admittere incolas populi suo jure, nam cùm vassallus solariegus dicatur is cui dominus populi solùm assignat & eum recipit ad incolatum, *l.3.tit.25.partit.1.l.2.11.& 14.tit.3.lib.6.recop*: & ideò si non recipiatur à domino, sed ab ipso populo, vel quando non constat dominum id prohibere, tunc potest populus recipere quem voluerit, *l.1.ibi: recepti in civitatem, ff. ad municipalem*, ubi Bart. *n.16.* Burg. de Paz *in l.3. Tauri*, 1. *p. n.367* Barb. *in l. exigere dotem*, 39. *de judiciis*, Maceratens. *lib.2. variar. resol.42.* & juxta textum, *in l.1.tit.9. lib.7. recop.* nullus dominus vassallorum prohibere potest, nec denegare incolatum, nec prohibere incolas ut mutent domicilium, Azevedo *in d.l.1.n.2.* Burgos de Paz, *in d.l.3. Tauri*, *n.* 514. Oterus *de jure pascendi, c.5. per totum.*

16 *Tertiò* etiam probatur non posse locum habere jus solarii in populo, ubi multa prædia sunt, quæ hoc tributum non dependūt, nec constat à Domino fuisse liberatos, tunc enim nó posset considerari ratio differentiæ, in eo qui intendit in universo territorio habere jus solarii & partem liberam existere *arg. l. quæ de tota*, & *ibi* Glossa & Bartolus, *ff. de rei vindicatione, l. si unus*, § *si cum tibi, ff. de pactis*, & argumentum efficax esse de parte ad totum, & è converso ex Iasone, Baldo, Cardinali, Panormitano, Andrea Siculo, & Felino, notarunt Everard. *loco de toto ad partem.* Surdus *cons.509.n.16.* Menoch. *cons.671.*

17 Maximè cum nulla possit considerari differentiæ ratio, nam quamvis prædia fuissent Ecclesiæ adhuc onus Reale, & tributum ratione loci debet solvi ab ipsa Ecclesia, quia tunc magis pensio soli est quam Ecclesiæ, *arg. l. qui in alia*, § *fin. ff. de negot. gestis*, ibi: *Prædio datur*, Gloss. *in Clement.1. de decimis verbo, excolendas, cap. si tributum, 11. quæst.1. l. de his*, ubi Cynus, & Bald. *Cod. de Episcopis & Clericis.* idem Baldus *in l. placet, n.4. Cod. de Sacrosanct. Eccles.* & communis opinio Canonistarum, & Legistarum teste Iasone, *ibi num.20. in lectura 2.* ubi Alciatus *n.13.* Tiraquell. *de jure primogenitura, q.43. n.9.* & probatur, *l.11.tit.13.lib.1. recop* & ideò cum ex universo territorio solarii jus intelligi oporteat, ut populus solariegus dicatur quoties invenitur aliquorum vicinorum bona, & prædia non esse subjecta huic tributo, nec aliquando dependisse, non potest nec debet locus ejus qualitatis censeri. *arg. is qui ducenta, 13.§. utrum, ff. de rebus, dubiis*, eis verbis: *Id accidit quid significatio sumitur ex universo, in quo si aliquid falsum est totam orationem falsam efficit*, ut notavit Baldus. ibi.

18 Præsertim ex ordinaria juris præsumptione bona ubique præsumi libera, nec subjecta tributo solarii, *cap.1.§. si verum feudum, tit, si de investitur. feud. fuerit controversia*, Roland. *vol.3. cons.2. n.15.* Surd. *cons.535.n.24. & cons.384.n.21. & cons.410.n.12. & cons.525.n.6.* Menoch. *lib.3. præsumptione 91.* Seraphinus *decis.894.n.1.* D. Casanate, *cons.39. n.1.* Cassaneo, *in consuetud. Burgundiæ, rubrica, 3. §.4. n.16.* Iulius Clarus, *lib.4. sententiarum, §. feudum, q.18.* Thesaur. *2.p. Forensium, quæst.89.* Riccius *collectanea 2434.*

19 Sed etiam præsumitur bona esse potiùs vicinorum qui possident, quàm Domini loci *argum. l. cum res, C. de probat. l. ob maritorum, C. de uxor. marito*, Aretinus, *in l. in principio de adquir. possessione, & cons.15.* Socin. Senior, *lib.1. cons.127.n.4. & 5.* Henricus Bue. *in cap. si diligenti n.3. de præscript.* ex Ruino, Afflicto, Cephalo, Craveta, Rolando, Puteo, & aliis Menoch. *lib.3 de præsumpt.100 n.5.* probat non præsumi feudo vel tributo subjecta prædia, quæ sunt intra territorium nec alterius esse dominium directum, quam ejus qui possidet

Nec obstabit quod ex Cassaneo *ubi supra, rubrica 9.§ 4. verf. aliquando*, Antonio Gabriele, *titulo de præsumptionibus cõclus.9.n.13.* à quo mutuavit Menochius, *lib.3. præsumpt.100 n.18.* Mieres, *4.p. de majoratibus, q 20.n 54.* ut licet duo vel tres vicini non solvant tributum solarii, vel census, adhuc non minùs locus solariegus dicatur, quia Dominus habet fundatam intentionem adjuncto eo quod notarunt, quoties major pars territorii apparet feudalis præsumitur reliquam partem esse ejusdem qualitatis, *c.1. de controversia inter masculum & fœminam*, ubi Isernia *n.6.* Baldus 3. & Alvarotus, *num.1.* Surdus, *cons.135. num.96.* Menoch. *l.3. de præsumptionibus præsumpt.91. num.52.* Mascard. *conclus.79. n.17. &* 24. Henriq. Rosental. *de feudis, cap.22. concl.15. ex n.1. ubi lit. A, & B*, plurimos refert quippe hoc procedit, cum ultra liquido apparet loci concessionem eâ qualitate factam, ut solarium in toto territorio concederetur, non verò quando nullo privilegio aut titulo edocto solùm ex probatione, & usu velit Dominus probare jus solarii, quia tunc quidquid probatio suadere potest, prædictæ præsumptiones validæ excludunt.

Præsertim ut invenimus in plurimis locis intra 11
bona propria majoratus, ipsius Domini loci esse plura prædia quæ tributum non pendebant, & cum jure præsumatur omne quod est intra limites bonorum majoratus ipsius majoratus esse, Socinus, *vol.2. cons.166.col.2. verf.3. conclusio*, Curtius Iunior, *cons.140.n.10.* Brunus *cons.127.n.7.* Surd. *cons.135.n.42.* VVessembechius, *cons.4. num.70. & 71.* Menoch. *l.3. præsumpt. 91.n.56.* Mieres *de majorat. 4.p.q.20.n.1. & 2.* & cùm habens pro se præsumptionem Dominus loci adhuc passus fuerit ea prædia, quæ intra limites fuerint bonorum sui majoratus nihil solvere tributi vel census apertè suadetur ea bona libera, & nunquam solario tributo subjecta fuisse.

Quartò excluditur jus solarii similiter quoties ut 12
in pluribus, constitit vicini prædia sua liberè vendere & permutare possent absque eo quod egerent Domini licentia, ne Dominus aliquando prohibuerit, quia de natura territorii solarii est, ut vassallus non possit vendere prædia sine licentia Domini *dict. l.3. tit.25. partit.4.* ibi: *Mas no pueden enagenar aquel solar, & ibi* Gregor. Lopez. *gloss.4 l.2. tit.3. lib.6. recopilation.* ubi Azevedo tradit. *Unde ex dictis ad probandū per Dominum vassallos suos, esse solariegos articulandum est & probandum, quod vassalli nunquam aliquid vendiderunt sine Dominorum licentia*, idque multis confirmat Burgos de Paz *cons.16. n.4.* Ioannes Garcia, *de expensis, c.9.n.60.* Avendaño *de censib. c.12.n.10. verf. sed hoc est intelligendum*, Cancerius. *3.p. variarum resol. c.40. n.60. in fine*, unde in eis locis in quibus Dominus id non probavit, verùm etiam expresè fatetur vassallos suos facere posse venditiones, & permutationes bonorum sine licentia Domini, apertè constat deficiente prædicta qualitate, quæ adeo necessaria est, nullatenus dici posse vassallos esse solariegos ex eis quæ notarunt Greg. Lopez, *in d. gloss.4.* Azevedo, *in l.2. n.5.* Didacus Perez. *in l.2. tit.11. lib.4. ordinamenti gloss.1.* Mieres, *dict. 4 part. quæst.20.n.202.*

Nec

Nec difficultatem elidere poterunt Domini vas-
23 sallorum eo quod indendant, ut quamvis in hoc quod pertinet ad venditionem bonorum deficiat jus solarii ex consuetudine vel præscriptione, quam contra Dominum obtinuerunt vassalli, aut ex pacto cum eo quia licet specialiter in hoc casu deficiat jus solarii, adhuc tamen universaliter in reliquis omnibus conservatur *argum. cap. unic. de feudo non habente propriam naturam feudi*, juncta interpretatione Baldi, & Alvaroti & ex *d.l.2.tit.11.lib.4.ordinamenti dictæ leg.2.tit.3.lib.6.recop.* junctis quæ notarunt Azeved. *ibi,n.4.* Barbatia, *lib.4.conf.54.col.6. vers.nec obstat eam opponitur*, Burgos de Paz Iun. *in quæstionibus civilibus, q.2.n.126.*

Nam hæc omnia non poterunt difficultatem ex-
24 cludere quippe hanc facultatem vassallorum, vendendi prædia sua, nunquam est allegatum à Domino procedere ex consuetudine, præscriptione aut contractu cum ipsis facto, & Dominus ipse qui vult excludere prædiorum libertatem ex consuetudine, vel præscriptione, debet eam probare, ut ex Bartolo, Panormitano, Baldo, Bursato, Natta, Craveta, & aliis pluribus Mascardus *de probat concl.1218. n.1. & 2. & concl.1220. & 1221. n.22. & concl. 1357.n.13.* & non probatâ consuetudine pacto vel præscriptione alienandi prædia sine licentia Domini, res non ex accidenti, sed naturaliter censenda, nam ultra quod diximus *supra*, bona præsumi libera, semper naturalis causa accidentali præfertur, §. *sed & illud instit. de adopt l. tutor*, §. *quæ tutoribus, de excusat.tutor.* Bald. *in auth. ex testamento, C. de collat. & in authent. similiter, C. ad legem falcidiam*, Dec *conf.* 120.*n.4.* Alciatus *lib.9. Responso* 213.*n.13.* Cephalus *conf.*216.*n.6.* Mantica *de conjecturis ultimar. voluntat. lib.6. cap.3.n.18.* ac perinde nunquam credi oportet, non probatâ consuetudine, præscriptione vel pacto, ex his prædiorum Dominos ea potuisse alienare, sed ex naturali facultate disponendi de rebus suis, ac perinde non posse considerari bona subjacere tributo solarii, ubi deficit hæc qualitas, quæ maximè est necessaria.

Quintò etiam excluditur, nam cùm tributum
25 hoc solarii existimatur velut census perpetuus soli, & sapit naturam emphyteusis, & ita communiter appellant Doctores qui hac de re egerunt, & notavit Alvarus Valascus *de jure emphyteutico*, *q.32. n.11.* & in terminis solarii antiqui apud Iurisconsultos, ut emphyteusim omnino saperet, ex Anton. Fabro *de erroribus pragmaticorum decade 63. errore 9.* tenuit Osvaldus, Illigerus ad Donellum *lib.9. comment.c.16.in notatis, lit. D*, & quoties constat prædia alicujus loci vinculo, & fideicommisso perpetuo subjici, idque passum fuisse dominum territorii; argumentum validissimum est non posse prædia judicari subjacere tributo solarii, nam juxta opinionem veriorem Doctorum, emphyteusis non potest majoratui subjici, ut impediatur alienatio ex præjudicio dominii directi, ex quo debetur decima, quando venditur, & tunc Dominus habet retractum rei oblato eodem pretio, ac perinde certum est rem emphyteuticariam, non posse comprehendi fideicommisso perpetuo, quo alienatio prohibeatur in tam grave dominii directi præjudicium, Alciatus *cons.*258.*n.16.* cum Speculatore Bald. Felino, Decio, & Aufrerio probavit Gamma *decis.*70. & ita testatur judicatum fuisse *in majoratu de Doliveira cõtra Alexium de Sausa, & in alio Sebastiani de Macedo, de eadem re, n.2.* refert Curtium Seniorem, Guillelm. Benedictum, & alios, tenet etiam Alex. *conf.9.n.3.* Cabedo *decis.*130.*n.3.* ubi probat non esse majora-

tum emphyteusis sine consensu Domini directi, & ita pro hac opinione judicatum *in pluribus judiciis in congregatione Misericordiæ oppidi de Torres novas, & in causa fiscali cum Roderico de Figueredo & in lite confraternitatis S. Virginis de Valparaiso & Monasterii S. Claræ Vlissiponensis*, refert Melchior Phæbo, 1 *p. decis.5. per tot.* aliàs plures Doctores adducens ejusdem sententiæ, quam *n.4.* veriorem censet.

Et in bonis feudalibus, quorum imaginem ha- 26
bent bona solarii, ut *supra* ex speculatore, *tit. de feudis, lib.4.p.3.§. quoniam super homagiis, n.37. & 38.* & feudi non posse constitui majoratum, tenuerunt Menoch. *in tribus consiliis*, Hippolytus Riminaldus, Mantica, Alvarus, Valascus, Turretus, Iul. Clar. Bursatus, & alii quos refert Flores Diaz de Mena, ad *decis.*70. Anton. Gammæ, & non posse fieri majoratum rei emphyteuticæ, tenuerunt etiam Massarius, P. Molina, Lara, Rodriguez, Thesaurus, Sanchez, & alii quos noviter refert additio ad Molinam *lib.2. de Hispanor. primogeniis, c.10.n.71. & 72.*

Nec id turbabit quod tradit Avendañus *de cen-* 27
sibus, c.12.n.4. constituens differentiam inter emphyteusim, & solariegum, nam quamvis regulariter emphyteusis formetur ex terra inculta, quæ dari solet ad culturam, plantationem, & meliorationem, potest tamen à principio celari ex aliis rebus immobilibus, vel solo cohærentibus, veluti domibus, molendinis, & aliis similibus absque eo quod præcisè sit danda terra vel locus eremus sine ulla obligatione poblationis (ut sic loquamur) solariegus vero census, à principio, non constituitur, nisi habitâ principali consideratione ad ædificium, vel poblationem, licèt postea alius in eodem censu succedere possit cum ædificiis à principio factis.

Hæc enim traditio Avendañi apertè futilis est, & 28
apparet quippe quemadmodum ipse fatetur regulariter emphyteusim respicere dationem terræ incultæ ad meliorationem, etsi possit emphyteusis fieri de terra cui ædificium jam impositum est, nec poterit ex eo negari emphyteusim esse, quando terra datur ad dificandum, quod sufficiet, ut emphyteusis similem judicemus censum solariegum, quemadmodum etiam ex ejusdem Avendañi sententia, etiamsi ædificio imposito, vassallus reciperetur ad dominum, census, & vassallus solariegus diceretur, & cum eadem ratio in hoc casu procedat, quia æquè militet dominium directum, & ejus qualitatis, idem quod in emphyteusi in censu solariego dicendum est *arg. l. illud, ff. ad legem Aquiliam* facit *l cum qui*, §. *pro parte ff. de his quibus ut indignis*, ibi: *Nec enim rationem luris ac possessionis varietatem inducere divisionem voluntatis.*

Et quemadmodum majoratus rei Emphyteuticæ, 29
& quæ subjacet censui solariego fieri non potest, ita similiter sine consensu Domini non possunt bona solarii Ecclesiæ, Capellæ, vel alteri loco sacro applicari, cùm ut Ecclesiastica prædia illa non possint alienari, ita tenuit Gamma *decis.*228.*n.3.* eis verbis: *Vnde subintrat decisio singularis in jure, quòd Emphyteuta non potest constituere vinculum majoratus in re Emphyteuticaria, sine consensu directi domini, maximè quando illud vinculum fit Capellæ, vel Ecclesiæ vel alteri loco sacro*, ad hoc ponderabat Textum, *in c.unico vers. si vero in tit. de Allodiis in usibus feudorum, & in c.1. vers. vel pro anima judicare, in tit de prohibita feud. alienatione per Federicum*, quod tenet Baldus *in cap. unico de allodiis, n.16.* ac perinde quando constat, plura prædia in aliquo loco esse assignata Ecclesiæ, Capellaniis vel Monasteriis, si non apparet id factum voluntate domini denotat non esse in his prædiis jus solarii, nã quamvis illud tributũ transeat ad

Ecclesiam, ratione soli, non potest tamen in eam transferri illud, quia inalienabile redditur, cùm ab Ecclesia possidetur, & tunc maximum fit præjudicium directo dominio ut *suprà* annotavimus.

30 *Sextò* etiam excludit jus solarii, quando tantummodo ex probatione voluerit Dominus in eo obtinere, nam cum hic census solariegus speciem habeat Emphyteutici, non aliter probabitur quam instrumento facto, quia alio modo non valet, *l.1.C.de jure Emphyteutico*, ibi: *Scriptura interveniente*, Gloss. *verbo, alienationis, & verbo, scriptura*, & *ibi* communiter Bartolus. Baldus, Blex, Iason. & omnes Afflict. *decis.71.n.7.* Salicetus, Campegius, Hippolytus de Marsiliis, & alii quos refert Mascardus *de probat. concl.1324.n.9.* & in terminis quomodo probandum jus solarii notavit Mieres, *4.p.de majorat.q.20.n.8.* ibi: *Quod ex fundationis scriptura constare debet aliquem locũ solariegum esse*: Et de jure Regni, *l.28. tit 8.partit.5.* ubi Greg. Lopez *gloss.7. l.3. tit.14. partit.1.* Molina *de Iustitia & Iure disp.447.* ubi alios refert, & Anton. Gomez *tom.1.variar. cap.3.n.16.* nam cum hoc tributum Emphyteusis velut servitus prædialis censeatur, & habet qualitates, ex quibus cognoscitur, non potest rectè de his constare per testes, & ideò regulariter non probari nisi per scripturam, tenuit Iulius Clarus, *receptarum sententiarũ §. Emphyteusis, q.4.* pluribus Surdus *quæst.84. n.1. & decis.10.* Guido Papæ *decis.24.* Cacherano *decis. 52.* Vivio *decis.240.* Milanensis *decis. Siciliæ 1. lib.1.* Cæsar. Barcio *decis. 50.* Alvaro Valasco, & alii quos refert Riccius *6.part. collectanea 2147.* Cevallos *practicarum, 2.part.q.356.* communiter DD. *in c. potuit de locato, & in l.1.C.de jure Emphyteutico*, ubi Iason. *n.16.* tradit hoc ideò fieri quia contractus Emphyteuticus, habet certas formas & conditiones, videlicet reservatio directi Dominii, solutio certæ pensionis, & laudemium, & inde cognoscitur utrum sit contractus Emphyteuticus? ideò necessaria scriptura, quod omne similiter procedit in censu solariego quia istæ omnes qualitates inveniuntur, & etiam ne possit vendi vel majoratui subjici, sine licentia Domini, & aliæ circunstantiæ multoties concurrunt, de quibus non possunt rectè testes deponere absque instrumentis, ultra quàm scriptura necessaria est propter calumnias, & memoriam hominum labilem, ut *in l,1.tit.7, l.5. Recopil.* Matiençó *ibi gloss. 2. & 5.* Antonius Gomez *in l.41. Tauri n.3.*

31 Quo fit, ut cum nullo modo appareat aliqua scriptura probari censum solariegum constitutum in prædiis alicujus loci, non debeat sufficere nuda probatio, quæ sæpè fallax esse potest, vel quoties quæ prædiximus intervenerint jus solarii non rectè potuisse probari.

ALLEGATIO XLVII.

Crimen repetundarum quando procedat in Iudice, & Officiali qui cum effectu non recipit?

1 *Avaritia Iudicum magna Reipublicæ pestis.*
Crimen repetundarum apud omnes gentes variis pœnis punitum.

2 *Repetundarum criminis pœna capitalis qua sit? l.lex Iulia, 7. §. fin. ff. ad legem Iul. repetund. l. ultima, C. de pœna judic. qui malè judic. l. judicis, Cod. de dignit. lib.12. Codicis Theodosiani, l. Cod. de offic. Rect. Prov*

3 *Delatores corruptelæ Iudicum præmiis afficiebant Romani.*

4 *Iudices corrupti plus peccant quàm latrones publici.*

5 *Pœna criminis repetundarum post mortem transit ad hæredes.*
l. ex judiciorum 20 ff. de accusationibus.
l. datur, ff. de lege Iulia repetund.
l. sciant judices. C. ad l. Iul. repetund.
l. ult. ff. ad Iul. pecul.
l.8. tit.1.p.7.
Mortui solent puniri ut vivi terreantur.

6 *Iudices munera accipere non posse pluribus probatur.*

7 *c.16. Deuteronomii.*

8 *Oseas Propheta explicatur à Marliano.*

9 *Exempla Principum qui Iudices corruptos puniverunt, referuntur,*

10 *Lege duodecim tabularum pœna capitis plectebatur Iudex pecuniâ corruptus.*
Hispano jure privatur officio, & in duplum, quadruplum, vel septuplum condemnatur Iudex vel Officialis corruptus juxta recepti qualitatem. l.1. tit.6. l.5. tit.9. lib.3. Recop.

11 *Repetundarum crimini, etymologia Cohecho, & Barateriæ etymologia.*
l.6. tit.9. lib.6. Recopil.

12 *Pœnam cogitationis nemo meretur.*
l. cogitationis, 18 ff. de pœnis.
l.1. §.1. ff. de furtis.
l. si quid fur ff. de furtis.
l.1. in fine ff. quod quisque juris.
Affectus delicti puniendus cum procedit ad actum externum.
l. quisquis, C. ad legem Iul. Majestat.
l. si quis non dicam rapere, C. de Episcopis, & Clericis.
l.1. §. Divus, ff. ad legem Cornel. de sicariis.
l. is qui cum telo, C. eodem.
l.1. tit.21. lib.8. Recopil.
l.1. ff. ad leg. Pompeiam de Parricidiis.
l.12. tit.8. p.7.

13 *l. si quis fin. ff. de rerum divis.*
l. quod si ab initio. ff. si cert. petatur.
l.1. ff. de leg.2.
l. si convenerit, Cod. finium regundorum.

14 *Affectus in delictis atrocioribus punitur quamvis non pœna ordinaria, sed extraordinaria.*

15 *Magistratus de corruptela tenentur licèt donum non acceperint, sed solùm promissionem.*
Authentico novo jure, C. de pœna judicis qui male judicavit.

16 *Corruptus dicitur Iudex cui solum aliquid promittitur.*
l.6. tit. 4. p.6.

17 *Promissum idem est, quod datum, quia promissum est debitum.*
l. fin. C. ad leg. Falcidiam.
l.1. tit.6. lib.3. Recopilat.
l.6. tit.9. lib.3. Recopil.
l. Imperatores ff. de jure fisci.

18 *Corruptus Iudex censetur etiamsi recepit pro judicando in bona causa.*
l. ut puta, 2. §. sed si dedi cum l, sequenti ff. de condict. ob turp. causam.

19 *Datum Iudici ut in causa justa judicet, condici non potest ab eo qui dedit.*

20 *Pœna eadem est corrũpentis Iudicem, & corrupti. l.26.*

l.26.tit.22.p.3.

21 *Verbum*,non poteſt,*inducit incapacitatem.*
l.56.tit.5.lib.2.recop.& n.34.

22 *§.alteri inſtitut.de inutilibus ſtipulatio.*
l.1.tit.21.lib.9.recop.
l.11.tit.7.lib.7.recop.
l non poteſt.ff.de furtis.

23 *Filii ſpurii qui contra legem ſuccedunt in bonis Patris an teneantur ea reſtituere ?*
l.6.& 7.tit.8.lib.5.recop.& n.37.

24 *Datum contra legem retinere non poteſt.*
l.non dubium,C.de legibus,n.38.& 39.

25 *Magiſtratus,& Officiales in receptione,ad muneris exercitium jurant in Hiſpania legum obſervantiam.*

26 *Iudices, & Officiales reſtituere in foro conſcientiæ teneri quod contra leges receperint qui tenuerunt.*

27 *Nullus tenetur ſeipſum prodere.*
c.quis aliquando de pœnit.diſtinctione 1.
c.cum ſecundum leges de hæreticis,lib.6.
c.licet Epiſcopus,de præbendis,lib.6.
c.perpetuo,c.commiſſa,35.de electione.
l.fin.§.ſin vero,C.de jure deliberandi.
l.ejus qui delatorem.ff.de jure fiſci.

28 *Facta plura ſuſtinentur licet fieri prohibeantur.*
l.Patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni juris.

29 *Dominii adquiſitionis prohibitio nec reſtitutio non inducenda à lege,ubi non exprimitur.*
c.ſtatutum,11. verſ.ſi quid autem de reſcript. lib.6.

30 *Verba*,non poſſit, *non ſemper in legibus Hiſpaniæ annullant contractum vel impediunt Dominii tranſlationem.*
l.12 tit.18.lib.5 recop.
l.5.& 15.tit.18.lib.6 recop.

31 *l.18 iad finem tit.2.lib.3.recop.*

32 *l.9.tit.8.p.1.*

33 *l.8.tit.7.lib Recop.*

34 *Verbum*, præcipimus , *in præceptis Eccleſiaſticis inducit peccatum.*
Verbum,mandamus, *in legibus non inducit peccatum.*
Verba ex Regionis conſuetudine interpretanda.

35 *Poſſidens melior conditio in pari turpitudine.*
l.Vbi.l.penult.ff.de condict.ob turp.cauſam.
l.juris gentium,§.ſi ob maleficium,ff.de pactis
c.in pari de reg.juris lib.6.

36 *Iudices non teneri reſtituere in foro conſcientiæ munera,quæ receperunt ex pluribus probatur.*

37 *Filius ſpurius qui contra leges obtinet hæreditatem paternam tenetur reſtituere venientibus ab inteſtato.*

38 *Lex quæ annullat actum an eo ipſo obliget ad reſtitutionem in foro conſcientiæ.*

39 *Lex quæ prohibet actum, & pœnam adjungit non obligat ad reſtitutionem ante Iudicis declarationem.*

40 *Retentio facilius admittitur quàm adquiſitio.*
l.per retentionem,C.de uſuris.
l.pluribus de verb.obligatio.
l.2.C.de fideicommiſſis.

41 *Iuramentum aſſumet naturam actus cui adhæret.*
l.3.tit.3.lib.3.recop.
l.fin.C.de non numerata pecunia.
l.ſed etſi poſſeſſori, § item ſi juravero ff.de petit.hæredit.

42 *Pactum quod non expreſſum non præſumendum.*

Lex pœnalis non obligat in conſcientia ante condemnationem.

Pœna conventionalis non obligat in conſcientia antequam coram Iudice petatur & condemnetur.

Dominii incapacitas & ejus tranſlatio non inducenda ex legibus quæ non exprimunt.
l.unica,§.ſin autem ad deficientis,C.de caducis tollendis.
c.ad audientiam de decimis.

De crimine repetundarum , & an locum habeat, quando convenit Magiſtratus , aliquid ei dandum pro juſtitiæ adminiſtratione , ſi cum effectu non recepiſſet, pro explicatione legis primæ tit. 6.lib.3.& l.1.tit.21.lib.9.Recopilat.quæ loquitur in calculatoribus , & aliis Officialibus Senatus Regalis Patrimonii.

CRIMEN repetundarum graviſſimum ſemper viſum eſt , nam juſtitia quæ conſtans & perpetua eſſe debet, *princip.inſtit.de juſtitia & jure*, in totum evertitur ſi Iudices ſordida avaritia inquinentur , & ejus effectui turpiter cedant , quid enim tutum ſi muneribus via ſternatur ? quid purum ſi donis contaminetur ? Vnde quia maximè Reipublicæ intereſt judicum conſtantia , & integritas, ferè apud omnes gentes variis legum decretis huic morbo medela adjuncta & exitiali veneno juſtitiæ, & diræ peſti Reipublicæ pœnarum antidotum præparatum,ut variis exemplis probavit, Bobadilla *lib.2. Politicæ,c.11.& 12.per totum* , ubi ferè omnia videtur cumulaſſe per 84. numeros, & *lib.5.cap.1.num.* 232. & quamvis omnia prævideat , ut ferè nihil addendum relinquat , tamen ultra ex Euripide, Sophocle , Menandro , Sylveſtrio , Cornelio Tacito , Plutarcho , Clemente Alexandrino , Lactantio Firmino & aliis ; Ioannes Coquier, *lib.3.aphoriſmorum Politicorum c.19.* ex variis ſacræ Scripturæ locis & Cicerone, Valerio Maximo, Eutropio , Lampridio, & Ælian.Matthæus Tympus, *in ſpeculo boni Magiſtratus ſigno 15.* & cum Stobio, Cuſpiano , Niceta, Cedreno , Zonara , Aulo Gellio, Sabellico , & aliis idem Tympus,*2.p.ſigno* 28.ex Suetonio,Petr.Ærod. Niceo, Plinio Iuniori, Diodoro Siculo, Alexandr.ab Alexandro , Bonfinio , & Giſelino , Theatrum vitæ humanæ *vol.18.lib.5.pag.*349.Lambertus Darius *in Theſauro Aphoriſmorum*, ex Platone *aphoriſmo* 10. ex Xenofonte , Tito Livio , Paulo Iovio , Hermolao Barbaro,& aliis Nicolaus Bello,*de ſtatu Politico, lib.3.diſcurſu* 31.*lib.5.diſcurſu* 11.*verſ.*6. Adamus Contzen,*lib.9. Politicorum,cap.*8 §.3. eleganter *pluribus locis ſacræ Paginæ*,D.Iſidori,Cypriani , Auguſtini, & Thomæ, Platonis, Tertulliani , & aliorum Magiſter Marquez,*in Gubernatore Chriſtiano, lib.1.c.* 20.*ad finem*,alia cumularunt Maſtrill.*de Magiſtratibus,lib.6.c.8.*& noviter Carlevalius,*de juriſdictione, quæſt.1.n.5.* & addenda quæ noviſſimè ex Ariſtotele, Plinio, Seneca, Tertulliano , D. Thoma , Abulenſi

lenſi Lira, Caietano, & aliis pluribus notavit Pater Velaſquez *de optimo Principe, lib. 2. adnotatione 22.*

2 Et valde notanda ſunt verba Ciceronis *lib. 4 in Verrem*, ibi: *Non flagitioſum tantum, ſed omnium rerum turpiſſimum maximéque nefarium mihi videtur ob rem judicandam pecuniam accipere, pretio habere addictam fidem & religionem*, & idem Cicero *lib. 2. officior.* turpiſſimum tradit crimen ſceleratum, & nefarium eis verbis: *Habere enim quæſtui Rempublicam non modo turpe eſt, ſed ſceleratum etiam & nefarium*, & facit Ovid. *lib. 1. Amorum elegia 10.*

Non bene conducti vendunt perjuria teſtes,
Non bene ſelecti judicis arca patet.
Turpe reos emptâ miſeros defendere linguâ,
Quod faciat magnas turpe Tribunal opes.

Et aliquibus legibus pœnis capitalibus hoc crimen puniri jubetur, *l. lex Iulia 7. § fin. ff. de lege Iul. repetund. l. ult. C. de pœna Iudicis, l. Iudices, C. de dignit. lib. 12. & in C. Theodoſiano, l. 1. de officio Rectoris Provinciæ*, & pœna etiam Capitulis injungitur Provinciarum Rectoribus, qui levia munuſcula & genia à Ruſticanis extorſerint vel acceperint, ut exinde ultimo ſubjungentur exitio, quæ ſunt verba *l. 1. C. de damnat. pronunt. infligend. Codicis Theodoſiani, & ex l. decemvirali*, de qua Gellius *lib. 20. noctium Attic. c. 1.* pœna mortis plectebantur.

3 Quod adeo Romani curarunt, ut quamvis aliàs delatores inviſos haberent, ut ex Martiali, Lipſio, Radero, & à noſtro erudito D. Ramirez, Brodeo, Suetonio, Xiphilino, Briſonio, Menochio, & D. Amaya ego probavi *1. part. deciſ. Granat. 27. n. 18.* tamen delatores corruptelæ Iudicum præmiis afficiebant, ut ex Dione Caſſio tradit Langleus *lib. 6. ſemeſtrium c. 1.* ut ex Tiberio Deciano Farinacius *3. part. crimin. q. 111. num. 102.*

4 Et juſtè quidem, ut hæc Reipublicæ, & juſtitiæ peſtis exterminetur: nam Diuus Hieronymus in Sophocle Lupos Veſpertinos, qui noctibus comedunt, & in mane nihil relinquunt, hos Iudices corruptos appellat, & Lucas de Peña *in l. Iudices, C. de dignitat.* ibi: *Plus eos* (inquit) *delinquere, quàm publicos latrones, cùm hi ſuo periculo in campis rapiunt, illi autem, qui ex juramento tenentur non furari, imo aliena furta punire calcato juramento ſubditos ſpoliant, quos vindicare tenentur, & legis authoritate, ſeu favore gravantur*, refert Maſtrillus *lib. 6. de Magiſtr. cap. 8. num. 44.*

5 Vnde non ſolùm in vita, ſed etiam poſt mortem hujus criminis repetundarum pœnam, ut læſæ Majeſtatis ad hæredes tranſire admiſerunt Romani *l. ex judiciorum 20. ff. de accuſat. l. datur 2. ff. de l. Iul. repetund. l. ſciant Iudices, Cod. eodem, l. ult. ff. ad l. Iul. pecul. l. 8. tit. 1. part. 7.* cujus ratio eſt, ut deterreantur à tali flagitio, qui timerent poſt mortem etiam improbitatis infamiam extare, ut ex Plauto obſervat Oſualdus *ad Donell lib. 8. comment. cap. 8. in notat. lit. X X.* eis verbis: *Hominum immortalis eſt infamia, & etiam tunc vivit, cum credas eſſe mortuam*, & ut ex Quintiliano *declamat. 274.* refert Æneas Robertus *lib. 3. rerum Iudic. cap. 10.* ibi, *Non ſatis putarunt Majores eas pœnas conſtituere, quas poſſit aliquis excipere in vita, multo magis tangit ſepultura ad cogitationem poſt ſe futurorum plerique gravius moventur.* Et ex Optato Milevitano refert idem, *ut terreatis vivos, malè tractetis & mortuos.* Et ultra prædicta pœnas pecuniarias hujus criminis tranſire ad hæredes Doctores poſt gloſſam in juribus *ſuprà* relatis Bald. *in l. 1. C. ad leg. Iul. repetun.* & eſſe communem opinionem notarunt Roland. à Valle *de inventario, n. 1.* Matienzo *in dialogo relato, 3. part. cap. 25. n. 11.* Decianus *lib. 8. crimin. cap. 38. n. 37.* Bobadilla *d. lib. 5. cap. 1. n. 18.* Fachineus *lib. 9. controverſ. cap. 5.* Caldas *in l. unica, C. ex dilect. defunct. 4. part. num. 32. & 5. part. num. 2. & 16.* Peregrinus *de jure fiſci, tit. 5. num. 31* Farinacius *1. p. crimin. q. 10. num. 71.* Gabriel Berart. *in ſpeculo viſitation. cap. 1. num. 21.* Lidama *lib. 3. benedictorum, cap. 1.* Æneas Robertus *ubi proximè*, Ant. Fab. *lib. 7. conject. cap. 20.* Herodius *lib. 9. rer. judic. tit. 3. cap. 10. & 22.* Rodulphus Fornerius *lib. 3. rer. quotid. c. 17.* Langleus *ubi ſuprà d. cap. 1.*

Et præter *ſupra* adductos de ſententiis, largitione Iudicibus corruptis, & de muneribus ab eis non accipiendis videndi ſunt Menchaca *lib. 2. controverſ. uſufreq. cap. 37.* plures, quos refert Farinac. *d. quæſt. 111. num. 124. 197. & num. 251.* Didacus Perez *in l. 40. gloſſ. unica, tit. 14. lib. 2. ordinam* Matevardus Fregerus *lib. 2. de infamia cap. 14.* Gerardus Mainardus *lib. 4. deciſ. 80.* Narbona pluribus relatis *in 3. part. Recopil. in l. 31. tit. 7 gloſſ. 3. & gloſſ. 6. per totam*, Covar. *in regul. peccatum 2. part. §. 2. per totum*, Cataldinus *de ſyndicatu, quæſt. 98.* Philippus Teſtai *allegat. 9. n. 111.* Boherius *deciſ. 253. n. 2.* Capiblanco *de Baronibus, pragmat. 4. n. 17.* Seſſe *deciſ. 214. n. 1.* Horatius Carpanus *ad ſtatut. Mediolan. 2. part. c. 40. n. 84. & cap. 41. n. 2.* ubi adducit Iulium Clarum, Capicium, Bonacoſſam, Boſſium, & alios Oſualdus ad Donellum, *lib. 14. cap. 25.* Pater Molina *tom. 1. de juſtit. & jur. tract. 2. diſput. 82. uſque 93* Gabriel. Vazquius *in opuſculis tra. de reſtitut. cap. 7. dub. 9.* Petr. Greg. *lib. 2. de Repub. cap. 6.* Simancas *lib. 6. de Republic. per totum*, Anton. de Guevara *in Horologio Principis, lib. 3. cap. 6.* Livorius *lib. 2. diſquiſ. Politic. cap. 18.* Langleus *d. lib. 6. cap. 1.* 6

Sed ex Sacra Scriptura *lib. 1. Regum, cap. 8.* probavit Ioſephus *lib. 5. antiquit. cap. 3.* & idem rectè comprobat ex Samuele *lib. 6. antiquit. cap. 4.* & de exitiali damno corruptelæ Iudicum, & munerum receptione, quâ ſapientia, & juſtitia omnino perit, & in totum ruit pro omnibus ſufficiat locus Deuteronomii *cap. 16.* ibi: *Quia munera excæcant oculos Sapientum, & mutant verba Iuſtorum*: quibus addendum eſt, quod notavit Carolus Scriban, *in Politico Chriſtiano, lib. 2. cap. 9.* eis eruditiſſimis verbis: *Dei verba ſunt, quid cæcitate miſerius? à muneribus cæcitas nata, fuge munera, quiſquis oculos amas, cæcitatem averſaris, nec plebeios tantum oculos, ſed ſapientum excæcant munera, quid facient in aliis, non exoculabunt tantum, ſed perimunt: ea vis munerum, nihil inexpugnatum, nulla robora, nulla propugnacula, arma nulla, jacéntque horum dextera, quæcumque prope omni ſæculo magna & valida, integri exercitus, regna tota, Orbiſque quà patet Magni Imperia, Babylonem cogita, & æquatas nubibus arces, aut ſuperſtantes etiam, & ſuperbo vertice quidquid infra cælum eſt vincentes, aut è ſolida rupe exciſas, aut toto Oceano natantes, ſi qua via auro eſt, viciſti tanta vis auri eſt, quid? quod nihil illi inacceſſum, nihil illæſum.* 7

Nec omtti etiam poteſt locus Marliani, qui & Carolus Scribanius à nonnullis ex notatis adducitur, iſte enim *in theatro Politico, c. 9. pag. 103.* ut interpretetur Prophetam Oſeam, ita inquit: *Non eſt veritas, non eſt miſericordia, non eſt ſcientia in terra, maledictum, mendacium, homicidium, furtum, adulterium inundaverunt, ſed quæſo, unde tot mala? ſanguis ſanguinem tetigit, cur Regna evertuntur? Cur bona Reipublicæ diſſipantur? Cur tot civitates exterminantur? Cur ſolo æquantur? Quia æquitatis invertitur ordo, ſiquidem judices ſanguini tantum, & auro inhiantes, non quod jus exigit, hoc decernunt, ſed quò cupiditas impellit, eò* 8

deſle

deflectunt, sicut enim imposita humeris opera deprimunt, & ad terram flectunt etiam validissimos, ita animi licet erecti munerum pondere incurvantur, mollescunt duri, liquescunt solidi, subsidunt robore pleni, reliquisque invicti vitiis, auro victi jacent.

9 Addéque quæ pro execratione, punitione, & probatione Iudicum corruptelæ ex Aristotele, Herodoto, Cicerone, Valerio Maximo, Diodoro Siculo, Celio Rodiginio, & aliis notavit Covarr. *in reg. possessor 2. parte*, §. 3. *num.* 1. ex Plinio, Aulo Gellio, Alexandro ab Alexandro, & pluribus Doctoribus cumulavit Menoch. *lib.* 2. *de arbitrariis, centuria* 4. *casu* 342. *per totum*, ubi refert, quod à Cambyse, Dario, Iulio Cæsare, Alexandro Severo, & aliis contra Iudicem corruptum factum fuit, & videndi Mascardus *de probat. conclus.* 164. *cum duabus sequentibus*, Tiber. Decianus *lib.* 8. *criminalium, cap.* 35. *& sequent.* Farinac. 3. *part. prax. crimin. quæst.* 111. *per totam*, Cavellus *resolut. crimin. casu* 195. Osascus *in proœmio, decis. num.* 5. Mastrillus *de Magistratibus, lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 11. *&* 35. Esse *post tractat. de inhibition. in responso Syndicatus, n.* 7. 8. *&* 43. Avendaño 1. *part. Prator. capite* 2. *num.* 18. Giurba *consil.* 72. *num.* 17.

10 Ex quibus colligitur justissimè legibus variis pœnis hoc crimen coërceri, ut constat *ex titulis ad legem Iuliam repetundarum, & tit. Cod. de pœna Iudicis*, qui malè judicavit, & *legibus* 12. *tabularum* pœnam fuisse, ut capite mulctaretur Iudex, vel Arbiter pecunia corruptus ex aliis, relegationis, & exauctorationis supplicium irrogatur, aliqui arbitrariam pœnam dicunt, ut eos referens Menoch. *d. casu* 342. *per totum*, & *supra* relati ex jure Regni est pœna privationis officii, & cum duplo, vel septuplo acceptum restituant, *l.* 1. *tit.* 6. *l.* 5. *tit.* 9. *lib.* 3. *Recopil.* & ultra arbitrio Principis puniuntur Iudices corrupti, & videnda, quæ ex Baldo, Alberico, Platea, Puteo, Avilesio, Avendaño, & aliis noviter notavit Calderinus *in epitome legum pœnalium* 2. *part. c.* 32.

11 Et nominis Hispani *cohecho*, & *barateria*, eruditè etymologiam desumit D. Franciscus de Amaya *in l. fin. Cod. de jure fisci lib.* 10. *num.* 21. *&* 22. & de verbo *cohecho* Parlador. *lib.* 2. *rer. quotid. c. fin.* §. *num.* 16. Covarr. *in thesaur. linguæ Castellæ, & repetundarum* judicium dictum, quasi eo repeterentur iniquè à Iudicibus accepta, Brisonius Hotom. Pratenis, & Kaliaris *verbo repetundarum*, Herodius *lib.* 9 *rerum judicatarum, titulo* 3. & ut probationes faciles rederentur, novam formam adjecit probationum, *leg.* 6. *tit.* 9. *lib.* 6. *Recopil.* de qua *sequenti allegatione* agemus.

12 Quod adeò voluerunt leges prohibere, ut quamvis cum effectu pecuniam non recepissent Magistratus, nec crimen omnino perficeretur, adhuc dicendum est eadem pœna esse plectendos, eo solùm quod promissionem admiserint, nam quamvis cogitationis nemo pœnam mereatur, *l. cogitationis*, 18. *ff. de pœnis*, & ubi injuria nullum habuerit effectum non obsit conatus, nec affectus puniatur, *l.* 1. §. 1. *ff. de furtis, l. si quid fur, ff. eod. l.* 1. *in fine, ff. quod quisque juris*, quia eo solùm delictum non perficitur; id tamen, locum habet quando ad actum externum affectus non prodiret, quia cùm producitur ad actum, tunc pœnâ puniendus, ut *ex l. quisquis, C. ad Iuliam Majestatis, l. si quis non dicam rapere, C. de Episcopis & Clericis, l.* 1. §. *Diuus, ff. ad legem Corneliam de sicariis, l. is qui cum telo C. eodem l.* 1. *tit.* 21. *lib.* 8. *Recopil.* ex Cujacio, Andrea Gail. Cavalino. Ant. Gomez. Placa, Menoch. & Vela eruditissimè, ut solet, adductis Seneca, Iuvenali, Alexandro ab Alexandro, Tertulliano, Quintiliano, & aliis pluribus, D. Ioannes de Solorzano *in aureo tractatu de crimine Parricidii lib.* 2. *cap.* 16. *per totum ad interpretationem legis primæ, ff. ad legem Pompeiam de parricidiis*, eis verbis: *Qui emit venenum ut Patri daret licet non potuerit dare.* Et idem probatur, *l* 12. *tit.* 8. *partit.* 7.

Et ultra plura (etsi ferè omnia adducat) quæ 13
notavit Dominus Solorzano, nota Senec. *lib.* 5. *de beneficiis*, ita, *Veneficus est qui saporem cum venenum crederet miscuit, sic latro est etiam antequam manus inquinet.* Et videndus Æneas Robert. *lib.* 1. *rerum judicat. c.* 6. à quo ferè omnia mutavit D. Solorzano, & ut ex D. August. notavit Magister Marquez, *in principio Psalm.* 1. *consider.* 3. Deus Chaldæos turrim Babylonis ædificantes, etsi impossibile appeterent, nec perficere possent, adhuc acerbo supplicio affecit, quia ausum inchoarunt, & ego expendo text. *in l. si quis finali, ff. de rerum divisio.* ubi Pomponius tradit, Romuli Fratrem Remum occisum, ob id quod murum transcendere voluerit; ubi accipiendum vel ad actum externum processisse, ut notavit Accursius *ibi verbo, voluerit*, vel ut post eundem Accursium, notat Gothofredus *in d. l. fin.* & Duaren. *in l.* 3. §. *si rem, ff. de adquirenda possessione*, ibi: *Transcendere voluerit*, interpretandum pro, *volens transcenderit, argum. l. quod si ab initio, & l. fin. in principio, ff. si cert. petatur, l.* 1. *ff. de l.* 2. *l. si convenerit, C. finium regundorum*, quomodo conciliat Duaren. *dict.* §. *si rem cum, l. si rem* 47. *ff. eod.* & probavit Osuald. ad Donel. *lib.* 5. *comment. in notatis lit. D.*

Et in atrocioribus puniri affectum, licèt non se- 14
quatur effectus ex Cyno, Francisco Decio, & aliis probavit Grammaticus *voto* 8. *n.* 11. & solùm limitat id non observari ex consuetudine Italiæ, id verò ut non puniatur, pœnâ ordinariâ delicti sed extraordinariâ, sed puniendam esse criminis attentationem, etsi non perfecerit reus, præsertim quando reducitur ad actum exteriorem, ut in hoc casu *ex l. quisquis, C. ad l. Iul. Majest. l. si quis non dicam rapere, C. de Episc. & Cler. l.* 1. §. *Diuus, ff. ad l. Cornel. de sicar.* cum Andrea Gailio, Tiber. Deciano, Ant. Gomez. *& l.* 12. *tit.* 8. *p.* 7. probavit D. Solorzan. *de crim. parricidii, c.* 16. & in casu pernicioli exempli, ut in præsenti probavit Farinac. *in praxi crimen.* 4. *p. q.* 124. *n.* 19. & pondero locum Apuleii *lib.* 4. *Floridorum*, ubi eleganter eis verbis: *Omnibus bonis in rebus conatus in laude, effectus in casu est, & sicut ad pœnam sufficit meditari punienda, sic ad laudem satis est conari prædicanda*, à quo mutuavit Eruditus noster Laurentius Ramirez de Prado *in tractatu Consilii & Consiliarii in principio introductionis pag.* 7. in hæc verba: *Que empreder grandes cosas es digno de alabança, conseguillas effecto de la suerte: y como para la pena, basta tracar el delito, para la alabança intentar la loable*, & *in notatis lit. C.* adducit Puteum & alios.

Sed in terminis etiamsi in quocumque delicto, 15
prædicta non procederent, adhuc Magistratus, quia convenit de pecunia recipienda, & si non receperit, quia ad actum externum procederet conventione facta, puniri debeat pœna legis Iuliæ repetundarum, tamen ejus criminis reus existimandus, qui solum promissionem acceptavit & probatur *auth. Novo Iure. C. de pœna judicis qui male judicavit*, ibi: *Qui dicit se dedisse alicui vel promisisse*, & id admisit Mascardus *de probationibus conclus.* 164. *n.* 8. ibi: *Secundò amplia, procedere conclusionem etsi Magistratus non perfecerit barateriam sed solum illam aggressus est.* Ex Avilesio, Matienzo, Liberio, Deciano, Petro Gregorio, Azevedo & aliis, tenuit Bobadilla *lib.* 2. *Politica cap.* 11. *n.* 41.

16 Et ut sufficiat, promissioni Magistratuum consentire etsi promissio sit de futuro idque similiter observari in Regnis Neapolitano, & Siculo ex Matthæo ad afflict. Homodeo & Menoch. notavit Mastrill, *l.6.de Magistrat.c.8.n.5* 2.& idem Menoch. in idem refert Boërium, Grammatic.& alios, *lib.2.de arbitrar. casu* 342.*n.*28. qui tenent Iudicem corruptum dici cum solum aliquid ei promittitur & omissis Doctorum opinionibus expressè probatur jure nostro, *lib.6. tit.4.p.*3. Vbi Rex noster Ildephonsus cognomento sapiens recensens qualitates, quibus ornari debeat Magistratus, tradit eis verbis: *La sexta que en quanto tubiessen officios que ellos ni otres por ellos no reciban don nin promission de home ninguno que aia movido pleito, ante ellos*, & videndus Greg. Lop. *gloss.5.* ubi probat *pluribus locis & legibus Regalis ordinamenti.*

17 Et expressè traditur nostra *l.1.tit.6.lib.3.Recopil.* de cujus explicatione agimus, & de qua desumpta fuerunt capitula Correctorum, ibi: *y no recibiran dadivas ni accetaran promessa*, & insinuat etiam *l.6.tit.9.l.3.Recop.* ibi: *lo prometen y dan y ellos lo reciven*, quasi promittere idem sit, quod dare: nam omne promissum est debitum, *l. ultima, Cod. ad legem Falcidiam*, ubi tradit Gloss. Salicet. *in leg. qui explicandi, oppositione* 4. *Cod. de accusat.* & hanc rationem tradiderunt Bobadill. ex Menoch. *ubi proximè* ex Amadeo, Azeved. *in l.1.n.*24.*tit.6.lib.*3.*Recopil.* quemadmodum ex parte corrumpentis Iudicem sufficit attentare, ut pœnis subjaceat, *argumento l. Imperatores, ff. de jure fisci*, ibi: *non adversarios judices redimere tentent*, ex Baldo Follerio Marsilio, & statutis Italiæ, Menoch, *lib. 2. de arbitrariis, casu* 343. *n.*20.*&* 21. Calderinus *dict. 2. part. legum pœnalium, cap.*33.

18 Meritò quidem id admissum, ut ab omni culpa, & suspicione Iudices vacarent, & justitia nulla macula inureretur, non solum improbo avaritiæ effectu, sed neque affectu, cum adeo legibus Romanis hoc in cura esset, ut quamvis quis daret Iudici, ut secundum eum in causa justa pronunciaret, traditur *in leg ut puta* 2.*§. sed si dedi ff. de condict. ob turpem causam* crimen contrahi, & Iudicem corrumpere videri, de cujus textus explicatione valde dubitatum: nam ex eis verbis: *est quidem relatum condictioni locum esse*, Bart. Bald. Alex. & alii ad eum textum crediderunt esse locum conditioni ex parte ejus, qui dedit, ut secundum eum in bona causa judicaretur, quasi tum non impellat ad injustitiam, sed potius & in bona causa justè judicaretur, non sit ex parte dantis turpitudo, & ideò repetat, & confirment *ex leg. ubi autem* 3. quæ statim sequitur, in qua videtur Iurisconsultus quæstionem proponere diversam, videlicet, ut quando ex parte dantis, & accipientis turpitudo intercedat, quia si judici daretur, ut malè judicaret, cessaret conditio, unde colligunt tam ex adversativa *d. l. ubi autem*, quàm eo quod denegata condictione, quando datum, ut malè judicaretur videri concessam si daretur, ut secundùm bonam causam judicium feratur.

19 Sed hæc Antiquorum sententia ex ipsa litera textus, & juris ratione apertè rejicitur: ut notarunt ex antiquioribus Salicet. & Castrens. quos refert Iason *in dict. §. sed si dedi, n.*3. videlicet conditionem denegandam, quod etiam postquam aliorum sententiã retulit, probavit Covar. *in reg. peccatũ, 2.p.§.3.n.*1. *vers. ego tamen opinor*, ubi postquam contrariam sententiam tenentes retulit, condictionem denegandam statuit, quia ut traditur in textu, qui dedit pecuniam, ut sententia, etsi justa, feratur, justitiam reddit venalem, & crimen contrahit, & judicem corrumpit, & ultra constitutionem Antonini imperatoris, de qua *in d.§. sed si dedi*, ut litem perdat, qui Iudicem corrumpit, de qua *in l.1.C. de pœna Iudicis*, qui malè judicavit, de quo post glossam Iason. Alex. Boher. Matienz. & Covarruviam refert Menoch. *lib.2.de arbitrariis, centuria* 4.*casu* 343.*n.*5. etiam pecuniæ datæ condictio deneganda, ut tradit idem *ibi n.6.*& ex praxi Hispaniæ non repeti pecuniam in hoc casu tradit Calderinus 2.*p. legum pœnalium cap.*33.

In eo tamen non audiendus Menochius qui ea 20
verba; *Est quidem relatum conditioni locum esse*, addita negatione legit *locum non esse*, quia aliorum sententiam retulit *I.C.* à quo statim discedit, quasi cum crimen contrahat, & Iudicem corrumpat, turpiter faciat, qui dedit Iudici, ut secundum eum etiam in bona causa judicaret, & ideò non condicat, quia expressè dantis fuit turpitudo, & rectè contra antiquiores interpretatur Ant. Faber *in rationali dict. l.2. §. sed si dedi*, omnibus argumentis contrariis respondens, etsi nimio emendandi pruritu existimet verba illa, *sed hic quoque crimen contrahit*, legendum esse *contrahitur*, & *hîc* accipiatur pro adverbio, & adde quæ pro ejus textus explicatione ex Zabarella, Felino, Vantio, & decisionibus Marchiæ, & Lituanicæ tradit Nevius *in dict.§. sed si dedi*, & eandem esse pœnam corrumpentis, & Iudicis corrupti, Gloss. *verb. non faceret*, *in l.1. principio ff. de calumniat.* Iason *in§. quadrupli n.* 43. *instit. de action.* Farinac. 3. *part. crimin. quæst.*111. *art.*7. *ex num.*98 & expressè probatur *l.*26.*tit.*22.*p.*3. ultra quam Iudex officio privatur juxta tradita à Iulio Claro *in pract. lib.5:§. fin. q.*73.*n.*2.

Illud autem hìc libet adnotare, an Magistratus 21
qui aliquid contra legum nostrarum prohibitionem receperit, teneatur in foro conscientiæ restituere, quamvis spontè oblatum à litigatoribus, & teneri restituere probari videtur *ex l.*56.*tit.*5. *lib.*2. *Recop.* eis verbis: *no puedan tomar* & ibi *no puedan reçebir*, quibus inducitur incapacitas ejus, qui recepit, ut nec dominium adquirere possit, ut de verbo *non potest* probavit Gloss. *in verbo non potest*, *in c. non potest de regul. juris in* 6. ex Bart. Bertrand. Molin. Roland. Tiraquell. Gratian. Mench. Covar. Thusco, & innumer. Augustin. Barbos. *de dictionibus usufrequentibus dictione* 268.*n.*3. & ut tradit Thom. Sanch. *in simili casu matrim. lib.*1. *disputat.*7.*n.*18. tradit ibi: *negotio injuncta verbo potest, inducit necessitatem, & tollit omnem potentiam.* 22

Et facit textus *in §. alteri instit. de inutil.* ubi quod alteri stipulari nemo potest, omnino inutilem reddit stipulationem, & ad hoc referenda est *l.*1.*tit.*21.*l.*9. *Recop.* quæ loquitur in calculatoribus, & aliis Ministris, & officialibus Regalis Patrimonii, & prohibet munera accipere, eisdem verbis, *no puedan*, & ad explicationem *l.*11.*tit.*7.*lib.*7. *recop. ex l. non potest, ff de furtis*. Bart. Bald. Corras. Peralta, Aldobrandino Gutierr. Valasc. Pacian. & aliis probavit D. Castillo *de usufructu, c.*54.*n.*57. 23

Et facit *l.6.& 7.tit.*8.*lib.*5.*recop.* ubi cum prohibeant filios patri succedere illis verbis: *no puedan heredar*, ex eis Doctores colligunt in conscientia esse incapaces hæreditatis paternæ, cum leges prohibeant, & teneri eum restituere, Soto *lib.*4. *de justitia & jure, quæst* 5.*art.* 1.*ad* 4 Bartolom. à Medina 1.2.*quæst.*96.*art* 4. *ad* 4. Angles 2.*part. in* 4.*quæst. de domin. art.*3.*difficultate* 1.*&* 2. Bart. *in l fin. num.*3.*&* 9. *ff. de his, quibus ut indignis*, Sylvester *in summa, verbo filius, quæst.*4. *dict.*6. Speculator *tit. de testament.*

ment. gloss. 16. n. 44. Cervantes *in l. 10. Tauri, n. 74.* & *ibi* Tellus Fernandez *n. 7.* & 8. Antonius Gomezius *in l. 9. Tauri, num. 21.* Gomez Arias *in l. 7. Tauri, n. 77.* & 78. Rodericus Suarez *in l. 1. tit. 6. n. 21. l. 3. fori,* Azevedo *in l. 7. n. 26. tit. 8 lib. 5. recop.* Covarr. *in 4. de sponsalibus, 2. part. c. 8. §. 5. n. 3.* Molina *lib. 2. de primogeniis., c. 5. in fine,* Greg. Lopez *in l. 10. glossa 3.* & *4. tit. 13. part. 6.*

24 Rursus quia cùm contra legem recipitur, nulla est datio, & ideò teneri non potest, *argumento, l. non dubium, Cod. de legibus*, juncta doctrina Iasonis *ibi, num. 30.* junctis, quæ ex Jasone, Romano, & pluribus Theologis probavit Sanchez *in responsis moral. lib. 3. cap. unico, dub. 1. n. 26.* & quod recipitur contra legem prohibentem, debet restitui ex D. Thoma *2. 2. quæst. 62. art. 5. ad 2.* Divus Anton. *2. part. tit. 2. cap. 5. §. 1.* Sylvester. *verbo restitutio 2. §. 1.* Covar. *in reg. peccatum, 2. part. §. 2. num. 7.* & corruptio Iudicum & Officialium, quæ prohibetur prædictis legibus, magis operatur in retentione datorum, quam in receptione, & pœna adjungitur restitutionis cùm duplo, quadruplo, & septuplo juxta personarum qualitatem.

25 Præsertim quia omnes Officiales, & Magistratus, cùm ad officiorum exercitium admittuntur, jurant legum observantiam, ac perinde ex vinculo, juramento videntur adstringi, ut non recipiant munera, & ideò recepta restituere debent, quasi contra legem recipiant, & inducatur restitutio ex *infrà* dicendis, & ex dicto juramento, & legibus quibus ad nihil recipiendum à litigatoribus Iudicibus obligantur, videtur cum eis à Rege fieri contractus, in receptione officiorum, ut munera non recipiant, & obliget eos ad restitutionem cum pœna dupli, quadrupli, vel septupli, & ideò ad restitutionem teneantur, quasi huic legi se subdiderunt, *argument. legis Imperatores ff. de jure fisci*, eis verbis: *ipse te huic pœnæ subdidisti*, quæ expressè loquitur in illis, qui adversarios, vel Iudices ad sententiam obtinendam redimere tentarunt.

26 Et hanc opinionem, ut in foro conscientiæ debeant Iudices, & Officiales restituere id quod receperunt, videatur admisisse Mercado *lib. 6. de restitutione, c. 16. vers. ay otras cosas*, Bart. de Medina *l. 1. summæ, cap. 16. §. 3 in fin.* & *l. 2 q. 96. art. 4. ad sextum*, Ioann. de Medina *de restitutione, q. 20. col. 4. ad 4.* Corduba *lib. 1. q. 6. col. penult ad 7.* Ludovicus Lopez *in instructorio conscientiæ, 1. part. cap. 179.* Emmanuel Rodriguez *tom. 1. summæ, c. 186. concl. 1.* Aragon. *2. 2. q. 11. art. 3. vers. ad aliud de Iudicibus* Paludanus *in 4. differ. 15 quæst. 3. art. 5. ad finem*, Gabriel, *ibi, q. 6. art. 3. conclus. 4.* Archiepiscopus Blanco *2. part. Memorialis ad Paroch. pag. 40.* Menoch. *lib. 2. de arbitrariis, casu 342. num. 22.* Francis. Garcia *de contractibus, 2. part. cap. 4. condit. 6.* Æmilius *verbo Iudex, num. 6. ad finem*, & *ibi* Angelus *num. 8.* Sylvester *de restitutione, 2. part. §. 5.* & *verb. Iudex 1. q. 1. dict. 8. num. 13.*

27 Contraria tamen sententia, ut quamvis Iudices peccatum committant, recipiendo aliquid pro ferenda sententia non tamen teneantur in foro conscientiæ restituere, comprobatur, quia leges prædictæ sunt pœnales, & non obligant in conscientia ante Iudicis condemnationem, quasi nullus teneatur se ipsum prodere, & *ex cap. quis aliquando, de pœnitentia, distinctione 1. cap. cum secundum leges de Hæreticis, lib. 6. cap. licet Episcopus de præbendis eodem libro, cap. perpetuo 7. cap. commissa 35. de electione, l. fin. §. sin verò, Cod. de jure deliberandi, l. ejus, qui delatorem*, ibi: *verum oportet constare prius & de crimine pronunciare, ff. de jure fiscali*, adductis Glossa, Divo Thoma, Abbate, Felino, Corseto, Adriano, Covar. Castro, Soto, Navarro, Simancas, Menochio, Sylvestro, Matienzo, Guterrio, Anton. Gomezio, Iulio Claro, Menchaca, & aliis probavit Morla *in emporio, titulo de legibus quæstion. 9. num. 10. usque 21.*

28 Præterea, quia leges prædictæ nostri regni, quæ impediunt Iudices, & Officiales ultra salarium recipere pro administratione officiorum, etsi pœnam injungant, non impediunt acquisitionem dominii, & multa sunt, quæ licet prohibeantur, si tamen fiunt, facta tenent, *l. patre furioso ff. de his qui sunt sui*, ubi Doctores communiter, & Iason latè probat, Surdus *cons. 174.* & *175. num. 41.* & *cons. 360. num. 14.* Gratianus *decis. 64. num. 11.* Menochius *decis. 29. n. 22.* Escobar *de ratiocin. cap. 6. num. 38.* Thuscus *practicarum, lit. F. concl. 12.* quoad forum conscientiæ, & restitutionem, Medina *q. 20. de restitutione, versic. secundo.*

29 Et quando lex non exprimit prohibitionem acquisitionis Dominii, aut injungit restitutionem non inducenda, quamvis prohibeat actum, & comprobat Molina *de justitia & jure, tom. 1. tract. 2. disputat. 88. versic. possumus, ex cap statutum 11. versic. si quid autem, de rescriptis, lib. 6.* ubi postquam *in §. insuper*, statuit ut delegati Pontificis nullum munus recipere possint, vel præsumant, qualitercumque datum postea subdit *in dict. versic. si quid* ibi: *Ut si contra constitutionem receperint, teneantur ad restitutionem nullâ remissione eorum, quibus restituendum nullatenus profutura.* Vbi colligit Molina, ut quamvis prohibita fuisset receptio, non tamen translatio Dominii, cum restitutionem fieri expressè decidatur, alias ubi non adjungitur non inducenda restitutio nec prohibitio acquisitionis.

30 Deinde quia leges Hispaniæ, quæ utuntur verbo *non possit*, non semper habent vim impediendi translationem Dominii, vel annullandi contractum, ut constat *lib. 12. tit. 18. lib. 5. recop.* ubi prohibetur eis qui combia administrant, non possint in mercibus negotiari per se vel interpositam personam, & adhuc non irritantur contractus, sed apud omnes Iudices executioni mandantur, & *ex l. 5.* & *15. tit. 18. l. 6. rec.* jubetur alienigenas non posse negotiari apud Indos, nec emere argentum in massa, & intra certos limites Hispaniæ non posse vendi, vel donari equos, & tamen si contra factum, isti non tenentur in conscientia restituere, quod ex suis contractibus, licet prohibitis sunt consequuti.

31 Sed etiam *in l. 28. ad finem tit. 2. lib. 3. recopilat* ubi prohibetur Iudicibus Senatus Hispalensis, ne possint esse Advocati in aliquo negotio, & tamen si clam fuerint, & præmium laboris receperint, non tenentur in foro conscientiæ restituere ut notum est.

32 Tum & facit *l. 9. tit. 8. partit 1.* ubi agens de muliere uxorata, quæ facit votum Hierosolymitanum, eam sine licentia viri non posse votum facere, & tamen licet in prædicta lege statuatur non posse, si verò emiserit votum, in conscientia manet obligata, quamvis exequi prohibeatur sine viri licentia, ut notavit Greg. Lop. *in d. l. 8. gloss. 3.*

33 Et apertius comprobatur *l. 8. tit. 7. lib. 5. recopil.* ubi prohibetur, ut nullus habitâ fide ludat eis verbis nostræ legi, similibus *vo pueda jugar*, & adhuc statim in eadem lege, si ex ludo obligationes fierent, jubet eas rescindi, & nullas declarari, quod necessa-

rium

rium non esset, si ab initio ex prohibitione verbi *non possint*, non valerent, quia quod nullum est, rumpi non potest, *l. nam & si sub conditione, ff. de injusto rupto, l. obligare, §. tutor, ff. de auctor. tutor.* ex decisione Pedemontana, Surd. *cons. 52. n. 58. & cons. 114. n. 9. & cons. 160. n. 61.*

34 Quibus addendum est, ut quamvis verbum *præcipimus*, in mandatis Ecclesiasticis contineat præceptum, & obliget ad peccatum juxta communem sententiam, de qua Navar. *de præceptis Decalogi, c. 22. n. 55.* & facit *Clement. exivi, §. & quia verb. signific.* sed tamen apud nos in Hispania, verbum *mandamus*, quod idem est ac *præcipimus*, in decretis Ecclesiasticis non inducit peccati pœnam, nisi adjiciatur censura contra inobedientes ut tradit Castr. *de lege pœnali, lib. 1. c. 5. document. 4. vers. quidquid in jure*, idque ex eo provenit: nam ex usu Regionis interpretari debent verba, & legum præcepta præsertim cum proprio idiomate dicitur, ut in nostris legibus tradit Covar. *lib. 3. var. c. 3. n. 1.* unde verbum *no pueda de l. 56.* ut in aliis dispositionibus accipiendum, ut prohibeat actum, sed non injungat restitutionem in foro conscientiæ, nisi apertè exprimat impediendo acquisitionem.

35 Rursus facit argumentum Navarri *de præceptis Decalogi, cap. 17. n. 31.* ubi respondens argumentis Adriani, qui pro contraria tenuit, tradit quando aliquis dedit, ut Iudex injustè judicaret, tunc peccat, & dat sine timore, & coactione jus sibi eripiendum, & ideò non est ei restituendum, & quia in pari turpitudine ex parte dantis, quia Iudicem corrupit, & accipientis quia recepit, quod prohibitum, melior est conditio possidentis & repetitio non datur, *l. ubi cum l. sequenti, l. penult. ff. de condit. ob turp. cauſ. l. juris gentium, § si ob maleficium, ff. de pactis, c. in pari de reg. juris, in 6.* & *supra* notavimus, & in terminis Navarr. *ubi proximè, n. 30. vers. 2.* unde cui non datur repetitio nec restitutio facienda, & ideo quamvis valde improbata sit promissio dandi Assassino ut faciat homicidium, quæ ut non possit, promitti, decretum & non posse recipi, tamen ex multorum sententia, non debet Assassinus restituere ita receptum, quia cum sit turpitudo ex latere ejus qui dedit, ut Assassinium fieret non est illi restituendum, juxta quod notarunt *supra* adducti & Medina *de rest. q. 20. vers. in oppositum.*

36 Sed ex sententia Hadriani & aliorum, quos contra retulimus tradit Navarr. *d. n. 31.* quod tenuerunt Iudicem accipientem munera teneri restituere, id non esse respectu ejus, qui dedit, quia inhabilis redditur dandi turpitudine, sed restitutio fit facienda pauperibus, quæ non est de præcepto, sed de consilio, ut ex sancto Antonino, Sylvester. Angel. idem Navarr. *d. n. 30. vers. tertio. & n. 31.* & hanc sententiam ut in foro conscientiæ restitui non debeat, quod pro corruptela acceptum tenuerunt Angelus *verbo restitutio, c. 3. & 4. n. 1.* Palac. *in summa verbo restitutio, c. 3. & 4.* Alcozer *inter peccata judic. c. 26. §. el testigo*, Caiet. *in summa verbo, Iudicis peccata*, tradit *Iudicem Ecclesiasticum teneri munera restituere, Iudicē verò sæcularē non posse recipere*, Quasi quæ peccatū continent, & forum conscientiæ respiciunt magis pertineant ad Ecclesiasticos, & eandem opinionem tenuerunt Angles *2. p. in 4. q. de donatione art. 1. difficultate, 7.* Navarro latè *ubi supra* & melius Molin. *tom. 1. de justitia, & jure disp. 88. vers. mihi contraria* & videndus Thom. Sanch. *in responsis moralib. lib. 3. c. unico dub. 1. n. 28.* ubi pluribus prædictum rectè comprobat & adducto Sairo, & aliis probat Ioann. Francisc. Suar. *in Enchiridio casuum conscient. l. 5. §. cui restituendum vers. quod accepisti, & lib. 10. §. judicium, verbo, Iudex potest*, ex quo, & aliis probat Diana *3. p. tractatu sexto Miscellan. resol. 4.* & vide quod ex Lessio tradit *ibi tr. 5. resol. 45. & 55.* & hæc doctrina à Patre Gabriele Vasq. Ildephons. de Castro, & aliis doctissimis viris Societatis Jesu in manuscriptis comprobata.

Nec obstant quæ contra expensa, ut restitui de- 37
beant in foro conscientiæ accepta, quia quod respicit ad verbum, *non possit*, satis *supra* explicatum est & *l. 6. & 7. tit. 8. lib. 5. recop.* aliter accipiendæ quam *in d. l. 6.* non solùm prohibetur spuriis filiis aliquid relinqui & nullum redditur, & revocatur relictum, quod denotat non posse apud eos manere & dominii acquisitionem impedire, sed tamen disponitur non posse eis quæ relicta aliqualiter frui nec aliquā utilitatem consequi, quod expressè incapacitatem inducit & restitutionem, & *in l. 7.* subrogaretur in locum eorum, quibus relictum hæredes ab intestato & etiam *in d. l. 6.* quando palam contra legem aliquid relinquitur applicatur venientibus ab intestato & non fisco, ut ex Covar. Anton. Gomez, & Dominic. Sot. probat Azeved. *in d. l. 6. n. 5. & 16.* quibus addenda quæ ego notavi, *2. p. decis. Granat. 95. & 96. per totam*, unde cum in eo quos filiis spuriis relictum à lege substituuntur hæredes ab intestato meritò eis restituendum ex jure acquisito.

Nec etiam obstat, quod objectum *d. l. non dubium, C. de legibus*, ut quando aliquid contra legem recipitur, nulla sit datio, & contra legem receptum, restituendum, quia ut notavit Thom. Sanch. *in responsis moralibus. lib. 3. c. unico, dubio 1. n. 28.* ubi expressè agit, & ante tradiderat Covar. *in reg. peccatum, 2. p. §. 2. n. 7. de obligatione restituendi ex lege prohibente contractum, & dationem*, nota ejus verba: *Verum esse, quoties cōtractus ita lege reprobatur, quod nec actionem, nec retentionem pariat, tunc scilicet quando reprobatus est, vel ex defectu solemnitatis jure requisitæ, vel ob deficientem legitimum consensum pacisc entis ad perfectam rei promissæ translationem, quod in præsentiarum minimè contingit, & ideo restitutio necessaria non est*, & hoc admittit Navar. *d. c. 17. n. 30.* Angel. *verbo restitutio, c. 3. & 4. n. 1.* & alii *supra* adducti, & cum in nostro casu non improbetur corruptela ex defectu solemnitatis contractus, aut consensus ejus, qui dedit, videtur solùm ex prohibitione legis noninducendam restitutionem, & Covar. *d. n. 7.* proponit exempla in artifice, vel fabro conducto ad fabricandum, quod lege vetitum, & in milite, qui stipendia percepit pro bello injusto, quod ipse iniquissimum certò sit, & tamen nec artificem, nec militem ad restitutionem mercedis, vel stipendiorum damnandos, & pro *dicta legis non dubium* explicatione videndi Corrasius, qui ad eam scripsit Fortun. Garc. *de ult. fine, n. 109.* Bart. *cons. 17.* Tiraq. *de utroque retractu in præfatione n. 31.* Mendosa *de pactis lib. 1. c. 4. n. 39. & 43.* Azeved. *in l. 1. tit. 1. l. 3. lib. 5, Recop. n. 4. & in l. 1. tit. 18. dict. lib. 5. num. 2.* Cevallos *quæst 200. & 226. num. 1.* Sousa *de largitione munerum Regularibus interdicta, fundamento 2. n. 16.* Caldeira *de error. pragm. lib. 2. c. 4. n. 2.* Thom. Sanch. *de matrimonio, lib. 3. disput. 5. n. 2.* Morla *in emporio juris, 1. q. tit. 1. q. 6. n. 17.* Donell. *l. 21. comment. c. 14.* latè Suarez *de legibus, lib. 5. c. 28. per totum*, post Molinam *de justitia, & jure, tom. 1. tract. 2. disput. 88. vers. moveor, & vers. ad confirmationem, pro dict. l. non dubium*, adde plures, quos retuli *1. p. decis. Granat. 7. n. 17.*

Sed

Sed & idem Molina *ubi proximè* ex Sylveſtro,
39 Panormitano, Cardinali Hadriano, & aliis tradit prædictam legem *non dubium*, locum non habere, quando ultra irritationem, & annullationem actus lex ulterius procedit ad pœnam irrogandam, ut in omnibus noſtris legibus, quas *ſuprà* retulimus, ubi graviſſimæ pœnæ injunguntur privationis officiorum, duplici, quadrupli, & ſeptupli, juxta negotii qualitatem, quo caſu quemadmodum ad pœnam eſt neceſſaria Iudicis declaratio, ut *ſuprà* probavimus, ita etiam in foro conſcientiæ reſtitutio fieri debeat, & eandem interpretationem dictæ legis *non dubium*, ex Barrolo, Cyno, Dino, & Rotæ deciſionibus probavit Suarez *ubi proxime numero* 19.

Sed quod dicitur eodem modo leges operari in
40 retentione, ut in acquiſitione non rectè procedit, quia facilius permittitur retentio, quam petitio, ut in terminis Covarr. *in reg. peccatum*, 2. *p.* §. 2. *n.* 7. & *ſuprà* relati pro noſtra ſententia, & generaliter probatur *arg. l per retentionem, C. de uſuris, l. pluribus, ff. de verb. obligat. l.* 2. *C. de ſideicõmiſſis*, Roland. *lib.* 4. *conſ.* 17. *n.* 4. Cravet, *conſ.* 148. *n.* 2. *& conſ.* 789. *n.* 7. Surd. *de aliment. tit.* 8. *privileg.* 28 *n.* 3. *& privileg.* 76. *n.* 12. *& deciſ.* 277. *n.* 13. Gratian. *tom.* 3. *diſceptationum, c.* 408. *n.* 70. *& cap.* 470. *n.* 12. D. Caſtillo 5. *tom.* 5. *controverſ.* 2 *p. c.* 164. *n.* 6. Thuſcus *practicarum, litt. R. concluſ.* 306.

Et minus obſtat, quod de juramento opponitur
41 prædictis leges jurare Magiſtratus & Regios Officiales, quia ut notavit Molina *ubi proximè*, in eis nõ fit mentio de juramento, ſed *in l.* 3. *tit.* 9. *lib.* 3. *recopil.* jubetur Judices, quando ad munera admittuntur, eorum rectam adminiſtrationem juramento promittere, & quamvis de his legibus juramentum fieret, & robur adjungeret obſervantiæ, non mutat naturam cauſæ, ut ad reſtitutionem teneantur, ut notarunt Bald. & Odofred. *ad l. fin. C. de non numerat. pecunia* Covarr. *lib.* 2. *var. cap.* 14. *n.* 1. & juramentum non mutat, imò aſſumit naturam actus, cui adhæret, *d. l. ult. ſed & ſi poſſeſſori*, §. *item ſi juravero*, ubi Iaſon. *notab.* 9. *ff. de petit. hæredit.* Ant. Gabr. *tom.* 3. *communium opinionum, lib.* 2. *tit. de jurejurando, concluſ.* 10. Cacheranus *deciſ.* 49. *n.* 12. Menchaca, *de ſucceſſ. creat.* §. 9. *n.* 19. Covarr. *in c. quamvis pactum de pactis, lib.* 6. 1. *part* §. 4. *n.* 1. Menoch. *conſil.* 24. *n.* 7. Burgos de Paz *conſ.* 14. *n.* 21. Tiraq. *de jure conſtit. part.* 3. *limit.* 7. *n.* 35. *& in præfatione ad l. ſi unquam, num.* 165. *Cod. de revocat. donat.* & in terminis prædictum juramentum non obligare in noſtro caſu ad reſtitutionem, Molina *dict. tom.* 1. *tractat* 2. *de juſtitia, & jure, diſputat.* 88. *verſic. leges etiam.*

42 Denique non obſtat quòd expendimus in contrarium, videri inter Principem, & ejus Magiſtratus, & Officiales fieri quaſi contractum, ut admittantur ad munera eo pacto, ut nihil recipiant, quia de hujus pacti expreſſione nihil in legibus, ut tradit Molina *ubi proxime*, quamvis pactum interveniret, ut voluerunt contrariæ partis Doctores, qui ad pœnam ex pacto obligatur, non tenetur eam reſtituere, niſi apertè coram Iudice petatur, Corneus *vol.* 2. *conſ.* 69. & *vol.* 3. *conſ.* 55. quemadmodum in lege pœnali, quis ad eam in foro conſcientiæ non tenetur, antequam condemnetur, & ante id quem non peccare retinendo pœnam conventionalem, ex Dec. Felin. & Fortunio, Garc. probavit Morl. *in empor. tit. de legib.* 9. *n.* 22. *&* 23. ſed ut expereſsè notarunt Molina & reliqui *ſuprà* adducti pro noſtra ſententia, non eſt inducenda incapacitas acquiſitonis, & impedimẽtum translationis dominii eorum, quæ Iudicibus darentur, quando leges id apertè non exprimunt, cum facilè poſſent, & deberent exprimere, *arg. l. unicæ*, §. *ſin autem ad deficientis, C. de cad. tollend. c. ad audientiam de decimis.*

ALLEGATIO XLVIII.

De probatione criminis repetundarum.

1 *Teſtes ſingulares an ſufficiant ad crimen repetundarum.*

2 *Teſtibus ſingularibus probatur crimen repetundarum in Neapoli, & Sicilia.*

3 *Hæreſis, crimen læſæ Majeſtatis teſtibus ſingularibus probatur.*
Barateria *eſt ſimilis crimini læſæ majeſtatis.*
Vſura probatur teſtibus ſingularibus.
l. 4. *tit.* 6. *lib.* 8. *Recopil.*

4 *Simonia cui ſimilis*, barateria, *probatur teſtibus ſingularibus.*
Concuſſio affinis eſt barateriæ, & probatur teſtibus ſingularibus.
l. leges, C. de legibus
l. jubemus 4. *C. ad l. Iul. repetund.*

5 *Tres teſtes ſingulares de tribus actibus probant barateriam noſtris legibus.*
l. fin. §. *item reſcripſerunt ff. ad municip.*

6 *Facti evidentia pro majori probatione*

7 *Iudex ſepremus poteſt attentâ veritate ſecundùm propriam conſcientiam judicare.*
l. illicitas §. *veritas de officio Præſidis.*
l. 10. *tit.* 17. *lib.* 4. *Recopil.*

8 *Veritas, quæ poteſt attendi in judicando à Iudicibus ſupremis, debet ex actis reſultare.*
Reges & Iudices puniti qui proprio judicio non actis judicarunt.

9 *Tabellioni ſoli creditur in rebus pertinentibus ad ſuum officium, licet ſoli judici non credatur.*

10 *Teſti unico quando credatur in rebus ſui officii?*

11 *Tabellio quando omnino fidem faciat.*

12 *Delicta quæ fiunt in occulto difficilis probationis cenſentur.*
l. ex conſenſu. §. *ſuper plagis, C. de repudiis.*

13 *Repetundarum crimen difficilis eſt probationis, & per teſtes minus idoneos probatur.*
l. quæro, §. 1. *de adilit. edicto.*
l. ſervus, C. de probationibus.

14 *Teſti unico deponenti de facto proprio, qui non habet intereſſe in cauſa credendum.*
Probationum fides eſt Iudici arbitraria.

15 *Præſumptiones, quæ ſuffragantur dicto unius, qui de facto proprio deponit fidem conciliant.*
Proxeneta, & mediator corruptelæ Officialium, ſi eam declaraverit nullâ pœnâ punitur.

16 *Proxeneta & ſi aliàs teſtis non idoneus probat in crimine repetundarum.*
Proxeneta poteſt compelli teſtimonium ferre quando aliter veritas haberi non poteſt.

17 *In ore duorum, vel trium ſtat omne verbum.*
l. ubi numerus, ff. de teſtibus.
cap. cum eſſes, de teſtamentis.
l. 32. *tit.* 16. *p.* 3.
l. 114. *tit.* 18. *p.* 3.
Confeſſio extrajudicialis duobus teſtibus probatur & inducit ſemiplenam probationem.

18 *Metus eſt difficilis probationis & teſtibus ſingularibus probatur.*

19 *Probationes imperfecta conjunguntur in rebus difficilis probationis.*

20 *Probationes imperfectas jungi in rebus difficilis probationis procedit etiam in criminibus occultis.*
Crimen reputandarum probatur per imperfectas probationes.

21 *Singularitas adminiculativa non obſtat.*

22 *Teſtes ſingulares non dicuntur, qui poſſunt conjungi.*

23 *Singularitas teſtium in modo ſciendi non obſtat.*
Iuriſdictio probatur teſtibus ſingularibus, qui deponunt de diverſis actibus juriſdictionis.
Decimarum perceptio probatur teſtibus ſingularibus, cum quilibet deponat de diverſa perceptione.

24 *Repetundarum crimen probatur teſtibus ſingularibus.*

25 *Teſtes ſingulares, ut probent corruptelam Iudicis, debent eſſe bonæ famæ.*

26 *Teſtes fiſci in ſyndicatu & viſitatione debent probari eſſe omni exceptione majores.*

27 *Viſitationis judicium irregulare non admittit teſtes ſingulares.*
Teſtes debere probari eſſe omni exceptione majores contra Officialem pro quo præſumitur.

28 *Hiſpaniæ praxis admiſit in viſitationibus teſtes ſingulares in caſibus, in quibus probant.*

29 *Præſumptiones debent concurrere cum teſtibus ſingularibus.*

30 *Medium præſumitur probatis extremitatibus. c. inter dilectos, de fide inſtrument.*

31 *Præſumitur, quod pro aliquo datur, cedere in utilitatem ejus, ex cujus voluntate pendet.*

32 *Fuga Officialis à ſyndicatu an ſufficiat ad condemnationem?*
l. unica, C. ut omnes Iudic. tam civiles quàm criminales.

33 *Fuga ſemper inducit præſumptionem delicti.*
Innocens nihil timet.

34 *Probationes indirectæ quænam ſint? ex Baldo*

35 *Præſumptiones & conjecturæ faciunt obliquam probationem.*

36 *Præſumitur pro Iudice & Officiali.*
Probationes contra Magiſtratum, & Officialem pleniores eſſe debent.

37 *Inimici teſtimonium repellendum.*

38 *Teſtes familiares ejus qui eſt inimicus, non probãt*
Teſtis qui eſt particeps criminis, & agit de ſe exonerando eſt ſuſpectus.

39 *Solicitatoris teſtimonium improbandum.*

40 *Teſtes ſingulares de diverſis actibus probare corruptelam Iudicis, multò magis procedit in eodem actu, ſi de diverſis circũſtantiis deponãt.*
l. quod favore, C. de legibus.

41 *Munerum & avaritiæ vis.*

42 *Inimicitia affectata non repellit teſtem.*
Inimicitia gravis, & qualis eſſe debeat ad teſtem repellendum?
l. 22. tit. 16. p. 3.

43 *Teſtis familiaris non dicitur. ut repellatur à teſtimonio, qui ſine ſalario ſervit.*

44 *Solicitatores, qui à teſtimonio repelluntur, ſunt qui poſſunt ad cauſam effectum habere, & qui pro ſalario ſolicitant, ut Procurator, & Advocatus. cap. Romana, § fin. de teſtibus, l. 9.*

45 *Teſtis declaratio extrajudicialis non detrahit fidem teſtimonio judiciali.*

46 *Teſtibus deponentibus de mala fama, aliis de bona, potius creditur eis, qui de bona deponunt.*

47 *Teſtis ut reprobetur ex mala fama non ſufficit in genere probare malam, niſi caſus exprimatur, & ratio.*
l. Pomponius 10. ff. de negot. geſtis.
l. cum mulier 47. ff. ſolut. matrimonio.

48 *Falſitatis præſumptio ceſſat, ubi nullum eſt commodum ejus cui imputatur.*
l. fin. C. ad l. Iul. repetundarum

Probatio quæ ſufficiat ad crimen repetundarum, pro explicatione leg. 6. tit. 9. lib. 3. Recop.

IN cauſa quæ contra Regium Officialem facta fuit cum crimen objectum promiſſionem ei factam ſex millium aureorum, ſi in favorem promittentis decretum daretur, & ille qui tenebatur contradicere nihil adverſus partis intentionem fecit, & ceſſio publico inſtrumento facta fuit, ſub nomine alieno quo debitor promittentis ſe obligavit eam quantitatem ſolvere eo caſu quo decretum ut actum erat pronunciaretur, teſtis Petrus de conventione prædicta, qua illud pactum fuit cum Regio Officiali, Tabellio coram quo inſtrumentum ceſſionis factum, de illo teſtatus, & poſtea ſimul vidiſſe inſtrumentum habere Regium Officialem, ille etiam cui delegatio facta eſt, declaravit Regium Officialem ei dixiſſe quandam delegationem ſuo nomine faciendam, & ſimul alius teſtis cum Tabellione depoſuerunt, cum alloquerentur Regium Officialem coram ipſis confeſſum fuiſſe acceptaſſe prædictam promiſſionem, & delegationem ſex millium aureorum. Quæſtio, quia non videntur teſtes duo qui ſimul de acceptatione promiſſionis deponant, an recte probatum ſit crimen repetundarum.

Et pro jure fiſci, ut rectè probetur ex prædictis hoc crimen manifeſtè apparebit, ſi notaverimus verba *d. l. 6. tit. 9. lib. 3.* dbi traditur valdè Reipublicæ intereſſe ad hujus criminis probationem ſufficeres teſtes ſingulares, nota verba: *Y mandamos que en defecto de prueva cũplida ſe pueda probar en eſta forma que ſi fueren tres teſtigos o mas, los que vinieren diciendo ſobre juramẽto que hazan que dierõ dones al ivez que vala ſu teſtimonio maguer que cada uno diga de ſu fecho ſciendo las perſonas tales que entienda el que lo hubiere de librar que ſon de creer, y otroſi aviendo otras præſumptiones y circunſtancias por que vea el juez, que es verdad lo que diçen:* Nec ſolùm in Regnis Caſtellæ, ſed etiam in Neapolitano Regno per teſtes ſingulares crimen repetundarum probari ex Puteo, Bobadilla refert *l. 5. Politica, c. 1. n. 223.* & & idem Siciliæ ex pragm. ejus Regni practicari ex Afflict. Seſſ. & Aponte, notavit Maſtrill. *lib. 6. de magiſtratib. c. 8. n. 46.*

Sed & in aliis criminibus ex eorum gravitate, & quia valde neceſſarium eſt non relinquere impunita, ſed ut probentur idem in jure communi Doctorum ſententia admiſſum eſt, ut in hæreſi & in crimine læſæ Majeſtatis, Maſcard. *concluſ. 462. n. 16. &* 17. ex Boſio, Afflicto, & Marſilio, Cretofolerio, Farinacius *de teſtib. q. 64. n. 120.* & barateriam Officialium æquiparari crimini læſæ Majeſtatis, tenuerũt Maſcar.

Mascard. *conf.* 1064. *n.* 9. & 10. & per testes singulares crimen læsæ Majestatis probari & usuram, ex Peroio, Præpositio, Cacialup. Aymon. Roland. à Valle, Osasc. & pluribus Farin. *d. q.* 64. *n.* 195. & quoad usuram expressè deciditur *l.* 4. *tit* 6. *lib.* 8. *recop.* & in simonia ut probetur per testes singulares & similes ei crimen repetundarum dicatur, quia sicut per simoniam venditur res sacra, ita per barateriam venduntur leges, quæ sacratissimæ dicuntur, *l. leges sacratissimæ: C. de legib.* tenuit Mascard. *ubi proximè*: & in Concussione quæ est affinis nostro casui juxta *l. jubemus*, 4. *C. ad legem Iuliam repetundarum*, ibi: *à Iudice fuerit aliqua ratione concussus*, sufficere probationem per testes singulares, ex Hippolyto, Riminald. & idem in metu admittit Farinac. *ubi proximè, num.* 276. & in sodomia, & adulterio, & aliis pluribus casibus probavit idem *per totam q.* 64. *& ibi n.* 296. expressè tenet barateriam (ut Practicorum verbis utar) testibus singularibus probari.

5 In hoc igitur casu unus testis deponit de conventione cum Officiali Regio, ut ei donarentur sex millia aureorum, ut delegatio fieret, ut solveret debitor litigatoris personæ, quam supponeret Regius Officialis, ille etiam suppositus declarat à Regio Officiali præventum scripturam faciendam, & Notarius qui fecit, declarat factam, simúlque postea vidisse instrumentum habere Regium Officialem, & cum ille simul, & alius amicus alloquerentur Regium Officialem confessum fuisse utilitatem delegationis ad ipsum pertinere, & acceptasse promissionem, ex quo si juxta leges nostras sufficerent testes singulares, qui de tribus actibus deponerent, multò magis in hoc casu, ubi de quatuor actibus testimonium perhibetur, alius de promissione facta, & acceptatione, Tabellio de confectione instrumenti, ille cujus nomine cessio facta à Regio Officiali admonitus de cessione, & ulterius Tabellio, & alius testis deponunt de confessione, & tunc vidisse Tabellionem instrumentum in potestate Officialis, quæ omnia ita rem exprimere videntur, ut quod tradit Iurisconsultus *in l fin. § item rescripserunt ff. ad municipalem*, ibi: *probationes re ipsa sumi oportere*, quia evidentia facti superat omne genus probationis, Bald. *in rubric. C. de probat.* Marian. Soc. *vol* 3. *conf.* 61. *n.* 1. Albensis *conf.* 97. *n.* 3. Mascard. *de probat. q.* 8. *n.* 45. *cum seqq.*

6 Meritò in hoc casu locum habebit, quippe cum certum sit, & dubitari non possit factam fuisse delegationem, quia ex ipso instrumento apparuit, nec constet ex tota contextura litis aliquam causam fuisse, ut fieret delegatio, & ipsi qui delegarunt, deponant feciſse ex relatione tertii, qui primò deponit illum cum Officiali convenisse, ut ea pecunia daretur, & is cui cessio facta fuit declaraverit ex nulla causa factam fuisse, sed ei alloquutum Regium Officialem, ut fieret cessio.

7 Quid enim hæc omnia, nisi utilitatem rei persuadere valebunt juxta prædictorum testimonia, & eo casu secundum plurium opinionem, etsi regulariter judex non possit nisi ex actis judicare juxta *l. illicitas, §. veritas, ff de officio Præsidis*, tamen in supremis tribunalibus ex sua conscientia possunt Iudices judicare, itaut quamvis in hoc casu acta manifestè non persuaderent, si ex prædictis circunstantiis animus Iudicis induceretur, ut crederet Officialem crimen perpetrasse, posset & deberet condemnare, ut in terminis tenuerunt Guido Papæ, *q.* 29. quem sequuntur Roland. à Valle *vol.* 1. *conf* 70. *n.* 29. *& vol.* 3. *conf.* 68. *n.* 18. *&* 19. Thom. Grammat. *dec.* 19. *n.* 12. *cum seqq.* Franc. Bec. *vol.* 1. *conf.* 68. *n.* 18 *&* 19. & jure nostro Regio *ex l.* 10 *tit.* 17. *lib.* 4. *recop.* & ut possint Senatores judicare facti veritate inspecta, omissis judiciorum regulis cum Bart Bald. Avend. Matienz. Flores de Mena, Cavall. & aliis *ad interpretationem d. l.* 10. noviſſime Hermosill. *q.* 7. *ad legem* 56. *tit.* 5 *p.* 5. *n.* 33. *&* 14.

Etsi contrarium teneat D. Covarr. *lib.* 1. *variar. c.* 1. *n.* 7. *vers. testium*, ubi ex Cajetan. & aliis probat Iudices etiam supremorum Senatuum non posse judicare ex propria scientia, sed ex ea quam acta demonstraverint, idque verius videtur *ex nostra l.* 10. ibi: *sciendo hallada y probada la verdad del fecho per el proçesso*, & ita intelligendum tradit Azeved. *in ea n.* 117. ubi adducit Matienzum, Rebuff. Franc. Menoch. Octavianum, & alios, ut confirmat opinionem D. Covar. in idque etiam consentire videtur, ut debeat ex actis veritas probari, Hermosilla *ubi proximè, n.* 34. cui addendum, quod ex Clement. Roman. *lib.* 2. *Apostolicarum constitutionum, c.* 51. Theodoreto, Petr. Damian. Chrysostom. Athanasio, Albens. Saliano, & multis Conciliis, & Theologis noviſſimè probavit Paulus Sherlogus *in Cantica Salomonis antiloq.* 8. *sect.* 11. *per totam*, ubi plura cumulat circa Reges & Iudices, in quos Deus supplicia irrogavit, quia magis ex suo judicio, & affectu, quàm ex ordine judiciali sententias pronunciarunt. 8

Vtcunque igitur rem consideres circa nostrum casum pleniſſimam probationem hujus criminis invenies: nam cùm ipse Tabellio deponat de confectione instrumenti, & postea illud vidisse habere Regium Officialem, procedit communis Doctorum opinio *in c. cum parati de appellat.* quam cum Iason. Imola, Cyno, & Geminiano, Lanfranco, Iulio Clar. & aliis probavit Mascard. *concl.* 1138. Officiali solum credendum esse in rebus pertinentibus ad suum officium, & ideò Notario creditur, etsi Iudici non credatur, nisi constet ex actis, quia Iudicis officium non est ad probationem, sed ad judicium ferendum, Notarius autem ad probandum creatus fuit. 9

Sed & testi unico deponenti de proprio facto in eis, quæ ad suum officium spectant esse plenam fidem adhibendam, ex Bart. Bald Castrens. Salicet. Herculano, & aliis pluribus Menoch. qui loquitur in Notario, *lib.* 2. *de arbitris casu* 99. *n.* 2. *&* 3. Mascard. *de probat. q.* 11. *n.* 15. Anton. Gabriel *commun. opinionum, titulo de testibus, concl.* 1. *n.* 18. Ioseph. Ludovic. *decis* 70. & nullus melior testis instrumenti quàm Notarius, qui illud confecit Ioan. Andr. *in c. quoniam, contra de probation.* Alberic. *in tract. de testib. §. expedita, vers. videndum n.* 9. ex Bald. Dec. Panorm. & Capra, Mascard. *concl.* 1 99. *n.* 2. Bart. *in l. Chirographis, ff de admin. tutor.* Felin. Calcanus. Anchar Riminald. Felin. Grammat. & alii, quos refert idem Mascard. *concl.* 35. *n.* 15. 10

Facit aliquorum Interpretum traditio, quæ dubitavit, an Notarius posset computari numero testium, juxta Gloss. *in l. hac consultissima*, *§. ultimo*, *verbo octavum*, *C. qui testament. facere possunt*, quam sequitur Bart. *ibi, n.* 3. Bald. *in l. ult. n.* 18. *vers. quæro an Tabellio*, *C. de fideicommiss. & in rubrica*, *C. de fide instrumentorum, n.* 46. id autem procedit, ne computetur Notarius in numero testium, quem lex requirit, quoties ultra Notarium aliquos exiget testes, aut cum non deponit ut testis, aut cùm deponere vult contra instrumentum, quod fecit, quia tunc judicatur ut pars, ad quem causa pertinet, ut tenuit Bald. *in l. Imperator*, *ff. de statu hominum*. 11

ex l. generaliter, C. de non numerata pecunia, quem refert Barbatia, *vol. 1. conſ. 29 colum. 3. verſ. idem voluit* Bald. quod omne, cum in præſenti ceſſare videatur, quia Tabellio deponit ut teſtis, nec loquimur in caſu, quo lex ultra inſtrumentum certum numerum teſtium requirit, & deponit Tabellio in confirmationem, & effectum inſtrumenti, quod fecerat, nulla ratio eſt ex qua fides integra in hoc caſu Tabellioni detrahi poſſit.

12 Rurſus notari oportet hunc caſum criminis repetundarum eſſe difficilis probationis, ut expreſsè tradit noſtra lex 6. *titl 9. lib. 3, recop.* eis verbis: *Que eſto ſe haçe ſecretamente, y ſeria grave de probar*, etiam in jure quidquid occultè fit, difficilis probationis judicatur, ut in furto, quia clam fieri ſolet, ut difficilis probationis exiſtimetur, & ex ſolis indiciis, & præſumptionibus probari poſſit, ex Bart. Alex. Panormit. Grammat. & aliis notavit Maſcard. *conc.* 830. *n.* 3. & generaliter in omnibus delictis, quæ intra domum fiunt, ut in hoc caſu, quia nullus corrumpit Judicem in publico, ſed in occulto, ut cenſeantur difficilis probationis, & ſufficiant conjecturæ, præſumptiones, & teſtes minus idonei, *l. ex conſenſu, §. ſuper plagiis, C. de repudiis*, ex Bald. Jaſone, Alexand. Corn. & Grammat. Menoch. *de præſumpt. lib. 1. q. 58. n. 21.*

13 Et in terminis repetundarum, & Judicis corruptionis, ut ſit difficilis probationis tenuir idem Menoch. *de arbitrar. caſu* 116. *n.* 3. *ad finem*, & ſufficere præſumptionem ex probationibus, quando civiliter agitur *ex l. dolum, C. de dolo*, Ægidio, Boëſio, & aliis Maſcard. *concl.* 165. *per totam*, & tunc admitti teſtes minùs idoneos, videlicet domeſticos, conſanguineos, vel alios, qui aliàs non admittendi, Anton. Gabriel *rubric. de teſtib. concl.* 3. *n.* 14. Alberic. *in l. parentes, n.* 3. *C. de teſtibus*, Graſſ. *deciſ.* 10. *num.* 11. & in fratre cum Felin. & aliis Farinac. *de teſtib. q.* 54. *n.* 132. in marito contra uxorem, & è contra ex Baldo, & Maſcardo, idem Farin. *ubi proximè n.* 227. in domeſticis Alberic. Joan. Andr. Monticælus, & alii, quos refert idem Farinac. *q.* 55. *n.* 35. in criminoſis, & minus idoneis teſtibus, idem *q.* 62 *n.* 50. *cum ſequent.* quod enim juſtè procedit, & Doctores tenuerunt, quando ex qualitate rei veritas per alios haberi non poteſt, quo caſu juxta opinionem Antonii de Butr. & Monticelli, quos refert, & ſequitur Farinac. *q.* 63. *n.* 226. etiam unico teſti ſuper facto proprio à ſe geſto plena fides adhibenda, ſi alius de illo deponere non valet, idque in ſubſidium admittitur *ex l. quæro, §. 1. ff. de Ædilitio edicto, l. ſervus, C. de probat* tenuerunt Caſtrenſ. *lib. 2. conſ.* 116. *col.* 2. cum Bald Alexand. Dec. Marſil. & aliis Menoch. *conſ.* 98. *n.* 2 *cum ſeqq.*

14 Maximè cum nullam utilitatem teſtis habet ex facto, ſuper quo deponit, ut ex Iaſon. Socin. & Decio idem tenuit Menoch. *conſ.* 112. *n.* 19. & quoties in rebus difficilis probationis ſufficiunt conjecturæ, & præſumptiones, multò magis ſufficiet unus teſtis de facto proprio deponens, Abbas *in c. ultimo, notabili 2. de teſtibus cogendis*, Alex. & alii, quos refert Menoch. *conſ.* 788. *num.* 14. & quod ſine dubio eſt: nam cum probationes ad arbitrium Judicis referantur, *l.* 3. ubi notatur communiter, *ff. de teſtib.* Decius *conſilio* 650. & 652. Maſcardus *de probationibus, concluſ.* 740. *num.* 6. ejus relinquendum judicio credere teſti ſingulari, ex Caſſio, Tiraquell. Benintend. & pluribus, idem Menoch. *lib. 2. de arbitrariis, caſu* 99.

15 Et quoties fuerint conjecturæ, & argumenta, quæ ſuadent verum eſſe, quod depoſuerit teſtis ſingularis, ei credendum, ex Paulo Caſtrenſ. Soc. & Curt. Iunior probavit Cravet. *conſ.* 78. *n.* 7. Vnde cùm in hoc caſu veritas per alios, quàm per deponentes haberi non poſſit, quia Tabellio, qui fecit inſtrumentum, ille cui delegato facta teſtimonium exhibent, & mediator, qui cum ipſo Regio Officiali conventionem fecit de pecunia illi deponenda, & delegatione illi facienda, ultra quam omnes perfectam & concludentem conſtituunt probationem in hoc caſu, ubi à jure difficiles reputatur, juxta prædicta poſſet ſufficere teſtimonium ipſius mediatoris, & proxenetæ corrupti de facto à ſeipſo geſto, conjunctis aliis conjecturis, quia nullum commodum vel damnum mediator ſpectare poterat in hoc caſu, quippe ad illum non pertinebat utilitas litis, nec damnum timere poterat, eo quod corruptelæ mediator fuiſſet quia ex *noſtra l.* 6. qualibet pœnâ exoneratur, qui hoc crimen declaraverit, etiamſi ejus particeps fuerit, idque ut facilior probatio haberi poſſit, Nota verba noſtræ legis Regni: *Tenemos por bien, que el que veniere à diſcubrir, y decir el Don, que aſſi diere, ohubiere dado à los dichos Iueçes, que no aia pena porque la dio maguer, que la mereçia.*

16 Et proxenetam poſſe compelli ad teſtimonium ferendum, quando aliter veritas haberi non poteſt ex Abbat. Archidiacono, Annania, Franc. Marſilio, & Monticello, & aliis Farinac. *de teſtib. q.* 90 *n.* 417. & quamvis regulariter Proxeneta non ſit teſtis idoneus, tamen in crimine repetundarum illum plenam fidem facere ex Put. probavit Maſcard. *concl.* 1040. *n.* 25. ex Soc Iunior. Azeved. *in l.* 20. *n.* 10. *tit.* 7. *lib.* 7. *Recopil.* Maſtrill. *lib.* 6. *de Magiſtratibus cap.* 8. *num.* 47.

17 Sed etſi non probes mediatoris tantum teſtimonium ſufficere, ſufficiant tamen in hoc caſu quatuor eſſe teſtes duos Tabellionem & alium, qui eo ſimul cum Officiali tractarunt de promiſſionis acceptatione, & delegatione deponunt, quia dici poterunt conteſtes, quia de actu ipſo ſimul teſtantur, & ſuccedit regula vulgaris, ut in ore duorum vel trium ſtet omne verbum, *l ubi numerus, ff. de teſtibus c. cum eſſes, de teſtament. l.* 32. *tit.* 16. *p.* 3. ubi Greg. Lop. *gloſ.* 1. & 2. *l.* 114. *tit.* 18. *p.* 3 *ubi gloſſ.* 7. & poſt innumeros, Ant. Gomez *tom.* 3. *variar. c.* 12. 9. & 10. etſi aliquis dicat iſtos duos teſtes non deponere de ipſa promiſſione, nullus utique inficiari valebit eam duobus probatam inducere probationem ſemiplenam, ut tenuerunt *in c. cum olim de reſcript. per textum, ibi* Felin. *verſ. fallit nono*, Bart. Tindarus, ex quibus & aliis probavit Maſcard. *concl.* 350. *n. trigeſimo nono.*

18 Et quocunque modo teſtimonium mediatoris ejus, cui delegatio facta, Tabellionis, qui de inſtrumento deponit, & de confeſſione coram alio, etſi hæc omnia ad ſingularitatem referas, in hoc caſu, & eis, qui difficilis probationis ex jure communi, & noſtris legibus probant teſtes ſingulares, & ita metus, quia difficilis probationis eſt, ex ſingularibus teſtibus, & indiciis probatur, Paul. Pariſ. *vol.* 3. *conſ.* 53. *n.* 61. & *conſ.* 60. *n.* 21. Menoch. *lib. 2. de arbitris, q.* 116. *n.* 17. Boërius *deciſ.* 101. *n.* 2. Maſcard. *de probat. concl.* 1056. *n.* 2. Surd. *deciſ.* 194. *n.* 2. Seraph. *deciſ.* 771. *n.* 2. Fontanell *de pactis nuptialibus, tom.* 2. *clauſula* 2. *gloſſ.* 2. 5. *p. n.* 39. Farinac. *1. p. noviſſimarum deciſ.* 643. *n.* 23. ex Boccacio, & aliis, idem Farinacius *de teſtibus, quæſt.* 54. *numero* 276. Grammaticus *deciſ.* 5. *num.* 5. Mogollon. *de merc. c.* 10. *§.* 3. *num.* 8.

Sed

Sed quamvis quilibet teſtis, & confeſſio extrajudicialis duobus probata, ſolùm quælibet probatio ſemiplenam faceret, certum eſt in rebus difficilis probationis imperfectas probationes jungi, Felin. *in c. cum cauſam, n.* 10. *de probat.* Berojus *in rubrica de probat. n.* 18. Campegius *tract. de teſtibus, reg.* 303. ubi refert Bartolum, Baldum, Salicetum, Abbatem, Siculum, Chalderinum, & alios, & probavi Barbatia *lib.* 2. *conſ.* 6. *num* 33. Antonius Gabriel *titulo de probat. concluſ.* 1. *num.* 2. Mandellus *conſ.* 355. *num.* 7. Menoch. *lib.* 1. *præſump.* 39. *num.* 18. & *præſumpt.* 41. *num* 10.

20 Et ſi quis dixerit hoc procedere in cauſis civilibus, etiam in criminalibus, locum habere colligitur ex eo, quod adducens Butr. Dec. Pariſ. Lopum, & alios notavit Maſcard. *de probat. concl.* 397. *n* 8. & in omni negotio difficilis probationis imperfectas probationes jungi, & in quolibet crimine, etiam gravi, expreſsè tenuit Thomas Grammaticus *voto* 3. *n.* 3. his verbis: *Item in occultis criminibus ex eorum natura, veluti in venenatione, nedum ex juris diſpoſitione, ad torturam, verum etiam ad condemnationem præſumptiones, & conjectura ſufficerent in locum plenæ probationis* idque comprobat ex Baldo, Angelo, Alex. Caſtrenſ. Iaſon. & Butr. ex quibus in terminis criminis repetundarum minus perfectas probationes jungi, adducens etiam Puteum & Amadeum tenuit Bobadilla *lib.* 5. *Politicæ, cap.* 1. *numero* 222.

21 Præterea, etſi in hoc caſu conſiderari poſſit teſtium ſingularitas, dicendum eſt non eſſe ſingularitatem obſtativam nec diverſificativam, ſed potius cumulativam; nam mediator promiſſionis de ejus acceptatione, cum Officiali Regio conveniſſe teſtatur Tabellio de inſtrumento & delegatione, & ſimul cum alio teſte de confeſſione, & is cui facta fuit delegatio ipſum alloquutum Regium Officialem, & admonitum de facienda, qui omnes nihil obſtant quando teſtes ſingulares conſiderentur, ſed potius ſibi mutuò auxiliantur, & probationem cumulant, & hanc ſingularitatem adminiculativam non obſtare, ſed probare pluſquàm ſemiplenè, & ſi aliquid deeſſet de aliis circumſtantiis, quæ in hoc caſu intercedunt, & poſtea expendimus de bene ſuppleri, ex Caccialupo, Franciſco Curtio, Antonio Gabriele, & aliis probavit Farinac. *dict. quæſt.* 64. *num.* 52.

22 Sed etiam in hoc caſu dici poſſet teſtes prædictos non eſſe ſingulares, ſed potius conteſtes ex doctrina Bald. *in l. de quibus ff. de legibus, n.* 37. ibi: *Teſtes ſingulares dicuntur illi, qui in ſuis depoſitionibus ſimul jungi non poſſunt, & è contra illi non ſunt ſingulares, quorum depoſitiones licet diverſæ, poſſunt tamen ſimul jungi ad unum quid commune probandum,* & ſequutus referens Bald. in idem Conrad. & Anton. Petr. tenuit Farinac. *de teſtibus, q.* 66. *n.* 26.

23 Et cùm certum ſit, ut ſæpè diximus, delegationem factam fuiſſe, & ejus inſtrumentum in actis apparet teſtes, qui deponunt ex diverſis circumſtantiis, quæ omnes adminiculantur, ut in utilitatem Officialis Regis cederet delegatio, non debent dici teſtes ſingulares, ſed conteſtes exiſtimandi, exemplum proponunt DD. quando agitur de probanda juriſdictione, & teſtes de actibus diverſis deponunt, unus, quia vidit judicare, alius vidit viſitationem fieri territorii, & de ſimilibus, tunc non debent conſiderari, ut ſingulares, ſed conteſtes, ut notavit Bald. *ubi proximè* quem ſequitur Papienſis *in repetit. l. de quibus, ff. de legibus, n.* 135. eis verbis: *Vnus dicit, quia vidit ſcindi caput Seio, alius dicit, quod vidit ſuſpendi Titium ad furças,* quia tunc in probatione juriſdictionis conteſtes exiſtimandi, & confirmat Geminianus *in c.* 1. *de arbitris, lib.* 6. agens de perceptione decimarum, ſi teſtes de diverſa ſpecie grani quilibet deponeret, ſi unus diceret vidiſſe percipere decimas tritici, alius hordei, & ſic diverſa deponerent, quia conteſtari videntur in decimarum perceptione, & mirè conveniunt verba Caccialupi *in repetitione legis admonendi, n.* 108. *de jurejurando,* ibi: *Singularitas eſt in cauſa ſcientiæ, non in dicto principali: nam modus ſciendi eſt per diverſa media, ſed quod effectus eſt unus & idem,* & mutuavit à Bald. *in d. l. de quibus,* eis verbis: *Nam licet teſtes differant in loco, vel tempore, ſeu in cauſa ſcientiæ, vel in modo ſciendi, qui habetur per diverſa media, non dicitur differre in facto, & propterea ſingularitas hæc, quia non eſt propriè ſingularitas, non vitiat probationem, & hoc eſt, quando agitur de aliquo facto probando in genere, & teſtes probant, licèt ſingularitate impropria circa locum, vel tempus dicto caſu non conſiderabili, vel ſingularitate penes cauſam ſcientiæ, & modum ſciendi.*

Et in ſpecie hujus criminis repetundarum refe- 24
rens Hippolytum *conſ.* 37. *n.* 8. notavit Azevedo *in hac l.* 6. *tit.* 9. *lib.* 1. *rec. n.* 9 & 10. agens quomodo crimen repetundarum adverſus Iudices probandum, & de ſingularitate teſtium inquit; ibi *Et notandum teſtes non dico ſingulares reſpectu finis*: Vnde in hoc caſu cum omnes teſtes prædicti, etiamſi ex diverſis actibus deponant, tamen quoad finem, & effectum videlicet delegationem in utilitatem cedere Officialis omnes conveniant, non poſſunt dici ſingulares, ſed conteſtes exiſtimandi, & ferè in eiſdem terminis exemplum proponit Farinac. *de teſt. lib. q.* 64. *n.* 6. *ad finē*, ibi: *Vnus de ſolutione, alter de confeſſione, vnus de una confeſſione, alter de alia*, quemadmodum in noſtro caſu unus teſtis deponit de promiſſione, & conventione pecuniæ, quæ Officiali danda, quam ipſe acceptavit, alius de inſtrumento delegationis, & illud vidiſſe in poteſtate Officialis, & hic cum alio teſte deponunt de confeſſione Officialis, & alter deponit ab ipſo allocutum, ut permitteret ejus nomine delegationem fieri, quæ omnia manifeſtam, & concludentem probationem conſtituunt, ut nihil amplius exigi videatur, quaſi in unum conſpirantes probationes, *l. qui ſententiam* 16. *C. de pœnis*, eis verbis. *In unum conſpirante concordantéque rei ſine convictus ſit*, quod ex prædictis in hoc caſu rectè procedit.

Deinde quamvis verè, & ſine dubio teſtes præ- 25
dicti ſingulares judicarentur, ultra quam jure communi corruptela Iudicum teſtibus ſingularbus probatur, tamen jure Hiſpano ſine dubio eſt *ex l.* 6. *tit.* 9. *lib.* 3. *recop.* ubi traditur tres ſufficere teſtes, ſi in defectum probationis plenæ quilibet de actu diverſo deponat, & quantum probatio, de qua agimus, in hoc caſu excedat probationem trium teſtium, cùm quilibet de ſuo actu diverſo deponat, maximè quando concurrunt omnes qualitates, quæ adjecta *l.* 6. requiruntur, videlicet teſtes bonæ famæ & opinionis exiſtere, & tales eſſe debere, quibus credat Iudex fidem adhibendam, eis verbis: *ſejendo las perſonas tales que entienda el que lo hubiere de librar que ſan decreer*, quia expreſsè ex parte fiſci probatum fuit, ut ex actis apparet teſtes, qui contra Officialem deponunt eſſe bonæ vitæ & famæ, ultra quod in jure præſumitur pro fama & opinione cujuſque, niſi contrarium probetur, Bald. *vol.* 2. *conſ.* 166. & *vol.* 3. *conſ.* 77. ex Corn. Anchar. Cardin. Innoc. & pluribus Maſcard. *concl.* 235.

Vnde non urgeret juxta opinionem eorum, qui 26
tenuerunt, id ex parte fiſci debere probari teſtes eſſe

bonæ famæ, & omni exceptione majores, procedere in visitationibus secretis ubi copia actorum non datur, quia irregularitas judicii, & difficultas probationis ex parte rei compensanda, ut fiscus teneatur qualitatem suorum testium in actis demonstrare, ut in visitatione tenuit Gabriel Berat. *in speculo visitationis, c. 5. n. 79.* quamvis id malè observari notaverim *2. p. decis. Granatensi, 98. n. 41.* & in probatione secreta syndicatus, qui imaginem refert visitationis ex Corseto, Alex. Hyppolyto, Romano, Avendaño, Matienzo, & aliis tenuit Bobadill. *d. lib. 15. politicæ, c. 1. n. 124.*

27 Sed etsi admittas opinionem ejusdem Bobadillæ *d. c. 1. n. 231.* qui tenuit decisionem nostram *legis 6.* quæ admittit testium singularium probationem, in causa repetundarum non procedere in visitationibus secretis, quia in eis non potest admitti, ut condemnatio fiat ex testibus singularibus, quia irregularitas judicii occulti, & non dari copiam testium, ut possit adversus eos aliquid objici, compensari oportet, ut suppleatur probatione integrâ, plenâ & regulari, sed & si procederet illorum traditio, qui tenuerunt non solùm in judicio irregulari ex parte fisci esse probandum testes esse integros, & omni exceptione majores, sed etiam in quocunque judicio regulari, & ordinario, in quo actorum copia datur, quando contra Officialem inquiritur, ut ex Angel. Dec. Avend. & aliis refert Azeved. *in dict. l. 6. n. 16.* ex Rauden. Sess. Ioan. Garc. & Bobadill. Mastrill. *de Magistratibus lib. 6. c. 8. n. 48.*

28 Hæc autem omnia in hoc casu nihil jus fisci lædere poterunt, nec ejus probationes turbare: nam ultra quam opinio Bobadillæ, & nostra lex. 6. non procedat in visitatione occulta, & irregulari ex praxi, & communi stylo omnium Senatuum Hispaniæ improbata, in quibus in visitatione secreta adversus Magistratus, & Officiales in crimine repetundarum ex testibus singularibus condemnatio fit, in nostra specie inquisitio adversus Officialem jure ordinario datâ copiâ actorum facta fuit, quod non parum in ejus favorem cedere videtur, ut facilius se defenderet, & cum apertè ex parte fisci de fama testium, & eos omni exceptione majores esse probaretur, nihil est, quod omnia prædicta efficere, vel officere possint.

29 Vlterius quia quod amplius exigit nostra lex 6. ut præter testium singularium dicta aliæ etiam circunstantiæ & conjecturæ persuadeant, testem verum, deposuisse eis verbis: *Y otro si aviendo otras præsumptiones y circunstantias por que vea el juez que es verdad lo que dicen*, Quia multæ præsumptiones testium dicta adminiculantur, *Prima*, quia ex universa contextura litis, ex actis apparuit valde tenuisse eos contra quem Officialis Regius procedebat, nisi ei pecuniam donarent injustè ab illo vexandos. Et ideò variis modis corrumpere tentarunt, quasi ab illo insinuaretur velle aliquid dare usquequo illum testem alloquuti fuerunt, qui cum officiali de pecunia, & de legatione facienda convenit.

30 *Secunda*, quia cum in ipsis actis instrumentum delegationis exhibitum sit, & delegatio contineat fieri in eo casu, quo decretum daretur in favorem delegantis pecuniam, & nullo modo Officialis probavit, nec dum allegavit in alterius utilitatem cedere delegationem, quæ collata in eum casum, quo in favorem rei sententia pronunciaretur juxta doctrinam glossæ, & Textus *ibi, in c. quia sunt culpæ 28. dist. in fine*, Glos. *in l. ille à quo, §. si de testamento. ff. ad S. C. Trebell.* ut medium præsumatur probatis extremitatibus, notat Speculator *in titulo de probat. §. 1.* Isernia *in rubrica, quæ sint regalia in principio*, & probat Textus *in c. inter dilectos de fide instrument.* per quem voluerunt Abb. *ibi* & Felin. *n. 15.* media, si de eis dubitetur, probata censeri extremitatibus probatis, quod tenuerunt Bart. & Bald. *in l. multum interest, C. si quis alteri, vel sibi*, idem Bald. *in l. talis scriptura, de legat. 1.* ubi etiam Iason & Alex. *n. 3.* Ioan. Garc. *de nobilitate, gloss. 12. n. 3.* Menoch. *cons. 1101. n. 5.* ex Surd Matheslan. & aliis, Gratian. *2. tom. discept. c. 392. n. 11. 14 & 15.*

Vnde cùm in præsenti constet initium promissionis ex instrumento, finisque etiam in quem conferebatur, quando in favorem rei decretum daretur, illúdque datum fuisset extremitatibus probatis, medium, ut in utilitatem Officialis cederet delegatio, probatum existimari oportet, quia ex ejus voluntate, & facto pendebat, quod reus intendebat. 31

Deinde ea major, & fortior præsumptio urget, quia Officialis cùm adversus eum inquisitio procederet ad Ecclesiam confugit, quo casu ex sola fuga & juramento accusatoris in crimine repetundarum potest sequi adversus Officialem condemnatio, ut ex Bald. Angel. Hippolyt. Felin. & aliis Mascardus, *concl. 166. n. 1. & 2.* ex Avilés. Put. Homod. Cavalcano, & Azeved. Mastrill. *d. lib. 6. c. 8. n. 50. ex l. unica, C. ut omnes judices tam civiles quàm criminales*, Salicet. Tiraquell. Plat. Dulcetus, Vivius Brun. Menoch. & aliis pluribus per duas integras columnas Authores referens Bobadill. *lib. 5. Politicæ, c. 1. n. 118.* & quamvis ille *n. 119.* & Mastrill. *ubi proximè* tenuerint non esse Officialem condemnandum ex fuga, quando ad judicium redierit, & sui copiam fecerit, quocumque autem modo in nostro casu fuga præsumptionem præstat, & conjecturam quæ possit juvari testibus, ut eis Iudex credere posset juxta *dictam leg. 6.* 32

Concludendum igitur est circa probationem hujus criminis non posse Officialem excusare à fuga, quod ab eo dicebatur de nimis acri animo, & inimico Iudicis, qui adversus eum inquisitorem faciebat, quia ultra quàm inimicitia affectata est (ut statim dicemus) & nihil præstat, nullâ aliâ ratione potuit ad fugam impelli Officialis, nisi timore culpæ, quia si illa vacaret, sua innocentia satis tutus censeretur juxta illud Horatii *lib. 1. epistola 1.* 33

——*Hic murus aheneus esto,*
Nil conscire tibi, nulla pallescere culpa.

Et ex Seneca epistola 97. *At bona conscientia prodire vult, & conspici ipsas nequitias, tenebras timet*, & nihil magis indecorum, & à dignitate Officialis alienum, quàm fuga, ille enim nisi suo delicto nimis urgeretur, ut reliquis exemplum præberet, juxta illud Poætæ Horat. *lib. 3. Oda 3.*

Si totus illabatur Orbis,
Impavidum ferient ruinæ.

Constans & securus se omnibus exhiberi debebat, & nullus inficiabitur maximam delicti præsumptionem sumendam ex præcipiti irruptione in fugam.

Et cùm crimen hoc repetundarum difficilis sit probationis, ut jam prædiximus, & constat *d. l. 6. l. 1. tit. 16. partit. 2.* non potest plenior probatio exigi in hoc casu, quasi omne genus probationis inveniatur, cui addenda sunt elegantissima verba Bald. *in rubrica, C. de probation. n. 6.* ibi, *Probationum quædam sunt directæ, quæ ad litteram testificantur de re probata, quædam sunt obliquæ quæ non probant intentionem per se, sed probãt aliquid aliud, quo probato sequitur quod intentio sit probata, hoc autem esse pluribus modis, quia quandoque infert intentionem ex ut necessitatis* 34

natu

naturalis, quandoque ex vi neceſſitatis legitimæ, quandoque ex vi probationis veroſimilis.

35 Quod autem in hac cauſa locum habet, quippe probatio directa, & quæ à lege requiritur *juxta d.l.6.* manifeſtè in hoc caſu procedit obliqua & indirecta ex conjecturis & præſumptionibus, quas expendimus quæ ex neceſſitate naturali, ex cauſativa, & veroſimili inducere videntur Officialem in hoc caſu criminis reum eſſe, & condemnandum.

36 Sed ab Officiali Regio contra prædicta objiciebatur *Primò.d.l.6.tit.9.lib.3.recop.* quæ admittit probationem teſtium ſingularium in crimine repetundarum procedere in tribus actibus diverſis, non verò in uno, & eodem facto, ut noſtra quæſtio. *Secundò*, adverſus Magiſtratum, & publicum Officialem ex præſumptione, quæ eis aſſiſtit, debere eſſe præſumptiones, & probationes magis urgentes, & clariores, *arg.l.ſi quis, C.de Offic.civil. Iudic.* Bald. *in l. obſervare, § proficiſci, q.10. ff.de offic. Proconſul.* Aviles. *in c.1. Prætor verbo dadivas, n.27.* Grammatic. Ægid. Boſius, Paris de Puteo, quos refert, & ſequitur Menoch. *lib.1.præſumpt.83.n 2.* Raudenſ. & Seſſe ex quibus probavit Maſtrill. *lib.6.de Magiſtratibus cap. 10.n.8.* præſertim virum probum, nobilem, bonæ vitæ, & famæ eſſe Officialem, de quo crimen præſumi non oporteat, *arg.l.meritò ff pro ſocio*, Panormit. *lib.1.conſ.68.* Rolandus à Valle *vol.3.conſil.42. num.15.*

37 *Tertiò*, dicebat Iudicem, qui adverſus eum inquiſitionem fecerat, eſſe illius inimicum, & ab omni judicio, & teſtimonio repellendum, *l.3. ff.de teſtibus*, ubi Gloſſ. Bald. Salicet. & alii, Farinac.

38 Sed & teſtes eſſe familiares Iudicis dicebat, & non eſſe idoneum teſtimonium illorum, qui ſunt de familia inimici, *c. in literis de teſtibus*, ubi Bald. *n.1.* Farinac. *de teſtibus q.55.n.122. cum ſeqq.* & ex Bald. Panormitano Grammatic. Marſil. & Alex. probavit Maſcard. *concl.1050. n.7.* & mediatorem criminis repetundarum non admittendum quia agit de ſe exonerando, & non poteſt ejus teſtimonium cenſeri idoneum, quando particeps criminis exiſtimatur, & in terminis, Aviles. *c.5. verbo, ſatisfaçion, n.2.* ex Caſtaldin. & aliis Azeved. *in d.l.6.tit.9 lib.3.recop.* Farinac. *de teſtibus q.60. n.406. & q.136.n.75.* Zephal. *lib.5.conſ.741.n.14.*

39 Tum & teſtes intendit citaſſe alios teſtes & illos adduxiſſe ad Iudicem, & eo caſu eorum teſtimonium repellendum, quaſi cauſæ Procuratores, Felin. *in c.cum à nobis, n.15. de teſtibus*, ubi Ant. de Butr. *n.13. ad finem*, Alexander ad Bart. *in l.deferre, § idem decreverunt, in additione lit.C. verſ. quid autem in ſolicitatore, ff.de jure fiſci*, pluribus, Farinac. *de teſtibus, q.60. n.244.* & aliquem ex teſtibus intendit, coram amicis, dixiſſe extrajudicialiter, ſed falsò juraſſe contra Officialem, & ferè omnibus opponit defectus eſſe vilis conditionis, & famæ, & ideò eorum dictis fides detrahenda, juxta quæ notarunt Oldrad. Conradus, Federic. Monticell. & Roland. quos *& l.3. ff. de teſtib.* ibi: *aut plebei* ſic refert Farinac. *de teſtibus, quæſt.57. num.59.* adde Maſcardum *concluſ.705. num.19.*

40 Sed nihilominus prædictis nihil refragantibus, pro fiſco judicandum eſt, & crimen repetundarum cenſeri probatum juxta prædicta. *Primum* enim ut noſtra lex *6.tit.9.lib.3.recop.* ſolùm procedat, quando teſtes ſingulares deponunt de tribus actibus diverſis, non verò ut in hoc caſu, cùm depoſuerint de circunſtantiis diverſis ejuſdem actus admitti nullo modo poteſt, quia ſolùm ex cerebro Advocati opinio nullo juris fundamento firmatur, quippe quod majori publicæ utilitatis favore admiſſum, ut ex tribus diverſis actibus crimen repetundarum poſſit probari, non debet contra retorqueri, ut in uno, & eodem actu non ſufficiant, *arg.l.quod favore C.de legibus*, & juxta Farinac. *de teſtibus q.64.n.6.* exemplum de eodem caſu *ſupra* expendimus, quando unus teſtis depoſuit de ſolutione pecuniæ, alter de confeſſione, & in terminis, ut quod *d. l. 6.* admittitur in diverſis actibus, quando ſingulares teſtes de quocunque deponunt, procedat in uno, & eodem actu, ſi ex diverſis circunſtantiis teſtibus ſingularibus probaretur, expreſsè tenuit Bobadill. *lib.5. Politicæ, c.1. n.221.* & proponit exemplum *n.211.* ſi unus teſtis deponeret vidiſſe litigatorem intrare ad domum Iudicis cum phialia argentea, & alter diceret eandem vidiſſe habere Iudicem, vel quando unus teſtis diceret ipſum dediſſe Iudici pecuniæ ſummam, ut corrumperet; alius declararet, ut quamvis non vidit pecuniam dari Iudici, tamen audivit extra cubiculum eam pecuniæ ſummam numerari, quibus caſibus, ubi de eodem facto teſtium teſtimonium, ſed tamen ex variis circunſtantiis, ſufficere ad probationem criminis repetundarum, & duas ſemiplenas probationes in hoc caſu jungi, Grammat. *voto 3.* & ex Iaſ. Alex. Caſtr. Bald. Put. Amad. Butr. & aliis, rectè crimen probari *juxta noſtram legem 6.* tenuit conſtanter Bobadill. *ubi proximè*, & adeo menti noſtræ legis & juri rationi congruit, ut amplius inſiſtere ſit ſupervacuum.

41 Deinde quod *ſecundò* objectum adverſus Officialem, probationes clariores eſſe debere, & de nobili, & probo viro, hoc crimen præſumi non oportere, ut notavimus *n.36.* parum facit, quia adverſus Iudices, & ſupremos quoſcunque Magiſtratus, *d.l.6.* loquutæ prædictam probationem teſtium ſingularium admiſit, ut valdè Reipublicæ utilitati neceſſariam, & quamvis de viro nobili non poſſit delicti ſumi præſumptio, tamen reſponderi poteſt ex verbis ſacræ Scripturæ Deuteronomii *c.16. Quia munera excæcãt oculos ſapientum, & mutant verba juſtorum*, cupiditas enim pecuniæ nobilioris ſapientis & probi affectus inquinat, delet, & corrumpit, & addenda verba Caroli Scribanii *in Politic. Chriſtiano, lib.2. c.9.* ibi: *non venalẽ habebit vocem & calamum, quiſquis muneribus viam dederit. ſed patrem, matrem, conjuges, filios, animam denique ipſam, cùm enim Scriptura teſte ſapientẽ vincat & juſtũ, quæ vis non cadet? nam quid potentius, quàm juſtos in fraudẽ, & injuſtitiam impellere? exoculare ſapientes?* & quanta cæcitas mentibus noſtris pecuniæ cupiditas immittat, probatur ex Divo Auguſtino *libro de doctrina Chriſtiana*, dum inquit: *Cæcus eſt, credendo enim dives eſt non videndo, amas pecuniam: ô cæce, quam nunquam videbis, cæcus poſſides, cæcus moriturus es, quod poſſides hîc: relicturus*: ex hac enim mentis caligine, judicii torpedine quæ non ſperanda? & hoc crimen repetundarum etiam in nobili viro credendum, quando tot teſtimonia, præſumptiones, & circunſtantiæ manifeſtè ſuadent.

42 Sed quod adverſus Iudicem, & teſtes objectum eſt, nihil movere poterit, quia ultra quàm nihil contra Iudicem de inimicitia probatum fuit, & inimicitiæ affectatæ non debet objectio admitti, ut notavit Farinac. *de teſtibus, q.53.* & ea ſolum inimicitia legibus noſtris probatur, quæ capitalis, & magna, & quæ inſidias paraſſet, ut occideret illum, vel conſanguineum ejus contra quem judicaret, vel teſtimonium ferret, ut alter alium accuſaret in cauſa, quæ ſi probaretur, mortis pœna, vel membri mutilationis irrogaretur, vel exilii, aut majoris partis bonorum fieret condemnatio, hanc igitur inimicitiam jus noſtrum

probavit,ut excludat Iudicem,vel teſtem *l.22.tit.16. p.3.* & cùm in hoc caſu de nulla cauſa inimicitiæ conſtaret,non eſt admittenda, quæ effectata,& quando aliqua eſſet ex levi inimicitia,non poteſt præſumi aliquem dejerare, & ut ex Bald. Innocentio & aliis probarunt Greg. Lop. *in d.l.22. gloſſ.2.* Maſcard. *de probat.concluſ.1050.*

43 Minus etiam movere poterit, quod objectum familiares inimici non eſſe teſtes idoneos, quia nulla in hoc caſu fuit inimicitia, & teſtes non erant Iudicis familiares,nulli enim teſtium Iudex ſalarium dedit,nec aliquis in domo illius degebat, ſolum unum teſtem dicebant ſolere Iudicis domui aſſiſtere, ut eum comitaretur, & quamvis omnibus idem objiceretur (quod in aliis allegatum, & probatum non fuit) teſtes, qui pro ſalario non ſerviunt, tempore, quo pro aliquo deponunt, non cenſentur inhabiles, ut pluribus notavit Farinac *de teſtibus,q.55.à n.14. cumſeqq.* & quando iſti teſtes repellendi, intelligendum eſt,de illis, qui pro ſalario, non de eis, qui pro libito ſerviunt,vel ad domum accedunt,Thuſc.*pract. lit.F,concl.72.n.22.*ultra quam in hoc caſu nihil Iudicis intereſt,ut quamvis de ejus familia teſtes eſſent, non repellendi.

44 Et minus nocere poterit quod de aliorum teſtium ſollicitatione objicitur, quia licèt Iudicis præcepto coram illo adducerent, alios teſtes,quos in ſuis dictis depoſuerunt de cauſa notitiam habere ihil eorum fidei nocebit, quippe ſolùm teſtes ex hac ratione improbantur,qui poſſunt cauſæ effectum habere, & de illa curant, quia ſalarium habuerint ut Procurator,& Advocatus,*c.Romana,§ fin.de teſtibus lib.6.* Maſcard.*concl.1358.* Farinac. *q.60.n.29.ex l.1.ſi.de teſtibus* Bart.& aliis Natt.*conſ.161.n.11.*

45 Et nec ad rem faciunt quod de reprobandis teſtium dictis, qui agunt de ſe exonerando,& participes fuerunt criminis, objiciebatur quia *ex noſtra l.6.tit.9.lib.3. recop.* apertè ab omni pœna eximitur qui in hoc caſu interceſſerit, ſi illum declaraverit, & teſtimonium mediatoris in hoc caſu valere jam probavimus, & multò minus reum exonerare poterit quod objectum unum ex teſtibus extrajudicialiter coram amicis confeſſum falsò juraſſe contra Officialem, quia ultra quàm id probatum non fuit, nihil officit quod teſtis extrajudicialiter declaravit ut detrahatur fides teſtimonio judiciali, ut pluribus probavit Maſcard. *concluſ.1368. n.1.* adde quæ ex Fulgoſ.Pariſ.Soc. Iunior. Ioann. de Amicis,& Hieronym Gabriel. notavit idem Maſcard. *concl.1317. num.6.*

46 Rurſus quod teſtibus opponit eſſe viles, malæ famæ, & opinionis, præterquam in actis ex parte fiſci probata fuit opinio, & bona fama teſtium, ut jam prædiximus nihil ſpecialiter contra eos dicebatur,ſed eſſe improbæ opinionis,quod nullo modo ſufficiet, quippe quando extant teſtimonia contraria videlicet deponunt aliqui de bona fama teſtium, alii de mala, potius credendum eſt ei, qui de bona deponit; & excludit infamiam,Bald.*in l.fin.col.4.ff. de feriis,* Anchar.*conſ.139.& conſ.254.*ex Iaſone,& aliis Natt.*conſ.341.n.11. & conſ.462.n.10.* Felin.*in c.cum contingat.n.2.de reſcript.* Anton.Gabriel *communium tit.de teſtibus,concl.4.n.45.*

47 Et ut teſtis ex mala fama repellatur, non ſufficit in genere deponere de mala fama, niſi ratio & caſus exprimantur, Maſcard. *concl.1370.n.8.*Farinac. *q.47.n.316.* & unus ex teſtibus, cui hæc objiciebantur, fuerat miniſter ipſius Officialis, qui illum elegerat ad muneris ſui explicationem, & faciunt verba Scævolæ *in l.Pomponius 10.ff. de negot. geſtis* ibi *Quod reprobare non poſſunt, quod ſemel probavi,* & quod tradit Textus *in l.cum mulier,47.ff.ſoluto matrimonio,* eis verbis : *Cur enim improbet maritus mores.quos ipſe aut ante corrupit,aut poſtea probavit.*

Denique ex prædictis apparet nulla ratione præ- 48
ſumi poſſe prædictos teſtes falſum depoſuiſſe, quia ex eo nihil conſequi poterant utilitatis *ex l. fin. C.ad leg. Iul. repet.* quæ loquitur in terminis, Fulgoſ.*conſ.173. verſ. contrarium*, Cuman *conſ.136.* ubi tradit falſitatem non debere fruſtra committi,quando ſibi quis non prodeſt, Corn. *lib.3. conſ.63. verſ.ex quo actum*, dum inquit : *Vbi non eſt commodum, ceſſat doli præſumptio*, Aymon. Cravet. *conſ.6.num.22.& conſ.8.n.13. conſ.9.n.29.conſ.65.n.9. conſ.73.n.13.* & omnino ceſſare doli præſumptionem & falſitatis, quando non conſtat de utilitate ejus cui dolus, aut falſitas imputatur.Rubeus *conſ.15.n.6.* Blanc.*in leg. ult.n.255.ff.de quæſtionibus*, Corneus *lib.4.conſ.217. ad finem*, & nunquam eſſe locum huic præſumptioni, niſi aliqua cauſa ad id impellente probarunt Abbas *lib.2.conſ.69. col.2.* Marſil.*conſ.72. & conſil. 77.num.78.* Rolandus à Valle *lib.tertio, conſilio 11. num.35.*

Ex quibus omnibus apparet legis pœna hoc cri- 49
men vindicandum, ut publica munera à prædicta labe repetundarum liberentur,& adminiſtratio Reipublicæ juſta,& recta valeat procedere.

ALLEGATIO XLIX.

De Sponſa decedente ante nubilem ætatem, num poſſit pro uxore haberi?

1 *Commendarum Indiarum ſucceſſio eſt inter conjuges.*

2 *Reſcripta ſucceſſionis commendarum requirit cohabitare conjuges ſex menſes.*

3 *Cohabitatione non ſequutâ inter conjuges ſucceſſio commendarum locum non habet.*

4 *Mulieris nomen refertur ad eam quæ virũ paſſa. l.ſi collectaneus,13.de manumiſſ.vindicta. l.alioquin 11.de contrahend.empt.*

5 *Sanctiſſima Virgo Maria innupta dicitur, licèt matrimonium contraxerit, quia virum non cognovit.*
Nubere *verbum ad copulam refertur.*

6 *Matrimonium ad uſum mulieris referendum.*
Matrimonia per uſum, coemptionem & confarrationem apud Romanos.

7 *Vxores duci ad domum virorum erat neceſſarium, ut matrimonium perfectum cenſeretur.*
Conſuetudines diverſæ uxores ducendi ad viros.

8 *Hebræorum ritus in ducenda uxore ad domum viri.*
c.12.lib.Indic.

9 *Vxor quæ in manum viri veniebat à poteſtate patria eximebatur, & in familia viri conſtituebatur.*
c.3.Geneſis.
c.22.Levitici.
c.30.Numerorum.
l.Pronuntiatio, §. familiæ appellatione, ff. de verb. ſignif.
l.pen.C.de inoff.donat.

l.ea quæ in principio,ff.de donat inter.
l.Lucius,§ quæ marito ff.de leg.2.
l.2.§.1.ff.solut. matrin.

10 *Vxor quæ in manum mariti veniebat,habebat in ejus bonis jura sui hæredis.*
Vlpian.in fragm.tit.22. §.14.
l. qui igitur,instit. de patr.potest.

11 *Vxor quæ in manum viri veniebat, succedebat ab intestato viro.*
Vlpian in fragment.tit.29.

12 *Vxor non succedit viro ab intestato si divortium factum tempore mortis viri.*
l.1.§.fin.ff.unde vir.
l.1.de ritu nuptiarum.
l.cùm te 6 C.de donat.ante nuptias.
l.& ideo,62.§.1.ff.de donat.inter.

13 *Matrimonium unde dicatur.*
Matrimonium sine conjunctione non est.
c.si quis desponsata,27.q.2.
c.quod autem.27.q.7.
c.debitum,bigamis.

14 *Matrimonium solo consensu perfici intelligendum, ut non dissolvatur, non verò est perfectum sine copula.*
c.tertio loco, de præsumptionibus.
c.cum locum,de sponsalibus.
c.sufficiat,c. matrimonium,27.q.2.
c.cùm societas,27.q.2.

15 *Matrimonium consummatum licet non possit dissolvi per ingressum Religionis, potest tamen solum ratum.*
Concil.Trident.sess.24. de reformatione,c.6.
c.ex publico,de convers.conjug.& n.29.& 38.

16 *Spoliatus uxore maritus dici non potest ante copulam.*
Interdicta possessoria pro restitutione uxoris non habet maritus ante copulam.
c.ex transmissa,de restit.spoliat.
c.ex parte de restit.spoliat.
c.pen.de probationibus.
c.sive,de conjug.33.q.2.
c.cùm locum 14. de sponsalib.

17 *Nuptiæ ante nubilem ætatem pro nuptiis non habentur,sed pro sponsalibus.*
l.quæsitum,9.ff.de sponsalib.
l.minorem,4.ff.de ritu nuptiar.

18 *Conditio nuptiarum non censetur impleta ante nubilem ætatem.*
l.hæc conditio,10.ff. de condit.& demonstr.
l.penult.ff. quando dies legati cedat.

19 *Lucra nuptialia non communicantur quousque conjuges legitimam ætatem habeant.*

20 l.penult.§.Iulianus,ff. quod falso tutor.authore.
l.cum furiosus,7.C.de curatore furiosi.

21 *Statuta quæ post mortem unius conjugum alteri defert successionem, non procedunt in sponso qui matrimonium non consummavit.*
l.52. Tauri.
l.4.tit.2.lib. 5.recop.
l.2. tit 9.lib.5.recop.

22 *Realiter aliquid faciendum est cum effectu, & differt ab eo quod est verbaliter.*
l. acceptam,C.de usuris.
l.si mora,ff. solut.matrim.

23 *Conditionem inducit ablativus absolutus.*
l.à testatore.ff.de condit.& demonstrat.
Conditio specificè & in forma adimplenda.
l.qui hæredi,ff.de condition.& demonstrat.
l.si hæredi plures,de condit.& demonstrat.
l.cum his,§.si Prætor,ff. de transactionibus.

24 *Matrimonium quando requiritur cum certa qualitate, debet qualitas præcedere, aliàs matrimonium non sufficiet.*

25 *Argumentum à superfluitate vitanda, est valiùm,quando ratio dispositionis suadet.*

26 *Ratione legis deficiente, ejus dispositio debet cessare.*
l.adigere,§.quamvis,ff.de jure patronat.

27 *Interpretatio sumenda ut absurdum vitetur.*

28 *Ratio ampliat dictum,non verò dictum rationem.*
l.emptor,65.§.ult. vers. ea ratione, ff. de rei vindicat.
l.regula,§.si quis, ff.de juris & facti ignorant.
l.cùm Pater,§.dulcissimis,ff.de legat.2.

29 *Geminatio arguit enixam voluntatem.*
Matrimonium proprium quod consummatum est.

30 *Rescripta semper in potiori significatione accipienda.*

31 *Rescripta semper accipienda juxta sensum naturalem & jus commune, non verò quod accidentale est.*

32 *Dispensatio & quod ex Principis voluntate pendet, impossibile judicatur.*
l. quidam relegatus,ff.de rebus dubiis.
l.apud Iulianum,39.§. constat,ff. de legat.1.

33 *Matrimonii contrahendi promissio inter impeditos si Pontifex dispensaverit, nulla est ex aliquorum sententia.*

34 *Duo specialia non admittenda.*

35 *D. Ioannes de Solorçano agit an' successio commendarum procedat inter conjuges non consummato matrimonio.*

36 *Fundamenta ut successio commendarum procedat inter conjuges,etiam non consummato matrimonio expenduntur,*

37 *Nuptias non concubitus,sed consensus facit.*
l. nuptias de reg. juris.
c.fin.de sponsa duorum.
l.cùm fuerit,15.ff.de condit.& demonstrat.& num.44.

38 *Donatio prohibita inter virum & uxorem etiam prohibetur inter sponsos de præsenti.*
l. Seia penult.ff.de donation inter,& n.46.
l.Deo nobis,C.de Episcopo.& cleric.& n.47.

39 *Matrimonium in multis privilegiis operatur, licet non consummatum.*
l.44.Tauri,& n.49.
l.4.tit.7.libro 5.Recop.& n.49.
c.fin.de frigidis & malefic.& n.49.
c.per tuas,qui filii sint legitimi,& n.49.
c.1.& 2.de matrim.contra interdictum Ecclesiæ,& n.49.

40 *Principaliter quod agitur,magis attendendum.*
l.1.ff. de auctor.tutor.
l.si quis nec causam,ff si certum petatur.
Favorabilia admittunt sponsam pro uxore.
Authent. præterea,C.unde vir & uxor.
l.non sine,5.C.de bonis quæ liberis.

41 *Sponsalia sufficere ad lucra nuptialia, qui tenuerint.*
l.nihil interest,15.ff.rerum amotarum.
l. mulierem,5.ff.de ritu nuptiar.
l. denique,6.ff. de ritu nuptiar.
l.cum hic status, 12. §.si mulier,ff. de donat. inter.

42 *Qualitates requisitæ in matrimonio sunt observandæ.*

43 *Matrimonium censeri contractum ex consensu, procedit quando fieret in ætate legitima.*

44 *Nubendi in familia præceptum jure probatur.*
45 *Filius uxoratus jure noſtro Hiſpano non eximitur à patria poteſtate, niſi velatio Eccleſiæ procedat.*
46 *Donationis inter conjuges prohibitionis ratio magis procedit in ſponſis, quia iſti principio matrimonii majora exhibent indicia amoris.*
47 *Religionis ingreſſus nullo modo debet impediri ut aliquod lucrum amittat ingrediens.*
48 *Ingratitudo ex qua filius poſſet exhæredari, obliteratur per ingreſſum Religionis, ut tunc exhæredari non poſſit.*
49 *Matrimonium ſolemne & ratum ſolùm non ſufficit, quando diſpoſitio reſpexit procreationem liberorum.*
50 *Schedulam ſucceſſionis Commendarum Indiarum reſpexiſſe liberorum procreationem probatur.*
51 *Lucra nuptialia concedi ſponſis etiam non conſummato matrimonio, argumentum non facit ad ſucceſſionem Commendarum.*
52 *Opinionem Doctorum Hiſpanorum magis apud nos ſequi debemus circa lucra nuptialia.*
Hiſtoricis magis creditur eis qui nati in provincia, de qua ſcribunt.
53 *Opinio inter diverſas ſequenda ejus qui de re peculiarem tractatum ſcripſit.*
54 *Matrimonii cohabitationem attendendam conſtat ad lucra nuptialia, quia ſi in una provincia contrahatur & in alia conjuges vivant, ejus ſtatuta ad lucra procedent, ubi cohabitatio matrimonii.*
exigere dotem, C. de judiciis.
55 *Ratione una deficiente ex eis quibus diſpoſitio fundatur, locum non habebit.*
§. affinitas, inſtit. de nuptiis.

De ſucceſsione inter virum & uxorem circa Encomiendas *Indiarum, & Reſcripta Regia, quæ requirunt ſex menſium conjugum cohabitationem, quomodo accipiendum, & an locum habeat in ſponſa quæ deceſſit ante matrimonii conſummationem, vel nubilem ætatem?*

1 HÆc quæſtio agitata fuit cum Duce del Infantado, qui uxorem duxit Marchioniſſam de Montes-claros, quæ cùm adhuc impubes eſſet, & ſolùm decimum ætatis annum attingeret, cum diſpenſatione Summi Pontificis matrimonium de præſenti fuit celebratum, cum ea conditione diſpenſationis, ne ante completum duodecimum ætatis annum cohabitare poſſent conjuges, & cùm decederet Marchioniſſa ante impletum annum undecimum, cohabitatione non ſequutâ, nec conſummato matrimonio; dubitatum fuit an Dux del Infantado ex lege & reſcriptis ſucceſſionis inter conjuges Commendarum ſuccedere poſſet in ea quam habebat Marchioniſſa, de quo eleganter ſcripſit Patronus fiſci Regis ſupremi Conſilii Indiarum, & de eo fundamenta retulit Doctiſſimus Ioannes de Solorzano *tom. 2. de Indiarum Gubernatione. lib. 2. cap. 20. n. 35. uſque n. 80.* & cum aliquo tempore munere fiſci Patroni in eodem Senatu fructus fuerim, & hæc quæſtio tunc etiam diſcuteretur, quæ ultra prædictos graviſſimos viros, eorum ſcriptis addenda cenſuerim pro Regio fiſco libet animadvertere, ut hujus rei plena cognitio percipiatur, cum uſque adhuc caſus non deciſus in ſupremo indiarum Senatu.

Pro cujus intellectu animadvertendum ex reſcripto anni 1603. ex quo lex ſucceſſionis commendarum procedit neceſſarium eſſe, ut mutua ſucceſſio inter conjuges, quoad commendas locum habeat, ſex menſes ſimul cohabitare celebrato matrimonio in facie Eccleſiæ, aliter ſucceſſio non procedat, ſed cenſeri commendam vacare, ut iterum poſſit à Rege donari, nota verba Reſcripti, ibi: *Si realmente no eſtuviſſen y viviſſen, caſados con ellas ſeis meſes,* & iterum poſtea repetit, *no puedan ſuceeder en las tales encomiendas y repartimientos ſino fuere aviendo eſtado y vivido caſados in facie Eccleſiæ ſeis meſes,* & ad finem reſcripti concluditur eis verbis, *y que no viviendo los dichos ſeis meſes caſados en la forma ſuſſodicha queden vacos los dichos repartimientos, y encomiendas de Indos en que hubieren de ſuceder que aſſi es mi voluntad.* 2

Vnde cum in hoc caſu nec matrimonium contractum in nubili ætate, nec cohabitatio ſequuta, vel ejus conſummatio, ut in prædicto reſcripto exprimitur, videtur huic ſucceſſioni locum eſſe non poſſe, & comprobatur. 3

Primò, quia diſpoſitio reſcripti Regii loquitur de muliere, ibi: *Que las mugeres, que en ſecunda vida,* & iterum eis verbis: *Que las mugeres, que ſuccedan en ellas por ſecunda vida.* Mulieris autem verbum, ut expendit D. Solorzano *d. lib. 2. c. 20. n. 37. uſque* 41. pro jam nupta, quæ virum paſſa accipiendum & comprobat *ex l. ſi collectaneus 13. ff. de manumiſſ. vindic. l. alioquin 11. ff. de contrahend. empt.* Siccardo, Kalino, Alciato, Rebuffo, Fornerio, Tertull. & ex nomine uxoris, quaſi uxor, quia virum ungebat, & in ejus uſu erat, pluribus, ut ſolet eruditè adductus, & ultra illũ Servius *l. 2. Æneid* tradit uſu obtinuiſſe, ut innuptas virgines, nuptas verò mulieres dicamus, & quæ virum non paſſa, quamvis contraxerit, innupta dici ſolet. 4

Sic de ſanctiſſima Virgine Maria, quamvis inter eam & ſanctum Joſephum matrimonium verum fuiſſe conſtat ex conſenſu Eccleſiæ, & ſanctorum Patrum, D. Auguſtinus, quia virum non cognovit, innuptam dicit *ſerm 18. de ſanctis in feſto Annunciationis*, ibi: *quia peperit innupta terretur*, & ſingulariter Fauſtus Reginenſis *epiſtola 3. ad Diaconum* tradit eis verbis: *Accipe filium Dei in extrema parte ſæculorum ex innupta matre, & ſide maritante progenitum*, & Fiſelaſcus *l. 1. Selectar pag. 249.* tradit: *Beatam Virginem Deiparam innuptã appellari poſſe, quoniam ex nullo viri commercio Chriſtum Servatorem genuerit*, & iterum tradit ibi: *Innuptam dictam eſſe, non quod alicui matrimonio copulata non fuerit, ſed quod omnino nupta non fuerit, hoc eſt, ab omni venere, & viri conſuetudine penitus aliena*, & paulò poſt repetit, ibi: *Innupta igitur ſanctiſſima Virgo Deipara hoc loco nominatur, ab omni venere impolluta, incontaminata, nulli unquam viro cognita*, & comprobat ex Paulo, Petronio, Apuleio, qui verbum *nubere* ad copulam referebant, & ex Seneca Patre *l. 6. controv. 8.* eis verbis: *mulier, quæ cum viro ſuo non poteſt nubere* Et in hoc caſu viduas, quia copulæ maritali non deſerviunt, plura concilia innuptas appellant, & ex Valent. Turonenſi, Gallico, Agathenſi, & Aurelianenſi comprobat Fiſelaſcus. 5

Secundò, nuptias & matrimonium referri debere ad uſum mulieris denotant formulæ contrahendi matrimoniũ per manus coëmptionem, vel per uſum, quibus 6

quibus modis cives Romani matrimonium contrahere solebant : nam per confarrationem contrahere proprium erat Pontificum; in matrimoniis enim per usum vel per coëmptionem uxor viro tradebatur, & in ejus domum, manum, & usum veniebat, ut emendans Ciceronem pro Flacco ex Boëtio, Agellio, Servio, & Conano, tradit Kalinus *verbo uxor*, adde Arnobium *lib.4. adversus gentes*, quem refert Bresonius *lib. singulari de ritu nuptiarum*, idem *l.singul.ad legem Iuliam de adulteriis, pagina* 118.

7 Erat enim necessarium, ut matrimonium perfectum censeretur uxores duci ad domum virorum, ut eis traderentur, facie coopertâ in gyrum voluebant Romani nubendam ad portam domus parentum, cum ad maritum ducebant, quasi reditum ad patris domum ignorarent, & Plutarch. *problemat. Roma. c.29.* refert consuetudinem apud Boëcios : nam in quodam genere vehiculi uxores ducebant ad maritum, & cùm eas traderent illi, ad ejus domus fores igne comburebant vehiculum, quasi in mariti domo esset mansura, nec redire deberet ad parentes.

8 Et nuptiarum ritum, ut à suis laribus extraheretur uxor, & in mariti potestatem traderetur, observarunt Hebræi, ut constat *lib. Iudic. c.12.* ibi: *Filias, quas emittens foras maritis dedit*, & iterũ eis verbis: *accepit uxores introducens in domũ suam*, ut refert Tiraquell. *l.1.connubial.n.32.* & ideò Alciat. *lib.4. Paradox.c.7.* ita ait *Iustam uxorem dicit, quæ vere uxor solemniter ducta, non quæ simplici sponsione ducta est*, comprobat Kalinus *verbo uxor justa*, & ideo communi loquendi usu matrimonium contrahere, *ducere uxorem dicimus*, quasi ejus necessaria sit traductio ad domum viri, ut ex Hotomano notavit Theatrum vitæ humanæ, *vol.29. lib. unico. pag.* 4376. adde, quæ noviter, & eruditè tradit P. Sherlogus *in cantica Salom. 3.tom. vestigatione 36. sect. 1.n.7.*

9 *Tertiò*, juvat prædictam traductionem esse necessariam, ut uxor esset in familia viri, & sub ejus potestate, quæ originem habet Genes. *c.3.* ubi loquens Dominus ad Evam, dixit : *sub viri potestate eris*, & conf. at aliis locis sacræ Scripturæ, *Levitici cap 22. Numer.c.30.* Divo Paul. *ad Roman.c.7. & ad Corinth. 7.* & de jure civili Romanorum, *l. pronunciatio*, §. *milia appellatione, ff. de verb. significat. l. penult. Cod. de inoffic. donat. l. ea quæ in principio, ff. de donat. inter, l Lucius*, §. *solut. matrimonio*, & aliis juribus videatur mulier uxorata adhuc in potestate patris manere, tamen in ea, quæ in manum viri veniebat, ut in ejus potestatem transiret, à patria exempta, ex Bertranio, Maur. Tiraq. Gentili, Zipeo, Guiberto, Mozio, Thesaur. Fabr. & aliis probavit Osualdus ad Donellum *lib.13. comment. cap. 21. in notatis, litt. L.*

10 *Quartò*, hujus potestatis viri in uxorem effectus erat, quia de familia mariti censebatur, ut jura sui hæredis concederentur uxori in bonis mariti quando in ejus manu veniebat. nota verba Ulpiani *in fragmentis, tit.22.§.14.* ibi. *Item uxor, quæ in manu est, item nurus, quæ in manu est filii, quem in potestate habemus* quasi cum filius nõ liberatur à patria potestate jure Romanorum, propter nuptias §. *qui igitur, 3. instit. de patria potestate*, ideò ut nurus succedat socero, requiritur esse uxorem filii in potestate.

11 Quod etiam repetit Vlpian. *in fragm. tit.29* agens de legibus duodecim tabularum, quæ hæreditatem liberti, descendentis ab intestato & sine hærede deferebant Patrono, id non procedere quando uxorem libertus reliquit eis verbis : *Ideoque sive testamento facto decedat licet suus hæres ei non sit, seu ab intestato, & suus hæres ei sit, quamvis non naturalis, sed uxor, puta quæ in manu fuit vel adoptivus filius, lex Patrono nihil præstat*, & iterum repetit, ibi: *Sed ex edicto Prætoris si testamento facto libertus moriatur, aut nihil aut minus quam partem dimidiam bonorum Patrono relinquat contra tabulas testamenti partis dimidiæ bonorum possessio illi datur, nisi libertus aliquem ex naturalibus liberis successorem sibi relinquat sive intestato decedat, & uxorem fortè in manu vel adoptivum filium relinquat:* Ex Vulteio *principio instit. ad S.C Tertulliã. n.4. & 5.* tradit Kalinus *verbo, uxor*, duobus modis, & dupliciter, eam considerari, aliam quæ in manu viri veniebat, aliam quæ non veniebat, ex topicis Ciceronis, & Petro Velecio de Guevara *in eis* §.3. *n.3.* Hotoman. & aliis notavit D. Pichardus, *princip. instit. de success. libertor. n.3.* & ut posset succedere uxor viro, deberet in manum ejus venire, probat ex Antonio Roscio *l.3. memorabilium, c.1.n.13.* & ultra Pichardum, & relatos probarunt, Augellius *lib.18. noct. Atticar. c.6.* Brison. *de ritu nuptiar. pag.488* Revardus *ad leges 12. tabular. c.11.* alii quos refert Osualdus, ad Donellum *lib.7. comment. c.2. in notat. lit. F*, & ad mutuam successionem ab intestato inter conjuges ex titulo unde vir & uxor ut procederet solùm circa uxorem, quæ in manum viri veniebat Halicarnassæus, Balduin. Zasius, Cujac. Forsterius, & alii quos refert idem Osuald. *in notatis ad Donell. lib.9. comment. c.1. lit. K.*

Quintò, prædictam sententiam confirmat mirè huic rei conducens, Textus *n l. unica* §.1. *ff. unde vir, & uxor*, ubi non solùm ad prædictam successionem inter virum & uxorem requiritur nuptias in nobili ætate præcedere, sed etiam simul conjuges cohabitare, & similiter in cohabitatione durare usque ad mortem, & tempus successionis, adeò ut si divortium fieret matrimonii, etsi adhuc jure subsistat, tamen propter separationem conjugum successio non procedat : notanda verba textus, ibi. *ut autem hæc bonorum possessio locum habeat uxorem esse oportet mortis tempore : sed si divortium quidem secutum sit, verumtamen jure durat matrimonium, hæc successio locum non habet.* Et cum ratione matrimonii hæc successio inducta sit, illudque completum & confirmatum dici non possit, ante cohabitationem, & copulam, ut tradit Salicet. *in l. cùm te, num.6. C. de donat. ante nuptias*, merito ex divortio quoad thorum separato matrimonio, quod respicit maris & fœminæ conjunctionem individuam vitæ consuetudinem retinens, *l.1. ff de ritu nuptiar.* debet cessare prædicta successio, ut post Glossam tenuerunt, Petrus Cynus, Baldus, Ioannes Faber, Castrensis, Iason, Alexander, Corneus & Decius *in l.1. Cod. unde vir & uxor & in l.4. ff. eodem*, ex Saliceto, Baldo, & aliis Guillelmus Benedictus *in c. Raynutius, verbo & uxorem, decis. 5. num.238.* Tiraquellus *de retract. lignag. §.10 glossa unica, num.17.* Barbosa *in rubrica, ff. solut. matrimonio, 2 part. num.56. ad finem*, & & in idem expendo verba textus *in l. & ideo 62.§.1. ff. de donat. inter*, ibi: *Perinde enim id quod donatum est, habebitur divortio intercedente ac si donatum non fuisset*: & quantum in jure differat uxorem ad domum viri traduci, vel non denotat *l. cum te 6.* quæ videnda.

Sextò, quia matrimonium quasi mater omnium dicitur, ut fuit Eva cum Adamo, in quibus primum fuit matrimonium, ut expendit Salicet. *in d.l. cum te num.4.* vel quasi nubant mulieres, ut matres fiant, ex Divo Augustino, D. Gregorio, Tertulliano, Cassiodoro, Agellio, Connano, & aliis probarunt Brissonius, & Kalinus, *verbo matrimonium* pluribus D. Solorzano *dict. lib.2. c.20. n.43. cum seqq.* nec sine illa

illa conjũctione matrimonium accipi poteſt, ubi leges, vel reſcripta de illo mentionem faciunt, ultra plura in terminis notanda verba Saliceti *ubi proximè ibi:n.*4. ſic *Qui ergo in ſtatuto adjiciunt illud verbum in matrimonio, non fuerunt contenti de matrimonio quod immediatè reſultat ex conſenſu per verba de præſenti, ſed in ſuo eſſe perfectiori ſumpſerunt, aliàs illa verba nihil operarentur, & ſine fructu appoſita reperirentur, non enim uxor prior eſt cum viro in matrimonio, quàm ſit in actu non poſſit eſſe matrimonium* probatur, *c. ſi quis deſponſata, q.* 2. ubi traditur, *Tunc ritè conjugium vocatur, quando mulier eſt tradita viro ita ut ea utatur.* Et in Textu *in c. quod autem* 27. *q.* 2. ut quoties per impotentiam matrimonium annullatur, conſtat non fuiſſe conjuges, & *in c. debitum de bigamis*, traditur duo intervenire oportere in matrimonio, conſenſum animorum, & commixtionem corporum.

14 *Septimò*, probavit Dec. *conſ.* 540. *n.* 4. ut alterum ſine alio non faciat perfectum matrimonium, & *n.* 3. referens Panormitanum, Andream Siculum, & alios tradit hæc verba: *Vxor enim propriè intelligitur illa, cum qua ſit conſummatum matrimonium, ſponſa illa dicitur cum qua contracta ſunt ſponſalia, etiam de præſenti*, & ponderat Textum *in c. tertio loco de præſumpt. & n.* 4. reſpondet Dec. ei difficultati, quæ in contrarium poſſet opponi, eis verbis: *Et non obſtant jura quæ dicunt, quod ſolus conſenſus faciat matrimonium, c. cum locum de ſponſalibus, c. ſufficiat, c. matrimonium* 27. *q.* 2. *quia intelliguntur iſto reſpectu, quia non poteſt diſſolvi matrimonium, licèt copula non intervenerit, c. fin. de ſponſalibus, non tamen videtur propriè matrimonium, copulâ non ſubſequutâ*, & faciunt verba Textus *in c. cum ſocietas* 27. *q.* 2. ibi: *Non dubium eſt illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua docetur non fuiſſe nuptiale miniſterium.*

15 *Octavò*, juvat differentia, quæ in jure conſideratur matrimonii rati & conſummati: nam quamvis hoc velut complementum, non poſſit diſſolvi per Religionis ingreſſum, tamen ratum ante copulam rectè diſſolvitur, ſi alter ex conjugibus profeſſus ſit Religionem, Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reformat. c.* 6. *vulgar. c. ex publico de converſione conjugat.* & notandum eum Textum procedere, etiamſi uxor in domũ viri traducta, & ei tradita ſit, quia dum ab eo non cognita poterit ingredi Religionem, & ex verbo redire, *d. c. ex publico* junctis Ioan. Sanc. cum aliis plurib. ego probavi 1. *p. deciſ. Granatenſ.* 3. *n.* 17. *uſque ad* 20. adductis aliquibus Hiſtoriarum exemplis.

16 Et adeò verum eſt, ut ante conſummationem matrimonii non cenſeatur maritum habere poſſeſſionem uxoris, quamvis eam in ſua poteſtate habeat, & ſi illâ ſpolietur, non poterit intendere ad reſtitutionem interdicta poſſeſſoria, *c. ex tranſmiſſa de reſtitutione ſponſaliorum*, eis verbis: *Si vobis conſtiterit, quod præfata mulier prædicto militi legitimè deſponſata fuiſſet, & ab eo cognita, ipſam reſtitui faciatis*, & *ibi* Gloſſ. *verbo ab eo.* tradit, ut maritus poſſit intendere reſtitutionem uxoris, duo probare oportere: *legitimam ſponſationem verè vel præſumptivè, & carnalem copulam*, cum Hoſtienſ. Innocent. Ioan. Andr. Burt. Felin. Alex. de Nevo, Caſtrenſ. & aliis probavit Thomas Sancius *de matrimonio, lib.* 7. *diſp.* 112. *n.* 16. & Bald. *in c. ex p. n.* 7. *de reſtitutione ſpoliat.* tradit ſolùm dici poſſe maritum ſpoliatum uxore poſt copulam, Cardinalis Zabarella *ia eo textu n.* 5. & quaſi eſſentia matrimonii in copula conſiſtat, ſi de ejus nullitate agatur, jubetur mulierem in ſequeſtro deponi in loco tuto, *c. penult. de probationibus, c. ſive de conjugib.* 33. *q.* 2. *c. cum locum* 14. *de ſponſalib.* ubi communiter notant Doctores, id autem, ne copula ſequatur, in qua eſſentia matrimonii conſiſtit.

17 *Nonò*, nam in hoc caſu jure communi matrimonium celebratum non fuit, ſed ſpeciali Reſcripto diſpenſationis ſummi Pontificis, propter conſanguinitatem conjugum & defectum nubilis ætatis uxoris ante legitimam ætatem, & conſummationem matrimonii non debet haberi pro nuptiis, ſed pro ſponſalibus: ut notavit Vlpianus, agens, quando ſponſalia tranſeunt ad nuptias; *in l. quæſitum, 9 ff. de ſponſalibus*, eis verbis: *An ſi ſponſalia ſint ante duodecimum annum, ſi nuptiæ fuerint collatæ, & ſemper Labeonis ſententiam probavi exiſtimantis ſi quidem præceſſerint, ſponſalia durare, & quamvis in domo loco nuptæ eſſe cœperit:* Vbi etiamſi nuptiæ celebratæ in ſponſalibus remanent, quamvis quod plus eſt ad domum viri mulier traducta, & facit Textus ſingularis *in l. minorem 4 ff. de ritu nuptiar.* ubi traditur, *Minorem annis duodecim nuptam tunc legitimam uxorem fore, cum apud virum expleſſet duodecim annos*, ubi cum Ioanne antiquo Gloſſatore tenuit Accurſius, ut quamvis ante nubilem ætatem viripotens fœmina eſſe poſſet, adhuc legitimæ nuptiæ non cenſerentur ex defectu ætatis.

18 Sed implementum conditionis nuptiarum ſolùm abſolutè adjectæ, non poteſt cenſeri impleta conditio ante nubilem ætatem, *l. hæc conditio* 10. *ff. de condit. demonſtrat.* eis verbis: *Sed enim non omnes complent conditionem, putà enim nondum nubilis ætatis in domum mariti deducta non paruit conditioni*, & mirè conducit Textus *in l. penultim. ff. quando dies legati cedat*, ibi: *Quod pupillæ legatum eſt, quandocunque nupſerit, ſi ea minor, quàm viripotens nupſerit, non ante ei legatum debebitur, quàm viripotens eſſe cœperit, quia non poteſt videri nupta, qua virum pati non poteſt*, quantò fortius in noſtra quæſtione, ubi non ſolùm ante undecimum annum deceſſit Marchioniſſa, de cujus ſucceſſione propter matrimonium agitur, ſed lex & reſcriptum ſucceſſionis expreſsè requirit, ut ſex menſium cohabitatio debeat procedere, ut ſucceſſioni locus ſit.

19 *Decimò*, ſed ad lucra matrimonii cauſa (ut cenſeri debet hæc ſucceſſio commendarum) tenuerunt Doctores, ut quamvis adhuc non conſummato matrimonio poſſent communicari inter conjuges, tamen procedat ſolùm quando contrahentes legitimam ad nuptias ætatem habuerint, ut ex Bartolo, Baldo, Caſtrenſ. & Ioan. de Amic. tenuit Vivius *dec.* 222. *n.* 12. & eos referens in terminis probavit Paulus Æmilius *de exception. in ſucceſſio. tit.* 5. *except.* 11. 2. *p. n.* 112. Tobias Nonius, *conſ.* 51. *n.* 10. eis verbis: *Quod pactum ſeu ſtatutum de lucranda dote non habet locum in ſponſa decedente, ante nubiles annos, licèt decedat in domo ſponſi, & ſubierit onera matrimonii*, quod etiam expreſsè tenuerunt Boërius *dec.* 22. *n.* 13. Gabriel Saray *in notis ad Matheſilanum, ſingulari* 74. *n.* 21. Vincent. Corrac. *in c. cum quid de Regulis juris in* 6. *per ſextam limitationem, verſ. ad primum, n.* 3. Lodulphus Scraderus *Miſcellaneorum, c.* 22. *n.* 14.

20 Et ego pondero Textum notandum, *in l. penultima*, § *Iulianus ff. quod falſo tutor. author.* ubi cùm cõtra tutorem actio datur, ſi quid dolo fecerit, ut ejus pupillus contraheret, ſi Pater filiam ante duodecimũ annum nuptiis collocaverit, quæritur an contra eum quaſi deciperet, & dolo verſaretur pater, cum nuptiæ non conſiſtant ante duodecimum annũ, maritus agere poſſet, & poſtquam I. C. excludit ex eo doli actionem quaſi ignoſcendum ſit Patri, qui Filiam ſuã maturius in familia ſponſi perducere maluerit, cum ſæ-

per

per parentum utile pro filiis consilium præsumatur, *l. cum furiosus, Cod. de curatore furiosi*, postea quærit Vlpianus, si maritus lucrari dotem paciscereturr, eo casu quo matrimonium valeret, & solveretur filia quæ intra duodecimum annum ante impletũ decederet, quo casu quasi nuptiæ non subsisterent, Pater dotem repetierit ex Iuliani sententia tradit Ulpianus, si dolo Pater versatus est in maritanda filia possit dotem petens à marito, doli exceptione repelli, quæ necessaria non foret, si ante duodecimum ætatis annum nuptiæ consistere potuissent, & dos lucrari, ut meritò nostra rescripta, quæ inter conjuges Commendarũ successionem concedunt, non procedant ante legitimam ætatem matrimonii, maximè adjectâ eâ qualitate, ut per sex menses simul cohabitare debeant, quod in hoc casu nec interfuit, nec posse potuit.

Undecimò, etiam quando nuptiæ in legitima ætate justè contractæ statuta, quæ post mortem unius conjugum alteri deferunt successionem, non procedere in sponso, qui matrimonium non consummavit tenuerunt Petrus Cynus, Guillelmus de Cuno, Bald. Ancharanus, Iason, Salicetus, Angelus, Abbas, Felinus, Dec. Parius, Hippolytus de Marsiliis, Tiraquell. Marcabrunus, Craveta, Riminald. Rolandus, Alciatus, Beroius, Boherius, Menchaca, Petrus Gregorius Mocius, Costano, Thomas Sanchez, Barbosa, Gutierrez, Zevallos, Giurba, Gamma, Cancerius, Thuschus, Caldas Pereira, Fontanella, Gailius, Greveus, Novarius, & Caputus, Osualdus, ad Donellum, quos pro hac sententia refert D. Solorzano *dict. 1. part. lib. 2. cap. 20. n. 59.* quibus addenda *l. 52. Tauri*, quæ est *l. 4. tit. 2. lib. 5. recop.* ubi aperrè insinuatur differentia, an sit matrimonium consummatum, vel non? & expressè denotari videtur *l. 2. tit. 9. lib. 5. recop.* ibi: *estando de Consuno*, ubi ad lucra nuptialia cohabitatio conjugum requiritur, ut notarunt Matienzo, & Azevedo in ea, quod etiam expressè absque eo, quod aliquis contra teneat, probarunt D. Covarr. *in 4. de sponsalibus, 2. part. cap. 7. §. 1. num. 6.* D. Paz *ad l. 207. stylı. n. fin.* Guterrius *de jurament. confirmat. 1. part. cap. 1. n. 56. & 66.* Gamma *decis. 176. num. 2.* Franciscus Ferrer. *de soluto matrim. 1. tempore, declarat. 13. num. 13.* 11

Duodecimò, ut ad prædictam commendarum successionem sit necessarium matrimonium consummari ultra dispositionem Regiæ schedulæ, quam expendimus, id denotant peculiariter verba: *non succedan en las dichas encomiendas, si realmente no estubiessen, y viviessen casados los dichos seis meses*: nam verbum *realiter* denotat actum, & effectum, non verò solùm aptitudinem ex matrimonii contractu, nisi verè consummatum sit, & contrahentes per illud tempus cohabitaverint, ut insinuat verbum *realiter*, juxta Bertholomeum Socinum *vol. 1. cons. 143. n. 4.* ibi: *Realiter aliquid faciendum est cum effectu, & differt. ab eo quod est fieri verbaliter*, & notatur *in l. acceptam C. de usuris, & in l. si mora. ff. solut. matrimonio*, post Bartozalum, August. Barbosam *de diction. usufreq. verbo realiter, dict. 342.* 12

Decimotertiò, magis distinguuntur verba: *Y que no viviendo los dichos seis meses casados en la forma dicha queden vacos los dichos repartimientos*, quasi pro conditione illud adjiciatur *ex l. a testatore, ff. de condit. & demonstr. l. evictis ff. de usuris*, ex Bartolo, Alexandro, Iasone, Ripa, Corneo, Riminaldo, Calderino, & aliis, Thuscus *pract. lit. A. conclus. 32.* & specificè adimplendum *l. qui hæredi. ff. de condit. & demonst.* & persona observandum, aliàs actus non sustinetur, *l. cum hi, §. si Prætor, ff. de transact.* Hondedeus *consil. 60. n. 26.* Decius *cons. 39. num. 19. & cons. 58. num. 18.* D. Castillo *5. tom. controvers. 2. part. c. 119. n. 6. & 7.*

Et maximè ponderanda, & expendenda sunt verba: *si realmente no estubiessen, y viviessen*, quasi non sufficeret esse in matrimonio, nisi simul cohabitaverit, *argumento l. si hæredi plures 5 ff. de condit. instit.* & quæ notarunt Gomezius *tom. 2. variar. c. 2. n. 12.* ex Gadeo, Gailio, & Crasso, Nevius *ad l. si hæredi.*

Decimoquartò quando lex aut rescriptum requirit matrimonium fieri cum certa qualitate, debet adimpleri qualitas, aliàs matrimonium non sufficiet, ut in terminis Osascus *decis. 21. n. 15.* ubi comprobat ex Castrensi, Angelo, Iasone, Alexandro, Ruino, Socino, & Campegio Beroius *cons. 40. n. 25.* ex Cephalo, Mascardo, Simone de Prætis & aliis Hondedeus *vol. 2. cons. 3. n. 8.* & videnda, quæ ego notavi *2. part. dec. Granatens. 62. n. 21. & per totam*, unde cum schedula successionis commendarum non solùm requirat esse matrimonium contractum in facie Ecclesiæ, sed per sex menses simul cohabitare non sufficiet sine prædicta qualitate matrimonium præcessisse. 14

Decimoquintò, aliàs superflua esset dispositio eorum verborum, *no estuviessen, y vevieſſen casados*, quasi frustra adjiceretur de cohabitatione, si matrimonium esse contractum sufficeret, nam quamvis argumentum à superfluitate, futile, & puerile censeant Cagnolus *in proœmio Digestorum, n. 117.* Mantica *de conject. ultim voluntatum, lib. 3. tit. 6 n. 8. & l. 11. tit. 17. n. 39.* Annibal *in additionibus, ad Mandellum cons. 11. n. 19.* sed tamen id non procedit, & argumẽtum superfluitatis efficax, & validum censendum, quando ratio dispositionis suadet vel inefficax illa foret, & absurda sequerentur *arg. l. si quando. ff. de legat. 1.* Surd. *cons. 242. n. 3.* ex Felino, Craveta, Cephalo Grato, Parisio, Gozadino, Curtio, Rolando à Valle & aliis innumeris ejus argumenti vim probavit D. Castillo *tom. 4. controv. c. 38. per totum*, quæ omnia in hoc casu procedunt, quia ne illa verba superflua, & inania debeant remanere suadent ratio schedulæ, & plura absurda vitari. 15

Decimosextò, facit ratio qua Rescripta Regia permiserunt inter conjuges successionem commendarum, videlicet ut invitaretur ad nuptias, quorum finis est liberorum procreatio, & necessario, quod de matrimonio prædicto rescripto successionis requiritur non solum ad ejus contractum sed ad consummationẽ & mutuam cohabitationem debet referri, quia respexit hæc successio, ut filii essent ex matrimonio ad indiarum incolationem defensionem & illustrationẽ & etiam successio in hujusmodi casibus, concessa maritis in defectum filiorum, ad compensanda onera & expensas matrimonii, ut ex Bartolo, Castrensi, Menchaca, Donello, Osualdo Abbate, Craveta, Surd. Calda Pereira Barbos. & aliis eruditè probavit D. Solorzano *d. lib. 2. c. 20. n. 48. & 49.* quæ cùm cessent in nostro casu matrimonio ante nubilem ætatem celebrato, & decedente uxore ante illius consummationem merito quasi deficiente ratione successio debet cessare vulgaris, *l. adigere, § quamvis de jure Patronatus cum ibi notatis.* 16

Decimoseptimò, ut verba *estuviessen, y viviessen casados*, necessariò ad consummationem & cohabitionem matrimonii sint referenda, ut superfluitas vitetur, & suadet ne aliter ex solo matrimonii cõtractu absurda gravissima sequi possint, nã mulieres quæ haberent cõmendas, potuissent decipi ab aliquibus qui eis conjungi nollent, vel ipsæ ut alicui affini, & consanguineo, qui in aliis provinciis esset, & cui nunquã conjungendæ forent per mandatũ cum illo contra- 17

herent

herent matrimonium, ut ſucceſſionem commendarum ei relinquerent, & cohabitatio requiritur eorum menſium ne prætextu ſucceſſionis matrimonium fiat, & ab uxoribus viri diſcedant, & quotidie fraudes excitarentur, quos avaritia induceret ut annoſæ mulieres, quæ filios habere non poſſent allicerentur ſubdolè ad matrimonium non tam amore aut aliis cauſis, quibus nuptiæ debent contrahi, ſed ut earum ſucceſſionem conſequi poſſent mariti, quæ ratio exprimitur in reſcripto, quod expeditum ad Provinciam de Iucatam, cujus mentio fit *in ſchedula anni* 1603. & ſemper illa interpretatio accipienda, quâ vitetur abſurdum, Cravet. *conſ.* 103. *n.*8. Surd. *conſ.*85. *n.*17. Ruſticis *ad l. cum avus c.*12. *n.*6. *&* 7. Fuſar. *de ſubſtit. q.*320. *n.*25. & facit quod de vitando inconvenienti, & abſurdo notarunt, *in l. nam abſurdum per textum ibi, ff. de bonis libertor.* Bolognet. *conſ.*10. *n.*25. Zephal. *lib.*4. *conſ.*478. *n.*38. *cum ſeqq.* Albenſ. *conſ.*289. *n.*8. *&* 22. *& conſ.* 773. *n.*22. Monach. *deciſ.*11. *n.*63. *in dæciſ. Bononiæ ex Lucenſi*, 64. *n.*30. Thuſc. *lit. A, concl.*66. D. Caſtill. 5. *tom.*2. *p.c.*166. *n.*6.

29 *Decimooctavò* quia hæc interpretatio, quæ ex ratione deſumitur non extenſiva, ſed comprehenſiva cenſetur, & ideò omnino ſequenda, Surd. *conſ.*227. *n.*20. *&* 22. Mantic. *de conject. ultim. voluntat. lib.*6. *tit.*14. *n.*29. Oſaſc. *d. deciſ.*21. *n.*13. D. Molin. *lib.*1. *de primog. c.*5. *n.*9. *&* 10. & faciunt verba Baldi *in cap. dilectus filius, n.*2. *de reſcriptis* ibi: *ſicut ſententia vel ſtatutum inducit diſpoſitionem, ita ratio ſtatuti, quia ratio jus facit*, Decius *in c. ſecundò requiris, n.*1. *de appellat.* & quando viget eadem ratio, exempla non pro reſtrictione, ſed demonſtratione accipienda *l. emptor.*65. *§. ultimo, verſ. ea ratione ff. de rei vindicatione, l. regula, §. ſi quis, de juris, & facti ignorantia*, Gloſſ. *in l. ſed etſi lege, §. item ſi rem diſtraxerit, ff. de petitione hæreditatis*, Bald. *in l. de quibus n.*35. *ff. de legibus*, Iaſon. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta n.*11. *de verb. obligat.* Gratianus 1. *tom. diſceptationum, cap.*170. *n.*34. Molina *lib.*3. *c.*6. *n.*6. & ratio ampliat dictum, non verò dictum rationem, *l. cum pater, §. dulciſſimis ff. de leg.*2. & ex communi teſtatur pluribus Iulius Clarus *lib.*3. *ſententiarum. §. teſtamentum, quæſt.*76. Peregrin. *conſ.*44. *n.*25. Rolandus *vol.*4. *conſ.*9. *num.*21. & addendi plures, quos ut ſolet refert D. Caſtillo *tom.*5. *controverſ.*2. *p.c.*170. *num.*4. *&* 7.

30 *Decimononò*, quia quod in prædicta ſchedula traditur circa ſucceſſionem, ut debeant realiter eſſe conjugatos in facie Eccleſiæ, & ſex menſes cohabitare, pluries repetitur à Rege noſtro, & ſi aliter fieret, commendas vacare traditur, quod equidem enixam voluntatem ex geminatione ſuadet vulgaris, *l. Balliſta, ff. ad S. C. Trebell.* ex Jaſone, Craveta, Pariſ. Natt. Soc. Zephal. Hippolyt. Riminald. Mantica, Menoch. Alvarad. Peralt. Simone de Pretis, & aliis innumeris probavit D. Caſtill. *tom.*4. *controverſ. c.*52. *per totum*, & cùm completum, & perfectum matrimonium propriùs dicatur quod conſummatum, Gloſſ. *in c. cum initiamur*, 27. *quæſt.*2. *c. ex publico, per textum ibi: de converſ. conjug.* & *ibi* notat. Abb. & *vol.*1. *conſ.*1. Anchatr. *conſ.*21. D. Covarr. *de ſponſal.*1. *p.c.*1. *n.*4. addendus Barboſ. qui ex Tiraq. notavit *in collect. d. c. ex publico, n.*11. *& in c. tertio loco, n.*3. *de præſumpt.*

31 Unde ſemper reſcripta in magis proprio & potentiori ſignificatu accipienda, ut quod de conjugibus in hoc caſu diſponitur de illis qui cohabitaverint, & matrimonium conſummaverint, ut reſcriptum diſponit, debeat intelligi, *arg. l.*1. *§. in perpetuum, ff. ſi ager vectigalis*, 1. *§. biduum ff. quando appell. ſit*, Cravet. *conſ.*227. *n.*12. Zephal. Signorolus, Tiberius, Decian. Menoch. Mantic. Tiraq. & alii plures quos refert D. Caſtill. *tom.*4. *controv. c.*39. *num.*1. *cum ſeqq.* & cum prædicta ſchedula Regia reſpiceret Indiarum incolationem ut hominibus noſtris illæ provinciæ affluerent, neceſſariò pro matrimonio conſummato accipienda, quia ſemper illa debet interpretatio prævalere, quæ rei de qua agitur magis convenit *l. in teſtamento, C. de militar. teſtamen.* Craveta *conſil.*20. *n.*12. Bec. *conſ.*101. *n.*65. *poſt primum*, Zephalus *conſ.*65. *num.*22. Surdus *conſ.*150. *num.*18.

Vigeſimo, denique eandem ſententiam confirmat, 32
non poſſe ad ſimile noſtri caſus matrimonium reſcriptum ſucceſſionis referri, quia contractum ante legitimam ætatem & ex diſpenſatione Pontificis inter conſanguineos prohibitos, & nec dum perfectum exiſtimatur ipſa diſpenſatione, cum in eo expreſsè adjiceretur conditio, ut ante duodecimum annum conjuges, non poſſent conjungi unde uſque ad illud tempus, videtur perfectio, & complementum matrimonii differri, ac perinde uſque ad illud, & conſummationem non poterit eſſe in conſideratione ad ſucceſſionem commendarum, quia non potuit ea reſpicere id quod non naturaliter, ſed accidentaliter provenit, cum accidentalia non attendantur, §. *ſpadonem, inſtit. de adopt.* junctis quæ *ibi* communiter & notavit D. Richard. *in §. minorem, n.*10. *inſtitut. de adopt.* Coſt. *de facti ſcientia, inſpectione* 7. *n.*1. Giurb. *ad cõſuetudines Meſſanenſ. c.*10. *gloſ.*4. *n.*5. Cevall. *communium q.* 682. *n.* Doctor *in l. naturalem, §. pavonum, de acquir. rer. dom.* Natt. *conſ.*131. *n.*6. Gutierr. *practicarum lib.*3. *q.*16. *n.*91. & ſemper reſcripta in naturali ſenſu & ſignificatu juxta jus commune, non verò in accidentali accipienda, *l. ex ea parte* 121. *§. inſulam* 2. *ff. de verb. obligatio. l. fin. C. de his qui veniam ætatis*, ex Tiraq. Gutierr. Barboſ. Thuſco, & aliis Eſcobar *de purit. ſanguinis, q.*4. *§.*5. *num.*18.

Sed quod eſt attendere matrimonium, quod ex 33
diſpenſatione contrahendum, maximè tot circumſtantiis, extraordinariis reſcripto ſucceſſionis comprehenſum non cenſetur; nam cùm ex voluntate Pontificis diſpenſatio dependeat, impoſſibile judicatur maximè contrahere matrimonium ante legitimam ætatem in decimo anno, quod non ſolet nec debet facilè concedi, *arg. l. quidam relegatus*, 6. *ff. de rebus dubiis, l. apud Iulianum*, 39. *§. conſtat. de leg.* 1. ubi Bart. *num.*2. Cuman. Caſtrenſ. & Alex. Gloſſ. *in l. continuus, verbo relicta, ff. de verb. obligat.* Abb. *in c. cum eſſes, n.*19. *de teſtam.* Cephal. *vol.*3. *conſ.*407. *n.*40. Bocin. *vol.*1. *conſ.*51. Cujacius *l.*18. *obſervat.*13. Schyfordegerus *lib.*3. *ad Ant. Fabrum tract.* 1. *q.*2. & in terminis diſpenſationis matrimonii, *ex l. intercedit, de condit. & demonſtrat.* Lofredo, & aliis, D. Covarr. *in c.*3. *n.*8. Divus Rebuff. Plot. Dec. Mandoſ. & alii quos refert. Thom. Sanch. *de matrimonio lib.*5. *diſcept.*5. *n.*5. ubi circa diſpenſationem matrimonii tradit procedere, etiamſi Pontifex ſolitus eſſet concedere.

Et inde plures tenuerunt promiſſionem de con- 34
trahendo matrimonio inter jure impeditos, ſi Pontifex diſpenſaverit non valere quaſi contineat conditionem impoſſibilem, cujus opinionis refert Sanchez, Ioan. Andr. Hoſtienſ. Cardinal. Abbat. Præpoſitum, Alexandr. de Nevo, Henricum Boic. Philippum Probum, Aretinum, Roſellam, Sylveſtrum, Loazes Antonium Cucum, Matienzum, Ledeſmam, Vegam, Vivaldum, Capuam, & alios & idem proba

probavit etiam Enriquez, *in ſumma lib.* 12. *de matrimonio cap.* 10. *n.* 4. & nobis aptiſſimè verba ſubjungit ibi: *Nimirum quia melius eſt conſummari lege communi prohibente nuptias inter impeditos, quam ſequi legem ſpecialem diſpenſationis & ita ea promiſſio quæ eam obligat, ad recedendum à jure communi nullius eſt momenti*, igitur ſi ea promiſſio quæ reſpicit diſpenſationem, & propter eam concepta non valet meritò reſcriptum, quod ejus mentionem non fecit, noluiſſe eam comprehendere dicendum.

Præſertim in hoc caſu: nam quamvis matrimonium ex diſpenſatione celebratum, & conſummatum fuerit, & ſex menſes conjuges cohabitaverint, prodeſſe ad ſucceſſionem commendarum admittamus, tamen contractum ante legitimam ætatem ex diſpenſatione conſanguinitatis, etiam conditionem reſpiciens diſpenſatio, ne ante duodecimum annum conjuges cohabitaverint, uxore mortuâ in decimo anno antequam cohabitari, & matrimonium conſummari poſſet, ut omnia hæc comprehendat, ſucceſſionis reſcriptum eſſet admittere plura ſpecialia, quæ nunquam in jure cumulantur, *l.* 1. *C. de dotis promiſſ.* ubi communiter notatur. 34

Reliqua verò hujus noſtræ opinionis fundamenta, & fortè meliora pete à D. Doctore Solorzano *d.* 2. *part. de jure Indiarum, lib.* 2. *c.* 20. *à n.* 35. *uſque ad* 60. hæc verò notavimus, quia plura prædictorum apud eum non invenies, ſed quia contrariæ partis fundamenta expendit *à num.* 60. *uſque ad* 80. neceſſariò illis reſpondendum eſt, ut ex illarum collatione appareat quantum juris regulis noſtra fiſcalis allegatio fulciatur: 35

Pro contraria verò ſententia, ut ſucceſſio commendæ Marchioniſſæ de Montes Claros in hoc caſu procedere poſſit, etiamſi matrimonium ante legitimam ætatem contraheretur, nec conſummatum eſſet, quatuor funtamenta congerit D. Solorzanus, *ubi proximè*, quæ ſunt referenda, ut ex illorum refutatione noſtra opinio maneat illæſa. 36

Primum expendit nuptias non concubitum, ſed conſenſum facere, *l. nuptias*, 30. *ff. de reg. juris*, nec enim coitus matrimonium facit, ſed naturalis affectio, *c. fin. de ſponſa duorum*, & expenditur Textus *in l. cui fuerit* 15. *de condit. & demonſtrat.* ubi legatum relictum mulieri, ſi in familia nupſerit, ſtatim debetur, atque ducta eſt uxor, quamvis nondum in mariti cubiculum veniret, & eam rationem ſubjicit IC. quia nuptiæ non concubitu, ſed conſenſu fiunt, quod & aliis juribus, & pluribus Doctoribus comprobat D. Solorzanus *d. c.* 20 *à n.* 60. *uſque* 64. 37

Deinde *ſecundò* expendit ſchedulas antiquas, & noviores anni 1575. & anni 1603. quæ nihil amplius requirunt, quàm ut mariti ſint, & cum uxoribus ſex menſes vivant, utendo verbo *mulieris*, quod etiam congruit ſponſis de præſenti, & comprobat ex Servio, D. Ambroſio, & aliis *n.* 65. & benedictionibus nuptialibus intervenientibus, ut in noſtra ſpecie, nullum privilegium legibus Hiſpaniæ conceſſum ſponſis, etiam nondum cognitis denegatur, *l.* 47. *Tauri*, & ideò donatio inter virum & uxorem prohibita, etiam inter ſponſos per verba de præſenti prohibetur, *l. Seia penult. ff. de donat. inter, & in l. Deo nobis, C. de Epiſc. & Clericis*, ſponſam ingrediente ſponſo Religionem lucrari ea, quæ aliàs lucraretur, ſi mortuus fuiſſet, & *ibi* agi de ingrediente ante matrimonii conſummationem colligitur, quia poſt illam ſine alterius conjugis conſenſu Religionem intrare non poſſet, *c. ex publico cum ibi notatis de conver. conjugat.* 38

Et idem procedit in ſpecie *l.* 44. *Tauri, quæ eſt l.* 4. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recopil.* nam quod *ibi* traditur melioratio- 39

nem causâ contrahendi matrimonii à parentibus factam, eo ipſo quod ſub hoc prætextu contrahatur matrimonium, irrevocabilem manere omnes intelligunt, etiam de matrimonio non conſummato, ſi in contemplatione talis meliorationis illud contrahatur, ut ex Additionatore Molinæ *lib.* 4. *c.* 11. *num.* 18. & Molina comprobat, & leges, quæ de matrimonio copulato loquuntur, etiam procedunt in matrimonio ſolùm conſenſu perfecto, quamvis coïtus ſequutus non ſit, *c. fin. de frigid. & malefic cap. per tuas, qui filii ſint legitimi, c.* 1. *&* 2. de matrimonio contra interdictum Eccleſiæ.

Rurſus *tertiò* conſiderat rationem ſucceſſionis commendarum, & reſcriptorum, quæ illam introduxerunt, reſpicere liberorum procreationem ſecundariò: nam principaliter ad ſolatium benemeritorum, & majorem eorum remunerationem inducta fuit, & quod primariò agitur, magis attendi oportet, *l. ſi quis nec cauſam, ff. ſi certum petatur, l.* 1. *de author. tutor.* & in favorabilibus, & indifferentibus appellatione uxoris, mariti, & matrimonii ſponſos & ſponſalia de præſenti comprehendi etiam ante conſummationem pluribus comprobat *n.* 75. & expendit *authent. præterea, C. unde vir & uxor*, imò etiam in favorabilibus appellatione uxoris, non ſolùm venit ſponſa de præſenti non cognita, ſed etiam per æquam extenſionem ſponſa de futuro *ex l. non ſine* 5. junctis Bartolo, Alberico, Saliceto, & Caſtrenſi *per textum ibi, C. de bonis, quæ liberis.* 40

Denique *quartò, num.* 79. *&* 80. plures adducit, ut quoad lucra nuptialia communicentur inter virum & uxorem, quamvis matrimonium non conſummatum, & ad lucra ſola ſponſalia de præſenti ſufficere, & Bartolum, Caſtrenſem, Ruinum, Bertrandum, Caſſanenm, Guidonem Papæs Antonium Rubeum, Fanutium, Baldum, Novellum, Curtium Juniorem, Gregorium Lopezium, Palacium Rubeum, Gaillium & Additionatorem, Greveum, Minſingerium, Scraderum, Barboſam, Mollerum, Martam, Mangilium, Fontanellam, Molinum, Ferrerium, Galganetum, Peregrinum, Gratianum, Mozium, & Gothofredum adducit expendens textum *in l. nihil intereſt* 15. *ff. rerum amotar.* ubi ad actionem rerum amotarum nihil intereſſe, quod vir & uxor ſimul, an ſeparatim in diverſis ædibus habitent, & facit *l. mulierem* 5. *& l. denique* 6. *ff. de ritu nuptiar. l. cum hic ſtatus* 32. *§. ſi mulier* 23. *ff de don. inter*, ubi uxor & maritus dicuntur, qui ſeorſum diu habitarunt, ſi honorem invicem matrimonii habebant. 41

Veruntamen prædictis non obſtantibus noſtra ſententia validioribus juris rationibus, & ipſa diſpoſitione ſchedulæ firmatur, nec obſtant, quæ contra objecta: nam quoad primum, nuptias non concubitum, ſed conſenſum facere ex prædictis *ſuprà* reſponſum eſt, quippe illud procedit, ut matrimonium cenſeatur ex conſenſu celebrari ad ejus indiſſolubilitatem, non verò, ut ſufficiat, quando ultra illud aliæ qualitates requiruntur, videlicet cohabitationem ſex menſium poſt matrimonium, tunc enim, ut prædiximus, non ſufficit matrimonium celebrari, niſi etiam qualitates requiſitæ concurrant, ut *ſuprà* ex pluribus notavimus *n.* 24. 42

Tum etiam quod de matrimonio ex conſenſu, pro contracto habeatur, procedit quoties in ætate legitima contraheretur, ſi enim ante illam celebratur, non proderit matrimonium ad legem reſcriptum, vel ſtatutum in quibus matrimonium requiritur, ut expreſsè ex Bartolo, Baldo, & Ioanne de Amicis notavit Vivius *deciſ.* 220. *n.* 12. ibi: *& conjuges, etiam reperiantur tunc in ætate legitima*, ex eiſdem, & Ludovico 43

Bologneto, Boherius *deciſ.22. num.37.* eis verbis: *Decedente poſt annos nubiles, ſecus ſi ante deceſſerit,* ex Caſtr. & Bald. Tobias Nonius *conſ.51.num.10.* quem *ſuprà* retulimus *n.19.* ubi etiam adduximus Paulum Æmilium, Gabrielem Saray, Scraderum, Carrotium, qui adducit Cepolam, Rolandum, & alios, qui expreſsè tenent pro uxorata non cenſeri illam, quæ ante nubiles annos deceſſit.

44 Nec etiam Textus *in l ſi cui fuerit, ff. de condit. & demonſtrat.* obſtare poterit, potius enim noſtram ſententiam probat, ut quando matrimonium requiritur cum aliqua qualitate, illa primò adimplenda, ut in eodem non ſufficeret matrimonium contrahi, & conſummatum eſſe, niſi in familia fieret, quaſi qualitas præcipuè adimplenda, idque cum factum fuerit, quoties familiæ ſe deſtinaverint copulare, ideò quaſi ex ſe mulier impleverit, conditioni ſatisfacere videtur, etiamſi in domum mariti nondum fuerit ducta, quia ſolùm in familia nubere conditione comprehenſum, quod impletur nuptiis in familia contractis propter indiſſolubilitatem matrimonii juxta quæ poſt Bart. Bald. Panormit. Mainerium, & Joann. Autbarchium notavit Nevius *ad d.l. cui fuerit*, & hoc præceptum nubendi in familia de jure probari *ex Geneſis c.28.* Odrald. Jaſon. Alberico, Alciat. Cravet. Coſt. Ruin. Menoch. Ancharan. Felin. Covarr. Thom. Sanc. & aliis pluribus ego probavi *2.p.deciſ. Granat. 59.n.1. & per totam*, igitur quemadmodum in ejus deciſionis caſu, & *in d. l. cui fuerit*, non ſufficeret, ſolo conſenſu nuptias celebrari, etſi cohabitatione, & conſummatione firmatæ, niſi qualitas nubendi in familia adimpleretur; ita in noſtro caſu deficiente qualitate cohabitationis, quæ ab ſchedulis ſucceſſionis requiritur, curandum non eſt matrimonium fuiſſe contractum.

45 Præterea ſecundum fundamentum contrarium minus nocebit, quippe quamvis verbum *mulieres*, quo utuntur ſchedulæ ſucceſſionis, congruat etiam ſponſis, de quo *ſupra* egimus tamen ut pluries, & nuper notavimus, deficiente qualitate ſchedularum quoad cohabitationem parum id efficiet, vel officiet noſtræ reſolutioni, ut etiam non obſtat *d.l.47. Tauri*, quia licèt in ea Anton. Gom notaverit omnia, quæ conceduntur maritis, ſimiliter & ſponſis de præſenti concedi: tamen cùm in ea lege, ut filii uxorati eximantur à patria poteſtate & fiant ſui juris, requiritur, ut ſit, *el hijo caſado, y velado*, non ſufficiet matrimonium contrahi, niſi velatio Eccleſiæ ſubſequuta, & communiter omnes Tauriſtæ notarunt *in d.l.47.* & juvant verba Antonii Gomezii in ea, *n.2. ad finem*, ibi: *Confirmatur ex ſententia Baldi in l. non ſine, C. de bonis, quæ liber. ubi dicit, quod ſi in aliqua lege, vel ſtatuto reperiatur aliquod verbum denotans plenam & totalem ſolemnitatem, & conſummationem matrimonii, illa eſt ſervanda, & ſequitur, & valde commendat ibi Paulus de Caſtro, & Philippus Corneus: tertiò, quia quando aliqua lex, vel ſtatutum fundat ſe in aliqua qualitate, ante omnia debet de ea conſtare, & cenſetur requiſita pro forma, textus eſt in l. Prætor ait, la 2. §. hac autem actio, verſ. docereque, ff. de vi bonor. raptor. quem ad hoc notat, & commendat ibi Alber. & Angel. textus in l. 1. §. habet itaque ff. ſi quis teſtam. liber eſſe juſſus fuerit l. 3. §. hoc autem interdicto, verſ. itaque, ff. de itinere, actuque privat. l. 1. §. ait Prætor, ff. ne quid in flumine publico, ſed noſtra lex ſe fundat in qualitate velationis, ergo debet procedere*, ex quibus apertè conſtat noſtram ſententiam potius aſtrui, quàm deſtrui.

46 Minus etiam obſtabit donationem, quæ inter virum & uxorem prohibetur, etiam inter ſponſos prohiberi *ex l. penult. ff. de donat. inter.* quia ideò inter conjuges donationes prohibitæ, ne mutuo amore ſe bonis ſpolient, *l.1. ff. de donat. inter*, quæ ratio multò magis in ſponſis procedit: nam principia matrimonii, quod per ſponſalia initiatur, *cap. deſponſatam 27.q.2.c. acceptiſti de ſponſa duorum*, Felin. *in rubrica de ſponſalibus*, Alciat. *lib.8. conſ.6. n.6.* Tiraq. *poſt leges connubiales, gloſſ.2. n.20.* majori affectione procedunt, & maxima ſemper amoris ſigna exhibent, & ideò cautius in illis prohibitio donationis inter conjuges debebat procedere, cum ratio in hoc caſu expreſſa ſit, & ſufficeret tacita, ut diſpoſitio locum haberet, Surd. *conſ.177. n.20. & 21.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.6. tit.14. n.20.* Oſaſc. *deciſ.21. n.13.* D. Molin. *lib.1. de primogen. c.5. n.9. & 10.* D. Caſtillo *tom.5.2. p.c.170. num.4. & 7.* & cùm à lege hic caſus exprimatur ad conſequentiam trahi non debet, ubi de ſucceſſione commendarum nihil in noſtro reſcripto adjicitur, imò expreſſio & extenſio ad ſponſos facta inſinuat regulariter conjugum nomine, ut in noſtro caſu, ſponſos non contineri.

Nec aliquid facit Textus, *in l. Deo nobis, C. de Epiſcopis, & Clericis*, quia ibi ſolum abrogatur lex 47 quæ jubebat ſponſis in duplum reſtituere, quod à maritis acceperunt, ſi ante conſummatum matrimonium, Religionem ingrediantur, & ne aliquod impedimentum eſſet pietati, & dedicationi, quæ ab ſponſis Deo fieri poſſet religionis ingreſſu, jubetur ut nullus eorum aliquid amittat, & quod arrharum nomine datum ſolum reſtitui debeat & non duplicari notarunt, Molin. *de juſtitia & jure tract.2. diſp. 431.n.1.* Sanch. *de matrimonio lib.1. diſp.36. n.4. & lib.6 diſp.21. n.4.* ex Lapo, Romano, Tiraq. Fortunio, Garcia, Rebello, & aliis Barboſ. *in collectanea d. l. Deo nobis, num.1. & 5.* quippe à pietate valde alienum erat, ut aliqua pœna impediri videretur majus bonum religionis & ſe Deo dicare, & duplum reſtitueret uxor ejus quod pro arrhis recepiſſet, vel maritus arrhas amitteret ex religionis ingreſſu, cùm nihil ex juribus ſuis diminuatur ei qui monaſteriis ſe incluſerit, & Deo dicaverit, ut comprobatur, §. *hoc etiam cognitum, dict. l. Deo nobis.* Raynald. Corſus *lib.2. indagatio, c.23.* Boër. *quæſt.34.* Lapus, *alleg.106.* Anton. Gomez *2. tom. variar. c.5.* Aſcanius Clemens *de patria poteſt. c.5. effectu 6. n.24.* Suarez *allegat.25. num.4.*

Imò ob majus bonum ſi quid poſſit ante religio- 48 nem filio objici ut ingratitudo, obliteratur, ut ex illa exhæredari à Patre non poſſit qui religionem ingreſſus, ut ex Hippolyt. Surd. Covarr. Molin. Cardoſo, Mart. Companill. Sanc. Emanuele Roderic. & aliis, Auguſtin. Barboſ. *in collectanea in d.l. Deo nobis n.19.* & multum differt in hoc caſu matrimonium requiri cum cohabitatione ſex menſium vel ſponſis concedi *in d. l. Deo nobis* ne aliquod damnum ſentiant ex religionis ingreſſu.

Nec aliquid faciet opinio Doctorum *ex l.44. Tauri quæ eſt, l.4. tit.7. lib.5. recopil.* ut quod *ibi* traditur, 49 majoratus qui matrimonii cauſa fit maneat irrevocabilis procedat etiamſi matrimonium non conſummatum, ſi tamen ejus prætextu fiat, quia id locum habet reſpectu indiſſolubilitatis matrimonii, quia lex ſolùm exigit fieri majoratum *por via de caſamiento*, nec enim negamus matrimonium eſſe quod ratum nec conſummatum, & ita obſtare non poterunt, *c. fin. de frigidis & maleficiat c.1. & 2.* de matrimonio contra interdictum Eccleſiæ, *c. per tuas, qui filii ſint legitimi*, quia ſolum nomine matrimonii comprehenduntur, quod ſolemniter contractum, illud verò non admittimus

timus ad prædictam ſucceſſionem commendarum non ſufficere matrimonium in hoc caſu, quando ante legitimam ætatem, & per diſpenſationem proceſſit, nullâ conſummatione, nec cohabitatione ſequutâ, ſi priùs uxor recederet, quàm impleret tempus, quo ſolùm in diſpenſatione permiſſum viro conjungi, quando lex ſucceſſionis reſpexit liberorum procreationem, & ultra matrimonium verè, & realiter ſex menſium cohabitationem requirit.

50 Deinde quod tertio loco objectum minùs obſtabit, quia quod traditur ſchedulam ſucceſſionis non reſpicere principaliter procreationem liberorum, ex ejus verbis apertè concluditur, ut conſtat ex ea, quæ expedita fuit anno 1603. ubi aliarum mentio fit, ibi: *Las mugeres que ſucceden en ellas en ſegunda vidà, ſon moleſtadas à que ſe bueluan à caſſar ſiendo algunas de ellas de mucha edad y ſin eſperança de tener hiios*, ex quo apparet id reſpexiſſe, & huic malo mederi velle. Nec quidquam ad rem facit *auth. præterea, Cod. unde vir & uxor*, quia ut ex ea apparet, non procedit in noſtro caſu de matrimonio non conſummato, & *l. non ſine, C. de bonis liberis* procedit, ut ſponſa lucretur, quod ei ſponſus reliquit, & dubitatio, de qua in eo textu magis noſtram ſententiam confirmat, præſertim ubi prædictæ qualitates ad ſucceſſionem commendarum requiruntur.

51 Poſtremò non obſtabit quartum fundamentum, quod expendit D. Solorzanus, *n* 79. & 80. de pluribus Doctoribus, qui tenuerunt lucra nuptialia communicari inter virum & uxorem, etiamſi matrimonium conſummatum non ſit, quippe etſi aliter accipiendæ ſchedulæ ſucceſſionis commendarum, quæ ultra matrimonium requirunt qualitates, quas expreſſimus, in quo caſu nullus ex prædictis Doctoribus, nec ullus alius tenuit ſufficere matrimonium contrahi, non expletis circumſtantiis requiſitis, & in noſtro caſu plures adimplendas retulimus.

52 Sed etiam abſolutè quoad lucra nuptialia neceſſarium eſſe matrimonium conſummari, majoris numeri, & authoritatis plures tenuerunt, præſertim Doctores Hiſpani, quos *ſuprà* notavimus *n.* 21. Barboſa, Mench. Gamma, & Flores de Mena, ejus Additionator, Cevall. Cald. Pereira, Cancerius, Fontanell. Joan. Gutierr. Thom. Sanch. Covarruvias, Palacius, Rubius, Avendañus, & alii plures, quos refert Joann. Garc. *de conjugali acqueſtu, n.* 52. & quemadmodum circa hiſtorias magis credendum Scriptoribus ejuſdem Provinciæ, quia melius poſſent eſſe informati, ut ex Cardinali Baronio, Marſilio, Leſſ. Pined. D Didac. del Caſtillo, & fratre Joanne de la Puente ego notavi 1. *part. deciſ. Granatenſ. 7. num.* 29. *ad finem*, unde ideò circa lucra, & ſucceſſionem conjugum inter nos magis noſtros Doctores, quàm exteros ſequi debemus ultra plures illorum, quos pro eadem ſententia *ſuprà* adduximus *diſt.* 21.

53 Opinio etiam illorum magis admittenda, quia in peculiaribus tractatibus de ea re egerunt, ut ex Alciato, Decio, Nevizano, Gozadin. Menoch. Cagnol. Pariſ. Soc. Grat. Zephal. Mantic. Turret. Fabr. Rimin. Ald. Zephal. Anton. Maria, Corrac. & aliis notavi *d. deciſ. 7. n. 29. in principio*, & pro noſtra ſententia, ut lucra nuptialia non acquirantur, niſi matrimonio conſummato, vel ſaltem ejus cohabitatione tenuerunt Covarr. Thom. Sanch. Barboſ. & Joan. Gutierr. *in peculiaribus tractatibus de ſponſalibus, & matrimonio*, Fontanell. *de pactis nuptialibus*, Joann. Garc. *in terminis in tr. de conjugali acqueſtu*, ideò junctis pluribus exterorum opinionibus quoad nos hæc magis probanda.

Quantum verò in jure attendatur cohabitatio conjugum ad lucra nuptialia, vel eo ſolùm apparet: nam ſi matrimonium contrahatur in aliqua Provincia, ubi diverſa ſtatuta ſint quoad hujuſmodi lucra, quàm in alia ad quam uxor cum marito traducta, & cohabitavit, ejus, ubi cohabitatio conſuetudines, & ſtatuta admittenda, *l. exigere dotem, C. de judiciis*, ubi communiter notatur, Bart. *in l. cunctos populos, n. 8. ad finem, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & *ibi* Fulgoſ. *n.* 19. Butr. *in c. 1. n. 12. verſ. ſed in caſibus*, & *ibi* Abb. *n.* 11. Felin. *n.* 26. *de ſponſalibus*, & ultra ordinarios, utrobique Afflict. *deciſ.* 226. *n.* 12. & *ſequent.* & *ibi* Urſillus, Socin. Junior. *lib. 1. conſ.* 14. *n.* 1. Garc. *de conjug. acqueſtu, n.* 140. Mantic. *de contractibus, lib.* 3. *tit.* 14. *n.* 1. Baptiſta Coſta *conſ.* 16. *num.* 3. Aldovinus *conſ.* 85. *num.* 6. & 7. Molfeſius *ad conſuetudinem Neapol. 1. part. cap.* 5. *num.* 45. & 2. *part. quæſt.* 12. *n.* 16. plures referens Giurba *ad conſuetud. Meſſanenſ. cap.* 1. *gloſſa* 1. *n* 65. Greh. Lopez *in l.* 29. *gloſſ.* 1. *tit.* 11. *p.* 4. Matienzo *in l.* 2. *tit.* 9. *lib.* 5. *Recopilat. gloſſ.* 1. *num.* 79. 54

Et quamvis aliquis conſideraret ſchedulam ſucceſſionis procedere ad ſolatium conjugis amiſſi, ut ſuperſtes in commenda ſuccedat, cùm tamen in ea expreſsè de procreatione liberorum agatur, ſufficeret eam rationem deficere, ut ſucceſſio non procedat, argumento ejus, quod notatur *in* §. *affinitatis inſtit. de nuptiis*, præſertim in matrimonio ante legitimam ætatem celebrato, non jure communi, ſed diſpenſatione, non conſummato, nec cohabitatione ſequutâ, imò in anno undecimo decedente puellâ, antequam nec conſummare, vel cohabitare poſſet, & tempore quo ex diſpenſatione id prohibitum. 55

ALLEGATIO L.

Curſoris majoris officium Regnorum Hiſpaniæ, Regali Patrimonio applicandum.

1 *Curſoris majoris officii lis quæ pendebat ſuſpenſa fuit, quia Comes de Onate in Germania erat cum munere legati.*

2 *Fundamenta nova ultra quæ adhuc expenſa ſunt pro juſtitia Regis.*

3 *Ius oritur ex facto.*
l. ſi ex plagiis, §. in Clivo Capitolino, ff. ad leg. Aquiliam.

4 *Curſoris, & Veredarii publici munus apud omnes gentes inductum.*

5 *Romani, Perſæ, Turcæ, & Indi uſi fuerunt curſu publico.*
tit. Cod de curſu publico lib. 12.
c. 2. *C. de cohortalibus, lib.* 12.

6 *l.* 2 *C. de præpoſ. ſacror. cubicular. lib.* 12.
l. 3. *C. de ſilentiariis lib.* 12.
l. maximarum, C. de excuſatio. muner. lib. 10.
Angariarum uſus proponitur.

7 *Doctores qui de curſu publico, & Angariis egerunt.*

8 *Ludovicus XI. Gallorum Rex inſtituit in Gallia publicos Curſores.*

9 *Hiſpaniæ etiam Curſores publici inducti.*
tit. 9. lib. 6. recop.

10 *l. ſervi, 99. § fin. de legat. 3.*

11 *Curſorum aliquorum mirabilis celeritas.*

12 *Curſores phaleratiapud Romanos.*
13 *l.agentes, 2.l.agentes, 4.C.de curioſis & ſtationariis lib.12.*
14 *Curſores publicos eligere pertinet ad Regalia.*
l.2.C.de curſu publico.
l.nullus evectione, C.eodem.
l.2.l.7.tit.10.lib.6.Recop.
15 *Fundamenta quæ adhuc pro Rege in officio Curſoris majoris notantur.*
D.Dom. Ludovicus Gudiel doctiſſime pro Regali Patrimonio in lite de las eſtafetas, *ſcripſit.*
16 *Curſoris majoris officium non potuit extendi ad Veredarios quos diximus*, eſtafetas.
17 *Nominum differentia arguit diverſitatem.*
l.quod ſi nepotes, verſic aliter, ff.de teſtament. tutor.
18 *Miniſterium,& exercitium rerum diverſum, differentiam rerum inducit.*
19 *l.Iulianus 10.verſic.nam mutata forma, ff.ad exhibendum.*
20 *Pretii differentia diverſitatem rei inducit.*
l.quantitas, ff.de exception.rei judicat.
21 *Annexio probanda ab eo qui allegat.*
22 *Augmentum debet eſſe ejuſdem ſubſtantiæ non diverſæ.*
23 *Clauſula*, rebus in eodem ſtatu manentibus, *in diſpoſitione intelligenda.*
l.quæro, 56.§.inter locatorem, ff. locati.
l.quod Servius, ff.de condictio. cauſa dat.
24 *Augmentum immoderatum non comprehenditur conceſſione.*
25 *Conceſſio nociva publico ſtatui revocanda.*
c.ſuggeſtum de decimis.
c.quanto de cenſibus.
c.reſcripta, 25.q.2.
l.5.tit.20.p.1.
l.43.tit.18.p.3.
26 *Læſio enormiſſima conſideratur in rebus tractus ſucceſſivi poſt primam conceſſionem.*
27 *Facultativa non cauſant præſcriptionem.*
l.Proculus, 26.de damno infecto.
l.1.§. Denique Marcellus, ff. de aqua pluvia arcenda.
l.ſi in meo, 21.ff.eodem.
l.viam publicam, 2.ff.de via public.
28 *Præſcriptio quadraginta annorum cum titulo, æquiparatur immemoriali & n.111.c.1.de preſcription.lib.6.& n.111.*
l.ultima, §. fin. C. de fundis patrim. lib.11.& num.111.
l.1.tit.10.lib.5.recop.& n.111.
c.cùm perſona, §.quod ſi tales, de privilegiis, lib. 6.& n.111.
29 *Titulus qui non concedit quod ex eo intenditur preſcribi, potius conſtituit in mala fide, & impedit præſcriptionem.*
l.ſi is cui, ad finem, ff.quemad.ſervit.amitt.
l.fin.§.ſin autem: C.comment.delegat.
l.quemadmodum, Codic. de agric. & cenſit. lib.11.
30 *Varietas uſus non inducit conſuetudinem vel obſervantiam.*
l.nemo, 166.§.temporariæ, ff.de regulis juris.
31 *Obſervantiam vel conſuetudinem non inducunt quæ facultativa.*
32 *Precarium expreſſum vel tacitum voluntate concedentis revocatur.*
l.1.ff.de precario.
33 *Declaratio voluntatis debet fieri ab ipſo qui conceſſit.*
l.hæredes palam, §.ſi quid poſt, ff.de teſtam.
l.ſi ſervus plurium, 53.§.ult.ff.de legat.1.
34 *Declaratio conceſſionum quas Rex fecit, ſolùm ad Regem pertinet.*
l.fin.C.de legibus.
c.cùm veniſſent, de divitiis.
l.4.tit.33.p.7.
l.27.tit.18.p.3.
35 *Declaratio non operatur in præjudicium tertii.*
36 *Advocatis creſcit præmium ex allegationum volumine.*
37 *Curſoris majoris officium à D. Imperatore conceſſum Baptiſtæ Maffeo, & Simoni Taſio fratribus, anno 1518.*
38 *Simon Taſius vixit uſque ad annum 1562. quo mortuus.*
39 *Philippus Secundus anno 1506.officii curſoris prorogationem dedit in favorem D.Ioannis Taſſi ignorans vivere Simonem cui competebat.*
40 *Philippus Tertius conceſſit prorogationem officii Curſoris Comiti de Villemediana, annis 1598. & 1607.*
41 *Titulus anterior cauſat nullitatem tituli poſterioris contrarii.*
l.fin.C.de location.prædior.civil.lib.11.
42 *c.Abbate ſanè, §.pro parte, de rei judicata, lib.6.*
43 *c.capitulum S.Crucis, 30.de reſcript.*
44 *c.cùm olim, de ſentent.& re judic.& n.50.*
45 *Conceſſio ſecunda poſt primam eſt obreptitia.*
l.ſi quæ loca, C.de fundis & ſaltibus rei Dominicæ, lib.11.
46 *Titulus ſecundus, non facta mentione de primo contrario, nullus eſt.*
47 *Conceſſione ſecundâ non derogatur prima facta, niſi expreſsè ejus mentio fiat.*
48 *Secunda conceſſio non præjudicat primæ, licèt ſecunda fiat ex motu proprio & certâ ſcientiâ.*
49 *Privilegium ſecundum non valet contra primum niſi expreſsè revocetur.*
c.veniens, de præſcriptionib.
c.1.de reſcriptis.
l.decurionibus, C.de ſilentiariis, lib.12.
50 *Subreptio vel importunitas præſumitur ex præjudicio tertii.*
l.1.C.de petit.bonor.ſublatis.
Princeps tertio præjudicari non creditur.
l.2.§.ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco publico.
l.bene à Zenone, C.de quadrien.præſcript.
l.quid ſi minor, §.ſequela, ff.de minoribus.
51 *Conceſſioni, quæ nondum vacant, ſunt nulle.*
c.2.de conceſſione Præbendæ.
cap.deteſtanda, eod.tit.lib.6.
52 *Argumentum de beneficiis ad officia procedit.*
53 *Conceſſio de officio, quando vacaverit, prohibetur.*
l.25.tit.10.lib.5.Recop.
l.3 tit.3.lib.7.Recopil.
l fin.C.de pactis.
54 *Ius tertio quæſitum adimi non poteſt.*
55 *Ius quæſitum alicui ex cauſa oneroſa Princeps numquam tollit.*
56 *Renunciatio intruſi nihil prodeſt.*
57 *Error voluntati contrarius.*
l.ſi per errorem, ff.de juriſd.omn.judic.
Gratia non pendet ex voluntate ejus, cui fit, ſed Principis qui gratiam facit.
58 *Conceſſio prima præferenda, quamvis ex ſecunda fieret traditio.*

l.quo

l.quoties, Cod. de rei vindicatione.
cap. fin. de sponsa duorum.

59 Possidens à fisco non conveniendus, sed ipse fiscus, nisi titulus sit invalidus per subreptionem.
§.fin. instit. de usucap.
l.benè à Zenone, Cod.de quadrien. præscript.& num.50.
cap.Abbate §.pro parte, de re judicat. lib.6.

60 Subreptio annullat concessionem, etiamsi procedat ex ignorantia, & facto alieno.
c.si super gratia, de officio deleg. lib.6.

61 Titulus concessionis annullatur, si non expressum ad gratiam, quod difficilem poterat reddere, quamvis dicatur etiam non expresso concedendum.
c.postulasti, de rescriptis.
c.super literis eodem titulo.

62 Gratia nulla non confirmatur consensu tertii, sed Principis, qui fecit.

63 Concessio facta pluribus ex supervenientibus excluduntur hæredes mortui.
l.hæredes mei, §.fin.ff.ad S.C.Trebellianum.

64 Absentia impedimentum extenditur ad ægritudinem & quodcunque.

65 l.1.C.si liberal. Imperial. socius lib.10.

66 Officium, quod ut vacans obtinetur forma vacationis exprimenda,quia posset Principem movere, concedat, vel non.
c.susceptum de rescriptis lib.6.
l.ea 121.§. in insulam, ff.de verb.obligat.

67 l.prout quisque 80.ff.de solutionibus, c.quamvis 8. de officio ordin.lib.6.

68 Concessio data cum relatione ad jus alterius non operatur ultra quod ille habebat.

69 Terminus ad quem transfunditur in terminum æquiparatum.
Dictiones, secundum, prout,sicut,sunt relativa, & restringunt.

70 Privilegium & concessio quando referuntur ad illud quod non est nullius momenti censentur.
l.servus legatus, §. qui quinque, ff. de leg.1.
l.1.tit.9.part.6.

71 l.1.§.sed etsi dotem, ff.de dote præleg.

72 l.qui plures 18.ff.de usufruct. legato.

73 l.sicut 126.ff.de verb.obligat.

74 l.Lucius 88.§.quisquis, ff.de legat.2.

75 l.si Prator, §.si judex, ff.de re judicata.
l.omnes, C.de præscript.30.vel 40.annor.

76 Concessio vel privilegium, si ad illud se referat, & relatum non appareat, nulla est concessio referens.

77 Privilegia ad instar ex relato restringuntur.

78 Privilegium ad instar non operatur, si in alio nihil continetur, vel non appareat.

79 Titulus posterior à priori debet formari.
l.2.C.de imponend.lucrat.descript.10.c.quadam mulier, 76.ff.de rei vindicat.

80 Prorogatio annullatur, si concessio prima fuit nulla.
Initium spectandum.
l.quidquid, ff. de donat.
c.clam.possidere, in princip.de adq.poss.

81 Concessiones tot existimantur quot personæ quibus factæ.
l.si adrogator, vers.penult.ff.de adopt.
l.cohæredi, §.cum filia, ff.de vulgari.
l.unum ex familia, §.si Falcidia, ff.de leg.2.
l.quoties, C.de donat. quæ sub modo.

82 Gratia secunda contraria primæ est nulla, nec convalescit propter negligentiam impetrantis primæ.

l.quod ab initio, ff.de reg. juris.
cap.auditis, de electione.
cap.plerumque, de rescriptis.
cap.si Clericus de præbend.lib.6.

83 Tituli valor non consideratur ex tempore futuro sed ex præsenti.
c.constitutus de rescriptis.
c.gratia eodem titulo lib.6.
c.si eo tempore de rescriptis lib 6.

84 Officium uni datum sine ejus renunciatione ad alium non transferendum.

85 c.1.tit. de eo qui finem fec.agnat.in feudis.
cap. Præterea, tit.quibus modis feud. amitt. in feudis.
cap. Titius, tit.si de feudo fuerit controvers.in feudis.
Consensus ex quo inducitur ratihabitio,debet fieri in scriptis,vel præsentia ejus qui intelligit ex actu illo præjudicium inferri alias non nocet, si credat jus durare.
l sicut, §.non videtur, ff.quibus modis pign. vel hypotheca solvitur.
l.Caius, ff.de pignorat. actione.

86 Ratihabitio non operatur in actibus, qui sunt à principio nulli, sed in his qui in suspenso.
l.qui in aliena in princ.ff. de adq.hær.
l.servo invito, ff.ad S.C. Trebellian.

87 Officia quorum concessio ad Principem spectat, non possunt obtinere sine titulo legitimo.
cap.ordinarii, de officio ordinarii lib.6. Concil. Trident.sess.7.de reform.cap.5.

88 Præscriptio non operatur sine titulo Regis in officiis, quæ sine titulo obtineri non possunt.
l.probatorias, C.de diversis officiis.

89 Officium datum post mortem alicujus, an de novo datum censeatur.

90 Exceptio de jure tertii non admittenda, & n.91.
l.loci corpus, §.constat.ff si servit.vindicatur,& num.97.

91 Observantia subsequuta effectus.

92 Rescriptio immemorialis quomodo causatur.

93 Mortis tempus magis vitæ, quàm morti tribuendum.
l.fin ff.de collat.bonor.
l.qui duas 18.§.1.ff.de manum.testam.
l fin.ff.de condit.instit.
l.hæres meus 79. in principio, ff. de condit. & demonstrat.
l.pater Severinam, §.socrus, ff.eodem.
l si pater 15.ff de captivis.

94 Concessio declaranda ex petitionis forma.
cap. inter dilectos, §. caterum de fide instrument.
l.si defensor,§.qui interrogatus,ff.de interrogat. actio.
§.præterea instit.de inutil.stipulation.

95 Verba generalia concessionis non possunt extendi ultra petitum & relatum, licet generalia.
l.à filio 15.§.ult.ff.de aliment.legat.
Princeps sub generalitate verborum concessionem non extendit in sui præjudicium.
l.nec damnosa 3.C. de precibus Imp.offeren.
l.rescripta, C.eodem.

96 Exceptio de jure tertii potest opponi ab eo cui prodest, vel cujus interest.
l.si cui, C.de non numerata pecunia.

97 Exceptio de jure tertii opponi potest quando ex ea jus agentis excluditur.
l.in rem, ff.de rei vindicat.

l.ſi ut certo, §.ſi duobus vehiculum, ff. commodati.
l.fin. C.de rei vindicat.
l.cum ſervum, 6. C.de ſervis fugitivis.

98 *Prorogatio conceſſionis non cenſetur nova conceſſio, & num.*108.

99 *Officium Curſoris majoris non de novo datum à Rege Philippo II. & III. ſed prorogatum. Nullitas conceſſionis influit in prorogationem.*

100 *Conſequentia nulla poteſt eſſe legitima ex principio illegitimo.*
l.fin. C. de natur. liberis.
Fructus ex radice infecta produci non poſſunt. cap. vulnerato 1.quæſt. 1.

101 *Cauſati non poteſt eſſe plus juris quàm in cauſa.*

102 *Antecedenti deſtructo debet conſequens deſtrui.*
l.1.§.hujus rei, ff. de officio ejus.
l.veteris, ff. de itinere, actúque privato.

103 *Cauſa deficiente, etiam deficit effectus.*
l.tutores, §.curatores ff.de adminiſtrat.tutor.
l.licet, §.ea obligatio, ff. de procurator.

104 *Extenſio eandem retinet qualitatem, quam illud ad quod extenditur.*
*l.ſed ſi manente, ff.de precario, & num.*108.
l.1. ff.de leg.1.
l.1.C.de bonis, quæ liberis.
l. non eſt novum, ff. de legibus.

105 *Prorogatio nec ratihabitio non ſortitur effectum, quando actus principalis eſt nullus.*

106 *Fundamento deſtructo deficit quod ſuper illo ædificatum.*
l.egi tecum, ff. de except. rei judicatæ, l.cum Paulus 1.quæſt.1.

107 *Officium prorogatum non eſt novum officium, ſed idem.*
l.Valerianus 10.ff.de Prator. ſtipulat.
l.filius 6. in princip. ff.de jure fiſci.
l.vel ſurdo 5. ff. de privileg. creditorum.
l.idem privilegium 6. ff.eodem.
l.eiſdem privilegiis 7.Cod.de Advocatis diverſ. judic.
l.viros 2.C. de commit. conſiſtor. lib.12.

108 *Relatio ad poſſeſſionem alterius de juſta accipienda.*
Error & ſubreptio non debet Regi nocere.
l.ſi forte 8.ff. de caſtrenſ. pecul.
l.ſi poſt 4.l.cum falſa 5.Cod. de jure, & ignorantia.

109 *Conceſſiones ad vitam inducunt precarium quod excludit præſcriptionem.*

110 *Præſcriptio non operatur in eo, in quo Regis titulus requiritur.*
l.ſi is cui, ff. quemadmodum ſervitutes mittantur.

111 *Præſcriptio in juribus Regalibus eſt reſtringenda. cap.quoad tranſlationem de officio delegat.*

112 *Ius ut tale qui recipit, non poteſt negare eſſe tale.*
l.ſi aliena 12. ff. ſoluto matrimonio.
l.ſi ponas 23.§.ſi hæreditatem, ff.de inoffic.teſtament.
l.Titius Sempronio 9.ff. quibus modis pign.
Poſſeſſionis cauſa non poteſt mutari.
l.nemo, C.de acquir. poſſeſſ.
l.non ſolum, §.quod vulgo, ff. de uſucap.

113 *Obſervantia ſubſequuta non operatur contra verba manifeſta tituli.*

114 *Obſervantia non operatur in præjudicium tertii.*

Pro Rege noſtro Hiſpano, & jure quod habet ad officium publici Curſoris Regnorum Hiſpaniæ invalidâ conceſſione quam ejus fecit, & circa magnam litem, quæ de hac re pendet in ſupremo Regalis Patrimonii Senatu, fundamentis, quæ adhuc expenſa à Fiſci Patronis in epitome redactis, alia nova pro Rege noſtro latius adducuntur.

IN hoc caſu ingens controverſia, grave judicium exortum & agitatum ex variis fundamentis expenſis à fiſci Patronis, qui in hac cauſa doctiſſimè advocatione functi, tamen quia in viſionis inſtantia prima ſententia adverſus Regale Patrimonium data fuit, & cùm ego ex Cancellaria Granatenſi, ubi Senator ad hoc munus fiſci Patroni Regalis Patrimonii aſſumptus à Rege noſtro fuiſſem, & vellem ſecundam inſtantiam ſupplicationis proſequi pro Regali Patrimonio, inveni à Rege noſtro judicium ſuſpenſum, quia Comes de Onate & Villa Mediana, cum quo lis agitabatur, nam ex ſucceſſione ei competebat jus in hoc officio publici & generalis Veredarii Hiſpaniæ, illéque in Germania eſſet, laudabiliter fungeretur munere Legati extraordinarii, ubi egregiam operam navavit in magnum decus Regnorum Hiſpaniæ, & ſingularia ſervitia exhibuit, ejúſque filius & ſucceſſor in Anglia exercebat legationem ordinariam; ideò Rex noſter benignè ne dum illi pro ſuo ſervitio abſentes erant, aliquod pati poſſent detrimentum in litis eventu, quæ adeo gravis cenſebatur, ut plus quàm centum millium aureorum in annuis redditibus æſtimaretur, eam pro nunc ſuſpendi decrevit.

Ego verò hujus rei & Regalis Patrimonii fundamenta perpendi, cùm tamen etſi omnia quæ huc uſque excogitari poſſent, à fiſci Patronis doctiſſimè expenſa fuerunt, cùm tamen aliqua invenerim, de quibus actú non fuit; nam ex facti occultatione naſcebantur; ideò ut tempore poſtea jus non obſoleſcat, & poſſint Judices, quando litem ex Regis juſſu proſequi debent, exactâ cauſæ cognitione rectum proferre judicium, ideò jus Regalis Patrimonii fundandum decrevi.

Præmittendum, hujus officii Curſoris Publici origo, & qui de eo egerunt, & poſtea facti ſpecies noſtri caſus ſtatuenda, ut inde *juxta legem ſi ex plagii: §.in Clivo Capitolino, ff.ad leg.Aquiliam,* ex facto jus oriatur, in quo pro Rege noſtro & ejus juſtitia, alia quàm adhuc expenſa fundamenta proponam.

Notandum igitur eſt apud omnes gentes munus Veredarii publici exerceri ſolitum, de Perſis à Cyro id inductum tradit Xenophon *lib.8. de Cyri inſtitutione, pagin.*232. & etiam his Veredariis & publicis Curſoribus uſum fuiſſe Xerxem notavit Herodotus *in Urania, lib.2. Hiſtoriæ Perſicæ, n.*98.

Quibus conſentit Alex. ab Alex. *lib.1.dierum genialium, c.*27. & apud Indos Peruanos antiquiſſimum hoc fuiſſe tradit Garcia, Laſſus, Inca *in commentariis Imperii Peruani, lib.6.c.7.* cui addendus Doctiſſimus Solorzanus *to.1.de Indiarum gubernat.lib.1.c.12.n.22.* &

& apud Turcas idem tradit Calchondilas *lib. 9 de rebus Turcicis*, P. Hieron. Rom. *in Republica Turcarum c. 14. & 20.* Bullengerus *de Imperio Romano, lib. 6. c. 33. & 39.* & apud Romanos Augustus cursum publicum & Cursores instituit, Sueton. *in Augusto, c. 40.* & extant tituli integri de cursu publico in C. Justinianeo, & Theodos. & facit *l. 2. C. de cohortalibus lib. 12.*

Et hujus rei mentionem faciunt *l. fin. § Patrimonium antem ff. de muneribus & honoribus, l. 2. C. de præpositis sacrorum cubiculariorum, l. 3. C. de silentiariis, lib. 12. l. maximarum 13. C. de excusat. munerum, lib. 10.* qui equi Veredi, Angariæ, Nuncii Regii, & Cursores publici, & aliis nominibus nuncupabantur, eisque usitatissimum exercitium fuit in utroque Imperio Romano & Orientali, ut constat ex eis quæ notarunt Othomanus, Brisonius, Schradeus, & Calbinus *verbo Angaria*, Pancirolus *in notitia Imperii Orientalis, c. 6. & 64.* Jacob. Cujac. *in paratitla ad titulum, C. de officio Magistri officiorum*, Alciatus *in l. neminem, n. 2. C. de sacros. Ecclesiis*, Sixtinus *de Regalibus lib. 2. c. 13. n. 2. & seqq.* Tiraquellus *in Alexandrum, lib. 2. dierum genialium, cap. 27. lit. H.* 6

Et præter ordinarios in titulo de cursu publico, Angarus & Perangariis, *lib. 12.* Lucas de Peña *in l. 3. C. de Castrensianis & Ministerianis, lib. 12.* Bullengerus *d. lib. 6. c. 28.* Otalora *de nobilitate, 1. p. c. 2. n. 23.* Molina *de Iustitia & jure, tract. 2. de tributis disput. 661.* Guterrius *de officiis domus Augustæ, lib. 3. cap. 14. vers. Angariæ.* 7

Id enim & hujus muneris exercitium ipsa regiminis necessitas & commerciorum utilitas induxit, & ideò apud omnes gentes, qui politicâ disciplinâ reguntur admissum fuit uti his Regiis Nunciis Cursoribus publicis & Veredariis, ut etiam in Gallia à Ludovico XI. inductum tradit Renatus Chopinus *de domanio Franciæ, lib. 3. tit. 29. n. 31. ad finem* Bullengerus *ubi proximè, c. 33. ad finem*, & hujus officii utilitatem recensèt Cassaneus *in catalog gloriæ mundi, 6. p. consideratione 7.* & utilitatem recensèt Cassiodorus *li. 6. variarum, epistola 6.* cis verbis: *Veredorũ quin etiã opportunam velocitatem, quorum status semper in cursu est diligentia suæ districtione, custodit, ut solicitudines nostras quas consilio juvat, beneficio celeritatis expediat, per eum exterritis gentibus, ad laudem Reipublicæ nostræ ordinatur humanitas, & nolentes redeunt quos merentes exceperit, per eum quippe nobis Legatorum, quamvis festinantium prænuntiatur adventus, per eum nominis nostri destinatur evectio, & isti principaliter creditur quod tamen necessarium esse sentitur.* 8

Et apud nos in Hispania est integra rubrica *tit. 9. lib. 6. recopil.* quibus adde Camill. Borrell. *de præstantia Regis Catholici c. 19. n. 27.* Ramirez *de l. Regia, §. 26. n. 58. & sequent.* Didacus Perez *in l. 55. tit. 9. lib. 8. ordinamenti*, idem Borrellus *de Magistrat. lib. 4. c. 9. n. 39. & seq. & in addition. ad Bellug. in speculo Principis, rubrica 46. §. demum appellatur, lit. C.* Molina & Otalora *ubi suprà.* Joannes Franciscus de Ponte, *vol. 2. cons. 137. n. 5.* agens de hac eadem lite & officio Cursoris majoris pro Comite de Villamediana, quos *suprà* relatos, & alia plura ex Cicerone, & Martiali, *lib. 3. epigramm. 100.* notavit Doctissimus D. Ludovicus Gudiel *in allegationibus hujus litis, in prima, n. 13. & 59. in 2. allegatione, n. 5. 9. & 10.* ubi adducit Menochium, Marinum, Frecciam, & alios. 9

Ultra eum, etsi ferè omnia cumulaverit, vide quæ ex Virgilio *lib. 2. Æneid. vers. 547.* 10

Cui Pyrrhus: referes ergo hæc, & nuncius ibis
Pelidæ genitori, illi mea tristia facta,
Degenerémque Neoptolemum narrare memento.

Et viatores priscis Romanis in usu fuisse constat ex Tito Livio, *decade 4. lib. 1.* & probatur *l. servis, 99. §. fin. ff. de legat. 3.* ibi: *Si alii Verna, alii Cursores Legati sint, siquidem & Verna, & Cursores sint, Cursoribus cedent.* Semper enim species generi derogat, adde quod ex Tertull. *lib. de fuga*, Æschylo, Cassiodoro, Coripo, & aliis, tradit Thomas de Emster *in Paralipomenis ad Rosinum, lib. 7. antiquitatum Romanarum, c. ult. ad finem*, & refert locum Ælii Spartiani *in verbo*, ibi: *Iam illa leviora quod Cursoribus suis exemplo cupidum, frequenter alas addidit, eósque ventorum nominibus sæpè vocitavit, Boream alium, alium Notum, & item Aquilonem, aut Circium, cæteríque nominibus appellans, & indefessè atque inhumaniter faciens cursitare.*

Quibus addendus Plin. *lib. 2. natur. histor. c. 72. & lib. 7. c. 20.* ubi refert miram celeritatem Anistidis & Philonidis Cursorum Alexandri Magni, qui uno die centum & quinquaginta milliarium cursum peregerunt, & memoratur etiam Philidis, qui predestris duobus diebus centum & quadraginta & quinque milliarum iter peregit, & Ata puer octo solum annis ætatis à meridie, usque ad noctem, septuaginta millia passuum spatium cucurrit, refert etiam, Piaza, universale, quem librum ex Italo sermone in Hispanum traduxit Christophorus Suarez à Figueroa, *discurs. 42.* 11

Et videndi Raderus & Ramirez ad Martialem *lib. 3. epigramm. 100.* ubi adducit Lipsium *epist. 49. Centuria singularis ad Italos & Hispanos*, ad Nicolaum Micaultium, ubi plura congerit ex comment. Julii Cæsaris, Plutarcho, Æmilio, Probo, Suida, Curtio, Herodoto, Livio, Suetonio, Socrate in Historia Ecclesiastica, & nostro Petro Cieza, & aliis multa refert, & de Cursoribus phaleratis, quos secum Romani solebant ducere in itinere, vide Petronium Arbitrum *satyricon c. 28.* ubi ejus commentatores adducunt Suetonium *in Nerone cap. 30.* Senecam *Epistola 22.* & Martialem *lib. 3. Epigramm. 47.*

Nec feriatus ibat ante Carrucam,
Sed tuta fœno Cursor ova portabat.

Ubi noster Ramirez de eadem re adducit Senecam *Epistola 87. & Epistola 124.* ubi ultra eum adde Lipsium *ibi notab. 3.* ubi se refert ad ea, quæ notavit & firmavit exemplis *ad lib. Historiarum Cornelii Taciti*, & videndus Dorleans *ad lib. 15. Annal ejusdem Taciti, vers. dein paucis, not. 11.* ubi alia adducit, & ibi *propriis nunciis* emendat, *properis.*

Addenda alia, quæ ex Cicerone, Seneca, D. Hieronymo, D. Ambrosio, Celio Rhodiginio, Reuardo, Corrasio, Antonio, Augustino, Manzano, Acosta, Torquemada, Americo, Vesputio, Galganeto, Magero, Jacobeo, Guterrio, & aliis eruditè notavit Doctissimus D. Joannes de Solorzano *d. tom. 2. de Indiar. Gubernat. lib. 1. c. 12. per totum*, ubi adducit *l. 12. C. de curiosis, & stationariis, lib. 12.* quæ verè non est, nisi *l. agentes 2.* ut loco verbi *evictionibus*, quod in aliquibus Codicibus invenitur, legendum sit *evectionibus*, & denotat *l agentes 4. C. eod. tit.* ibi: *quibus inspiciendarum evectionum tantum debeat cura mandari*, & nostri verbi, *estafeta*, etymologiam ex Sebastiano Covarruvia adducit D. Solorzanus *ibi.* 12

Et jus eligendi Cursores publicos de Regalibus est, & ad Regem pertinet *l. 2. l. nullus evectione 11. C. de cursu publico, l. 2. 7. & aliis tit. 10. lib. 6. Recopil.* feudistæ *in cap unico, quæ sint Regalia in feudis, verbo angariæ*, Bart. *in l. 1. num. 5. Cod. de excusat. muner. lib. 10.* Bald. *in l. cum multa, num. 5. Cod. de bonis, quæ liberis*, Natta *consil. 185. num. 2. & 5.* Sixtus *de Regalibus lib. 2. cap. 13. num. 44.* Mastrillus *de Magistrat. lib. 3. c. 10. n. 334. & sequent.* Rosental. *de feudis, c. 5. de Regalibus, concl. 71. per totam*, Otalora *ubi supra, n. 23. ad finem*, Aviles *in capitibus Prætorum*, 13

*cap.24.n.1.& ſequent.*Gregor. Lopez *in l.6. gloſſa 2. tit.25.p.4.* Thuſcus *practic. lit.A, concl.330.*

In hujus litis diſceptatione breviter, & velut in epitome referam fundamenta, quæ pro Rege noſtro adhuc à fiſcalibus expenſa, ut ſimul quæ à nobis ultra adducuntur perpendantur.

15 Latè fiſci patroni in hoc caſu ſcripſerunt, & ſimul Doctiſſimus D.D. Ludovicus Gudiel Eques Calatravenſis ſupremi Caſtellæ Senatus meritiſſimus Conſiliarius, dum eſſet ejuſdem Senatus fiſcalis, & Regalis Patrimonii tres allegationes, quæ tria volumina complent de hac re typis excuſſit, & pluſquam duo mille, & quingentos numeros in Regis noſtri fundanda implevit, ut ex officio Curſoris majoris Hiſpaniæ conceſſo Baptiſtæ, & Raimundo de Tarſis Veredariorum evectionum Epiſtolarum, quas dicimus *eſtafetas*, non poſſe in præjudicium Regis comprehendi, & argumenta erant.

16 *Primum* de Regalibus eſſe inſtitutionem curſus publici, & Curſorum, & quidquid ad hoc pertinet, ut nuper notavimus *n.*14. & ideò non poterunt Comites de Villamediana extendere officium Curſoris ad novos Veredarios, quos dicimus *eſtafetas*, & earum ſtipendia ſibi acquirere, quia id ex nullo titulo, vel reſcriptis, quibus id officium Curſoris majoris eis & ſuis anteceſſoribus conceſſum competere videtur.

17 *Secundum* quia hoc argumentum non potuit contineri in conceſſione officii Curſoris, tum quia nomen diverſum eſt apud nos, alii dicuntur Curſores, id eſt *Correos*, alii *las eſtafetas*, & nominum differentia arguit diverſitatem, *l.quod ſi nepotes, verſ. aliter, ff. de teſtament. tutel.* Surdus *conſil.*127. *num.*32. ſed & Curſorum inſtitutio antiquiſſima eſt, ut *ſupra* animadvertimus: at verò Veredariorum, *de las eſtafetas*, hujus temporis, & nondum abhinc quinquaginta annis, & quæ diverſis temporibus inducta omnino ſeparata, & diverſa debent cenſeri, Gloſſa *in l.ſiquidem 9.ad finem, C.de reſcript.* Menoch. *conſ.*123.*n.*20. Gratian. *tom.diſcept. c.*126.*n.*12.

18 Tum etiam prædictam differentiam oſtendit Miniſterium diverſum; nam Curſores publici ſunt velut Miniſtri domus Regiæ, & ideò titulus eorum officii expenditur per aulicorum conceſſum, quem dicimus *el Bureo* & iſti Curſores non inſtituti, ut continuò ſerviant, ſed in caſibus extraordinariis, cùm ad Principis ſervitium expedierit, & etiam non poſſunt alias literas, vel expeditiones tranſportare, niſi quæ à Principe mittuntur, aut ex illius permiſſu, quæ ad privatos ſpectant, & ſimul iſti Curſores expenſis fiſci mittuntur regulariter, quia pro cauſa publica inſtituti, & ex ſtipendiis illorum, quos dicimus *viajes*, ſolùm decimam partem habet pro officio ſuo Curſor major, juxta quod in ejus titulo permittitur.

19 Quod omnino diversè procedit in Veredariis noviter inſtitutis, quos dicimus *eſtafetas*: nam hoc munus non exercetur per Miniſtros Aulæ Regiæ, ſed per quoſcumque privatos, & omnibus diebus, & hebdomadis inſerviunt, & epiſtolas quorumcunque privatorum de uno loco ad alium continuò tranſportant, nec expenſis Regiis, ſed privatorum iſtæ evectiones fiunt, & in eis Curſor major, qui abhinc paucis annis induxit hanc epiſtolarum tranſportationem aliquod taxatum pro ſtipendio habet, ſed deductis expenſis omnia emolumenta percepit, id eſt, pro quacumque epiſtola dimidium argumentum, & diverſitas formæ, & miniſterii rem omnino diverſam conſtituit, *l. Iulianus* 10.*verſ. nam mutata forma ff.ad exhibend.* ex Bald.Socin. & aliis, Menoch. *dict. conſ.*123. *numer.*26. Pariſius 2.*part. conſil.*80. *num.*9.

Et ultra differentia comprobatur, quia decima ſtipendiorum, quàm à Curſoribus percipit major Curſor, non excedit annua tria millia aureorum: at verò quantitas mercedis Veredariorum *de las eſtafetas* plus quàm centum, & quinquaginta millium aureorum in quolibet anno æſtimatur, & ratione diverſi pretii rerum differentia, & diverſitas in jure probatur, *l.quantitas ff.de except.rei judicatæ*, Bart. Jaſon & reliqui *in l.ſcire debemus* 29.*ff.de verb. obligat.* Tiraq. *lib.* 1.*de retract. Lignag.* §.23. *gloſſ.*1. *n.*20. Mantic. *de contract. lib.*3. *tit.*11. *n.*22. & id expreſsè confeſſus videtur Curſor, quando ad inſtitutionem *de las eſtafetas* permiſſum à Rege petit. 20

Tertium fundamentum prædictas *eſtafetas* non poſſe cenſeri annexas, vel acceſſorias officii Curſoris Majoris, quia ſpeciem diſſimilem conſtituunt diverſo tempore, & diverſis qualitatibus conſtitutæ, nec ad Curſoris officium neceſſariò inducendæ, ut ſine illis Curſoris officium exercere nequeat, quia de annexione non conſtat, nec à Rege, qui officium Curſoris conceſſit, facta eſt, & probari debet ab eo, qui annexione fundatur, ut notarunt Bartolus *in l. Aurelius*, §. *idem quæſiit, ff.de liber. legat.* Bald. *in c. tranſlato*, & *ibi* Felin. *nu.*6. *de conſtitut. l.eum actum*, 18 §. *planè ſi quid annexum*, *ff. de negot. geſtis*, Menoch. *in arbitrariis*, *lib.*2. *centuria* 1.*caſu* 95.*n.*5. Mieres *de majorat.*1.*part.q.*10.*n.*145. D.Alex.Ludovic. *deciſ.*478. & *ibi* Oliver. Beltramin. *n.*6. Gratian. *t.*4. *diſcept.c.*657.*n.*22. Farinac. *in noviſſim.*1.*p.deciſ.*233. *n.*5. Hieronym. Gonçales *ad Regul.*8. *Cancellariæ gloſ.* 5.§.7.*n.*119. *cum ſequent.* Nicol.Garc. *de benefic.*12. *p.c.*2. *de unione n.*12.18. & 37. & alii quos prædicti referunt. 21

Quartum non poſſe, *las eſtafetas*, conſiderari ut augmentum officii Curſoris majoris, quia ab eo inſtitutæ, & debet augmentum conſiderari ejuſdem ſubſtantiæ non diverſæ in caſu Bart. & Doctores *in l.jus civile, per textum ibi, ff.de juſtitia & jure.* Brunus *tract.de augmento concluſ.*3.4. & 5. Mieres *de majorat.* 3.*p.quæſt.*8. *n.*49. Surd. *conſ.*27. *n. fin.* nec poteſt augmentum judicari, quando adhæret rei limitatæ, ut eſt inſtitutio Curſorum publicorum vulgaris, *l. in agris de acquir.rer.dom.* Brunus *ubi proximè concluſ.*5. *n.*28. & *concluſ.*6. *per totam*, Dominus Covarr. *practicarum*, *c.*2. 22

Quintum, ut quamvis conceſſio officii Curſoris majoris amplior fieret, & poſſet comprehendere quidquid ejus cauſa inductum, ut augmentum illius cenſerentur *las eſtafetas*, tamen intelligi oportet *rebus in eodem ſtatu manentibus, arg.l.quæro*, 56.§. *inter locatorem, ff.locati, l.quod Servius*, ubi notant Doctores, *ff.de condit. cauſa data*, & pluribus Tiraquellus *in præfatio l.ſi unquam n.*167. *C.de revocandis donat.* Seraphinus *deciſ.*179. *n.*1. Oſaſcus *deciſ.Pedemont.* 91. *num.*2. & 14. Surdus *deciſ.*236. *n.*13. & *deciſ.* 289 *num.*12. Gratianus *tom.*1. *diſcept.c.*96. *num.*23. cum poſtquam aliis ex majoribus Comitiis de Villamediana conceſſum fuiſſet officium facta fuit inſtitutio *de las eſtafetas*, quaſi rebus in eodem ſtatu non manentibus, ad eas non poterit conceſſio extendi. 23

Sextum ut quamvis velut augmentum cenſerentur, *las eſtafetas*, & fuiſſent expreſsè conceſſæ, tamen cum adeo creverit illarum ſtipendium ad centum, & quinquaginta millia aureorum in quolibet anno, non poteſt ut immoderatum augmentum comprehendi conceſſione, ut ex Bartolo tradit Caſtrenſis *in l.2.§. ultimo per textum ibi ff.de aqua pluvia arcend.* Alex. *libro 2. conſil.*178. Ancharr. *conſil.*83. *incipit. Prima facie*, Decius *conſil.*335. *numer.*1. & *ſequent.* Thuſcus 24

Thuſcus *practicarum lit. P, concluſ.* 735. latè Riminaldus *conſ.* 59. *num.* 72. *cum ſequentibus*, Surdus *deciſ.* 239. *n. fin.* & ego notavi *allegat.* 31. *nu.* 30. junctis quæ à me expenſa 2. *part. deciſ. Granat.* 69. *per totam maximè num.* 16.

Septimum quia cum valde nociva apparuerit hæc
25 conceſſio, utcunque facta fuerit (quod negatur, & apertè conſtat) tamen propter publicam utilitatem, & maximum Regis Patrimonii diſpendium debet reſcindi, ut communiter traditur, *in c. ſuggeſtum*, ubi Gloſſ. & DD. *de decimis, cap. quanto*, ubi etiam Gloſſ. & Scribentes *de cenſibus, cap. reſcripta*, 25. *q.* 2. *l.* 5. *tit.* 20. *p.* 1. *l.* 43. *tit.* 18 *p.* 3. ubi Gregor. Lopez, & latè notavi *allegat.* 32.

Quaſi ex immoderato augmento ſupervenienti
26 læſio enormiſſima conſideretur, quæ in rebus tractus ſucceſſivi, ut eſt annua præſtatio etiam poſt primam conceſſionem illam reſcindit læſio immoderata, ut in hoc caſu juxta Cynum, & Salicet. *in l. licet, C. locato*, poſt Abbatem, Roland, à Valle *vol.* 2. *conſ.* 1. *n.* 173. Natta *conſ.* 548. *n.* 21, Mandell. Albenſis *conſ.* 34. *num.* 15. Seraphinus *de privilegiis juramenti privilegio* 83 *num.* 95. Gipſius *deciſ. Bononienſi*, 43. *num.* 47. Monter à Cueva *in reſponſo pro uxoris amita ad finem deciſ. Aragon. num.* 166. Albanus *conſ.* 17. *n.* 10 Rotæ deciſ. apud Farinac. 431. Gironda *de gabellis p.* 12. *n.* 32. Avendaño *de cenſibus c.* 46. *n.* 4. Brito *de locato* 2. *p.* § 2. *num.* 25. *& in c. propter ſterilitatem num.* 60. Pinell. *in l.* 2. *C. de reſcind.* 2 *p. c.* 1. *num.* 26. & alii plures quibus addenda quæ notavimus *d. deciſ.* 69. quantum verò prædictum augmentum inducat læſionis, res ipſa & rerum experientia manifeſtè oſtendit.

27 *Octavum*, nihil contra id Regali Patrimonio poſſe nocere quamcunque præſcriptionem, conſuetudinem interpretativam, vel obſervantiam ſubſequentem, quia immemorialis præſcriptio eſſe non poteſt circa rem, quæ paucis abhinc annis inſtituta, ut *las eſtafetas*, & in eis permiſſio fuit facultativa, quæ præſcriptionem non cauſat, *l. Proculus* 26. *ff. de damno infecto l.* 1. §. *denique Marcellus l. ſi in meo* 21 *ff. de aqua pluvia arcenda, l. viam publicam*, 2. *ff. de via publica*, Innocent. *n.* 5. & Ordinarii *in cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis*, D. Covarr *in regula poſſeſſor.* 2. *p.* § 4. *num.* 6. Antonius Theſaurus *deciſ.* 16. *per totum*, Seraphin. Oliverius 1. *p deciſ.* 716 *n.* 10. *&* 11. *& deciſ.* 813. *n.* 5. Farinac. 2. *p. noviſ deciſ.* 356. *n.* 4. Surdus *conſ.* 127. *n.* 18. *&* 81. Menochius *lib.* 2. *de arbitrariis*, Surdus *centuria* 2. *caſu* 160. *num.* 7.

28 Nec præſcriptio quadragenaria cum titulo poterit procedere: nam etſi ea adæquari videatur immemoriali, *cap.* 1. *de præſcript. lib.* 6. *l. ult.* § *fin. C. de fundis Patrim. lib.* 11. *l.* 1. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recop.* D. Covarr *in d. reg. poſſeſſor*, 1. *p.* § 2. *n.* 12. *&* § 3. *n.* 13 *&* 14. Matienzo *in d. l.* 3. *gloſſa* 19. *num.* 4. Molina *de primog. lib.* 2. *c.* 6. *n.* 52. plures refert Additio, *ibi* Barboſa *in l. competit. n.* 59 *cum ſequent. C. de præſcript. triginta vel quadraginta annorum*, tamen cum ad eam titulus requiratur, & in hoc caſu nullus extet quoad Veredarios, *de las eſtafetas*, videtur nullo modo procedere poſſe *ex d. c.* 1. *& c. cùm perſonæ*, §. *quod ſi tales, de privileg. lib.* 6. Barboſa *ubi proximè n.* 149. Covarr. *pract. c.* 17. Peregrinus *de fideicommiſſ. art.* 52. *n.* 141. Cabedus 2. *p. deciſ.* 15. *n.* 6.

29 Cùm ergo nulla conceſſio ſit facta *de las eſtafetas*, nec ex titulo aliquo modo colligi poſſit, non ſolùm ille ad præſcriptionem prodeſſe poterit, imò impedit, & obeſſe debet, *argument. l. ſi is, in fine, ff. quemad. ſervit. amitt.* ut *ſupra* relati probant, & Cravetta *conſ.* 680 *n.* 5. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 131. *n.* 49. Thuſcus *practicarum lit. P, concluſ.* 521. *&* 522. *& lit. I, concluſ.* 311. & nullo modo poterit ex titulo præſcribere, qui cum eo non concedatur, quod præſcribere intendit, ex ejus inſpectione conſtituitur in mala fide, *l. fin.* §. *ſin autem, C. communia de legatis, l. quemadmodum, Cod. de Agricolis & cenſitis lib.* 11. Dominicus *conſ.* 96. *num.* 4. D. Molina *dict. cap.* 6. *num.* 66. ex Baldo, Maſcardo, D. Lara, Garcia, Peregrino *deciſ. Treviſana*, Fontanella, Farinacio, & aliis plura adducit Molinæ Addit. *ibi* Oſaſc. *deciſ.* 101. *num.* 31. Surdus *conſil.* 28. *num.* 76. Gratianus *tom.* 3. *diſceptationum cap.* 441. *num.* 17. & plures ex prædictis Doctoribus inde ſuadent non exhibendum titulum ab eo, qui præſcriptionem intendit, ne ex ipſo excludatur, & cùm in titulis prædeceſſorum, quæ exhibita à Comite de Villamediana appareat novum augmentum *de las eſtafetas* non fuiſſe conceſſum, nec potuiſſe concedi, quia poſtea inductæ fuerunt, nulla præſcriptio locum habet.

Nec etiam conſuetudo interpretativa, vel ob- 30
ſervantia ſubſequuta aliquod jus tribuere poterit, qui diſſimiliter admiſſæ, & inductæ *de las eſtafetas*, uſquequò in toto Regno paucis abhinc annis omnino conſtituerentur, & ideò nec conſuetudinem, vel obſervantiam varietas inducere potuit, *argum. l. nemo* 166. §. *temporariæ, ff. de regulis juris*, Dec. *conſ.* 8. *n.* 4. Cravet. *conſ.* 313. *num.* 4. Surd. *conſ.* 393. *n.* 22. Mareſcot. *lib.* 2. *variarum, c.* 101. *n.* 9. D. Ludovic. *deciſ.* 162. *n.* 8. ubi Beltramin. *n.* 15. Borrell. *in ſumma deciſ. tit.* 13. *n.* 28.

Et cum licentia, quæ fuit conceſſa, ut inſtituerentur 31
Veredarii *par las eſtafetas*, eſſet facultativa, nec conſuetudinem, nec obſervantiam reſtrictivam libertatis inducere valet, Abbas *in c. ex parte*, Aſtenſis *n.* 6. *de conceſſ. Præb.* Dec. *ubi proximè, & conſ.* 175. *num.* 6. Surdus *d. conſ.* 127. *n.* 81. D. Ludoviſius *ubi ſuprà.*

Præſertim, quia ſi aliquid obſervantia tribuere 32
poſſet, in hoc caſu ſolùm reſpiceit conceſſionem precariam reſpectu facultatis ad inſtituendas *las eſtafetas*, & ſive precarium ſit expreſſum, vel tacitum, contrariâ voluntate concedentis revocatur, *l.* 1. *cum vulg. de precario*, & Rex noſter expreſsè hanc conceſſionem revocavit ex ſuo decreto expedito die 24. Novembris anno 1631.

Sed cùm conſuetudo, & obſervantia reſpiciat de- 33
claracionem voluntatis, hæc debet fieri ab ipſo, qui conceſſit, *argum. l. hæredes palam*, § *ſi quid poſt, ff. de teſtament. l. ſi ſervus plurium*, 53 § *ult. ff. de leg.* 1. Decius *conſ.* 51. *num.* 3. Simon de Prætis *de interpretat. ult. volunt. lib.* 1. *dub.* 3. *n.* 1. Mieres *de major at.* 1. *part. quæſt.* 44. *num.* 89. Thuſcus *lit. D, concluſ.* 91. Boërius *deciſ.* 172. *n.* 22. Mantica *de conject. ult. volunt. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 1.

Et ideò declaratio conceſſionum, quas Rex fece- 34
rit ad eum pertinere debet, *l. fin. C. de legibus, c. cùm veniſſent*, ubi Doctores *de judiciis, l.* 4. *tit.* 33. *part.* 7. & expreſsè probatur *l.* 27. *tit.* 18. *part.* 3. unde nihil conſuetudo & obſervantia partis ad declarationem poterit prodeſſe.

Maximè, quia ea non poteſt operari in præjudi- 35
cium tertii, Caſtrenſ *in d.* § *ſi quid poſt, n.* 4. *lib.* 1. *conſil.* 338. *ad finem*, Decius *conſ.* 114 *n.* 4. Cravetta *conſil.* 282. *n.* 6 Surdus *conſ.* 192. *nu.* 31. *& deciſ.* 29. *num.* 6. Decius *conſ.* 3. *n.* 44. D. Ludoviſ. *deciſ.* 375. *n.* 10. Mantica *de tacitis, & ambiguis convent. lib.* 1. *tit.* 15. *nu.* 9. Angelus, Giurba, Barboſa, & Fontanella, quos ego retuli 1. *part. deciſ. Granatenſ.* 33. *c.* 59. ideò non oportet in præjudicium Regalis Patrimonii & ſucceſſorum in Regno operari.

Hæc

36 Hæc ſunt fundamenta hucuſque à ſapientiſſimis fiſcalibus expenſa, doctiſſimis allegationibus exonerata, quibus ut reſpondeant, ultrò digladiantur Advocati partis adverſæ, & lato calamo, quia eis creſcit præmium ex ingenti volumine plura latiſſimè ſcripſerunt, ego verò aliter quàm ſapientes fiſci Patroni pro Rege advocationem ſuſcipio (fortè non adeo certè, & ſolitè ut illi) verùm, ut quando caſus evenerit, poſſint corrigere, & ſi quid eis videbitur cauſæ convenire, rectius expendere, quod in hoc caſu ex diſquiſitione facti (illis ſubſtracti) proponam judicium, & breviter facti ſpeciem, ut meæ ſententiæ fundamentum præmitto.

37 Notandum igitur eſt hujus muneris Curſoris Generalis conceſſionem factam fuiſſe Franciſco Tarſio dum viveret, & poſtea Simoni Tarſio ex fratre nepoti ſimilis conceſſio facta fuit, quæ Cæſaraugustæ die 28. Auguſti anno 1518. Domina Regina Joanna & Imperator Carolus V. ejus filius revocaverunt annullando titulum & privilegium, quod ſolum Simoni conceſſum fuerat, & aliam conceſſionem fecerunt, quâ decretum, ut conceſſio, quæ fuit facta Simoni communis eſſet, eóque munere ſimul fruerentur idem Simon, & ejus fratres, omnes nepotes ex Fratre Franciſco qui erant Baptiſta Maffeus, & ipſe Simon Tarſius, eâ addirâ conditione, ut unus ſolus munus exerceret & primus eſſet Baptiſta, & ex illius abſentia vel morte ſuccederet Maffeus, & poſt utriuſque mortem, & defectum in exercitio, officii ſuccederet Simon, & in ea conceſſione expreſsè excluduntur filii illorum, & vocatur frater qui ſupervíveret, ut conſtat *ex d. reſcript. in princip.* ibi: *Por haçer merced à vos Baptiſta de Taſſis, y Mateo de Taſſis, y Simon de Taſſis,* & iterum eis verbis: *contanto que quando vos el dicho Baptiſta de Taſſis eſtubieredes en eſta Corte vos useis, y ſiruais el dicho officio, y quando eſtubieredes auſente lo ſirva el dicho Maffeo de Taſſis, y en auſencia vueſtra, y fuia, lo ſirva el dicho Simon de Taſſis, y de eſta manera, el que de vos otros mas larga mente viviere.*

38 Et cùm munus exerceret Baptiſta, quaſi primo loco nominatus, in ejus vita deceſſit Maffeus, & cum adhuc viveret Simon, qui uſque ad annum 1562. vixit, ut conſtat ex ejus teſtamento Mediolani facto, ex teſtimonio, quod vidi ſepultum fuiſſe in Eccleſia majori, quæ Dicitur, *del Domo* in Mediolano urbe, adhuc igitur vivente Simone Baptiſta anno 1539. eo prætextu, quia ægrotus, & ex ejus impedimentis Raymundus filius Baptiſtæ pluſquam ſex annis ejus nomine officium exercuerat, non referens vivere Simonem, eíque munus conceſſum poſt vitam Baptiſtæ, iſte ut filio ſuo Raymundo conceſſionem impetraret, quaſi abſolutè ad illum pertineret, petiit à Domino Imperatore, ut ex tunc propter prædicta infirmitatis impedimenta Raymundus filius munus exerceret & poſt ejus mortem, ſcilicet Baptiſtæ patris ſuo proprio nomine, & jure obtinere poſſet, quod ita conceſſum fuit, in qua conceſſione nulla facta fuit derogatio, aut mentio juris antea Simoni adquiſiti, imò potius Baptiſta, & Raymundus ſolum petierunt à Domino Imperatore, ut munus concederetur eo modo, quo habebat Baptiſta ejus pater, & ita, & non aliter conceſſum, ut conſtat ex eodem reſcripto Matriti expedito die 8. Novembris anni 1539. ſub reſcripto Joannis Vaſq. de Molin. ibi: *Fueſſemos ſeruido proveer, y haçer merced del en la manera, y ſecun ello auia tenido à vos Raymundo de Taſſis ſu hijo,* & poſtea in conceſſione, eis verbis: *en lugar del dicho vueſtro padre, y de la manera, que ello a tenido,* & iterum ibi: *Os damos el miſmo poder y facultad que el dicho vueſtro padre tenia para uſar, y exerçer el dicho officio.*

Poſtea Philippus II. anno 1556. reſcriptum expedivit Antuerpiæ die 27. Februarii anno 1556. ſubſcriptum à Franciſco de Eraſſo ejus Secretario, quo D. Joanni de Taſſis filio Raymundi, & nepoti Baptiſtæ officium Curſoris publici conceſſit, & multoties repetit illud concedere ſecundùm jus, quod ejus avus Baptiſta, & pater Raymundus obtinuerunt, ibi: *En que eſtubo el dicho vueſtro abuelo y eſta el dicho vueſtro padre,* & iterum ibi: *ſegun y de la manera, y forma que dicho vueſtro padre y aquello.* Et rurſus eis verbis: *Os damos el miſmo pader y facultad que el dicho vueſtro padre y aquello tenian, para uſar, y exerçer el dicho officio,* quo tempore notandum adhuc vivere Simonem eo anno 1556. quia non deceſſit uſque annum 1562. ut animadvertimus. 39

Præterea hujus conceſſionis prorogatio petita à domino Joanne de Taſſis primo Comite de Villamediana, & à ſecundo Comite, & ex reſcriptis expeditis à Rege Philippo III. Domino noſtro die 4. Decembr. 1598. & die 20. Octobr. anno 1607. ut ampliatio harum conceſſionum fieret, & in ampliatione ſemper, & multoties repetitio fit, ut eo modo, quo parentes, avus & illius prædeceſſores officium obtinuerunt, illud jus ad duas vitas prorogarunt, quæ cum hodie durent, inde poſſeſſionem hujus officii obtinet Comes de Villamediana. 40

Primò, hac facti relatione præmiſsâ pro Rege, & nullitate conceſſionis hujus officii facit: nam juxta prædicta privilegium & titulum anni 1518. Simoni duo jura circa id officium competere videntur; alterum, ut abſentibus, vel impeditis fratribus munus Curſoris majoris Simon exerceret, aliud, ut fratribus deficientibus, & mortuis proprium Simonis pro vita eſſet officium, & idem quod Simoni competebat, ut ſive fratres eſſent impediti, muneri fungeretur, vel eis deficientibus proprium adhuc vivente Simone haberet, conceſſum fuit anno 1539. Raymundo, ut pro impedimentis Baptiſtæ patris munus exerceret, & illo mortuo jure proprio haberet, quo caſu nullitas notoria reſcripti inducitur *ex l. fin. C. de locatione prædiorum civilium lib.* 11. ubi quamvis Princeps faciat ſecundâ conceſſionem motu proprio, non præjudicat ei, qui habuerit titulum anteriorem. 41

Juvat Textus *in c. Abbate ſane, §. pro parte, de rejudicat. lib. 6. juncta gloſſ. verbo pro parte,* quaſi in conceſſione Regis ſolum conceſſum videatur, quod ipſe Rex poſſidebat, *arg. l. ſi fundum, ff. de fundo dotali,* & ut notarunt Ancharan. Dominic. & Peruſin. *in d. c. Abbate*, & ſecundus donatarius Regis Aragonum (id eſt Monaſterium de Bonefac) rectè excipiebat contra primos donatarios, quibus donatio Caſtri de Roſſellis facta tempore, quo erat apud Sarracenos, nec in dominio Regis fuit, ut tempore ſecundæ donationis, quaſi Rex, quod non habet, donare non poſſit, & ſolùm donatio procedat in eo quod poſſidet, tunc primus donatarius præferatur, cùm ſolùm abſolutio ſequeretur in eo textu, quia cauſam proximam donationis ad vindicationem non expreſſit. 42

Facit Textus junctis, quæ *ibi* notant Doctores *in c. Capitulum ſuncta Crucis* 30. *de reſcriptis* ſecundum intellectum Abbatis antiqui Collectarii, Zabarellæ, Anchar. Innoc. Joann. Andr. Butr. Felin. & aliorum, ubi præfertur primus, cui de beneficio proviſit Pontifex, & prius proviſum eſſe præferendum ſemper poſteriori, ex Rip. Menoch. & Rotæ deciſionibus probavit Auguſtin. Barboſ. *in collectanea ejus textus, num.* 6. 43

Conducunt

Conducunt verba Textus *in capite, cum olim* 12.
44 *de sententia, & re judicata*, ibi: *Ipsum Archidiaconatum contra suam pronunciationem contulit, sicut credidimus, circumventus.* Unde colligunt Innocent. Bellamera. Joan. Andr. Imol. Panormit. Annan. Hostiens. Felin. & reliqui Ordinarii declaratione & concessione in favorem alicujus facta, secundam invalidam censeri, quando prima expressè non revocatur, & confirmat Bart. doctrina *in l. quod jussit de re judicata*, quam sequuntur Jason *ibi n.* 51. Alex. *n.* 39. Rip. *n.* 48. & alii, ut quamvis Judex potest interlocutoriam sententiam revocare, nihilominus in dubio, si proferat secundam contrariam primæ, non censetur prima revocata, cujus in secunda mentionem non fecit, adde Roderic. Suar. *alleg.* 9. *nu.* 8. & *alleg.* 28. *n.* 11.

Unde Bald. *in l. quæ ex relationibus notabili*, 3. *C. de*
45 *legibus* tradit, si Princeps concessit alicui Castrum, & alius illud impetraverit secundam concessionem nullam esse & obreptitiam *ex l si quæ loca, C. de fundis, & saltibus rei Dominicæ lib.* 11. ubi sequitur Castrens. & Fulgos. idem Bald. *in c. licet causam, colum.* 3. *versic. sed quæro, quod si duo, de probationibus*, ex Textu *in authentico, ut exactione instante dotis*, §. *his igitur*, & idem Bald. *titulo de pace Constantiæ, c.* 1. *versic. amplius consueverunt, verbo detrimentum, & lib.* 1. *consil.* 327. *n.* 4. Romanus *consil.* 298. Rolandus à Valle *vol.* 1. *consil.* 2. *num.* 149. Decius *consil.* 588. *num.* 19. Ferret *lib.* 1. *consil.* 6. Aymon. Craveta *consil.* 195. *num.* 3. Tiraquellus *de nobilitate cap.* 37. *num.* 50. qui omnes tradunt nullitatem secundæ concessionis procedere ex præsumptione juris, & de jure, ita ut non admittatur probatio in contrarium.

Et tanquam in re notoria possit pronunciari
46 nullitas secundi tituli tenuerunt Innocent. *in c. quæ in Ecclesiarum, de constitutionibus*, ubi Panormit. *n.* 2. Felin. *n.* 66. Bald. *lib.* 3. *consil.* 279. *incipit. pridie*, Castr. *in l.* 2. *n. C. de legibus*, Dec. *cons.* 588. *incipit. viso puncto, n.* 12.

47 *Secundò*, etiamsi in hoc casu Rex noster faceret secundam concessionem Raymundo factam motu proprio, adhuc non censeretur revocata prima, quæ Simoni erat facta, nisi expressè ejus fieret derogatio, Felin. *in d. c. cùm olim, columna* 3. *vers. amplia secundò, de re judicata*, Mandosius *ad regulas Cancellariæ, reg.* 17. *q.* 1. *num.* 3. Jason *in l fin. n.* 13. *ff. de pactis*, Alciat. *regul.* 3. *præsumptione* 12. Corsetus *de potestate Regia, verbo Princeps, versic. Princeps concessit*, Mandosius *in addit. ad cons.* 198. *Romani, ibi: circa præmissa.*

48 Et quamvis Princeps declaret facere secundam concessionem ex certâ scientiâ, adhuc primæ concessioni præjudicium non fit, ut jus adimatur eam habenti quia requiritur specialis derogatio præcedentis concessionis Bart. *in l. fin. Cod. si contra jus vel utilitatem publicam. c. dudum, de privilegiis*, Berolus *vol.* 3. *consil.* 144. *numero* 13. Grammaticus *decis.* 66. *num.* 23. & 30. & tradit indubitatum esse, quando concessio fit ad instantiam partis, ut in nostro casu.

49 Et in privilegiis secundum non valere contra primum, nisi expressè primum revocetur *c. veniens*, 19. *de præscript.* ibi: *Non obstante privilegio Clementis Papæ, per quod privilegiis suorum prædecessorum non extitit derogatum, cùm de ipsis nullam fecerit mentionem, c.* 1. *de rescript.* ubi Dec. *n.* 9. Felin. *in c. accedentes, columna ultima, de præscript. l. Decurionibus, C. de silentiariis, lib.* 12. Soc. *vol.* 2. *cons.* 225. *columna* 5. Suar. *allegatione* 9. *n.* 8. & *allegat.* 28. *n.* 10.

Ratio est quia ex præjudicio tertii præsumitur im- 50
portunitas vel subreptio *l.* 1. *C. de petit. bonor. sublatis*, & etiam dolus, *d. c. cum olim de re judicata* ibi: *circumuentus*, faciunt quæ notarunt Aymon. Cravet. *cons.* 68. *n.* 11. Alexander. *cons.* 93. *n.* 6. *vers. non obstat, libro sexto*, Mascard. *concl.* 1065. *n.* 9. Perez de Mierez *de majorat.* 1. *p. q.* 9. *n.* 7. & Principem nunquam velle aut præsumi præjudicium inferre juri tertio quæsito certissimum est, *l.* 2. §. *si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico l. bene à Zenone, C. de quadrien. præscript. l. quod si minor.* §. *sæcula, ff. de minoribus* ex Rolando, Brun. à Sole, & aliis Mastrillus *ad indultum, c.* 22. *num.* 30.

Tertiò, quia manifestè apparet in hoc casu no- 51
luisse Principem aliquid concedere Raymundo, quando Simon viveret (ut verè tunc vivebat) quia noluit aliud jus Raymundo concedere, quàm quod ejus Pater Baptista habebat, vel quod illius morte vacaret, & idem, ut animadvertimus, repetitum fuit in concessione facta D. Joanni Tasio filio Raymundi, & nepoti Baptistæ anno 1556. quo tempore adhuc vivebat Simon, & cum vivente Simone, officium non vacaret nihil datum censendum est, quia nullæ sunt concessiones quæ nondum vacant, *c.* 2. *de concessione præbendæ, c. detestanda eodem titulo, in* 6. Rebuff. *ad leges Gallicas tit. ut benef. ante vacat. art.* 1. *gloss.* 1.

Et ex beneficiis ad officia valet argumentum 52
Bart. *in l.* 2. *de optione legata*, Socin. *vol.* 3. *cons.* 53. Lucas de Peña *in l. annonas C. de erog. milit. anon.* quos refert Palac. Rub. *in rubrica de donat. inter vir.* 6. ubi pro eadem re adducit Abbatem, Gregor. Lop. *gloss. fin. l.* 13. *tit.* 5. *p.* 5. Joan. Faber. *leg. nemo, C. de officio Assessor.* Gutier. *lib.* 2. *Canon. c.* 15. *n.* 22. & ex Pinell. & Rebuff. Cabed. 2. *p. decis.* 20. *n.* 1. ex Socin. & aliis idem Cabed. *dec.* 91. *n.* 4. *d.* 2. *p.* ex Mandos. Paul. Fusc. Olivan. & Pereir. Augustin. Barbos. *locorum communium loco*, 14. & 76.

Sed etiam prohibentur concessiones, quando 53
officia vacaverint, *l.* 25. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recop. l.* 3. *tit.* 3. *lib.* 7. *recop.* ex ratione *legis finalis, C. de pactis*, quia datur votum captandæ mortis, & facit quod quamvis officium ad placitum concederet Princeps, sine justa causa illud adimere non poterat, præcipuè cum ex causa onerosa officium, dum Simon vixisset ei sit concessum, Bolognet. *cons.* 2. *num.* 13. Guillelmus Benedictus *in c. Rainuncius, verb. duas habens filias, n.* 44. *de testamentis*, Boër. *decis.* 149. Cassaneus, *consuet. Burg. Rub.* 1. §. 6. *num.* 82. & *in Catalogo*, 7. *p. consideratione*, 33. *versic. Olim.* Boër. *de authoritate magni consilii, num.* 154. Pinell. *rubrica, C. de rescind.* 1. *part. num* 31. Burg. de Paz. *consil.* 21. Avendaño 1. *p. cap.* 3. *num.* 4. Padilla *in l. cum quis, num* 24. *C. de juris, & facti ignorantia*, Matienzo *l.* 6. *tit.* 10. *lib.* 5. & *in dialog. Relat.* 4. *part. c.* 12. Mieres *de major.* 4. *p. quæst.* 10. *num.* 6.

Et ita Simonis jus variari non potest, nec adimi 54
veniente casu, Molin. *lib.* 3. *de primog. cap.* 6. *num.* 37. Gomezio *in regula de non tollendo jure quæsito quæst.* 4. & *ibi* Mandosius *quæst.* 2. *num.* 4. Gabriel *lib.* 3. *de jure quæsito, conclus.* 1. & 7. & huic rei convenit, quod nuper tradidimus non posse adimere, aut nolle Principem jus quæsitum tertio, & ulterius probat Natt. *cons.* 514. *n.* 27. Cephalus *cons.* 183. *num.* 102. Menoch. *consil.* 75. *num.* 64. Rubeus *consil.* 147. Aldobrandinus *lib.* 1. *consil.* 1. *num.* 203. Romanus *consil.* 436. Joannes Franciscus Ponte *cons.* 55. *n.* & *cons.* 49. *num.* 35.

Unde non potuit officium adimi Simoni, & concedi 55
Raymundo, etiam quocunque prætextu senectutis, ægritudinum,

ægritudinum, vel occupationum Baptiſtæ, Flamin. Pariſ. *lib.2. de reſignatione beneficiorum, quæſt.9.10. & q.18.& 22.*Petr.Gregor.*lib.17. Syntag. juris cap. 17.num.15.*

56 *Quartò*, non potuit ulterius Raymundus renunciare in favorem D.Joannis Taſſis,ejus filii,quia velut iutruſus nullum jus habebat. Flaminis Pariſius *ubi proximè, lib.3.q.1.n.40.* Paul Pariſ.*ubi proximè vol. 4.conſ.47.n.32.*

57 Nec etiam licèt expreſsè conſentiret Simon, qui nunquam conſentit, quia abſens erat in urbe Mediolani, & nunquam hujus rei notitiam habuit nihilque magis contrarium voluntati, & conſenſui, quàm ignorantia & error, *l.ſi per errorem, ff.de juriſdictione omnium Iudicum,*& ultra ordinarios,*ibi* Soc. *regul.262. & 263.* Dueñas *regul.145. & regul.146.* Franciſc.Marc.*deciſ.Delphinatus deciſ.419.*Franchis *deciſ.417.& 519.* licèt in hoc caſu conſenſus non deficeret, ſed verè adeſſet: adhuc tamen jus conceſſionis non pendet ex patris voluntate, ſed Principis, qui non conceſſit, Innocent *in c. cum olim, de re judicata,* ubi Panormit. *n.19.*Socin. *conſ.115.num.1.* ex quo procedit, ut præferatur primus, id eſt, Simon cui Princeps conceſſit, nec poſſit nocere ſecunda gratia.

58 Nam quamvis ex ſecunda fieret traditio, adhuc prima præferenda *d. cap. Capitulum ſanctæ Crucis de reſcript.*Romanus *d.conſ.298. n.2.* Gozadinus *conſ. 14.n.19.*& ita limitanda regula *legis, quoties,Cod.de rei vindicatione,*ut per Jaſonem *ibi,num.7.lib.1.conſ. 27.n.1.* non ex eo, quod aliqui cenſuerunt, quod ex ſola donatione Principis dominium transferatur, ut Gramma *.deciſ.59.n.20.*Tiraq. *de nobilitate, cap.37. n.57.* Gozadin.*conſ.14.num.13.* quia id dubium eſſe tradit Covar. *lib.2.variar.c.19. n.3.* ſed ex eo, quia cum ſecunda gratia ſine dubio, ut ſubreptitia nulla omnino cenſenda, & ille,cui traditio fit, etiamſi habeat poſſeſſionem, tamen ſine titulo invenitur, & ideò præferendus eſt primus, qui habet primam conceſſionem,& ex ea verum titulum,*c.fin.de ſponſa duorum.*

59 Ex quo quamvis, qui habet verum titulum à Principe, ſi ea res, quæ titulo continetur, in controverſiam deducatur, non poſſit conveniri, ſed qui habet intereſſe, fiſcum convenire oportet, §. *fin. inſtit. de uſucap.l.bene à Zenone,C.de quadriennii præſcriptione*; tamen ſi titulus ſit invalidus propter dolum & ſubreptionem directo conveniri poteſt, qui titulum habet, *c. Abbate,* §.*pro parte autem,de re judicata lib. 6.* Curtius Junior *conſil.143. num.7.* Roman. *conſil. 298. num.1.* & quando aliquis dolus, error, vel fraus intercedit,limitandam *reg.dict.l.benè à Zenone,* tenuerunt Peregrinus *de jure fiſci, lib.6. tit. de vendit.fiſcal. num.16. verſ.ſecundo limita, quando Princeps*, Caldas Pereira *de emptione & venditione, cap. 12.n.13.* ex Baldo, Gabriele, Hondedeo, Gregorio Lopezio, & aliis D. Caſtillo *2.tom. controverſ.c.5. num.6.*

60 *Quintò*, quia ut jam prædiximus, & *alibi* latè probavimus *allegatione 86.* conceſſiones factæ Raymundo, & domino Joanni Taſſio propter ſubreptionem, de qua dubitari non poteſt, ſunt nullæ omnino, etiamſi ſubreptio fuerit ex ignorantia, & facto alieno, *cap.ſi ſuper gratia de officio legati in 6.* Beroius *vol.1.conſ.50.n.72.*Ruin.*vol.1.conſ.21.n.13.* Nevizanus *inter conſilia Bruni conſil.12.* Tiberius Decian.*vol.1.conſil.18.num.379.* Capitius *deciſ.32. num.13.*

61 Quia, cum nullitas conceſſionis procedat, ſi non fiat relatio ejus, quod poſſet movere concedentem, ut non concederet, vel difficilius concederet, quamvis dicatur, etiamſi exprimeretur, adhuc faciendam conceſſionem, *c.poſtulaſti*, ubi Panormit.& alii *c.ſuper litteris,ubi gloſſ.de reſcript.* Roman.*conſ.326.nu.* 11.Cravet.*vol.4.conſ.296.& conſ.963. n.25.* Gozadino *conſ.6.n.6.*Dec.*conſ.441.n.19. & conſ.580.& 602.n.19.* Lapus *alleg.89* Beroius *vol.1. conſ.88.n.* 2. Ideò non exprimere conceſſionem factam Simoni poſt Baptiſtam, quod ignorare non poſſet, cum poſſideret ex titulo, ubi id continebatur, neceſſariò gratiam nullam reddidit ex *ſuprà* notatis, & *c.1.& 2.de filiis Presbyterorum,* Beroius & alii, quos retuli *allegat.86. n.4.* Et ideò licèt dicatur ignoraſſe Baptiſtam vivere fratrem Simonem, deberet exprimere conceſſionem Simoni factam, quia tunc Princeps neceſſariò decernere debebat quærendum eſſe de morte Simonis, cujus conceſſioni, & juri nunquam velle præjudicium inferre, jam prædiximus.

Sed etiamſi conſentiret Simon adhuc nihil pro- 62
deſſet Raymundo, quia ut notavimus, gratia non pendet ex voluntate partis cui conceditur, ſed ex Principe, Innocent. Panormit. & Soc. *ſuprà* adductis adde Cravetam, *vol 4.conſ.592. n.69.* quantò magis quando non conſenſit Simon, & ignorans fuit jus ipſius eludi.

Tum & relatio & petitio Baptiſtæ, ut Raymun- 63
do ejus filio officium conferretur, ideò facta fuit, ut conceſſio fieret, ut ille habebat; & ideò non ſolùm fuit ſubreptio, tacens veritatem & vitam Simonis, cui poſt Baptiſtam competebat officium, ſed etiam obreptio, exprimens falſum; nam cùm peteret officium filio Raymundo, ut ille habebat, affirmavit filium officium habere, quod impoſſibile erat, quia poſt mortem Baptiſtæ ad ejus fratrem Simonem pertinebat & quando aliquid conceditur pluribus cum clauſula, *ut qui ſupervixerit, illud habeat*, tunc in illis verbis cenſetur expreſſum, filios vel hæredes præmorientis excludi per ſuperviventem, Gloſſ.notabilis *in l.qui plures, 13. verbo ad ſuperſtites, ff.de vulgari, gloſſ.penult.in l. Lucius, 78.*§.*Pater puerum, ff. ad Trebellianum, l hæredes. mei,* §. *fin. ff. eod.* ubi Cuman.& Alex. Anton. Gabriel *lib.3. commun.cum titulo de fidejuſſorib. concl.3.n.8.* Peregr. *de fideicommiſſ.art.24.n.28.*

Sed etiam fraus Baptiſtæ ex eo colligitur, quia ut 64
officium ejus filio daretur, relationem Principi fecit, Raymundum ejus filium ex ejus infirmitate & impedimentis officium exercere, quo caſu Simoni expreſsè competebat; nam illi datum erat in abſentia Raymundi, quæ extendi debet ad ægritudinem, & quodcunque impedimentum juxta doctrinam Bart. *in l.1. ff. de officio ejus*, & ex Federic. de Senis *conſilio 114.& conſ.230.n.2.* ut in delegato advocato,& aliis Tuſch. *Practic.lit. A, concl.23.n.10.& 11. l.aut ſi valetudinem, ff.de procurat. l.ſi longius in princip.ff.de judiciis,* Bart.Socin.*conſ.153.* Menoch.*conſ. 99.n.51.*

Sextò, decepit etiam Principem Baptiſta in eo 65
quod relationem fecit, ut Raymundo officium concederetur officium eſſe trium, & rectè potuit credere Princeps pro parte Baptiſtæ Patris ad filium Raymundum officium transferri poſſe, *l.1.C.ſi liberalitatis imperialis,* Soc.*lib.10.* Guillelm.Benedict.*in c. Rainuncius verbo, & uxorem nomine Adelaſiam, num.804.*

Septimò, quia ut apparet ex eis quæ notavimus, 66
poſt mortem Baptiſtæ plenè totum officium ad Simonem pertinebat, & nullo modo potuit à Raymundo obtineri, etiamſi vacaret maximè quia officium non vacavit

vacavit, & licèt vocaverit exprimenda erat forma vocationis, quia id posset movere Principem, ut concederet, vel non. *c. susceptum de rescriptis in 6. l. ea* 121. §. *in insulam de verb. obligat.* Selva *de beneficiis*, 3. *p. q.* 12. *n.* 72. Rebuff. *in praxi benefic. de public. resignatio gloss.* 3. *n.* 1. Didacus Perez *gloss.* 1. *columna* 2. *post medium in l.* 1. *tit.* 9. *lib.* 8. *ordinam.* & ulterius *ibidem gloss.* 5. Thomas Sanchez *de matrimonio lib.* 8. *disp.* 21. *n.* 35. *& seq.* Azeved. *conf.* 14. *n.* 19. Barbos. *in collectanea, d. c. susceptum*, & in hoc casu Raymundo potuisset officium concedi duæ vocationes erant necessariæ, alia per Baptistam, & altera per Simonem, & expressæ nullo modo fuerunt, cùm à Principe Baptista petiit officium, ut Raymundo concederetur.

67 *Octavò* quia cùm nullum jus competeret Baptistæ in hoc officio in casu infirmitatis aut impedimenti, quia exercitium in totum his casibus translatum in Simonem, & post mortem Baptistæ officium in proprietate Simoni concessum nihil videtur datum Raymundo, cui solum jus quod pater ejus habebat concessum fuit juxta verba titulorum, quæ *suprà* expendimus *num.* 37. 38. *&* 39. & probatur, *l pro ut quisque ff. de solutione, c. quamvis*, 8. *junctæ gloss. verbo, Evocandi, de officio ordin. lib.* 6. Bartol. *in extravagauti ad reprimendam, verb. prout, num.* 2. Vulpeius *in præpositionibus, & adverbiis, dictione, prout, num.* 2.

68 Et in terminis quando concessio facta vel privilegium datum cum relatione ad jus alterius, non possit operari ultra quod ille habebat ex Bart. Dyn. Dec. Felin & Aretin Cabed. 2. *p. decis.* 95. *n.* 9. Marc. Anton. Fugen. *lib.* 1. *conf.* 92. *n.* 18. *&* 19. ex Abbat. Innoc. Iason. & aliis Azeved *conf.* 36. *n.* 2. ex Marant. Alexandr. Ruin. Menoch. Gozadin Surd. Grarian, & aliis innumeris Augustin. Barbos. *de dictionibus usu frequentibus, dictione* 296. 358. Alex. Raudensis *lib.* 1. *variarum resolut. c.* 38. *num.* 36. *& c.* 64. *n.* 31. & omnes tenuerunt dictiones, *secundum, prout, sicut*, & similes esse relativas, ut restringantur ad terminum relatum.

69 Præsertim quando constat de modo ejus & forma, & omnimodam similitudinem inducunt, Hondedeus *vol.* 2 *conf.* 86. *n.* 54. Tiraquell *de jure primog.* 9. 40. *n.* 30. Menoch. *conf.* 232. *n.* 22. Dec. *volum.* 2. *conf.* 9. *n.* 16. Socin. *vol.* 1. *conf.* 68. *n.* 34. & virtutem termini *ad quem* æquiparari & transfundi in terminum æquiparatum, probat Marta *de clausulis*, 1. *p. clausula* 51. *n.* 2. qui eo casu, quando constat de modo, & forma secundùm quam Titius possedit, tunc concessio facta secundum jus quod ille habebat, debet restringi, & limitari, quod maximè congruit nostræ quæstioni, in qua apertè constat post Baptistæ mortem nullum jus remanere vivo Simone, ac perinde concessionem factam filio Baptistæ, & ejus nepoti ut pater, & avus habebant nullum jus tribuere.

70 *Nono* in omnibus dispositionibus ex contractu, testamento, privilegiis, vel concessionibus si relatio fiat ad illud quod est nullius momenti redditur factum quasi in rerum natura non sit, ut in specie, *l. servus legatus* 108. §. *qui quinque, ff. de legatis* 1. ubi cum quinque in arca haberet, decem quæ in arca habebat legavit testator, in aliis quinque quæ ibi non sunt, nullum est legatum, & comprobat *l.* 18. *tit.* 9. *partit.* 6. ubi Greg. Lop. *gloss* 1. si nihil inveniretur in arca, nullius momenti in totum dispositionem censeri.

71 Quod melius comprobatur *ex l.* 1. § *sed etsi dotẽ, ff. de dote præleg.* ubi si maritus dotem prælegaverit mulieri, quæ licet ei dotem promiserat, tamen nihil amplius dederat quàm liberatio obligationis ex legato consequi potuit, quia cum dotem non traderet ad ejus recuperationem, nullum jus habebat mulier, & confirmat I. C. eo textu, eis verbis: *Nam etsi quis ita legaverit, centum quæ in arca habeo, aut quæ ille apud me deposuit, si nulla sint, nihil deberi constat.*

Et probat *l. qui plures*, 18. *ff. de usufruct. legato*, ubi 72
qui plures habebat libertos, habitationem relinquit eis quos codicillis designasset, postea nullis designatis tradit Iurisconsultus: *Respondi, si Patronus qui designaturum personas libertorum pollicitus est, nullum postea designavit, legatum habitationis perfectum esse non videri, non existente cui datum intelligi possit*; ut idem usurpari possit in hoc casu, ut non existente jure Baptistæ & Raymundi, vivente Simone, nihil in privilegio datum intelligi possit.

Facit *l. si ita*, 26. *ff. de verb. obligat.* ubi qui stipu- 73
latus hanc summam centum aureorum, quærendum non esset tradit I. C. an ea adjectio faciat conditionalem stipulationem ex ratione ibi: *Quoniam si centum non sint, stipulatio nulla est.*

Nec obstabit *l. Lucius* 88. §. *quisquis*, 10 *ff. de legat.* 74
2. ubi qui legavit summam, quæ apud eum erat deposita, vel quæ debebat, etsi nec deposita, nec debita traditur, etsi peti non possit actione, quasi ex debito, poterit tamen ex fideicommisso peti, quia omissâ solutione Pacii *cent.* 6. *q.* 32. qui distinguit inter legata & fideicommissa, cum Osuald. ad Donellum, *lib.* 8. *comment. c.* 14. *in not. lit. E, notæ in d.* § *quisquis*, non fuisse factam restrictionem ad locum, vel relationem factam, ut in dictis juribus & nostro casu, & ibi verè depositum fuisse, sed solùm adjectam falsam demonstrationem quoad debitum, quæ non nocet dispositioni juxta vulgata, & rectè probat Donell. *d. c.* 14.

Vnde cùm in nostra specie secundùm privilegium, 75
& quæ ulterius concessa se referant ad primum, videtur inesse jus primi privilegii, in secundo & ulterioribus, *arg. l. si Prætor*, § *si Iudex, ff. de re judic.* ibi: *Perinde est ac si quantitatem nominaverit, quæ testamento vel codicillis relicta est*, ubi Alex. & Ripa *n.* 1. *l. omnes, C. de præscript. triginta vel quadr. annor.* eis verbis: *Tanquam si per hanc legem specialiter & nominatim fuissent enumeratæ*; tunc enim quasi scriptura & privilegium ad quod refertur, inesse videtur duobus quasi capitibus legis connexis, ut traditur *in l. Gallus*, §. *ille casus, ff. de liberis & posthumis*; ita privilegium & concessio referens accipienda, juxta quæ notarunt Bald. *lib.* 5. *conf.* 212. Alex *lib.* 4. *conf.* 35. *n* 8. Tiraq *post leg. connubiales, gloss.* 7. *n.* 182. Perez *de fideicomiss. articul.* 16 *n.* 111. ex pluribus Castrate *conf.* 47. *n.* 68. *& conf.* 56. *per totum*, Molin. *lib.* 3. *de primog. c.* 5. *n.* 65. Molin. *de ritu nuptiarum, libro* 3. *q* 24. *n.* 295. multis, ut solet, D. Castill. *lib.* 4. *controv. c.* 43. *per totum.*

Quod adeo procedit, ut si dispositio, vel concessio 76
ad aliam referat, & relata non appareat, nullius momenti existat concessio referens, ut post Bart. Bald. Alex. Iason. Cagnol. Roland. Sebastianum Medicis, Alvaradum, Beccium, Prætis, Surd. & alios probavit idem D. Castill, *ubi proximè, n.* 35. quasi nihil sit, in quo dispositio procedat, non apparente relato, ita privilegium datum Raymundo, & ejus filio D. Ioanni Tassio, ut officium haberet, ut pater, & ejus avus Baptista habuerunt, cùm ex concessione appareat, nihil vivente Simone habuisse, nullum poterit effectum operari.

Et in privilegiis, quæ ad instar conceduntur, ut 77
in nostro casu propter relatum referens restringi, & limitari ex Felin. Abbat. Paris. Cochier. Mandosio,

Suarez,& aliis probavit Auguſtin.Barboſ.*de clauſu-lis uſu frequent. clauſula 5.* & addenda quæ ex Oldrado,Caſtrenſ.Bald.Roman.& aliis notavit Thuſc. *practicarum, lit.P,concl.763. per totam*,ubi *n.2.* addit, quando fit extenſio privilegii de una perſona ad aliam, ut in præſenti, eandem vim habet in illo ad quem fit extenſio, quam habebat in primo, & comprobatur ex Geminiano *conſil. 56. in principio.*

78 In terminis notavit Felin. *in c.ex parte el 1.n.13. de reſcriptis*,privilegium adinſtar alterius nihil operari poſſe, ſi in alio nihil continetur, vel illud non appareat, & adducit Abbatem *in c. ſuper ſpecula, ne Clerici, vel Monachi*, & ex doctrina Bartoli *in l. eos, ff.ad leg. Corneliam de falſis,& in l.fin.C.de re judic.* qui loquitur in teſte, qui deponit, *prout alias dixi*, ſi nihil dixerat antea, nullius effectus eſſe teſtimonium ex Bald.*in l.2.C.de error. Advocat.* ſi quis dixerit, *confiteor*, prout tali inſtrumento continetur, & in eo nihil ſit ad propoſitum, non dicitur aliquid confeſſus, ex Lupo & aliis confirmat Felin. *ibi.*

79 *Decimò*, nam cum ſine dubio officii conceſſio Raymundo facta ad ejus vitam nulla fuit ex prædictis, ita ſimiliter omnes conceſſiones poſtea Ioanni Tarſio, & aliis factæ ſimiliter nullitatem continent, tum quia à primordio tituli poſterior debet formari eventus *l.1.C.de imponenda lucrativa deſcriptione lib.10. l.quædam mulier.76.* ubi Gloſſ.& Doctores *ff.de rei vindicatione*, Baldus *in l ſi certis annis,n.8. in fine, C.de pactis*, Craveta *conſil.624.n..9.* Surdus *conſil 221.num.29.* Cephalus *conſil.9.n.26.& conſil. 198.n.12.* Maſcard.*de probation. concluſ.1202. per totam.*

80 Et ſequentes conceſſiones fuerunt prorogationes primæ,& ideò nullitas ejus in prorogationes influere debet,quia unum & idem officium cenſetur prorogatum cum primo conceſſo, Bart. *in leg.dies cautionis,n.3.ff.de damno infecto*, ubi Caſtrenſis *num.2.* Natt.*conſ.57.num.3* Ponte *de Poteſt.Proregis tit.10. de poteſtate ſubſtituendi,num.6.& 7.* Et initium ſemper attendendum eſt *l.quidquid,ff.de donat. leg.clam poſſidere in principio, ff. de adquir.poſſeſſ.* Flaminius Pariſius *de reſignatione lib.3. quæſt.1.n.4.* Alexand. *in leg ſi filius,ff.de verb.oblig* Baldus *in l.ea demum, Cod. de collat.* Imola *in l.ſi ſeruus, §.fin. ff.de ſtipul. ſervor.*

81 Quod maximè procedit,quoties officium conceſſum fuit tribus fratribus,quia tunc conceſſiones tot exiſtimantur,quot perſonæ quibus factæ fuerunt,*leg. ſi adrogator. verſic. penult. ff. de adopt.l.cohæredi.§. cum filia, ff.de vulgari, leg.unum ex familia,§. ſi de Falcidia, ff.de leg.2. l.quoties, Cod.de donat. quæ ſub modo*, Gregor Lopez *in l.23.tit.13. partit.2. gloſſa, verbo omenaje*,Rodericus Suarez *in quæſtione majoratus,num.18.*Tellus Fernandez *in l.27. Tauri,n.1. & 2* Capitius *dec.121.num.9.* Boherius *deciſ.150. n.8.& 9.*

82 *Vndecimò*, non poterit convaleſcere nullitas tituli Raymundi, eo quod Simon negligens fuiſſet in exequendâ primâ conceſſione ei facta, quaſi inde tacitus conſenſus deſumeretur, quia ex doctrina Abbatis *in c. Capitulum, n.3.de reſcriptis*, ubi Felinus *n.5.* quos ſequitur Grammatic. *conſil.6.n.4.* ſi duæ gratiæ impetrarentur circa idem corpus, ut in hoc caſu,ſecundam cenſeri nullam, & ſubreptitiam, ſimiliter procedere, ut etiam propter negligentiam impetrantis primam, non convaleſcat ſecunda, *l. quod ab initio, de regulis juris, c.auditis de electione*, Dec.*conſilio 144.n.2.*Mandoſius *reg.Cancellariæ 21. q.10.n.6.*ubi etiam Rebuff.*n.64.*Grammatic.*d n.4.* & in notabili caſu, Alvarotus *c.1.§. moribus tituli ſi de feudo fuerit contentio*, juxta quorum ſententiam explicandi ſunt Textus *in c.plerumque de reſcriptis, c.ſi Clericus de præbendis in 6.* qui adduci poſſ.ut,ut ſecunda gratia ſubreptitia convaleſcat,ſi qui primam gratiam obtinuerat,negligens fuerit in petendo ejus executionem.

Et ultra quam in hoc caſu nullus tacitus,vel expreſſus conſenſus fuit. & ex eo, ut animadvertimus, 83 non pendet conceſſionis effectus, ſed ex Principis gratia etiam notandum valorem tituli non conſiderari ex tempore futuro,ſed ex præſenti conceſſionis, *c.conſtitutus 19.de reſcriptis, c gratia,c.ſi eo tempore de reſcriptis in 6.* Mandoſius *reg.18. Cancellariæ q. 12.num.15.*

Et tacitus conſenſus abſque expreſſa Simonis re- 84 nunciatione coram Principe nullum poterat effectum fortiri,ut officium Raymundo concederetur,Caſſiodor. *deciſ.2.n.3. tit.de renunciatione*,Flamin. *lib.7. q.9.& lib.10.q.2.n.10.*

Nec obſtabunt *c.1.tit de eo qui finem fec. agnat.* 85 *& §. præterea, junctа gloſſ. tit. quibus modis feudum amittatur,c.Titius,tit. ſi de feud.fuerit controverſia*, ubi videtur ex refutatione & conſenſu ejus qui feudum habet ad ſequentem,cui conceſſum poſſe transire,quia ultra quam diversè procedit in feudo ubi prima inveſtitura facta etiam illi in quem ex conſenſu primi transfertur, ſecus conceſſio & gratia in hoc caſu nullo modo pendet ex voluntate ejus cui facta eſt,ut ſæpius diximus,& nullo modo conſenſit Simon tacitè nec expreſsè, quia ut tacitus conſenſus judicetur,debet, valor conceſſionis pendere ab eo cujus inducitur ratihabitio, & debet in actu intervenire ſubſcriptione vel præſentia ejus, qui intelligat ex eo actui ei præjudicium inferri,nam ſi dū conſentit,crediderit jus ſuum ubique durare, non ſibi præjudicat,*l.ſicut, §.non videtur, ff. quibus modis pign.vel hypoth.ſolvit l.Caius,de pignorat.actione*

Ex quo etiamſi non deficeret conſenſus tacitus Simonis,ſed adeſſet,utique nullo modo poſſet Raymundo factam conceſſionem ſubreptitiam confirmare,nec ratihabitionem operaretur,quia ea & conſenſus ſuperveniens non operatur in actibus, qui à principio ſunt omnino nulli, ſed in eis quæ ſunt in ſuſpenſo *l.qui in aliena, in principio ff.de adquir.hæredit.l ſervo invito,in principio, ff. ad S.C. Trebell.* Dec. *conſ.367.n.4.* maximè quando actus non pendet ſolum à voluntate ratum habentis,ut in hoc caſu, quia nihil facere poterat Simon, ſed totum Principis eſt.

Duodecimò denique omnia prædicta planiùs pro- 86 cedunt in officiis, quorum collatio & conceſſio ad Principem ſpectat,quia eorum poſſeſſio nullo modo poteſt abſque titulo legitimo ſuſtineri, Menoch.*de recup.rem 1.n.458.*& ita procedit Textus *in c.ordinarii,de officio ordinarii,lib.6.*ubi qui non habet titulum canonicum expellendus eſt à beneficio,*c.grave ,de præbendis* Conc. Trident. *ſeſſione 7. de reformatione,c.5.*Marant. *de ordine judiciorum, 4.p. diſtinctione 13 n.4.*& reſpectu Principis, cujus nomine patrimonium Regale defendimus,in hoc caſu non poteſt adverſus eum poſſeſſio allegari ſi titulus nullus fuerit,vel injuſtus, Covarr. *in reg.poſſeſſ.2.p. §.10. num.10. verſ.6.* Ludovic. Gomez *in regulis Cancellariæ,regula de triennali q.58.*

Maximè in officiis quæ non poſſunt obtineri ſine 87 Regis reſcripto, ut circa munus Curſoris jam animadvertimus *n.14.*& addenda eſt *l probatorias, C.de diverſis officiis*, & quid poſſidet aut vult uti officio quod

quod à Rege est concedendum, nisi doceat de titulo non potest intendere possessionem, & multò minus præscriptionem, Lucas de Peña *in l.quicumque, C.de fundis limitroph.* Curt.Iun.*conf.*90.*num.*2. Aviles *c.*1. *Prætor, n.*18 Greg. Lop *l.*9.*tit.*4 *p.*5. *glossa* 9 *verbo Otorgadas*, Velasc. *de jure emphyteut.lib.*1 *q.*8.*n.*32. Gratian.*tom.*2.*discept.c.*397. *ex n.*31. *cum sequentib.* adde Hieronym.Gonzales *reg.*8.*Cancellaria, gloss.* 15.*n.*62. ubi in terminis tradit officium, quod requirit titulum, si non exhibeatur, vacare.

89 His ità constitutis oportet aliquibus argumentis, & objectionibus respondere, quæ contra opponi possent.

Primò, in concessione facta Raymundo datum est officium, ut pater habebat, & haberet tempore, quo moreretur eis verbis: *y tubiere al tiempo de su fallecimiento*, ex quo induci videtur, non solum concessum, quod pater ejus habebat in vita, sed ulterius postquã morte illius fuerit officium resolutum, etiam datum.

90 *Secundò*, quia quidquid opponimus de concessione facta Simoni respicit jus tertii, de quo videtur non posse exceptionem juvare, *l.loci corpus*, §.4 *competit. ff.si servitus vindicetur*, Salicet. *in l.cum servum, n.*4. *C.de servis fugitivis*, Mohedanus *decis.*299. *ad fin.* Puteus *decis* 3. & 4 *ad titulum de exceptionibus*, pluribus Velasco *axiom.lit.E, n.*94.

91 *Tertiò*, post mortem Simonis factas fuisse concessiones, & prorogationes à Philippo II. die 4.Decembris, anno 1598. & à Philippo III. die 20. Octobris anno 1607. ex quibus hodie obtinetur officium à Comite de Villamediana, quibus concessionibus nihil poterat obstare jus Simonis, quod antea ex anno 1562. ejus morte resolutum fuit, & de novo videri officium concedi.

92 *Quartò*, observantia subsequuta tot annorum, qui ultra centum sunt ab anno 1519. quo à Baptista in Raymundum officium est translatum, & ultra vim observantiæ, de qua Batol. *in l.*2 *n.*29 *C.quæ sit longa consuetudo*, Bald. *c.cum dilectus, n.*7.*de consuetudine*, Ias. *in l.cum prolatis, n.*6 *de re judic.* Decius *conf.*483. *n.*28. Tiber Decian. *vol.*2. *respons.*51. *n.*12. pluribus Mascard. *conclus.*423. *n.*20. & 26. Surdus *conf.*313. *n.*32. D.Ludovis. *decis.*162. *n.*1.

93 Etiam præscriptio immemorialis poterit causari ex tanti temporis curriculo, cùm homi.um memoriam excedat, *l.*1.§.*idem Labeo*, ibi: *cujus memoria non extat ff.de aqua pluvia arcend. l.hoc jure* §.*ductus aquæ, ff.de aqua quotidian. l.si obiter* 28.*in fine ff.de probat. tit.*15. & 16.*tit.*31.*p.*3. ex D.Molina, Calda Pereira, Ioanne Gracia, D.Ludovisio, & aliis pluribus, D.Castillo *de Tertiis c.*26.*n.*68. Vnde videtur & jus Regalis Patrimonii Simonis non solùm morte illius elusum, sed etiam exclusum præscriptione.

94 Quibus omnibus non obstantibus prædicta resolutio firma remanet: nam illud primum objectum, datum fuisse officium Raymundo, ut mortis tempore obtinebat ejus pater Baptista, nihil facit, ut ultra quod in vita habebat, datum censeretur, quia omnis dispositio, quæ loquitur de tempore mortis, magis vitæ, quàm morti tribuenda, ut constat *l fin.* ubi Glos. & Doctores, *ff.de collat.bonor. l.qui duos* 18.§.1. *ff.de manumiss.testam.* Costa *lib.*1.*select.c.*14.*num.*1. pluribus Tiraq. *de jure constituti, lib.*2 *n.*12 & pro explicatione *l.fin. ff. de condition. instit. l. hæres meus* 79. *in princip. l. pater Severinam* 100 §. *socrus, ff.de condit. & demonstrat. l.si pater* 15 *ff.de captivis, & postlimin. reversi.* adductis Cujacio, Antonio Fabro, Donello, Osualdo, Decio, Gratiano, Agellio, & aliis in subtili quæstione latè probavi 1 *tom.decis Granat.*40.*n.*37. *usque* 46.

Tum etiam, quia in ipso libello, quo à Rege officium petitum fuit Raymundo, & D. Ioanni Tassio ejus filio, & nepoti Baptistæ nihil amplius Regi supplicatum, quàm quod illi in vita obtinebant, & ex petitionis forma concessio declaranda, *c. inter dilectos*, §. *cæterum de fide instrument. l si defensor*, §.*qui interrogatus ff.de interrogat.actionibus*, § *præterea instit.de inutilib* Felinus *in cap.super litteris, n.*9. & 10. *de rescriptis*, Alex. *lib.*1. *conf.*84. *num.*6. Menochius *conf.*160.*num.*23. Surd. *conf.*49.*n.*24. Ioannes Garcia *de nobilitate, gloss.*1.§.1.*n.*71. Farin. 2. *p.noviss.decis.* 687.*num.*6. 95

Sed & prædicta verba non possunt referri nec extendi ad aliud quam ad relatum & petitum, etiamsi generalia sint, *l.à filio* 15.§. *ult.* ubi Glossa & Bart. *ff. de aliment.legatis*, Surd. *conf.*554.*n.*29. Gratian. *tom.*2. *discept. c.*245. *n.*26. & Princeps nunquam censetur sub generalitate verborum concessionem extendere in sui præjudicium, *l. nec damnosa*, 3. *l.rescripta*, 7. *C. de precibus Imperat.offerend.* Felin. *in c.*2.*n.*40. *de rescriptis*, Menoch. *de præsumpt.lib.*3. *præsumpt.*44.*n.*2. Farin 1.2. *p.novissim.decis.*369.*n.*6. 96

Nec secunda difficultas, ut non possit opponi de jure tertii, & fiscus non rectè excipiat de eo quod Simoni competebat, aliquid movebit, quia regula *d.l.loci corpus*, §. *competit ff.si servitus vindicetur*, limitatur quoties jus tertii allegatis cui prodest, vel cujus interest, *l.si cui*, ubi Castrens. *num.*1. *Cod.de non numerata pecunia*, Abbas *in cap.cùm non liceat, num.*15. *de præscript.* Menoch. *consil.*1.*num.*321. Craveta *in responso pro genero*, *num.*400. Thesaurus *decis.*4. *num.*7. Surdus *decis.*301. *num.*15. D. Ludovisius *decis.*415.*num.*4. ubi Olivet. Beltramin. *num.*6. Gratianus *tom.*4.*discept ationum, c.*700.*n.*66. & *cap.*715. *num.*26. 97

Vlterius etiam potest opponi de jure tertii, quando ex illo excluditur actio & intentio agentis, ut si aliquis intenderet rei vindicationem, & opponeretur alium habere dominium, nam cùm sine illo vindicationem actor intendere non possit, *l.in rem, ff.de re rei vindicatione* & cùm dominium sit alterius, non potest esse ejus qui vindicat, *l. si ut certo*, § *si duobus vehiculum, ff.commod.* ideo exceptio de jure tertii, tanquam perimens jus agentis, rectè admittitur, *l.fin.* ubi Scribentes, *C.de rei vindicatione, l.cùm servum*, 6. ubi etiã DD. *C.de servis fugitivis*, Bart. *in l.*2.*n.*1 *ff.de except. rei judicatæ*, Thesaurus *ubi proximè, n.*1, Surd. *dec.*108. *n.*16. & *decis.*144 *n.*19 & *conf.*415.*n* 17. & 18. Gratian. 2. *tom.discept forens.c.*261.*n.*3. *cum seq.* D. Ludovil. *decis.*14.*n.*3. *cum seq.* Barbosa *in l.si alienam*, 12. *n.*51. & 64. *ff. solut. matrim.* unde cùm in hoc casu non tam Simonis quàm ipsius fisci jus censeri debeat, quod excipitur quasi nec vellet, nec posset Rex concedere officium, quod jam erat datum Simoni, imò nec à Rege petitum fuit, nisi quod Baptista & Raymundus in eo habebant, & tunc vivente Simone post mortem Baptistæ, nullum jus quod petitum, aut concedi posset, remanebat, ipsius fisci jus consideratur, & sibi officium retinere, nulla & invalida reddita concessione ex rationibus, quas *suprà* expendimus, & quamvis verè Simonis jus considerari valeret, fiscus cujus interest potest opponere; & quia nullâ redditâ concessione propter jus Simonis, omnino excluditur ille qui officium ad eum pertinere intendit. 98

Præterea tertium quod objectum fuit, factas prorogationes & ampliationes dicti officii à Philippo II. & Philippo III. multò postquam decessrat Simon, ac perinde potius novas concessiones debere intelligi, quam prorogationes antiquæ concessionis, 99

nis, de quo oppoſuimus *n.* 91. nihil movere poterit, aliquid contra Regium Patrimonium ſuadeat, quippe nullum verbum in omnibus reſcriptis, & conceſſionibus, extat, quod poſſit inducere novam officii conceſſionem, imò potius in reſcripto expedito à D. Philippo II. anno 1598. in favorē D. Ioannis Taſſis expreſsè traditur concedi idem officium, quod Raymundo, & ejus filio Ioanni conceſſum, ut non amplius, quam illi habebant, obtinerent, eis verbis: *Segun y como de la manera, que vueſtro padre le tenia*, & iterum, ibi: *ſegun de la forma y manera que el dicho vueſtro padre, y ſus anteceſſores, en el dicho officio le tubieron, uſaron, y exerçieron, y goçaron y pudieron, y devieron tener, uſar, exercer, y goçar*, & in illorum vita, & quando anno 1556. facta fuit conceſſio Ioanni Taſſio filio Raymundi, & Baptiſtæ nepoti, jam ſæpiùs notavimus vixiſſe adhuc Simon uſque ad annum 1562.

100 Sed & in ultimo reſcripto anni 1607. ex quo ad vitas duorum propter quas facta conceſſio, quæ hodie durat, expreſsè traditur eſſe ampliationem præcedentium conceſſionum, nota verba: *Fueſſemos ſervidos de ampliarle la merced del dicho officio por otras dos vidas*: & iterum ibi: *fueſſemos ſervido demandar que ſe os deſpache, y de en la miſma conformidad el titulo o recaudo de la dicha merçed, y ampliacion, como la nueſtra merçed fueſſe.* Vnde conſtat petitionem reſpexiſſe ad ampliationem, & prorogationem ejus, quod prædeceſſores obtinuerunt, & id ſolùm conceſſum denotat deciſio conceſſionis verbis ſequentibus, ibi: *Nos acatando lo ſuſſodicho lo avemos tenido por bien, y por la preſente ampliamos la merced del dicho officio de Correo mayor.*

101 Ex quo apparet conceſſiones iſtas verè fuiſſe prorogationes, & ampliationes ejus, quæ ab initio inutiliter per ſubreptionem factæ, vivente Simone, & illius vitia in omnes ampliationes influere debent, quia nulla poteſt eſſe conſequentia legitima ex principio illegitimo, *argument. l. fin. C. de natural. liberis*, Decius *conſ.* 365. *n.* 2. Alex. *lib.* 5. *conſ.* 174. *num.* 2. & 6. & infectâ radice quidquid ampliatur ut ejus fructus produci non poſſunt, *c. vulnerato* 1. *q.* 1. Anchar. *in c. ſi beneficia num.* 8. *de præbendis, in* 6. & *conſ.* 359. *numero* 6. & radicem debent ſapere rami, ut tradit Ioannes Andreas *in c. ad Apoſtolicam, de re judic. lib* 6.

102 Facit, quia cùm ex prima conceſſione Baptiſtæ & Raymundo facta velut cauſa, reliquæ conceſſiones & ampliationes factæ cauſarentur, ſuccedit vulgare axioma non poſſe plus juris conſiderari in cauſato quàm in cauſa, quia non poteſt effectus conſiderari, niſi qui provenit ab influenti potentiæ cauſa, Bald. *in l.* 1. *ff. de Senatoribus l. quominus, ff. de flumin. l. ſin autem, in fine, ff. de aqua pluvia arcend.* Caſtrenſis *conſ.* 129. *lib.* 1. & Zephalo, Menochio, Mieres, Molina, Aldobrandino, Surdo, & aliis D. Caſtillo *tom.* 5. *controv. c.* 103. *n.* 24. & ego notavi 1. *p. deciſ. Granat.* 34. *n.* 7. & 8.

103 Iuvat ut deſtructo antecedenti debeat conſequens deſtrui, *l.* 1. §. *hujus rei, ff. de officio ejus, l. veteris, ff. de itinere, actúque privato*, notatur communiter *in l. cùm principalis per textum, ibi. de reg. juris*, Bald *in l. eos, C. de uſuris*, Iaſon. *in l.* 2. *ff. ſi quis. cautio*, Menoch. *conſ.* 147. *n.* 60. ex Gloſſ. *in l. utique, ff. de rer. vindicatione*, Alex. Imol. notavit idem Menoch. *conſ.* 172. *n.* 6. & *conſ.* 187. *n.* 112. adde quæ ex Cravet. Menoch. & Everardo tradit Velaſc. *axiomat. juris, lit. A, n.* 282. & deficiente ſubjecto non eſt locus correlativo ſubjecti, Gloſſa *in cap.* 1. *de fide inſtrum.* Caputaq. 2. *p. deciſ.* 241. *n.* 8.

104 Vnde cùm omnium ampliationum prima illa fuit radix, cauſa antecedens, & ſubjectum, videtur eâ invalidâ exiſtente, ut probavimus, etiam quæ ex illa producuntur, omnino corruere, quia deficiente cauſa, etiam ejus deficit effectus, *l. tutores* §. *curatores, ff. de admin. tutor.* & principium vitioſum derivari notavit D. Caſtil. *ubi proximè*, ex Bart. & aliis probavit Hieron. Gonzales *reg.* 8. *Cancellariæ gloſſ.* 31. *n.* 44. & ſemper origo & prima cauſa repræſentatur & influit in ſecundam, *l. licet*, §. *ea obligatio, ff. de procurat.* Aymon, Craveta *vol.* 1. *conſ.* 131. *n.* 15. & *conſ.* 144. *n.* 1. & in titulo ex ejus primordio & cauſa poſterior quoque formatur eventus *ex l.* 1. *C. de imponend. lucrat. deſcript. lib.* 10. plures *ſuprà* adduximus.

Sed in eiſdem terminis prorogationis & ampliationis officiorum & conceſſionum Regalium etiamſi toties ut in reſcriptis noſtri caſus non exprimeretur, ampliationem fieri eo modo, & jure quo prædeceſſores in officio obtinuerunt regulariter, ita intelligi debere, ut extenſio eandem retineat qualitatem, quam illud ad quod extenditur, & lex extenſa eadem cenſeatur, & eodem modo operetur in caſibus ad quos extenditur, ut in aliis procedebat *ex l. ſed ſi manente, ff. de precaria, l.* 1. & *ibi* Doctores *ff. de leg.* 1. *l.* 1. & *ibi Gloſſa. C. de bon. quæ liber. l. non eſt novum, ff. de legibus*, in ſimili conceſſione ad duas vel tres vitas notavit Doctiſſimus D. Solorzano noviter 2. *tom. de Ind. iar. gubern. lib.* 2. *cap.* 23. *n.* 42. & *cap.* 19. *n.* 22. tradit ſubrogationem eaſdem qualitates retinere, ut pluribus comprobarunt Aretinus & Robles de Salcedo, quos refert, adde quæ ex Peregrino, Alexandro, Socino, & Boherio notavit Menoch. *conſ.* 659. *n.* 1. prorogationi ineſſe debere omnes illas qualitates quæ inerant in primo actu qui prorogatur.

Sed & nobis aptiſſimè notavit Barbatia *lib.* 2. *conſ.* 36. *col.* 6. prorogationem non ſortiri effectum, quando actus principalis eſt nullus, & tunc nec prorogationem, nec ratihabitionem ſubſiſtere ex Ruin. Anchar. Socino Seniori, & Socino Iuniori, tradit Menoch. *conſ.* 120. *n.* 39. Rolandus à Valle *vol.* 1. *conſ.* 2. *n.* 143. Gamma *deciſ.* 335. *n.* 1. Surdus *deciſ.* 245. *n.* 13. Gratian. *tom.* 5. *diſcept. c.* 957. *n.* 19. & 963. *n.* 4. & 6.

Vnde extenſiones, ampliationes, & prorogationes primæ conceſſionis, quæ nulla fuit, vivente Simone non poterunt effectum operari: nam deſtructo primo fundamento deficit etiam, quod ſuper illo eſt ædificatum, *l. legi tecum* 26. *ff. de except. rei judic.* ibi: *Cum aliter ſuperior pars jure haberi non poſſit, quam ſi inferior quoque jure habeatur, c. cum Paulus* 261. *q.* 1. Hieronym. Gonzalez pluribus probat *d. reg.* 8. *gloſſ.* 31. *cum ſequent.* ubi plura cumulat.

Quod ultra confirmatur, quia officium, quod ampliatur in tempore prorogationis, & ampliationis non aliud officium, ſed idem quod primum cenſetur, *argument. l. ſed ſi manente* 15. *ff. de precario, l. Valerianus* 10. *ff. de Prætoriis ſtipulat. l. Fiſcus* 6. *in fine, ff. de jure Fiſci, vel Surdo* 5. *l. idem privil.* 6. *ff. de privil. creditor. l. eiſdē, privil.* 7. *C. de Advocatis diverſ. Iudic. l. viros* 2. *C. de commit. conſiſtor. lib.* 12. docet Bart. *in l. dies cautioni, n.* 3. *ff. de damno infecto*, ubi Caſtrenſis *n.* 2. Angel. *in d. l. ſed ſi manente*, Baldus *in l. pen. n.* 2. *ff. de excuſat. tutor* idem Bald. *in l. eum qui*, §. 1. *ff. de juriſd. omn. Iudicum, & in l. meminiſſe per textum ibi n.* 4. *ff. de officio Proconſul.* Boherius *deciſ.* 284. *n.* 12. Natta *vol.* 1. *conſil.* 75. *n.* 1. *cum ſequent.* Surdus *conſ.* 202. *n.* 9. Gratian *tom.* 4. *diſceptationum, c.* 791. *n.* 9. Ponte *de poteſtate Prorogis, tit.* 10. *de diverſis proviſ. rubrica de poteſtate ſubſtituendi in officiis, num.* 6. & 7. ubi tradit, quando conceditur à Rege officii ampliatio, habetur ac ſi tempus ampliationis fuiſſet appoſitum in prima conceſſione, quod refert &

& sequitur adductis Alex. Castr. & Boër. Mastrill. *lib.1.de Magistrat.c.18.n.67.& 68.*

109 Quapropter si idem officium censetur, quod ampliatur, meritò vitium, & nullitas, quæ consideratur in prima concessione, in sequentibus ampliationibus effectum habebit: nam relatio, quæ fit ad possessionem, quam habuerunt prædecessores de justa, non fraudulenta, & per subreptionem obtenta accipi debet, ut ex Abbat Felin. Put. Rebuff. tradit Gratian. *tom.2.discept.Forens.c.397.n.41.& seq.* & petitio facta, quasi mortuo Simone, non debet nocere Regali patrimonio error, & subreptitio *l. si fortè 8.ff. de Castrensi peculio*, ibi: *Veritatem enim spectamus, an vero castrensis notitia, vel affectio fuit*, non quod quis finxit, *l.si post 4.l.cum falsa 9.C. de juris,& facti ignorantia*, Menoch. *de præsumpt.lib.2. præsumpt.45.num.13. & 14.& consil.1.num.87.cum sequent.* Barbos, *in l.si alienam 22.n.73.ff.soluto matrimonio.*

Denique ultimum objectum de præscriptione, 110 & observantia nihil contra facit, quia in hoc casu præscriptio immemorialis procedere non potest, quia ex anno 1539 in quo obtenta concessio contra jus Simonis non fuerunt transacti centum anni usque ad annum 1622. in quo Regis decreto lis instituta, maximè cum istæ fuissent concessiones ad vitam,& prorogationes, in quibus jus precarium inducitur, nec præscriptio procedere potest, *l.1. in princip. & §. quod ait Prætor, ff. uti possidetis*, ubi Doctores, Joannes Andreas, Francus, & reliqui communiter *in c.cum personæ,§. quod si tales de privileg,lib.6.* Natt. *cons.511.n.19.* Thusc. *lit.P,conclus.472.n.1.*

Vnde etiam excluditur quadragenaria præscri- 111 ptio cum titulo, quamvis æquiparetur immemoriali ad Regalia adquirenda, quando præscribi possunt *c.1.de præscriptionibus in 6.l.fin. §. ult. C. de fundis patrimon.lib.11.l.1.tit.10.lib.5.recop.* ubi Matienzus *gloss.19.n.4.* Covarr. *regul.possessor.2.p. §.3. & 4.* tamen nulla præscriptio locum habere potest in hoc casu, quia concessio Principis, & privilegium non augetur præscriptione, *augment.l si is cui 11. in fin.princip.ff quemadm servit. amit.* ibi: *Non autem conceditur plus quam pactum est in servitute habere,* & *in c.cum personæ,§.quod si tales de privileg. in 6.* ubi Ioann.Andr. *in fin.* Anchar.*n.4* Franch. *n.3*, Geminian. *cons.96.n.4.* Cravet. *cons.680. n.5.* Covar. *in reg.possessor. 2. p.§.3.n.8.* Menoch. *de præsumpt. l.3. præsumpt.131. n.49.*Molin.*l.2.de primog.c.6.n. 66.*Peregr.*de jure fisci, l. 6.tit.8. n.25.*Thusc.*lit.P, concl.521.n.35.& lit.I.conclusione 311. n.3.* Barbos. *in d.l. competit.n.134.cum sequent.* Farin. *1. p. novis. decis.136.n. 12.*

112 Præsertim, quia in officiis, & juribus Regalibus præscriptio semper limitari, & restringi debet, Abb. *in c.quoad translationem per textum ibi n.5. de officio deleg.* Socin. *cons.275. incipit in causa fratrum, n.7.* Alexand. *vol.5.cons.33.c.9.*Rosental. *de feud.c.5.conclus.18.n.1.*Sixtinus *de Regal.lib.1.c.5.n.171.* Mastrill. *de Magistr.lib.1.c.19.n.138.*

Et cùm in hoc nihil aliud concederet Princeps 113 Raymundo, quàm quod antecessores habebant, & illis nihil concessum post eorum vitam, Simone vivente, sed illius erat omne jus officii nihil prodesse poterit præscriptio, aut operari observantia subsequuta: nam qui recipit jus, ut tale, non poterit illud postea negare esse tale, vel extendere, *l.si aliena 12. cum ibi not.ff.soluto matrimonio, l.si ponas 23. §.si hæreditatem,ff.de inoffic.testament.l.Titius Sempronio 9.ff.quibus modis pignus vel hypotheca solvitur*, Castr. *in l.qui proprio, §. item quæritur, n.5.ff. de procurat.* Bald. *lib.3.cons.44.n.4.* Surd. *cons.371. n.57.& decis.n.100.n.fin.& decis.229.n.6. usque n.12.* Velasc. *2.part. conclus.195. n.2.* nec poterat sibi mutare causam possessionis, qui solùm ex jure prædecessorum possidebat, *l.cum nemo, 5. Cod. de acquir. possess.l.non solum 33. §. quod vulgo, ff. de usucapionibus.*

Postremò, observantia subsequuta nihil prodest 114 quando verba tituli sunt manifesta, & cum in hoc casu nihil amplius concessio contineret, quam quod habebant illi quibus nihil datum superveniente Simone contra id,& privilegium observantia non procedit, Aretin. *cons.115.n.2.*Rot *2.p. divers. sacri Palatii decis.47.n.16.* D. Ludovis. *decis.184.n. 6.* Farin. *decis.156.n.10.& 1.p.novis. decis.196. num.7.* Socin. *dec.128.n.8.*Beltramin. *in annotat. ad D.Ludovis.dec.469 lit.H,*Cravet. *l.3.cons.379.n.8. & l.4. cons.674.n.11.*Gratian. *discept.3.tom.c.577.n.34.*

Et observantia & declaratio contra tenorem con- 115 cessionis non potest effectum habere in præjudicium tertii, etiam respectu juris non solum ante observantiam, sed etiam medio ejus tempore quæsiti, ut notarunt Dec. *cons.114. n.4.* Cravet. *cons.282. n.6.* Surd. *cons.192.n.31. & decis.29. n. 6.* D. Ludovis. *decis.375.n.10.*Bec. *cons.3.n.44.* Mantic. *de tacitis & ambiguis convent.lib.1.tit.15.n.9.*& in declaratione non posse illam juri quæsito nocere, pluribus ego notavi *1.p.decis.Granat.11.n.18 & decis.33. n. 56.*in præjudicium Regalis Patrimonii, & juris Simoni quæsiti interpretatio, & observantia subsequuta nullius erit momenti: ut inde omnes concessiones, & prorogationes earum nullæ existimandæ, & officium Cursoris Majoris Regali Patrimonio applicandum.

ALLEGATIO LI.

Fiscalis præcedit in omnibus Notarios à secretis Regis.

1 *Authoritatem officii defendere quis debet?*
l.observandum,in fine,ff. de officio Præsid.
l.1.ff.de postulando.
l.49.tit. 5.p.1.
2 *Præcedentiarum causa gravis est.*
3 *Interdicta possessoria & manutentio conceditur in causa præcedentiarum.*
4 *Præcedere debet qui est majori dignitate, vel inter æquales antiquior.*
5 *Genesis c.43.exponitur.*
lib.1.Paralipomenon c.6.
lib.2.Paralipomenon,c.30.
lib.3. Regum, c.10.
D.Lucas,c.14.
c.1.de majorit. & obed.
6 *Divus Matthæus c.23.declaratur.*
Honor deferendus cui debetur.
D. Petrus epistola canon.c.2.3.& 5.
D Paulus epistola ad Romanos, c.12.& 13.
7 *Fisci Patronus debet officii decorem tueri.*
8 *Consuetudo ut non procedat major dignitas, non valet.*
l.1.C. de consulibus.
l. omnes, C. ut dignit.ordo servetur.
l.1.C.de præpos. sacri cubiculi.lib.12.

l.fin.C.de decurion. lib.10.
cap.ſtatuimus, de majorit. & obedientia, & num.5.
c.placuit,aliàs Iſidorus,16. diſtinctione,

9 *Dignitas major debet præcedere.*

10 *Dignitas major licet poſtea inſtituta, debet præcedere minorem,quamvis antiquiorem.*

11 *Synodus licet tempore poſterior,aliam inferiorem præcedit.*

12 *Dignitas quæ cum privilegiis alterius inſtituitur, debet præcedere alias quas illa præcedebat.*
c. cùm olim,de conſuetudine.

13 *Fiſci patroni antea ad biennium eligebantur poſtea perpetui facti.*
l.laudabile,C.de Advocat. diverſ.Iudic. & n. 14. & 31.
l.laudabile,§.1. C.eodem.
Fiſci patroni munus Senatoribus, & Conſiliariis æquale.
Fiſci patroni cum comitibus ſacri Conſiſtorii manu Principis dona accipiebant.

14 *Fiſci patroni munere excellentiſſimi viri functi: Papinianus,Sabinus & Vlpianus fuerunt fiſci Patroni.*
l.1 & per totum,C. de Advocato fiſci.
l.binos,C.de Advocat. diverſ. Iudic.
l.poſt duos, C.eodem.

15 *Fiſci Patronus conſuetudine univerſali omnium Senatuum præcedit Notarios à ſecretis.*

16 *Notarii à ſecretis excellentia ex Principis continua communicatione.*

17 *Præcedentiæ argumentum major utilitas,neceſſitas, & labor officii.*
l.contra publicam,C.de re militari, lib.12.
l.nemo,C.de officio Magiſtri.
l.unicuique, Cod. de proximis ſacr.ſcrin.
l.11.
l.ult.C. de tyronibus,lib.12.
l.juſtiſſimos,C. de officio Rector. Provinciæ

18 *Index qui ampliorem juriſdictionem & territoriũ habet,præcedere debet eum,qui minorem juriſdictionem exercet,Proverb.c.24.*
Rex Hiſpaniæ præcedit alios Reges ex majoribus provinciis quibus dominatur.

19 *Fiſcalis muneris major confidentia, quia omnium Regalium defenſio ei commiſſa.*
l. Cognitionum,§.1.ff.de var. & extraord.cognit.

20 *Fiſci patroni munus laborioſus & excellentius quàm notariorum à ſecretis.*
Conſultationes quarum ordinatio & diſpoſitio pertinet ad Notarios à ſecretis, multoties in rebus gravioribus fiſcalis ordinat, & diſponit.

21 *Magiſtratus, cujus officium eſt majoris utilitatis & laboris, debet aliis præferri.*
l.ſi in aliquam,§.cùm pleniſſimum, ff. de officio Proconſulis.
l.fin.ff.de officio ejus,cui mandat.

22 *Fiſcalis eget ſcientia juris, Notariis à ſecretis nulla ſcientia neceſſaria, Iuriſprudentia valde utilis ad regimen Regnorum.*
Iuriſprudentia omnes ſcientias ſuperat præter Theologiam.

23 *Fiſcalis à Principe ſemper primò naminatur, quàm Notarius à ſecretis.*
Argumentum ab ordine literæ validum.

24 *Fiſcali plura privilegia conceſſa,& n.23.*
Fiſcales dicuntur clariſſimi.
l. Advocatos, C. de Advocatis diverſ. Iudic.
l. jubemus, C. eod.
l. penult.§.ut autem,C. eod.

25 *Fiſcales utuntur toga, quæ non licet Notariis à ſecretis.*
Veſtis excellentia auget dignitatem.
l.2.& 7.tit.9.p.2.
l.nemo rei,C. de veſtibus olobaris,lib.11.
l. temporum,C.eod.

26 *Procuratores Cæſaris antea agebant quod hodie fiſci Patroni.*
Procuratores Cæſaris antea Præſidibus æquiparati.
D.Lucas c.3. exponitur.
D. Matthæus item c.7.

27 *Fiſcali concedebatur duos domeſticos ſingulis annis Imperatoris offerri,alium peditem,alterum equitem.*
l.reſtituenda,§. licentiam, C. de Advoc. diverſ. Iudic.

28 *Fiſcalis per ſe ſolus Principem repræſentat, Senatus & Senatores collegialiter.*
l.1. tit.13.lib.2.recop.

29 *Fiſcalis dicitur de conſilio Regis.*
Authentico de Iudicibus,§.vetus.

30 *Præcedentiæ argumentum major dignitas.*

31 *Fiſcalis poſtquam omiſit dignitatem, poterat filios in Notariorum à ſecretis conſortium inſerere.*

32 *Fiſcali ſupremi Conſilii Caſtellæ in conſultationibus hebdomadariis coram Rege cum Senatu ſedet capite cooperto, quod nunquam Notariis à ſecretis conceſſum.*
Principis manum oſculari in Paſchate nativitatis ſucceſſit in locum ceremoniæ adorationis purpuræ.

33 *Vſus regit præcedentias.*

34 *Concilium Tridentinum in ſeſſionum præcedentiis obſervavit, quod antea conſuetum.*
Comitia generalia & decreta Imperialia obſervant uſum in præcedentiis
Toletanæ & Burgenſis civitatum præcedentia in curiis ex uſu decreta.
Mutanda non ſunt quæ jam admiſſa.
l. minimè, ff.de legibus.

35 *Majorum facta non facilè mutanda,nec recedendum ab uſu recepto.*
l. in teſtamento,18 ff. de teſtam.
l.2.ff.de conſtit.Princip.
l.18.tit.1, p.1.
Fiſcalis ut Iudex exiſtimatur.

36 *Notariorum à ſecretis major dignitas, ut Regem continuò alloqui poſſint.*
l.13.& 14.tit.18.p.4.
tit.18. lib.2. recop.

37 *Protonotarius in Senatu Aragonum præcedit fiſcalem.*

38 *Fiſcalis poteſt,& debet cùm opus fuerit, Principem alloqui.*
Fiſcalis poteſt Principem conſultare.

39 *Protonotarius eſt velut Præſes Notariorum,& habet ſuffragium in Regio Aragonum.*

40 *Notarius à ſecretis in Conſilio ſanctæ Inquiſitionis ideo præcedit Fiſcalem, quia Notarius eligitur à Rege, Fiſcalis ab Inquiſitore generali.*
l.reſtituendæ, C.de Advocat. diverſ. Iudic.
l.fin.de albo ſcriben.
Authentico ut Iudices ſine quoquo ſuffragio,
l. ſpuriis,§. fin.ff. de decurionibus

41 *Fiſcalis ſanctæ Inquiſitionis qui & Notarii à ſecretis officiũ exercebat, jam ſenex omiſit propter labo*

laborem fiscalis officium, & remanſit cum munere Notarii, quia parvi laboris.

42 *Notarius à ſecretis, qui ſimul erat Conſiliarius in exercitio præceſſit Fiſcalem in Conſilio Indiarum.*

43 *Duæ perſonæ poſſunt ab eodem repræſentari.*
l. tutorem, 22. ff. de his quibus ut indignis.
l. rerum mixtura, 30. ff. de uſucap.
l. ex facto, 43. § item quæro, ff. de vulgari.
l. 2. § ſi primus, ff. de bonor poſſeſſ. ſecund. tab.

44 *Notarius à ſecretis etiamſi eſſet Conſiliarius emeritus, non debet præcedere fiſcalem & Author præceſſit in Senatu Patrimonii Petrum de Lezama, qui poſtquam Conſiliarius emeritus Secretarii officium exercebat.*

45 *Prætor urbis in actibus civitatis debet præcedere Senatorem.*
Rector præcedit Epiſcopum in Academia, & quiſque in ſua dignitatis miniſterio alium qui extra illum eſt major illo.

46 *Præcedere debet dominus in domo ſua.*

47 *Ambitio referenda.*

48 *Præcedentias in privatis cauſis eſſe futiles, & inanes, etſi maximè interſint, obſervari in rebus publicis, & muneribus.*

Fiſci Patronus ratione juris, & conſuetudine, an ſine dubio præcedere debeat Notarium à ſecretis Regis in omnibus, & Senatu in quo aſſident?

1 ONGRVVM eſt, ut qui aliquo munere fungitur, ejus auctoritatem, & decorem tueatur & pro virili defendat, *l. obſervandum, in fin. ff. de officio Præſidis*, ibi: *Vt auctoritatem dignitatis ingenio ſuo augeat, l. 1. ff. de poſtulando*, ibi: *Suæque dignitatis tuendæ, & decoris cauſa, l. 49. tit. 5. p. 1.* Caſſaneus *in Catalog. gloriæ Mundi in præfatione, colum. 3. & part. 8. conſideratione 6.* & ex Valerio Maximo, *lib. 2. cap. 2.* probavit Petrus Gregorius *lib. 4. de Republica, c. 10. n. 11.* Redin. *de majeſtate Principum, n. 134.* Aviles *in capit. Prætorum, c. 3. verbo juriſdictio*, Avendaño *de exequendis mandatis, 1. part. cap. 5. n. 8* Gonzalez *in reg. 8. Cancellariæ, §. 4. proœmiali, n. 3.* Menoch. *de arbitrariis, caſu 251. & 280.* Ex quo fiſci Patronus ſuæ dignitatis privilegia & auctoritatem oportet conſervare, ne ab aliquo præferatur, qui inferioris ordinis extiterit.

2 Hæc enim cauſa præcedentiarum gravis eſt, & quæ ad publicum ſtatum ſpectat: nam confuſis & permixtis dignitatum gradibus, ſtatus publicus, & regendi ratio turbari oportet, ut conſtat ex pluribus, quos referunt Iacobus de Puteo *lib. 2. dec. Rotæ 440. & lib. 3. deciſ. 6.* Seraph. *deciſ. 22. n. 2. & deciſ. 80. n. 1.* Hieronymus Gonzalez *ubi proximè*, Steph Gratian. *tom. 5. diſceptationum c. 845. n. 5.* Dominus Valenzuela, qui plures refert in diſcurſu ſuæ præcedentiæ, & cauſa præcedentiarum cùm reſpiciat honorem, & dignitatem ſemper graviſſima cenſenda, ut ex Præpoſito, Afflicto, Cepola, Staphileo, Tiraquello, Sarmiento, Otalora, Ioanne Garcia, Didaco, Perezio, Lara, Grammatico, Menchaca, Azevedo, & aliis probavit hanc materiam latè pertractans Hermoſilla *in additione ad gloſſ. 2. in proœmio partit. 5. n. 1. cum ſeqq.*

3 Et ideò ad præcedentiæ conſervationem, ut in ea aliquis manutentionem conſequatur, interdicta poſſeſſoria conceduntur contra eum, qui turbaverit poſſidentem, cui etiam conceditur facultas reſiſtendi de facto, Gloſſ. *in §. aliam inſtit. de bonor. poſſeſſ.* ubi Ioãnes Faber, Angelus, Platea Hothomanus, & alii, Iaſon *in l. ſi non ſortẽ, §. liberto, de condictione indebiti, c. licet cauſã de probat.* ubi Doctores, præcipuè Bald. *n. 6* Dec. *n. 1.* Philippus Frãcus *in c. ſignificante, col 1. in fine de appellat.* Tiraquell alios referens *in tractatu de nobilitate, c. 20. n. 58.* Ioannes Garcia *de expẽſis & meliorationibus, c. 8. n. 51.* latè Beſſold. *in diſſertatione juris Politici de præcedentia, & ſeſſionis prærogativa c. 3.* Rugnerus *in Theſauro juris verbo præcedentia*, Lara de Cord. *in l. ſi quis à liberis, n. 32. de liberis agnoſcendis*, Mench. *controv. illuſtrium, c. 18. n. 18.* Cenedo *collectanea 96.* Menoch. *lib. 1. conſ. 51. n. 41. & lib. 3. conſ. 257. n. 55.* Farinac. *in praxi criminali, tom 4. q. 125. n. 41.* ex Bartolo, Felino, Barbatia, Stephano, Gratiano, Cevallos, Barboſa, Capella Tholoſana, Flavio, Amendola, Franchis, Rixio, & aliis Hermoſilla *ubi ſuprà, n. 110. cum ſeqq.* plur bus noviter Poſtius *de manuten. obſervat. 10. n. 31. & obſervat. 53. n. 14.*

4 Et ultra prædictos, qui communiter de hac re ſcripſerunt, ut qui majori dignitate præſtat præeminentiori loco excellat, & ſedeat, vel inter æquales, qui antiquior in officio, vel ætate præcedere debeat, probarunt Menochius, Franciſcus Marcus, Stephan. Gratianus, Thuſcus, Maſtrillus, Grammaticus, Gregorius Lopez, Montanus, Boherius, Vrſilis, Azevedo, Theſaurus, Fontanella, Riccius, & alii, quos refert Hermoſilla *ubi proximè n. 2. & 3.* pluribus juribus in confirmationem adductis.

5 Et ſacræ Scripturæ multis locis confirmatur, *Gen. c. 43. ad finem*, ubi Ioſeph in Ægypto cum fratres ad convivium admiſit, ordine ætatis diſcumbere diſpoſuit, de quo videndi Ioſephus *lib. 2. antiquitatum, c. 4. ad finem*. Philo *lib. unico de Ioſepho fol* 388 Abulẽſis *in Geneſis dict. c. 43. in verbis, Primogenitus juxta primogenita ſua*, & *c. 44* ubi, *uſque ad minimum*, Pereira *in fine dict. c. 43. diſp. 1. n. 13. cum ſeqq.* & ideò ut notat Philo *ubi proximè*, licet præferret in aliis Benjaminum, non tamen in ſedendo, & de hoc ordine, & præcedentia locorum ſunt plura teſtimonia in ſacra Scriptura *lib. 1. Paralipomenon cap. 6. & lib. 2. c. 30. lib. 3 Regum, c. 10.* conſtat ex Divo Luca *c. 14.* & in Conciliis idem obſervatur, & in ſacro Collegio Cardinalium Præpoſitus *in c. fin. diſt. 17. §. Epiſc. n. 5. verſ. ſicuti*, Boher *tract. de auctoritate Magni Conſilii n. 49.* Caſſane *in Catalogo gloriæ Mundi 4. par. conſider. 7* & ſi aliquando contra admiſſum fuerit, vel ſtatutum, ut confuſionis inductivum revocari oportet *c. ſtatuimus, junctis c. 1. de majorit. & obed.* Panorm. *in d. c. ſtatuimus*, Aponte *dec. 8. n. 1. verſ. in tantum eſt verum*, Decian. *vol. 1. reſponſo 21. n. 64. verſ. tertio*, Seraph Oliverius *deciſ. 716. n. 4. cum ſeqq.* & contra jus naturale eſſe hunc ordinem confundere notarunt Panorm. *vol. 1. conſ. 21. n. 4.* idque etiam Sancta Eccleſia obſervat in cæremoniis, ut probavit Conradus Brunus *in tractatu de cæremoniis, c. 1. & 2. cum ſeqq.*

6 Et quod refertur ex Divo Matthæo *c. 24.* ut improbetur præcedentia, ibi: *Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas Cathedras in Synagogis, & ſalutationes in foro*, quia id propter ambitionẽ Phariſæorũ à Chriſto reprehẽditur, ut tradunt D. Chryſoſtomus, Cyrillus, & Rabanus, D. Thomas, Catena Aurea *ſuper Matthæum, cap. 23.* Abulenſis *in eq*

quæſt. 45. *uſque* 47. aliàs enim hic ordo neceſſarius, ad dignitatem gradus, & auctoritatem, nam honor deferendus, cui debetur D. Petrus *Epiſtola Canonica c.* 2. *& 5. juncto c.* 3. D. Paul. *Epiſtola ad Roman. c.* 12. *&* 13. ubi videndi S. Anſelmus & D. Chryſoſtomus, & in ordine conſiſtit providentia Dei, *c. miramur* 61. *diſtinctione*, Abulenſis ex aliis *ſuper Matthæum cap.* 10. *quæſt.* 126. 1. *colum.* S. Leo *Epiſtola* 87. *cap.* 1. Baldus *in proœmio Sforſ. n.* 4. *& in l. ſi duas, num.* 4. *de excuſat. tutor.* eleganter de ordine ſervando D. Chryſoſtomus *d. cap.* 13. *Epiſtola ad Roman. in princ. ubi per tres columnas.*

7 His omnibus motus fiſci Patronus, ut ſuam tueatur dignitatem, cùm à Notariis à ſecretis Regis in diſcrimen ejus præcedentia adduceretur, eam defendere debet, quam certiſſimam, & indubitatam eſſe ſequentibus conſtabit.

8 *Primò*: nam ut animadvertimus ex majori dignitate præcedentia judicanda, *l.* 1. *C. de conſulibus, l. omnes, C. ut dignitatum ordo ſervetur, l.* 1. *C. de Præpoſitis ſacri Cubiculi, l.* 12. *l. fin. C. de decurionibus*, *l.* 10. *cap. ſtatuimus de majoritate & obedientia.* ibi: *Etiamſi poſterior admittatur, & qui major eſt ordine, etiamſi poſtea ſit receptus, in portione recipienda eſſe volumus potiorem, cap. placuit, alias Iſid.* 16. *diſtinct.* ita communiter Doctores in juribus citatis, & probavit Felinus pluribus adductis *in rubrica de majoritate, & obedientia.* Abbas *in d. cap. ſtatuimus*, qui tradit non valere conſuetudinem contrariam, & ſi ſoleant ex ea decidi quæcumque dubia ſe obtulerint in præcedentiis, Boherius *deciſ.* 263. *n.* 9. Menoch. *conſil.* 312. *n.* 2 *& conſil.* 390. *num.* 22. *& conſil.* 395. *num* 9. *&* 10. Maſcardus *concluſ.* 1415. *n.* 12. Valaſcus *conſultatione* 51. *num.* 48. Caldas Pereira *de poteſtate eligendi, cap.* 13. Gamma *deciſ.* 16. *num.* 6. *& deciſ.* 144. *num.* 10. Camill. Borrell. *in ſumma deciſ. ſum.* 14. *num.* 11. alios refert Barboſa *in collect. cap. cum olim de conſuetudine*, Baldus Tiraquellus, Franchis, Belluga, Tiberius, Decianus, Avendaño, Maſtrillus, Bobadilla, Seraphinus, Riccius, Gratianus, Garcia, & D. Perez de Lara, quos refert Hermoſilla *dict. additione* 2. *proœmii dict. part.* 5. *num.* 101. adde, ut præcedentia ex conſuetudine reguletur, Poſtium *de manuten. deciſ.* 32. *num.* 6. *deciſ.* 73. *n.* 1. *& deciſ.* 219.

9 Et de hac re, ut major dignitas debeat præferre, Antonius Rubeus *conſ.* 86. *num* 8. *gloſſa in* §. *alium verbo altiori, inſtit. de bonor. poſſeſſ.* & *ibi* Portius & Angelus pluribus, Grammaticus *deciſ.* 64. *per totam*, ubi plura cumulat, refert Hermoſilla *ubi proximè, num.* 2. *ad finem.*

10 Idque adeo procedit, ut etiamſi dignitas, quæ major fuerit, poſtremò quàm alia inſtituatur, non ex antiquitate temporis, ſed ex majoritate dignitatis, præcedentia oportet terminari. *d. cap. ſtatuimus*, pluribus probavit Aponte *conſ.* 14. *n.* 18. Andreas Gorgius *in allegatione* 35. Fabius de Anna *conſ.* 122. Rebuffus & Vrſillez ad Afflictum, Decianus, Theſaurus, Azevedo, D. Valençuela, quos refert Hermoſilla *ubi proximè, n.* 4.

11 Conducit doctrina Archidiaconi *in c. quoniam*, 16. *diſtinct.* ubi infert Synodum, licet poſteriorem tempore, præferri alteri propter majorem auctoritatem, quam ſequitur, Caſſaneus, in *Cathalogo gloriæ Mundi*, 7. *p. conſideratione* 32. *verſic. Advocatus.*

12 Præſertim, quoties de novo creatur digniras, cui conceduntur alterius dignitatis privilegia, & præeminentiæ, quia tunc juxta alterius auctoritatem nova dignitas regulari oportet, & ideò cum ad ſimilitudinem Conſiliariorum officium fiſci Patroni inſtitueretur, ejus muneris auctoritas, ut Conſiliariorum, cenſenda, *argumento, cap. cum olim de conſuetudine*, ibi: *Statuentes, ut Præcentor taliter inſtitutus in ſeſſionibus, proceſſionibus, & aliis illam haberet in Londonenſi Eccleſia dignitatem, quâ habent alii Præcentores in aliis Eccleſiis Anglicanis*, Gloſſa *verbo Tyro*, *in l. unica, C. de Metropoli territ. lib.* 11. ubi Bartolus, Oldofredus, Rebuffus, Platea *n.* 1. *&* 16. Lucas de Peña *n.* 12. *&* 13. & conſuetudinem principaliter hoc regere *ſuprà* probavimus.

13 Et ex ea certum Patroni fiſci munus maximo honore habitum, & Notarios à ſecretis Regiis ſemper præcedere, & nota verba Textus *in l. laudabile, C. de Advocatis diverſ. Iudicum*, ibi: *Ideòque jubemus viros clariſſimos fiſci pro tempore Patronos ſore tuæ celſitudinis ſolemni die feſtivitatis Kalendis Ianuariis ipſius tantummodo anni inter ſpectabiles ſancti noſtri Conſiſtorii Comites divina noſtræ Serenitatis manu puncti conſequi ſolatium*, agit de muneribus & ſtipendiis, quæ fiſci Patrono concedi ſolebant ad finem anni, ut honorati à munere expedirentur: nam antiquitùs annales erant, poſtea biennales, & denique perpetui facti, ut notarunt Petrus Gregorius *lib.* 49. *Syntagm. juris, c* 17. *n.* 6. Caſſaneus *d.* 7. *p. conſideratione* 33. Maſtrillus *deciſ.* 214. Gothofredus *in practica practicarum, tit. de fiſcali*, Iaſon. *in pragmatica de ante facto, verſ.* 3. *obſervat.* 3. *n.* 212. Ioannes Garcia *de expenſis, d. c.* 8. *n.* 51. Anton. Faber *in C. lib.* 2. *tit.* 2. *definitione* 49. Bullengerus *de Imperatore, c. de Advocato fiſci*, & ad explicationem *d. l. laudabile*, § 1. *C. de Advocatis diverſ. Iudicum*, ibi: *Inter ſpectabiles ſacri Conſiſtorii Comites, divina noſtræ Serenitatis manu puncti conſequi ſolatia*, notat Cujacius *l.* 3. *obſervatione, c.* 2. Guterrius *de officio Domus Auguſtæ lib.* 3. *c.* 1. *verſic. fiſci Patronus*, adde quæ pro illius verbi *puncti* explicatione ex Codice Theodoſiano, & aliis pluribus eruditè probavit D. Amaya *in* 1. *tom. voluminis, ad tit. C. de Decurionibus ad l. fin. c.* 3. *n* 9. *uſque ad* 16. ubi in eo maximam dignitatem muneris fiſci Patroni conſtituit, ut cum Sacri Conſiſtorii Comitibus manu Principis dona acciperet, ad quod nullos, qui magna dignitate non polleret, admittebatur, & poſtquam perpetuum hoc munus factũ fuit Cõſiliariis, & Senatoribus æquale cenſetur in honoribus, ſeſſionibus, & præeminentiis, ut *allegatione* 1. *n.* 11. *cum ſequent.* notavimus, & probarunt Ioannes Garcia *de nobilitate*, *gloſſ.* 35. *n.* 44. Iaſon. *ubi proximè, n.* 233. Marcus Antonius Urgentus *in Neapoli Illuſtrata, c.* 27. *n.* 47. pluribus Maſtrillus *de Magiſtratibus lib.* 5. *cap.* 9. *n.* 125. D. Alfaro *de officio fiſcali, gloſſ.* 31. *n.* 6.

14 Auget etiam dignitatem, excellentiores, & clariſſimi viri, qui hoc munere fiſci Patroni functi fuerunt, & ad illud electi: nam Imperator Severus qui fuit I. C. celebris antequam Imperium obtineret, fuit Advocatus fiſci, cui ſuccedit inſignis I. C. Papinianus, & etiam hoc munere functi celebres Iuriſprudentiæ Magiſtri. Sabinus, Domitius Vlpianus, & alii, ut notavit Guterrius *de officio domus Auguſtæ, lib.* 1. *c.* 18. *& lib.* 3. *c.* 1. & ſemper ad fiſci defenſionem electi ſapientiores doctrinâ, & prudentiâ viri, unde fiſco maxima utilitas acceſſit, id enim non oporteret committi mediocris doctrinæ viris, ſed doctioribus, *l.* 1. *& per totum, C. de Advocat. fiſci, l. binos, l. poſt duo, C. de Advocat. diverſ. Iudic.* pluribus exemplis ex Baldo, & aliis probavit Peregrinus *de jure fiſci, lib.* 7. *tit.* 2. *n.* 12. ex Maſtrillo, Cravera, Luca de Peña Tiraquello, Marta, Berart. & pluribus juribus eruditè noſter Amaya *d. c.* 3. *num.* 8.

15 Et in hoc caſu ultra excellentiam dignitatis in omnibus

omnibus Regiis consiliis usus invaluit consuetudine præscripta firmatus, Patronum fisci præcedere Notarios à secretis Regis sine dubio est, ut in supremo Castellæ Consilio, quando casus obvenerit, & regulariter in Consilio Indiarum in ordinum Consilio, in supremo Regalis Patrimonii, in Consilio belli, in consensu sanctæ Cruciatæ, & in Senatu salis, in quo, & in Regalis Patrimonii ego, qui in utroque fisci patrono munere functus semper præcessi Notarios à secretis Regis, & ideò id inconcussum est, ut ferè aliâ probatione non egeat quam consuetudinis, quæ semper præstat majus fundamentum in præcedentiis, ut jam satis superque probavimus.

16 Sed tamen, quia Notarii à secretis radiis Principis cotuscantes hoc aliquando in controversiam deduxerunt, alia ulterius fundamenta subjungam, & argumentiis, quæ à Notariis à secretis Regis expenduntur, satisfaciam.

17 *Secundò* etiam, præcedentiam fisci Patroni suadet, ultra quæ diximus esse de consiliis degente habitu togato, & alia in quibus distinguuntur à Notariis à secretis Regis ex majore labore, necessitate & utilitate muneris fisci Patroni, quàm Notariorum à Secretis Regis, ex quibus præcedentiæ argumentum vel augmentum consequi oportet, *l. contra publicam, C. de re militari, l.* 12. ibi: *Quoniam honoris augmentũ non ambitione, sed labore. ad unumquemque convenit devenire, l. nemo, C. de officio Magistri, l. unicuique, C. de proximis sacrorum scriniorum, lib.* 15 *l. ultim. C. de tyronibus, lib.* 12. *l. justissimos, C. de officio Rectoris provinciæ*, Menchaca *controvers. illustrium, cap.* 1. *num.* 87. Scotus *responso* 28 *n.* 57. & 144.

18 Et quemadmodum Iudex ampliorem jurisdictionem & territorium habet, debet præcedere illum qui minorem jurisdictionem exercet in territorio angustiori, juxta illud Salomonis, Proverb. 24. *In multitudine populi sita est dignitas*, & ut tradit Salustius in procœmio conjurationis Catilinæ: *Maximam* (ait) *gloriam in maximo Imperio putavere* pluribus exornant Cassaneus *in Catalogo gloriæ mundi*, 12. *p. consideratione*, 58. D. Solorzano *de jure Indiarum lib.* 1. *c.* 16. qui inde dignitatem Regis nostri Hispaniarum excedere inter alios Principes refert, cum tam in amplioribus quàm reliqui, provinciis dominetur.

19 Unde cùm in quolibet Senatu soleant ministeria esse diversa, & expeditiones inter Notarios à secretis Regis, in Consilio Indiarum in supremo Patrimonii & Italiæ, & aliis, videmus ubi duo aut tres ex prædictis Notariis assistunt, qui inter se ministeria expeditionum pro ratione provinciarum ad visa teneant, at verò totius jurisdictionis & juris Regii defensio ad fiscalem pertinet. Vnde necessariò ejus munus superius existimandum, & quamvis magna confidentia, necessitas & cura existimanda muneris Notariorum à Secretis, negari tamen non potest magis hæc omnia excellere in fisci Patrono, nam de confidentia jam diximus ad ejus arbitrium pertinere prosequi, vel omittere jura Regalia, & de ipsis transigere potest in causis fiscalibus, ut notavimus *allegat.* 1. *n.* 23. quod longè exercitium Notariorum excedit, ac perinde major dignitas fiscalis existimanda, ut præcedere possit, *l cognitionum*, §. 1. & *ibi gloss. verb. summa, de variis & extraord. cognit.*

20 Quod verò attinet ad necessitatem & curam, ipsi Notarii inficiari non poterunt, longè laboriosam, & excellentiorem esse fisci Patroni, qui enim poterit æquare laborem allegationis in jure, studiorum vigilias, continuam inquisitionem eorum quæ adversus Regem usurpantur, jurisdictionis defensionem, quæ omnia fiscalibus juncta sunt, cum eo quod pertinet ad Notarios à secretis, qui decreta scribunt & consultationes in quibus nihil aliud addere possunt, quàm quod à Senatu decernitur, & multoties consultationes ipse fiscalis ordinat, disponit & scribit, ut pluries ego feci in Senatibus, quibus assidebam jussu Præsidis & Senatorum: nam gravitas rerum expostulavit à literato consultationes fieri, & quantum scientia & labore excellat fisci Advocatus Notarios à Secretis, ex personis, quæ semper ad munus fisci Patroni electæ fuerunt, de quibus *suprà n.* 13. apertè suadetur.

Vnde si magis necessarium, majoris curæ & laboris sit munus fisci Patroni, non poterit ei præcedentia denegari, quia sine dubio Magistratus, qui magis utilem administrationem, majoris utilitatis & laboris habent, debent aliis præferri, *l. si in aliquam. §. cum plenissimam, ff. de officio Proconsul. l. fin. in fine, ff. de officio ejus, cui mandata est jurisdictio*, Gloss. *in cap. statuimus, verbo consueta, de majoritate, & obedientia, & ibi* communiter Doctores, Turrecremata *in cap. fin.* 16. *distinctione, verbo fallit tamen*, Hostiensis *in summa de majoritate, & obedientia*, §. 1. *circa finem*, Rota *decis.* 4. *de electione in novis*, & alii plures relati à Stephano Gratiano *disceptationum forensium* 1. *parte, cap.* 111. *n.* 76. Thuscus *verbo dignitas, concluf.* 449. Cassaneus *p.* 10. *consideratione* 12. & 14. Osualdus ad Donellum *lib.* 17. *comment. c. in notatis, lit. A.* 21

Tertiò, ex professione Patroni fisci munus præcedere oportet: nam Notarii à secretis non egent alicujus scientiæ studia habere, at verò Patronus fisci necessariò jurisprudentiæ doctus esse debet, quæ ut rerum divinarum, & humanarum notitia, justi atque injusti scientia, quæ ex vera Philosophia desumpta, quæ Rempublicam dirigit, subditos in pace intra metas recti continet, suffragatur Principibus in regimine Regnorum, omnes alias scientias præter Theologiam superat, Cassan. 10. *Catalogi, consideratione* 13. 14. 15. & 18. Cælius Rodiginius *lib.* 18. *antiquarum lectionum, c.* 19. Baptista Bernard. *in seminario Philosophiæ*, Iuli. Barbaranus *in* 3. *p. suæ officinæ*, junctis quæ de Jurisprudentiæ definitione, ut sit divinarum rerum notitia, Donel. *lib.* 1. *comment. cap.* 6. ut ex Baconio, Brisson. Gothofred. Delrio, & Iuramino Osuald. *ibi* Gilquenius *in tract. Iurisprudentiam esse scientiam*, & iniquum esset, ut munus illud, ad quod excellentior doctrina & sapientia esset necessaria, & in quo major cura, labor & vigiliæ interponi debent, inferius esset muneri Notariorum à secretis, ubi scientia aliqua non requiritur. 22

Quartò, ulterius prudentia fiscalium apertè suadetur ex ordine literæ, quem Principes observant in suis decretis & rescriptis: nam in omnibus, in quibus Patroni fisci, & Notarii à secretis comprehendi debent, semper fisci patronus primò nominatur, ut id notissimum est, & absque controversia, & in jure communi Codicis. *Primò* igitur de Advocatis fisci *lib.* 2 *tit.* 9. & postea de tabulariis, & aliis muneribus quæ ad Notariorum exercitium possunt pertinere, agitur *l.* 10. *tit.* 69. *cum sequentibus, & lib.* 12. *& in l.* 12. *tit.* 18 *p.* 4. fisci Advocatus liberatur à patria potestate, primò id privilegium declaratur, & postea *l.* 14. *ejusdem tituli* simile conceditur Notario à secretis, & validum esset argumentum ab ordine litteræ, notarunt Doctores *in l.* 1. *ff. de statu hominum, & in l.* 1. *ff. si certum petatur*, Bart. *in l. Imperium ff. de jurisdict. omnium judic. & conf.* 51. *n.* 35. Everard. *in locis legalib. loco ab ordine Rubricæ*, quibus addendus Ioannes de Platea, quem refert, & sequitur Bobadilla *lib.* 5. *Politicæ*, *c* 9. *n.* 17. ubi inter 23

Magi

Magistratus & Ministros Principis longè prius nominat Advocatum fisci, quàm Notarium à secretis.

24 *Quintò*, præcedentia fisci Patroni ostenditur ex ampliorib̃s privilegiis, quæ fisci Patronis conceduntur, de quibus jam prædiximus, & notantur *in l. Advocatus, l jubemus l. penult. §. ut autem, C. de Advocat. diverf. judicum*, nominantur clarissimi à Principe, *l. laudabile, C. eodem*, & ultra plura privilegia, quæ septuaginta, & tria referentes congessimus *in allegatione* 12. ex D. Alfaro *de officio fiscalis, gloss. 16. per totam*, adde Rebuffum *de Consiliariis Regum, n. 22. & 27.* Laudensis *in eodem tractatu, quæst. 22.* Petrus Gregorius *lib. 49. Syntagm. juris; c. 17. n. 6.* Cassaneus 7. *part. consideratione* 33. Mastrillus *decis. 214.* Cavalus *cent. 1. cap. 114.* Ioannes Garcia *de expensis, cap. 8. n. 51.* Antonius Faber *in Cod. lib. 1. tit. 2. definitione 49.*

25 Igitur cum vestibus, & toga condecorentur fisci Advocati, quæ tamen non licent Notariis à secretis eo solùm præcedentia suadetur: nam vestis excellentia eam etiam inducit in dignitate, *l. 7. & 8. in fine, tit. 9. partit. 2 l. nemo rei, l. temporum, C. de vestibus oloberis, & auretis, lib. 11.* Marinus Freccia *de subfeudis, tit. quibus dicatur Dux, n. 46.* Felix Contelonius *quæst. de præcedentia, num. 4.* qui alios referunt, Iasonius *d. observatione 3. num. 172.* & remissivè *ex dict. tit. C. de Advocatis diverf. judic. l. inter eos 13. ff. ex quibus causis majores*, Peregrino, Brissonio, Donello, D. Alfaro, & Gutierro Fiscalium privilegia recensent, D. Amaya *ad l. fin. C. de decurion. c. 3. num. 18.*

26 *Sextò* fisci patroni munus gravissimum existimandum, quia quæ ad illud hodie spectant, antiquitùs pertinebant ad Procuratorem Cæsaris, ut ex Casaubono ad Spartianum notat de Amaya *d. c. 3. n. 5.* & Præsidibus hos Doctores æquiparari Divo Lucæ *cap. 3.* Divo Matthæo *cap 27. in principio* junctis pluribus juribus, Cornelio Tacito, Suetonio, Iusto Lipsio, Cujacio, Bullengero, & aliis contra Gasparum Barthium probavit idem D. Amaya *ad leg. 2 C. de jure fisci, n. 5.*

27 Sed maximè adauget dignitatem fisci Patroni, ipsi concessum fuisse singulis annis duos domesticos Imperatori offerre alium peditem, alterum equitẽ, *l. restituenda, §. licentia, C. de Advocat. diverf. judic.* quod rectè, & qui sint isti domestici probavit D. Amaya *d. cap. 3. num. 17.* & Illustres fiscales dicuntur, ut ex Joanne Garcia, & aliis, fiscalium privilegia jure antiquo Hispano recensens idem Amaya *ubi proximè, à num. 8. usque 24. ubi cum numeris seqq.*

28 *Septimò*, fiscalis solùm per se Principem repræsentat, alii Senatores & Senatus collegiatim, ut ex Domino Alfaro, Castrensi Ponte, Gratiano, & Giurba probat D. Amaya *ad. l. fin. C. de decur. cap. 3. n. 14.* quia illi omnium Regalium cura commissa, *l. 1. tit. 13. lib. 2. Recopilat.* & notavimus *allegat. 1. n. 26.*

29 De consilio Regis fiscalem dici *ex authentico de Iudicibus, §. vetus* ex Rebuffo, Craveta, Boherio, Lelio, Zechio, Antonio Fabro, D. Alfaro, D. Castillo, Cassaneo, Bernardo, Diaz. Franchis, Aponte, & aliis probavit D. Amaya *in l. fin. C. de decurion. c. 3. n. 34. 35.* & notavi *allegat. 1. n. 11. & 12.*

Octavò, etiam præcedentia in hoc casu suadetur
30 ex gravissimis viris, qui antiquitùs munere fisci Patroni functi fuerunt excellentiâ doctrinæ præstantes quasi ea ad hoc munus necessaria, de quo *suprà n. 14.* unde communis opinio apud omnes residet majoris dignitatis esse munus fisci Patroni quàm Notariorum à secretis, & hanc opinionem communem maximum præstare argumentum ad præcedentias, notatur communiter *in l. Athletas, verf. Celsus ff. de his, qui notantur infamiâ*, Bald. *conf. 387.* Boër. *decis. 286. n. 2.* Domin. Ludovis. *decis. 482.* & ejus Additionator, Beltramin *in notis ad decis. 411. n. 5.* Gratianus *disceptat. forensium tom. 1. c. 111. n. 74.*

Sed ne quis cum Seneca dicat *lib. de vita beata,* 31
§. 1. ibi, *Quæramus quid optimè factum sit, non quid usitatissimum, non quid vulgo veritatis pessimo interpreti probatum sit* Et ut ille dicebat, denotans fallaciam vulgaris opinionis: *Nunquam volui populo placere, quæ ego scio non probat populus; quæ probat populus, ego nescio.* Ideò hujus vulgaris opinionis, quæ præcedentiam & majorem auctoritatem tribuit muneri fisci Patroni quam Notariis à secretis manifestissima fundamenta retulimus, & ultra suadetur apertè *d. l. laudabile, C. de Advocatis diverf. judic.* ibi: *Postquam tale deposuerint officium, siquidem filios ingenuos habeant, eos in clarissimorum Notariorum inferi consortium*; quibus verbis nihil apertius ut denotetur munus patroni fisci longè excellere Notarios à Regiis secretis, nam postquam Patroni fisci munenere functi fuerunt, ad solatium amissæ dignitatis filiis conceditur Notariorum inferi consortio, unde duo probantur, *Primum* majorem dignitatem esse fisci Patroni cum ea amissa consortium Notariorum filiis tribuatur, quibus non deberet æqualis vel major dignitas, quàm Parenti tribui secundùm Notarios, de quibus loquitur *d. l. laudabile*, esse eos à secretis Regiis, cum quibus nostra disceptatio, nam clarissimos illos appellat, & alii Notarii nisi qui essent à secretis Regiis non possent clarissimorum appellatione nominari.

Rursus hæc opinio vulgaris quæ præcedentiam 32
fisci Patroni confirmat aperta experientia confirmatur, quia vident subditi fisci Patronum in supremo justitiæ Senatu adeo excellenti dignitate præcellere ut in consultationibus cujusque hebdomadæ cum omni consilio coram ipso Rege nostro sedet capite cooperto quod nunquam de aliquo Notario à secretis dictum vel auditum fuit: tunc etiam in Paschatum festivitate cùm omnes Senatores manum Regis deosculari solent, tunc coram eo præcedunt fisci Patroni Notarios à secretis, & de hac cæremonia, quæ subrogatam loco adorationis, purpuræ Imperatorum, videndi Adrian. Turneb. *lib. 2. adversariorum, cap. 11.* Lalius Visciola *lib. 7 horarum successivarum c. 5.* Fulgos. *lib. 2. memorabilium, cap. 1.* Marc. Anton. Maceronus *tract. de tribus Coronis Pontificis, & de osculo Pedis*, Covarruv. *in Thesaur. linguæ Castellæ, verbo, besar*, P. Gabriel Vasquez *de adoratione lib. 1. c. 1. & sequenti.*

Si enim coram ipso Rege, & in omnibus subditis 33
fisci Patroni præcedentia omnibus innotescit, congruè communis opinio procedit, nec ab ea recedendum est, aut aliquid ex consuetudine jam diu recepta, & usu immutandum, nam ut prædiximus, semper ex usu & consuetudine istæ causæ præcedentiarum solent terminari, ut præter supradictos notarunt, & probarunt Joannes Faber *in §. retinendæ, instit. de interdictis*, Purpuratus *in l. 1. in principio, n. 312 verf. & breviter. ff. de officio ejus*, Georgius *de Ecclesia conf. 48. n. 12. inter consilia feudalia variarum.* Menoch. *conf. 302. n. 43, & conf. 257. num. 36.* Boërius *de auctoritate magni consilii n. 68. & decis. 155.* Tiraquell. *de nobilitate cap. 20. n. 35.* Dominus Valençuela *conf. 52. n. 45. & conf. 53. n. 8. & in discursu præcedentiæ n. 43.* Cantelorius *in quæstione de præcedentia num. 6. & 58.* Rodulphinus *de origine Ducum Italiæ, n. 234. & 252.* Mascard. *concl. 1334.*

VVesem

VVesembequius *in particula de acquirenda possessione, n.7.* Besold. *de præcedentiis c.2.*

Idque tandiu receptum ut etiam in Concil. Trident. in ejus conclusione extant hæc verba, *Declarat sancta Synodus ex loco assignato Oratoribus tam Ecclesiasticis quàm sæcularibus in sedendo, & cedendo, aut quibuscumque aliis actibus nullum cuiquam eorum factum fuisse præjudicium, sed omnia illorum Imperatoris, Rerumpublicarum ac Principum suorum jura & prærogativas illæsas, & salvas esse in eodémque statu permanere prout ante præsens Concilium reperiebantur:* Eaque clausula in omnibus Dietis Imperialibus, & Comitiis generalibus vel Curiis adjici soler, & inde inter Vrbes Burgi, & Toleti locorum, præcedentia ex consuetudine apud nos terminata, ut tradit Mariana *l.16. histor. Hisp. c.15.* Ægid. Gonzal. *in hist. Henrici 3. c.71.* & cum adeo invaluerit consuetudo, pro fisci patrono contra Notarios à Regiis secretis, injustum est de illa dubitare, quia minimè sunt mutanda quæ interpretationem certam semper habuerunt, *l. minimè ff. de legibus.* 34

Etlicèt non adeo justissimis rationibus hæc præcedentia admitteretur, tamen congruentiùs hodie sustineri posset quàm immutari, juxta Cornelium Tacitum *lib.14.* ibi: *Satius quidem interdum est aliquid a Majoribus nostris non omnino optimè constitutum tolerare quàm multorum ætate usu receptum atque comprobatum dicere quasi iniquum volumus universa civitatis otium atque pacem perturbare*; & ut traditur *in l. in testamento 18. ff. de testamentis:* ibi: *Mos namque retinendus est fidelissimæ veritatis, & nunquam mutanda quæ pro regimine admissa fuerunt, l.2. de constitutionibus Principum*, & notavit Plato *l.6. de legib.* Dion. Callio *l.53.* relatus à Simanc. *de Republica, l.4. c.11.* Ioann. Koquier *in Thesauro politico l.2. c.4.* Lælius Cæcus *de Principe, l.1. c.6. n.10.* Marius Salomonius *ad legem secundam de origine juris*, & probatur *lib.18. tit.1. partit.1.* quibus omnibus aliquid noviter induci ut recedatur ab usu recepto valde improbatur, quantò magis improbandum esset, cùm maximum præjudicium muneri fisci Patroni fieret, in tam gravi ipsius Principis, & publicæ utilitatis detrimento, ideoque nec audiri deberent circa id Notarii à Regiis secretis, & sine dubio fiscalem præcedere oportere, & apud omnes, ita admissum ex D. Alfaro, *de offic. fiscalis gloss.31. n.6.* tenent Marius Culrellus, *in Codice legum Siculorum, c.59. nota 63. n.6* reddens rationem quia fiscalis pars Senatus & ut Iudex reputatur, secùs verò Notarius à secretis, & idem noviissimè defendit D. Solorzan. *de jure Indiarum, tom.2. lib.4. c.6. n.9.* 35

Restat autem breviter referre quæ Notarii à Regiis secretis pro se expédunt, & eis satisfacere, & *Primò* sui muneris excellentiam in eo constituunt, nam frequentius Regem alloqui possunt, & cum eo consultationes expedire, & conveniunt verba Cassiodori *lib.4. epist.4.* ibi: *In re quidem de se bene arbitratur æstimatum qui Regium meretur alloquium, quia dignitas est subjecti, affectus meruisse dominantis* & *l.10. epist.13.* ibi: *certè munus est videre Principem*, & *l.12. epist.8.* eis verbis, *nam cum nos parere contendimus magnus provectus est, si mereamur ad ejus placidos venire conspectus*, & propriè hanc continuam Principis communicationem Notariorum denotat *l.13.14. tit.18. p.4. & totus titul.18. l.2. recop. qui inscribitur, de los secretarios que libran con el Rey.* 36

Sed etiam tradunt Protonotarium præcedere fisci patronum, in supremo Aragonum Consilio, & in supremo Senatu sanctæ Inquisitionis etiam præcedit Notarius à Secretis Advocatum fisci, & duo exempla referunt, Licentiatum Arenillas de Reinosso, cùm esset Advocatus fisci supremi sanctæ Inquisitionis Senatus, promotum fuisse ad officium Notarii à secretis, & Ioannem de Ybarra in Consilio Indiarum, cui à Philippo II. commissa fuit subscriptio decretorum præcessit Patronum fisci ejus Senatus, & alia exempla tradunt Advocatum fisci Aulæ criminalis Prætorum hujus Curiæ in quodam consilio vel consessu, qui fiebat in supremo Consilio Italiæ non præcessisse Notarium à secretis ejus consilii, & cum in consessu minarum Regni juberetur Thomam de Cardona fiscalis munere fundi, illum in loco præcessit Secretarius concessus minarum. 37

Veruntamen hæc omnia parum movere debent, nam quod refertur cum ipso Rege, negotia expedire Notarios à secretis, & ut eorum excellentia considerari oporteat, eo quod cum Rege continuo loqui possint juxta prædicta, nihilominus in Patrono fisci considerari valebit, nam semper cum opus fuerit, potest & debet Principem alloqui, ut ei referat quidquid ad sui patrimonii augmentum jus Regium & administrationem justitiæ fuerit necessarium, sed etiã in scriptis potest ut Præsides Senatuum Advocatus fisci Principem consulere, ut insinuet omnia quæ ad ejus servitium fuerint necessaria, ut ego multoties feci cujus rei facultas non est concessa Notariis à secretis; nã Principes in scriptis consulere non possũt. 38

Quod verò pertinet ad Protonotarium Regni Aragonum, nam ille à verbo *Protos* quod significat Primum ex omnibus Notariis, Primus existimatur eorum, velut Præses est & similis Protonotario Põtificis, ut tradit Garc. Tolet. *in rubrica, C. de Primiceriis*, & Protonotarius in Regno Aragonum ut Senator habetur & suffragium præstat, quod longè differt à reliquis Notariis à secretis. Tum observantia & consuetudo cùm omnia regat quæ pertinent ad jus præcedentiæ, inde fit, ut quamvis in eo Regno Protonotarii officium præcederet Advocatos fisci adhuc inde consequentia ad Regna Castellæ desumi non oportet, in quibus aliter factum & admissũ ut ex observantia & stylo omnium Castellæ Senatuum jam probavimus. 39

Deinde exempla quæ adducuntur de Notario à secretis Tribunalis sanctæ Inquisitionis, & exempli Licentiati Arenillas de Raynosso, qui ex munere fisci Advocati promotus fuit ad munus Notarii à secretis, facile occurrendùm est, differentiam in eo consistere, quippe munus Notarii à secretis supremæ Inquisitionis nominatur, & eligitur ab ipso Regé, at verò Advocatus fiscalis non eligitur à Rege, sed à Præside Consilii supremæ Inquisitionis, quem Inquisitorem generalem appellant, & hoc casu non potest argumentum desumi à munere Patroni fisci qui à Principe non nominatur cum Advocatis fisci, quos Princeps eligit in omnibus Senatibus, & nomine suo cum Iudicibus assidere jubet nam qui à Principe huic muneri nominatur, sine dubio præferri debet *arg. leg. restituendæ, in fine, C. de Advocatis diversi Iudicum*, ibi: *Nam qui nobis digni judicati sunt, multò magis in anterioribus quoque sunt adjudicandi, l. fin. ff. de albo scribendo authentico, ut Iudices, l. fine quo suffragio, l. spuriis, §. fin. ff. de decurionibus*, D. Alfaro *de officio fiscalis gloss.1. n.2. & gloss.31. n.8.* qui asserit propriè fisci Advocatum non vocari nisi à Principe nominatũ. Peregr. *de jure fisci, l.1. tit.2. n.5.* 40

Tum & exemplum Advocati fisci, qui ad munus Notarii à secretis promotus fuit, ideò excluditur, nã cum iste simul illa duo officia exerceret, & jam senex non posset utriusque muneris exercitium subire, & 41

à D.Gaſpare de Quiroga Inquiſitore generali, juberetur unum ex duobus officiis eligere, ille potius voluit munus Notarii à ſecretis exercere,quia minori labore & nullo ſtudio id facere poterat.

42 Et exemplum quod adducitur de Ioanne de Ibarra in Conſilio Indiarum,minus congruit, nam ille conſiliarius erat, & poſtquam eo munere fungebatur, juſſit Rex ut ab eo expedirentur conſultationes, & argumentum deſumi non poteſt ab eo qui Notarii à ſecretis munus exercet,cùm eſſet Conſiliarius,quia ex eo præcederet Advocatum fiſci;& ibi non conſideratur ad præcedentiam perſona Notarii à ſecretis,ſed Conſiliarii.

43 Quibus probatur duplicem conſiderari perſonam in uno & eodem ſubjecto reſpectu diverſi miniſterii:nam ſeparata ſunt jura, *leg. tutorem 22.ff. de his, quæ ut indignis* quæ in terminis loquitur, ibi: *Diſcreta ſunt enim jura,quamvis plura in eandem perſonam devenerint,aliud tutoris,aliud legatarii,& leg. rerum mixtura 30.*ibi:*ſed ſingulæ cauſam ſuam habebunt.ff. de uſucap.l.ex facto 43.§ item quæro* ibi: *Magis autem eſt in utroque eorum,tempus ſuum ſeparatim ſervari.ff.de vulgari,l.2.§.ſi primus,*ibi:*nec ſibi jungentur cum ad ſuam quiſque cauſam ſubſtitutus ſit, ff. de bonorum poſſeſſ.ſecundum tabul.* faciunt tradita per Bar.& Scribentes *in l.ſi conſul.ff.de adopt.* Dec. *in c. ex litteris à n.14.de probat.*Pinell. *in l.1. p.5. n.73. ad finem,Cod de bonis materni,* Anton. Gamm.*deciſ.* 354. Barboſ. *in l.quia tale,n.93.ff. ſolut.matrimonio,* Cabed.*deciſ.*112.*n.*6. *p.*2. Borrell. *de præſtantia Regis Catholici,c.*14.*n.*7. Gabriel *deciſ.*82. *n.*10. & 26.optime Bald. *in rubrica de allodii, n.* 14. in illis verbis.*Sæpe enim eſt unus velut duo qui habet in ſe imaginem ſeu idolum,quo repræſentat alium.*

44 Et notandum valde eſt hanc præcedentiam, quæ conceſſa fuit Ioanni de Ibarra adverſus fiſci Advocatum,ex eo etiam procedere,quia erat Conſiliarius in exercitio:nam in Conſilio ſupremo Regalis Patrimonii in quo ego etiam fiſci Patronus, Petrus de Lezma,qui Conſiliarius emeritus, & Regis juſſu munus Notarii à ſecretis exercebat, ego, etiamſi Conſiliarius eſſet, illum actualiter præcedebam in dicto Conſilio in ſeſſionibus,& loco,quando exercebæ munus Secretarii, & ut talis in eo aſſidebat: nam quaſi emeritus non poteſt in exercitio Senatus aliter adeſſe:at verò in ſpectaculis publicis, & aliis in quibus poteſt etiam ut Conſiliarius emeritus aſſiſtere cum Senatu, illæ præcedebat non me ſolum,ſed etiam alios Conſiliarios, quibus tempore antiquior, ut moris eſt, & in omnibus Senatibus obſervatur circa emeritos,& tamen hoc exemplum valde obſervandum, quia etiamſi Conſiliarius ſit, tamen in exercitio Secretarii cedit præcedentiam fiſci Advocato.

45 Denique,quod objectum eſt, ut fiſcalis Aulæ criminalis non præcederet in Conſeſſu Conſilii Italiæ Notarium à ſecretis, nihil muneris fiſci Patroni præcedentiam lædit;nam cùm de ea dubitaretur,juſſit Rex abſque Notario à ſecretis aſſeſſum fieri, ne præcederet Advocatum fiſci, quamvis in hoc caſu pro Secretario jus erat, quippe Advocatus fiſci non erat ejus Senatus,ſed Aulæ criminalis, & Notarius à ſecretis in ſuo Conſilio,ubi miniſter eſt, præcedere debebat quemadmodum in ſua Diœceſi, ut territorio, qui juriſdictionem habet & ſi inferioris dignitatis debet majorem præcedere; nam Senator Pintiæ, ſi pervenerit ad civitatem Burgenſem, vel Toletanam, aut aliam urbem ſui territorii in actibus Civitatis, etſi ſubditus ejus, & inferioris dignitatis, ſit Corrector,tamen Senatorem præcedit, & Epiſcopus in ſua Eccleſia aut Choro non cedet locum Archiepiſcopo,niſi Metropolitano, qui ad eum pervenerit nec Prior Monaſterii cedet in eo etiam Provinciali alterius Religionis, & qui curam habet Eccleſiæ Parochialis in ea ipſa in ſeſſionibus,& proceſſionibus præferendus Decano Eccleſiæ Cathedralis, & ratio eſt, quia Iudex ordinarius manet Iudex quamvis perveniat Senator, ſed etiam Epiſcopus Prior,& qui curam habet Eccleſiæ Parochialis,ſemper primus eſt in ſua Eccleſia, etiamſi Archiepiſcopus non Metropolitanus, vel Decanus aut Provincialis accedat,ut prædiximus, & tenuerunt Innocent. Panormit. Felin. Decian. D. Salgad. Gratian. Barboſ. B. fold. D. Solorzan.& alii plures, quos refert noviter Michaël Ferro *tr. de præcedentia, q.*1. *n.*14.*q.*32.*n.*1.*&* 2.*q.*13.*n.*2.

Sed quiſque Dominus eſt præferendus in domo ſua quibus adde, quæ notarunt Angel. & Ioannes 46
de Imola *in l.qui ſolvendo.ff.de hæredib. inſtit.*Ioannes de Platea,& Lucas de Peña *in l. nihil, Cod. de Palatinis,lib.*10.Caſſaneus *in Catal.gloriæ Mundi.*4. *part. conſideratione* 22.*&* 11.*part.num.*13. Tib.tius Decianus *reſponſo* 67.*num.*12. *cum ſequentibus vol.* Menoch. *conſil.*902.*n.*36. Veſoldus *de præcedentiis, cap.*3.*num.*5.Molina *de primogeniis, lib.*1. *c.*2.*n.*24. Calefactus *de equeſtri dignitate,num* 87. *& ſequent.* & ita fuit judicatum in Rota Romana, in cauſa Calagurritana teſte Gonzalez *in* 8. *Cancellaria gloſ.*6.*n.*100.

Nec multò magis movere poterit ultimum exemplum,quod adducitur, quoties in aſſenſu minarum 47
fiſcalem prætulit,Notarius à ſecretis, quia, ille fiſcalis, nec perpetuus, nec togatus erat, ſed ſolum propter ejus circa metalla peritiam admiſſus fuit, ut Laïcus fiſcalis munus exerceret, alio togato ad lites, & judicia fiſcali electo, ut hodie duo fiſcales ſunt in conſeſſu minarum, qui togatus ſine dubio præcedit Notarium à ſecretis, ac perinde ad conſequentiam trahi non poteſt,nec immutanda, vel minuenda auctoritas fiſci Advocati, vel admittenda aliorum cupiditas, ut honorem appetant in damnum fiſcalis,quia nihil aliud eſt, quàm ambitionis & diſcordiæ ſemina, quæ ſemper etiam nata evellenda ſunt,Paponius *lib.*6.*tit.*2. *Arreſto* 4. Panzirolus *lib.*1.*variar. c.*13. Petr. Greg. *lib.*47. *Syntagm. juris c.*12.Menoch. *de arbitrariis,lib.*1. *caſu* 68.*per totum*, Farin. *in praxi criminali, q.*125. *n.*43. nam ut tradit Ennodius *in Panegyrico ad Theodoric.Regi* ibi,*Singularis boni fructus eſt ambitionis refranato.*

Et nihil magis expedit regimini, quam ne digni- 48
tatum exoriatur turbatio, diſcordia, & confuſio præcedentiarum:nam etſi in privatis cauſis, ut evanidum & futile judicavit maximus Imperatorum Carolus V. quando inter nobiliſſimas Madamas Belgicas contentio exorta de præcedentia, & manu dextra, & à Conſilio ſupremo Flandriæ, quod æquales nobilitate, & dominatibus declaravit, illæ ad Imperatorem appellarunt, poſtquam aſſiduis earum importunationibus declarare inſtanter gravaretur, cum recuſaret, decrevit controverſiam ad marginem Memorialis adſcribens, Belgico idiomate *la plus folle vada anda*, quaſi illa, quæ magis inſana,& fatua præcederet, ut refert Prudentius Sandoval Epiſcopus Pampilonenſis *in Hiſtoria Caroli V. lib.* 26. §. 28. tamen in publicis negotiis & officiis, quia ſuo ordine & gradibus omnia expendenda ſunt, maximè conducit dignitatum præcedentiam non turbari, & neceſſariæ ac graviſſimæ hæ cauſæ judicantur juxta eos, quos *ſuprà* retulimus, & quod notavit Gamma

deciſ.

decis.1. per totam, & ultra eos rectè possunt aptari verba Osorii *lib.1.de Regis institutione*, ibi: *Omnis Reipublicæ interitus in munerum perturbatione consistit, dum enim quisque suum negotium non facit, sed aliorum officium, atque munus & locum usurpat, nihil rectè, nihil ornatè fieri potest, sed omnia perturbari, & permisceri necesse est.*

ALLEGATIO LII.

De Dignitate Senatorum Consilii Regalis Patrimonii & præcedentia.

1 *Dignior minus digno est præferendus.*

2 *Iurisdictio excellentior quæ melioribus præest.*
Authentic.de defensoribus civitat.& n.3.
l.2.Cod.ubi Senatores,vel Clarissimi.
l.si gravius,C.de dignitate,lib.12.
l.Vniversi,Cod. ubi causæ fiscales.

3 *Prætorum Curiæ jurisdictio ordinaria est intra limites curiæ in civilibus, & criminalibus.*
l.2.& 16.tit.6.lib.2.Recop.
l.14.& 15.tit.6 lib.2.Recop.
l.9.& 13.dict.tit.6. lib.2. Recop.
Iudex major censetur qui majori & ampliori jurisdictione potitur.

4 *Delegatus Iudex quamvis major censeatur ordinario Iudice in causa delegata extra illam inferior existimatur.*
c.sane de officio, & potestate Iudicis deleg.
c.Pastoralis eisdem libro & titulo.

5 *Iurisdictio criminalis pertinet ad jus publicum, & utrum excellentior.*
l.ita vulneratus,ff.ad leg. Aquil.
l.cap.§.hujus studii,ff.de justitia & jure.

6 *Criminalis jurisdictio tantum Regibus competebat in populo Romano.*
Consules expulsis Regibus poterant de criminibus cognoscere, sed non poterant sine populi consensu civem Romanum damnare.
l.2.§.ex actis,ff. de orig. juris.
Dictatori cõcessa potestas de criminibus judicare.
l.2.§ deinde auctor,ff. de origin. juris.

7 *l.ult.Cod.de ordin. judicio.*

8 *Antiquior Iudex noviori debet præcedere.*
l.1.tit.6.lib.2.Recop.
l ex hoc jure,ff de justitia & jure.
l.3.tit.1. lib.9. Recopil.
l.1.de albo scribendo.
l.1.Cod. de Consul lib.12.
l.honores,Cod. de Decurion.lib.10.
c antiqua de privilegiis.

9 *Dignitatis inde præcedentia consideratur ex qua ad alias supremas ordinaria est assumptio.*
Argumentum valet de toto ad partem.
l.quæ de tota, ff.de rei vindic.

10 *Tributis Regiis administrandis viri excellentiores præponebantur.*
lib.2.Regum,c.20.
lib.3. Regum,c.11.
Cancellarium majorem præcedebat qui tributis erat præpositus.
l.4. tit.9. p.2.

11 *Procurator Cæsaris in rebus fisci habebat eandem auctoritatem, quam Cæsar.*
Procurator Cæsaris cognoscebat de omnibus causis patrimonii Principis.
l.ad fiscum,C.ubi causæ fiscales.
l.defendente,ff.de auctor.tutorum.

12 *Comitis titulo decorabantur apud Græcos, qui habebant administrationem patrimonii Principis.*
tit.6.de officio Comitis rer. privat.
Comes Patrimonii dicebatur apud nostros Reges Gothos, qui curam habebat rerum fiscalium, & cum Regibus subscribebat in Consiliis.

13 *Senatus Regalis Patrimonii apud nos subrogatus in locum Procuratoris Cæsaris.*
Subrogatio cum eisdem qualitatibus facienda.
l.eum qui,§.qui injuriarum, ff.si quis cautio.
l.filiæ,§.Titia,ff.de condit. & demonstr.
l.donatæ,§.si sponsus, ff.de donat.inter.

14 *Præcedentia sumenda ex majori dignitate.*
cap.statuimus,de majoritate & obedientia.
l.ex agentibus, 4.§. sed in salutationibus, C. de Principibus agentib. in rebus.
Antiquitas non attendenda dignitatum si alia alteri major sit.

15 *Senatus Regalis Patrimonii maxima jurisdictio, quia comprehendit omnia quæ ex Indiis, & aliis Regnis adducuntur, pertinentia ad Patrimonium Principis.*
Regum præcedentia judicanda ex majoribus Regnis quibus dominantur.
c. præcipimus distinct. 93.
Reges Hispaniæ ex maximis Regnis debent alios Reges præcedere.

16 *Iurisdictio à qua non appellatur excellentior aliâ à qua appellatur, censetur.*
Appellatio proponitur à Prætoribus Curiæ in civilibus ad Senatum supremum justitiæ, qui etiam cum expedierit criminales causas advocat.

17 *Senatores Regalis Patrimonii Consiliariorum titulo à Rege honorantur.*
Prætores Curiæ non habent titulũ consiliariorũ.

18 *Consiliarii magis quàm reliqui Magistratus, Regi adhærent, & ad ejus latus sedere debent.*
Magistratus qui est Consiliarius debet, præcedere eum, qui non est Consiliarius.

19 *Præcedentias regit possessio & consuetudo.*

20 *Senatores togati Regalis Patrimonii sunt incorporati, & uniti cum Consiliariis Equitibus ejus Senatus.*
Vnitorum idem esse debet jus.
Res eadem diverso jure censeri non debet.
l.eum qui ædes, ff. de usucap.

21 *Vnitus & incorporatus gaudere debet privilegiis ejus cui unitur.*
c.cognovimus,12.q.2.
c.cùm in tua, de decimis.

22 *Senatui Patrimonii in Processione Corporis Christi locus cum Rege designatus, qui non datur Curiæ Prætoribus.*

23 *Iurisdictio civilis excellentior est criminali.*

24 *Dignitas illa major quæ habetur pro majori*
l.Athletas,§.1.ff.de his qui notantur infamiâ.
Res æstimanda prout vulgò & communiter æstimantur.

25 *Iurisdictio major non existimatur ex majori numero subditorum, in quibus exercetur, sed ex superiori & ampliori.*

26 *Prætores Curiæ licèt judicent de negotiis Senatorum supremi Consilii, non possunt æquari Senatoribus.*

27 *Appellatio à Prætoribus Curiæ in cauſis vectigalium, ad Senatum Regalis Patrimonii interponitur.*
Appellatio eſt de judice Inferiori ad majorem.
l. 1. ff. de appellationibus
l. 1. ff. ubi & apud quem.

28 *Delegatus ad univerſitatem cauſarum pro Judice ordinario habetur.*

29 *Juriſdictio civilis non ſolùm conſiſtit in litibus Judicandis, ſed in regimine Reipublicæ.*

30 *Præcedentia non ex antiquitate dignitatis, ſed ex ejus excellentia regulanda.*

31 *Prætores Curiæ non ſunt uniti vel incorporati cum ſupremo juſtitiæ Senatu, quamvis comitentur, & illi aſſiſtant ad decorem & decretorum executionem.*

De præcedentia inter Senatores togatos ſupremi Conſilii Patrimonii Regii, & Prætores Curiæ, qui vulgo dicuntur Alcaldes de Corte.

1 DUra de hac re *in proxima allegatione* tradidimus, ad hoc verò notandum digniorem minus digno præcedere oportere, *cap. ſtatuimus de majoritate, & obedientia*, ubi ordinarii plura congerunt, Georgius *alleg.* 37. *num.* 1. D. Ludoviſiu *deciſ.* 310. *num.* 3. Seraphinus *deciſ.* 1445. *num.* 3. Menchaca *Illuſtrium lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 18. Marta *voto* 101. *n.* 7. Riccius *collectanea* 1446. *& in praxi, reſolutione* 583. *n.* 3. latè Caſſaneus *in Catalogo* 7. *part. conſideratione* 14. 26. 33. 38. 40. & alibi ſæpè Maſtrillus *de Magiſtratibus lib.* 5. *cap* 4. *n.* 6. alios refert D. Salgado *de protectione Regia*, 1. *part. cap.* 9. *n.* 14. de cujuſque autem Prætorum Curiæ & Senatorum Patrimonii fundamentis breviter agendum eſt.

2 Pro Prætoribus Curiæ allegabatur munus quo funguntur, majus eſſe ex numero, & qualitate perſonarum, in quibus exercent: nam in omnibus cauſis civilibus, & criminalibus juriſdictione ſuâ utuntur intra limites Curiæ adverſus omnes cujuſcumque dignitatis, & ideò excellentia ſui muneris judicanda *authentico de defenſoribus civitatum* ibi: *Quātò enim quiſque præeſt melioribus, tanto major ipſe & honeſtior eſt*, Gloſſa *in authentica conſtitutio, quæ de dig.* §. *& generaliter, verbo nobiliores*, Gamma *deciſ.* 1. *n.* 52. Caſſaneus *dict.* 7. *part. conſideratione* 52. *verſic.* 8. *& alibi paſſim* plura cumulans Menchaca *dict. cap.* 1. *à num.* 24. & in cauſis criminalibus cognoſcunt Curiæ Prætores de ipſis Senatoribus Regalis Conſilii Patrimonii, *argumento l.* 2. *C. ubi Senatores*, vel clariſſimi, ubi omnes ordinarii, Donellus *l.* 17. *comment. c.* 20. Barboſa qui alios refert *in l. hæres abſens*, §. *ult. n.* 123. *ff. de judiciis*, etiamſi in cauſis criminalibus Senatores Conſilii Regalis Patrimonii velint ab Ordinariis Judicibus eſſe exemptos *ex l.* 3. *C. eodem*, ubi Bart. Bald. & Salicet. *l. ſi gravius C. de dignitatibus lib.* 21. Caſſaneus *in Catalogo gloriæ Mūdi, d.* 7 *p. conſideratione* 15. Galganetus *de jure publico, lib.* 2. *tit.* 6. *n.* 64. tametſi eis hac in parte obeſſe videatur, quod traditur *in l. univerſi, C. cauſæ fiſcales*, de crimine ſcilicet à Prætore Cæſaris admiſſo Rectorem Provinciæ poſſe cognoſcere, de cujus tamen interpretatione videndi ulterius *ibi*, *numer.* 9. Oſualdus *ad Donell. lib.* 17. *cap.* 20. *lit. G.*

Sed & juriſdictio Prætorum ordinaria eſt, quæ reſpicit omne genus cauſarum *l.* 2. *&* 16. *tit* 6. *lib.* 2. *Recopilat.* & in criminalibus ſupremi Judices ſunt ut ab eis non poſſit appellari, *l.* 14. *&* 15. *eodem titulo*, eamdemque juriſdictionem habēt in cauſis Gubernatoris, & in territorio gravioti hujus Monarchiæ id eſt, curia, & ubi Rex noſter fuerit cum quinque leucis in circuitu, *l.* 9. *&* 13. *dict. titulo* 6. *lib.* 2. & cùm Senatores Conſilii Regalis Patrimonii non habeant univerſalem juriſdictionem, ſed limitatam ad ea quæ pertinent ad Regale Patrimonium, inde Prætores Curiæ intendunt munus eorum excellentius eſſe, & aliis præcedere debere, is enim Judex major, qui majori & ampliori juriſdictione potitur, notant Doctores *in rubrica de majoritate, & obedientia*, Caſſaneus 4. *part. conſideratione* 14. Baldus *in l. quilibet, Codic. de Decurion. lib.* 10. *& lib.* 1. *conſ.* 387. Marzario *conſ.* 26. *n.* 64. Gratian 3. *tom. diſcept. c.* 590. *n.* 19 Peregrino *conſ.* 3. *n.* 39. *&* 53. Beſoldus *in diſſertatione de præcedencia, cap.* 2. po alios, quos allegat Menochi. *conſ.* 126. *num.* 15. Mareſcot. 1. *variar. cap.* 69 *n.* 13. & licèt idem Menochius contrarium tentet defendere *conſ.* 51. *num.* 15. bene tamen ejus ſententiam pluribus relatis proſternit Gratianus *diſcept.* 111. *n.* 76.

Et quamvis in rebus fiſci Senatores Conſilii Regalis Patrimonii ſuperiores ſint, non tamen ex eo majores Prætoribus Curiæ debent exiſtimari ad exemplùm delegati à Principe, nam quamvis in cauſa delegata ſit major Judice ordinario, tamen inferior exiſtimatur, & debet cedere in eis quæ ſe obtulerint ultra eum caſum *cap. Sane, c. Paſtoralis uli repetentes de officio & poteſtate Judicis delegati*, pluribus refert Barboſa *in dict. c. Sane plures*, Gratianus latè rem tractans *ubi proximè, à n.* 65. alios refert Bobadilla *lib.* 2. *cap.* 21 *à n.* 61.

Deinde Prætorum Curiæ juriſdictionis excellentia expendebatur, quia in cauſis criminalibus merum exercent imperium, & quanto æſtimabilior vita apud homines quàm bona, ita major juriſdictio cui vita ſubjacet, ut obſervant omnes *in l. imperium, ff. de juriſdictione*, adde poſt antiquiores *ibi*, Vallam, Oroſcium, Cujac. & Corraſ. *in ejus relectione*. Quintanaduenas *de juriſdictione* 1. *p. c.* 8. latè poſt Donellum, Oſualdum, *ad lib.* 17. *c.* 8. *literis OO. & ſequentibus*, Petrus Gregorius *l.* 47. *Syntagm. cap.* 13. *n.* 5. *& c.* 14. & capitalium cauſarum cognitio eſt pars præcipua juris publici, *l. ita vulneratus ff. ad legem Aquiliam* & ita accipienda verba Textus *in l.* 1. §. *hujus ſtudii*, ibi: *Publicum jus conſiſtit in Sacris, Sacerdotibus, & Magiſtratibus*, *ff. de juſtitia & jure* juncto Donello *lib.* 2. *commentar. cap.* 6.

Et hæc poteſtas cognoſcendi de cauſis criminalibus adeo excellens fuit in populo Romano, ut tantum Regibus competeret, nec illis expulſis à Roma etiam Conſulibus conceſſa fuit, qui non poterant capite damnare civem Romanum ſine conſenſu populi, *l.* 2. §. *ex actis ff. de origine juris*, ubi Budeus & Corraſius, Petrus Gregorius *lib.* 18. *Syntagm. juris, cap.* 3. *& lib.* 47. *c.* 5. adde Oſuald. qui plura cumulat *ad Donell. lib.* 17. *cap.* 8. *lit. XX.* Menoch. *de arbitrariis, lib.* 2. *caſu* 68. *à n.* 12. Quintanaduenas 2. *p. de juriſdictione c* 8. & quia id conceſſum fuit Dictatori omnibus excellentior dignitas judicata, *l.* 2. §. *deinde aucto ff. de origine juris*, ubi Corraſius, Orhomanus *lib.* 1. *antiquitatum, verbo Dictator*, Petrus Gregorius *lib.* 47. *Syntagm. juris, cap.* 17. Roſinus *lib.* 7. *antiquitatum Romanarum, cap.* 17. Alex. ab Alexandro *lib.* 4. *dierum genialium, cap.* 23. & *ibi* Tiraquellus.

Et

7 Ex quo præcedentiam Prætores curiæ intendunt, *argumento l. ultima, Cod. de ordine Iudiciorum*, ibi: *quod utpote majus minori præfertur*, prosequitur late innumeris relatis, Farinac. *in praxi, quæst* 100. *à num.* 1. adde Bucarronem *de differentiis judicii crimin. & civil. præmisso* 4. Cassaneus *in Catalogo gloriæ 7. part. consideratione* 26. Freccia *de subfeudis, lib. 1. tit. de officio Magistri Iustitiarii à n.* 20. *& à num.* 28. ibi: *Sine controversia hodie Iudices criminales præcedunt, & præferuntur civilibus in honoribus*, Capitius *decis.* 27. *num.* 23 Carolus Tapia *decis.* 23. *à num.* 14. Bucarron *suprà à num.* 4. Petrus Gregor. *lib.* 47. *cap.* 12. *num.* 7. Mastrillus *de Magistratibus lib.* 5. *c.* 4. *n.* 65. *& cap.* 8. *n.* 54.

8 Rursus ex antiquitate cujusque muneris Prætores Curiæ intendunt præcedentiam aliis competere: nam insinuant eorum officium antiquissimum esse, & ab anno 1363. auctoritatem habere, *l.* 1. *tit.* 6. *l.* 2. *Recopilat.* & jurisdictio civilis & criminalis, regimẽ Reipublicæ, in quo consistit munus Prætorum cum ipsis Rebuspublicis originem habuit: nam distinctio Dominorum adeo est antiqua, ut jure gentium fere cum ipso hominum initio inducta fuit, *l. ex hoc jure ff. de justitia & jure*, & causam dedit litibus & institutioni Prætorum, qui decideren t, Menchaca *lib.* 1. *controversiarum Illustrium cap.* 41. *n.* 40. Marta *de jurisdictione lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 27. munus verò Senatorũ Regalis Patrimonii novissimum est inductum ab anno 1554. ut constat *l.* 3. *tit.* 1 *lib.* 9. *Recopil.* Vnde Prætores intendunt quemadmodum in qualibet cõmunitate ille potior reliquis existimandus, qui antiquior est, *l.* 1. *de albo scribendo, l... Cod. de Consultibus lib.* 12. *l. honores*, *C. de Decurionibus*, Doctores *ibi*; Decianus *responso* 22. *à n.* 5. Cabedo *decis.* 3. Gãma *decis.* 1. Maynardus *decis.* 72. *l.* 1. Franch. *decis.* 138. Fabius de Anna *cons.* 40. *&* 122. Vivius *decis.* 230. Tapia *decis.* 23. Antonius 1. *variarũ resolutione* 81. Paponius *lib.* 6. *tit.* 2. *arresto* 5. Mastrillus *dicto cap.* 5. *num.* 9. Riccius *in praxi, resolutione* 578 Gratianus aliis relatis *tom.* 5. *discept.* 867. *à num.* 25. ac perinde quod in eadem communitate observatur, in diversis similiter procedere, ut quò antiquior, excellẽtior alia, ut præcedentiam obtineat, & ideò ad eos pertinere contendunt Curiæ Prætores, *argum. d. c. statuimus c. antiqua de privilegiis*, Gamma *suprà*, *n.* 52. Boërius *de auctoritate Magni Consilii, à n.* 86. Freccia *dict. n.* 28. alios refert Portius *cons.* 164 *num.* 1. Patianus *de probationibus, lib.* 2. *cap.* 26. Gratianus *decis.* 232. *n.* 2. Molina *de primogeniis lib.* 2. *c.* 14. *n.* 36. & 37 Barbosa *de potestate Episcopi, allegatione* 78. *n.* 28. *&* 35. *& sequentibus*, Riccius ubi proximè alios referunt ex recentioribus nostris de Lara *de anniversariis, c.* 24. *n.* 7. D. Salgado *de protectione Regia*, 2. *p. c.* 11. *à n.* 26.

9 Cui addendum est quod etiam expendunt de promotione Prætorum Curiæ, quia regulare esse tradũt ut assumantur ad supremum Senatum justitiæ, ex quo præcedentia considerari oportet, juxta quæ notavit Gamma, alia plura cumulans de hac re *decis.* 1. *Per totam*, & etiam quasi quintam Aulam supremi Consilii Castellæ Prætores aulam suam criminalem existimant, ac perinde quemadmodum sine dubio supremum Consilium Castellæ reliquos omnes Senatus ita præcedit, ut nunquam de hoc controversia fuerit excitata: ita similiter quasi pars supremi Senatus hæc aula præcedentiam obtinere oportet, ut idem de parte quod de toto dicatur, *argumento legis quæ de tota ff. de rei vindicatione*, Tiraquellus *de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 7. *n.* 46. Surdus *cons.* 193. *n.* 6. *& consil.* 435. *n.* 21. *&* 22. Menochius. *de præsumpt.*

lib. 3. *q.* 35. *num.* 27. *& consil.* 72. *num.* 5. Thuscus *practic. lit. A. conclus.* 499.

10 Ueruntamen etsi hæc omnia à Prætoribus Curiæ pro sua dignitate expensa fuerunt, adhuc plura sunt fundamenta, quæ præcedentiam Senatorum Consilii Regalis Patrimonii suadent.

Quippe Senatus Patrimonii muneris excellentia arguitur, nam administrationi tributorum viri excellentiores semper præponebantur, ut constat *lib.* 2. *Regum cap.* 20. ubi fit mentio Aduram, qui erat, Præpositus & Administrator tributorum, & Salomõ eidem administrationi præposuit Ieroboam *lib.* 3. *Regum. c.* 11. & magnitudo muneris, ut notavit Abulensis *dict. cap.* 11. *quæst.* 29. elevavit Ieroboam, ut ad Regnum aspiraret, & post mortem Salomonis consecutus fuit; & hæc dignitas Præpositi & Administratoris, tributorum, tempore Davidis, longè excellebat eum qui à commentariis dicebatur, *lib.* 2. *Regum, cap.* 20. *ad finem*, id est, Cancellarium majorem, D. Thom. *de regimine Principis, cap.* 22. ex pluribus, Pineda *de rebus Salomonis, lib.* 5. *cap.* 13. *vers.* 5. quod munus hodie supremi Senatus Præsidi adhæret, de quo *l.* 4. *tit.* 9 part. 2.

11 Sed Romanorum tempore officium Procuratoris Cæsaris, ad quem Regalis patrimonii conservatio & administratio pertinebat, cujus loco apud nos subrogatum Senatus Regii patrimonii, quia apud Cæsaris Procuratorem discutiebantur omnes causæ quæ Principis patrimonium contingebant, *l. ad fiscum, Cod. ubi causa fiscales, l. defendente, ff. de auctorit. tutor.* Glossa *in l. defensionis, verbo cognitio, Cod. de jure fisci, lib.* 10. Duarenus *ad titulum, ff. de officio Procur. Cæsaris, ad fin. & ibi* Orosius *in l.* 1. ex Cornelio Tacito, Suetonio, Dione, Pomponio, Læto, & aliis, probavit Dominus Amaya *ad l.* 2. *Cod. de jure fisci, n.* 3. *&* 4. hoc igitur munus erat tantæ auctoritatis, ut eamdem quam Cæsar potestatem habebat in rebus fiscalibus, ut notarunt Orosius *in d. l.* 1. *n.* 3. Cujacius *in paratitla ad eum titulum*, & in eo etiam Antonius Mozius D. Alfaro *de officio fiscalis, gloss.* 9. & pro eo munere videndi Petrus Gregorius. Vvesembequius, Antonius Faber, Poletus, Brisonius, Levinus, Torrentius, Iustus Lipsius, Dorleans, Bulengerus, Guterrius, Osualdus, Farinacius, quos refert D. Amaya *ubi proximè n.* 8.

12 Sed apud Græcos Imperatores, titulo Comitis honorabatur, qui administrationem Principis patrimonii habebat, ut constat ex titulo, *Codic. de officio Comitis rerum privatar.* explicarunt Salmasius, Bulengerus, Pancirolus, Cassiodorus, & Guterrius, quos refert D. Amaya *ad l.* 6. *vacantia* 5. *Cod. de vacantibus, n.* 15. qui *numer.* 10. & 13. tradit, amicos Principis dici; & successisse in locum Procuratoris Cæsaris, & ut Comitem Præfecturæ suffragarentur instituti Procuratores rei Dominicæ, in provinciis qui administrarent, curarent & exigerent quæ ad Principis patrimonium pertinerent qui Rationales dicti, & titulo perfectissimorum decorati, & apud nos Hispanos tempore Regum Gothorum idem admissum, ut qui curam rerum fiscaliũ habebat, Comes patrimonii dicebatur, & cum Rege subscribebat in consiliis, ut constat ex 13. Toletano in subscriptione virorum illustrium domus Regiæ, & in Consilio 8. & in eadem subscriptione: ut observavit D. Archiepiscopus Toletanus Garcia de Loaysa *in subscriptione, vers. Comes Patrimonii, pag.* 460. & idem comprobatur ex Concilio Barcinonensi sub Rege Ricardo, inter Concilia Toletana ex eodem D. Loaysa *pag.* 250. *&* 251. *vers. Comitis Patrimonii.*

13 Vnde cum in locum horum munerum, qui tanta excellentia & dignitate pollebant, Senatus Regalis patrimonii ſubrogatum eſſet, quia ad ſimilitudinem Procuratoris Cæſaris, & aliorum qui tributis præerat, inſtitutum, ut notarunt Peregrinus *de jure fiſci, lib. 7. tit. 1. & tit. 2. num. 1 & 16.* Ioannes Garcia *de nobilitate, gloſſ. 3. §. 1. num. 19. ad finem*, D. Alfaro *de officio fiſc. gloſſ. 10. privilegio 1. num. 21. cum ſequentibus*, debet ſubrogatio cenſeri cum eiſdem qualitatibus, dignitate & præeminentiis, ex vulgari, *l. eum qui, §. qui injuriarum, ff. ſi quis cautio, l. filia. §. Titia, ff. de condit. & demonſtr. l. donata, §. ſi ſponſus, ff. de donat. inter.*

14 Et quemadmodum Procurator Cæſaris apud Romanos longè plus excellebat Prætorem urbanum & Præfectum vigilum, ad quorum munera referri poteſt exercitium & juriſdictio Prætorum Curiæ, ut ſatis notum eſt, probatione non indiget, ideò debere Senatores Conſilii patrimonii illos præcedere comprobatur, quia ſemper ex majore dignitate præcedentia procedit *ex dicto cap. ſtatuimus, de majorit. & obedient. l. ex agentibus, 4. §. ſed in ſalutationibus, C. de Princip. agent. in rebus, lib. 12.* Petrus Gregorius *lib. 4. de Republica, cap. 6. n. 9.* Burſatus *lib. 4. conſ. 343. num. 8. deciſ. 1. num. 15.* Ponte *conſ. 14. n. 44. & deciſ. 7.* Fabius de Anna *lib. 1. conſ. 40. n. 25.* Romanus *ſingul. 691.* & alios referens Dominus Valençuela *conſ. 34. n. 88.* & non eſſe antiquitatem attendendam, ſed majorem dignitatem ad præcedentiam probavit Marcellus Maurus *tom. 1. alleg. 50. per totam*, ut defenderet præcedere debere Ducem Florentiæ, quia majori dignitate præſtat contra Ducem Ferraræ, licèt iſte antiquior eſſet, & primò Dux creatus, addendi Peregrinus *conſil. 3. n. 39. & 53.* Gratianus *1. tom. diſceptation. cap. 111. n. 74. & 3. tom. c. 590. n. 19.* ubi latè probat.

15 Tum etiam Senatus Regalis Patrimonii, etſi ad fiſci bona, reſtrictam tamen univerſalem in tota Hiſpania juriſdictionem habet, adeo ut quod ex Indiarũ Regionibus ad Regale Patrimonium adducitur, eo ipſo quo noſtræ claſſes, invehunt in Hiſpalenſia littora, ſubjacet adminiſtrationi Senatus Patrimonii, Prætoris verò Curiæ ſolum ad quinque leucas ejus juriſdictio extenditur, unde major cenſeri debet dignitas Senatorum Patrimonii, juxta Gloſſam *in authentic. conſtitutio quæ de dignitatibus, §. generaliter, verb. & nobiliores, collat. 6.* ubi tradit Præſidem nobilitari per ſubjectos, ſequitur Abbas *conſ. 21. lib. 1.* Caſſaneus *in Catalogo gloriæ mundi 4. p. conſid. 51. verſ. 8 & 5. p conſid. 37. & p. 12. conſ. 56. cum ſequentibus*, Menoch *conſ. 51. num. 11. & conſ. 126. n. 15. & conſ. 902. n. 16.* Marcario *conſ. 26. n. 64.* Menchaca *controverſ. illuſtrium lib. 1 in præfatione, n. 127.* & inde Regum ipſorum præcedentiam regulandam & illorum legatorum juxta majora, & opulentiora Regna, & Provincias quibus denominantur, ut *ex c. percipimus, diſtinctione 93.* notarunt Romanus *ſingul. 302.* Lucas de Peña *in rubrica, Cod. de legatis, lib. 10.* Bertrandus *lib. 1. conſ. 73.* Martinus Laudenſis *de legatis Princip. quæſt. 27* Ioannes de Montaigne *de authorit. Magni Conſilii n. 118.* D. Valdes *de dignit. Regum Hiſpaniæ cap. 3. & 4.* D. Valenzuela *in diſcurſu ſtatus & belli, n. 26.* qui inde Regum noſtrorum præcedentiam deſumunt juxta doctrinam Baldi *in l. 1. ff. de officio præfect. Prætor. & in l. ſed & ſimiliter ff. de excuſat. tutor.* & aliorum quos refert Caſſaneus *in catalog. p. 5. conſid. 37.* Alvarus Pelagius *de planctu Eccleſiæ artic. 62. concluſ. 6.* quia cum majoribus, & excellentioribus provinciis, Reges noſtri ſine dubio dominantur, alios præcedere debent, ex Valdeſio *ubi proximè c. 12.* Menchaca *ſuprà* D. Gregorius Lopez Madera *in tractatu excellentiæ Monarchiæ Hiſpaniæ*, Cevallos *in tractat. violentiarum, 1. p. gloſſ. 18.* Camillus Borrellus *de præſtantia Regis Catholici c. 43. & c. 45. n. 8.* D. Solorzano *lib. 1. de Indiarum jure c. 16. n. 45. cum ſequentibus*, & Doctorum exterorum negare non potuerunt Bolognetus *conſ. 1. num. 209.* Marcarius *dicto conſ. 26.* Pacianus *de probat. lib. 2. c. 35. & 38.* Majolus *dierum canicular. 4. tom. colloq. 5. pag. 324.* & alii plures quos referunt *ſuprà* relati, nec auſus eſt negare Caſſaneus *d. 5. p. conſiderat 27. & 37.* quamvis ut Gallus pro ſuo Rege contendat, & Hiſpanæ præcedentiam poſtquam ei tot regna & regiones acceſſerunt, indubitatam tradit Beſoldus *in diſſertatione, de præcedentia, c. 2. pag. 133. & ſequentibus*, quibus addendus Iacobus Mainoldus *in tractatu de titulis Philippi Regis.*

16 Quo fit ut cum in Regnis Hiſpaniæ omne quod ad regale patrimoniũ applicatur, & ad regna Caſtellæ adducitur ſubjaceat juriſdictioni, & adminiſtrationi Senatus Patrimonii debeant ejus Conſiliarii togati præcedentiam habere contra Prætores Curiæ cum intra quinque leucas ſua ordinaria juriſdictio limitetur, *l. 9. & 13. tit. 6. lib. 2. Recop.* & inde major excellentia juriſdictionis Senatorum Patrimonii conſideratur quæ in univerſa Hiſpania, & tot Regnis exercetur ex traditis per Baldum *lib. 1. conſ. 387.* Decius *conſ. 161. ad fin.* Signorolus *conſ. 23. n. 2.* Caſſaneus, *in catalogo 4. p. conſideratione 9. & 10. & 44.* Rota *deciſ. 4. de electione in novis*, Menoch. *dict. conſ. 126. n. 15.* ſed à Prætoribus Curiæ in cauſis civilibus appellatio interponitur ad ſupremum, & Regalem Senatum juſtitiæ, cauſæ verò Senatus Patrimonii ultra illũ non progrediuntur, ſed in eo finem accipiunt, ut ſupplicatione ad eundem Senatum interpoſitâ rejudicatâ nihil amplius de negotio tractari poſſit, adeo ut ex ordinationibus Conſilii Patrimonii nec ſupplicatio extraordinaria cum pœna mille, & quingentarũ duplarũ auri in cauſis Patrimonii Regii admittatur, unde illius juriſdictio ſine dubio major, & excellentior, quàm Prætorum Curiæ exiſtimanda à qua appellatio interponitur, juxta quæ notarunt Felinus *in c. cum olim de re judicata, & in c. delecti, & in cap. tum inter de exception.* Afflictis *ad conſtit. rubric. de regalibus n. 9.* Ponte *de poteſtate Proregis titulo de diverſ. proviſio, §. 4.* Roſental. *de feudis, cap. 5. concluſ. 13. lit. C.* Calicius *de fiſco dub. 8. n. 5.*

17 Vlterius Prætores Curiæ non decorantur honorifico Conſiliariorum titulo, ut manifeſtum eſt, quo Senatores Patrimonii, & ejus fiſcalis à Rege noſtro honorantur, ut conſtat ex reſcripto, ad hoc expedito, de quo mentionem fecimus, *1. p. allegat. 1. n. 11. & 12.* & ideò in controverſiam adduci non poteſt, ut qui titulo Conſiliarii decoratur debeat præcedere eum qui illo non gaudet, quia ex dignitate tituli debet præcedentia judicari, non habitâ conſideratione antiquitatis, ut dignitas quæ poſterior creata antecellat minorem quæ primò inducta, notatur *in tit. C. ut dignit.* adeo fervetur, pluribus Tiraquellus *de jure primogenit. in præfat. n. 79.* Maſtrillus, *deciſ. 130. n. 13. & de magiſtratibus lib. 4. c. 14. n. 29.* Carolus de Tapia *deciſ. 21. n. 15.* Ponte *deciſ. 8. n. 2.* Riccius *collectanea 1446.* Franchis *deciſ. 363.* Ex Innocentio, & Caſſaneo Bobadilla *lib. 2. Politicæ, c. 16. n. 15.* qui tradit eum præcedere debere qui gaudet dignitate, quæ magis Regi adhæret, & addendi D. Valenzuela *conſ. 34. n. 90.* Beſoldus *de præcedentia c. 3. n. 4.*

18 Et cũ dignitas Cõſiliarii magis ad Regẽ accedat, quã Prætoris Curiæ, ideò Cõſiliarii Patrimonii Regis præferendi, quia Cõſiliarii munus excellentiſſimũ eſt,

est, quia ad Principis latus sedere debent, Bartolus *in l. jurisperitos, ff. de excusat. tutor.* Camillus Borellus *de præstantia Regis Catholici, cap.* 64. *n.* 19. & illorum dignitas explicatur in sacra pagina Ecclesiastes *cap.* 6. *n.* 6. ibi: *Et Consiliarius unus de mille,* plura quæ ad illorum præstantiam notarunt Mastrillus *de magistrat. lib.* 2. *cap.* 1. & pro omnibus quia omnia cumulat vide nostrum D. Laurentium Ramirez de Prado *in perpolito tractatu Consilii, & Consiliarii in ejus introductione,* & Consiliarii munus alios omnes Magistratus, qui Consiliarii non sunt præcedere oportere tenuerunt Baldus *in l. quilibet, Cod. de Decurion. lib.* 10 *& lib.* 1. *conf.* 387. Abbas *lib.* 1. *conf.* 21. Marzarius, & Peregrinus *ubi supra* Signorolus *conf.* 23. Tiraquell. *de primogenit. c.* 6. Gamma *decis.* 1. & ejus additionator *ad fin.* Menochius *conf.* 51. *n.* 6. *& conf.* 52. *n.* 27 Gratian. *tom* 1. *disceptat. c.* 111. *n.* 74. *& tom.* 3. *c.* 590 *n.* 19. Castaneus *in catalogo,* 4. *p. consider.* 51. *n.* 8. *&* 5. *part. consid.* 37.

19 Sed etiam cum Senatus Regalis Patrimonii consset tribus sessionibus, & tribunalibus, quorum majus, & præcipuum est Equitum, quibus injuncta administratio Patrimonii, secundum Senatorum, qui togati, & literati causas justitiæ decidunt, alterum calculatorum Regiarum rationum, ut notavimus 1. *part. alleg.* 22. *n.* 16. 17. *&* 18. cum adhuc Consiliarii Equites præcedant Prætores Curiæ, ut notum est, nec in controversiam deduci possit contra possessionem & consuetudinem, quæ regit præcedentias, & suffragatur Consiliariis Equitibus Patrimonii, *ex c. licet causam, de probation.* ubi omnes communiter, & maximè Baldus *n.* 5. Felinus & Decius *n.* 1. ex multis Tiraquellus *de nobilitate, cap.* 20. *n.* 58. Corduba de Lara *in princip. l. si quis à liberis, n.* 31. Besoldus *de præcedentia, cap.* 3. *n.* 5. junctis, quæ pro consuetudine, ut ea principaliter attendi debeat ad præcedentias notarunt Innocentius *in cap.* 1. *de majorit. & obedientia,* Bald. *in c. cum olim de consuetudine, & in l. observandũ §. antequã ff. de officio Proconf.* Paris. *vol.* 4. *conf.* 149. *n.* 1. Aretin. *conf.* 23. Grammatic. *decis.* 64. *n.* 35. Seraphinus *decis.* 964. Mastrillus *de Magistratibus lib.* 5. *c.* 4. *n.* 30. Gratian. *tom.* 2. *disceptationum, cap.* 298. *n.* 8. *&* 9. *& tom.* 3. *cap.* 492. *n* 9. *& tom.* 5. *c.* 867. *n.* 27. Fabius de Anna *conf.* 40. *n.* 1. Felix Contelorius *in quæst. de præcedentia, num.* 6. *&* 58 Ludovicus Rodulphinus *in tractatu de origine, & dignitate, & potestate Ducum Italiæ, n.* 234. *&* 252. & alii plures, quos referunt prælicti.

20 Igitur cùm consessus & tribunal Senatorum, qui sunt togati, sit unitum, & incorporatũ consilio Equitum: nam isti administrant Patrimonium, Senatores verò literati decidũt ejus causas & lites, quæ ad justitiam pertinent, quando togatorum præcedentia aliquod posset dubium admittere ratione unionis, extra dubium est, ut quemadmodũ Consiliarii Equites præcedunt Prætores Curiæ, ita etiam togati præcedant, ne absurdum sequatur, ut eadem res, videlicet idem Senatus diverso jure censeatur contra *l. eum qui ædes, ff. de usucap.* & circa incorporationem & unionẽ vide quæ notarunt Oldradus *conf.* 390. *n.* 10. Decius *conf.* 36. *n.* 9. Alexand. *lib.* 1. *conf.* 20. *n.* 4. Angelus *conf.* 247 Decianus, *lib.* 1. *conf.* 31. *n.* 67. Surdus *decis.* 78. *n.* 11. *& decis.* 88. *n.* 10. Peregrinus *de fideicommissis, art.* 16. *num.* 73. Thuscus *lit. A, conclusione* 182 *& lit. V, concluf.* 230. *n.* 5.

21 Et quoad privilegia & prærogativas, ut eis gaudeat, unitus & incorporatus cum eo, cui est unitus, *cap. cognovimus* 12. *quæst.* 3. *cap. cum in tua, de decimis,* Tiraquell. *in l. si unquam, verbo donatione largitus, n.* 284 *& de retractu Lignagier,* §. 1. *glossa* 8. *n.* 20. Cassiodorus *decis.* 3. *de pensionibus, n.* 6. Tuschus *practicar. lit. P, concluf.* 733. & in terminis præcedentiæ in sessionibus ejus qui alteri accedit, eandem ejus cui unitur esse debere ex Abbate, Romano, Zancho & Rotæ decisione probavit Gratianus *tom.* 5. *discept. c.* 940. *n.* 26. *&* 27.

Præterea illud etiam notandum in omnibus casibus in quibus Rex noster publicè incedit, cum suis Senatoribus, præsertim in die festivitatis sanctissimi Sacramenti, ubi corpus Domini nostri Jesu Christi solemni processione comitatur, cum ipso Rege locum esse designatum Consiliariis Patrimonii Regii, quod tamen non conceditur Prætoribus Curiæ, & cùm in actibus publicis, & processionibus honorabilior locus designatus sit Senatoribus Patrimonii etiam debent in omnibus aliis casibus præcedere ex traditis à Baldo *lib.* 1. *conf.* 387. Pergrin. *conf.* 3. *n.* 1. Menoch. *conf.* 126. *n.* 6. Pacianus *de probat. lib.* 2. *c.* 26. *n.* 136. Tiraq. *de nobilitate, c.* 24. *n.* 25. *&* 26. 22

Sed & similiter auget dignitatem Senatorum Regii Patrimonii eorum ministerium circa decidendas gravissimas causas, & opulentissimas, ut judicium apud eos pendeat, quod aliquando quatuor, & plus milliones excedat, & in contractibus cum negotiatoribus, quos dicimus, *assientos,* aliqui decem milliones superant, & illorum institutum est circa causas civiles, quarum Judices semper excellunt eos, qui criminalibus sunt præpositi, ut Curiæ Prætores, qui præcipuè in eis versantur, & jurisdictionem superiorem circa crimina exercent, & præferendos esse Judices Civiles, tenuerunt Antonius Vrsillus *in tractat. de cur. Præsid. authen. c.* 10. Follerius *in constit. Regni Justiniarii. cel.* 3. *versic. in textu. ibi: hinc est,* Francis *decis.* 131. Maximus Freccia *de subfeudis, lib.* 1. *tit. de officio Magistri Justitiarii, cap.* 25. 26. 27. quos refert Mastrill. *de Magistratib. l.* 5. *c.* 4. *n* 65. 66. 67. Thoro *in compendio decisionũ verbo Officialis, col.* 2 *versic.* 2. 23

Sed & major auctoritas, quâ munus Senatorum Patrimonii exercetur assidendo Senatui, & judicia expediendo, non verò, ut Prætores Curiæ sceleratos homines latrones, homicidas, & concubinarios persequentes vigiliis noctium valde inquieti, ut nemo non sit, qui cum ad officium Prætoris Curiæ assumeretur, si ei electio esset data muneris Senatoris Patrimonii id potius non eligeret, ex quo & suprema jurisdictione nulli summissa, præter Principi, apud omnes majoris dignitatis, & utilitatis habetur munus Senatoris Regii Patrimonii quàm Prætorum Curiæ, & juxta opinionem hominum maior dignitas iudicanda, *ex l. Athletas* §. 1 *ff. de his, qui notant. infamia* tradit Bald. *lib.* 1. *conf.* 387. *n.* 1. ubi statuit eam maiorem dignitatem censeri, quam generaliter homines existimant esse maiorem, notarunt Boherius *decis.* 286. *n.* 8. Gratianus *tom.* 1. *disceptationũ. c.* 111. *num.* 74. idem Bald. *in cap. cum olim de consuetudine, & in leg.* 2. *ad finem, Cod. de rescind. venditione,* Seraphinus *decis.* 964. Riccius *Collectanea* 1446. Mastrillus *decis.* 130. *num.* 19. Bobadilla *lib.* 2. *Politicæ, c.* 10. *ex n.* 48. & regulariter æstimandas res, prout vulgo, & communiter æstimantur, *dict. l. Athletæ,* §. 1. comprobant Euerardus *loco ab opinione vulgi,* Corsetus *in singularibus, verbo opinio.* 24

Nec obstãt quæ pro Prætoribus adducta, nam eis facilè responderi potest: nam quoad illud, de quo *n.* 2. illorum jurisdictionem majorem esse, quia ejus exercitium est in hac Curia, & majori numero personarum, quia in omnes procedit, quippe non ex numero personarũ excellentia jurisdictionis consideratur; sed quia amplior, superior, vel in melioribus exercetur, 25

Senatus Regalis patrimonii amplior jurisdictio est, quia in omnibus Castellæ Regnis procedit non limitata ut jurisdictio Prætorũ intra quinque leucas Curiæ, ut notarunt Cassaneus *in Catalogo 4.p.consideratione* 44. & post alios Menochius *cons.* 126 *n.* 15. & inde superior dignitas Senatorum judicatur, ut latè probavimus; & quia à Senatoribus nullus est appellationis, vel supplicationis recursus, & adeò excluditur, ut nec supplicatio extraordinaria mille & quingentarum duplarum auri locum habeat, in Prætoribus verò Curiæ ordinaria appellatio in causis civilibus ad supremum justitiæ Senatum, & in causis criminalibus, in quo Prætorum jurisdictio superior existimatur ab ipso supremo Senatu solent causæ avocari & retineri, cùm id expedire videbitur, & ideò nec in civilibus aut criminalibus causis nulla potest æqualitas cõsiderari cũ jurisdictione Senatûs patrimonii, quæ in melioribus Hispaniæ exercetur, id est, omnibus qui Castra, vectigalia & donationes à Rege habent qui sunt ditiores & potentiores; & quamvis etiã Prætores procedant contra Magnates & Nobiles Regni, non ideò nobilius est eorum jurisdictionis exercitium, quod etiam procedit regulariter circa seditiosos, latrones, homicidas, & improbiores Reipublicæ; unde ex eodem, quo *in dict. n.* 2. expenditur excellentior, oportet censeri jurisdictio Senatus supremi Regalis Patrimonii, quia melioribus præest; & ultra *suprà* relatos probarunt Baldus *in l. quilibet, Cod. de Decurion. lib.* 10. Portius Imolensis *cons.* 167. *n.* 29. Boherius *in tractatu de ordine graduum utriusque fori, n.* 45. Menoch. *cons.* 51. *n.* 1. *& cons.* 126. *n.* 15. *& consil.* 902. *n.* 16. & in specie notavit Baldus *l.* 3. *cons.* 333. ubi probat ideò Prætorem Florentiæ esse digniorem Prati Prætore, quia Præest majoribus, ex Signorolo idem tenuit Thuscus *litt. D. conclus.* 430. *n.* 13. *&* 14.

26 Sed illud quod pro Prætoribus adducebatur, esse Iudices causarum Senatorum patrimonii valde futile est, ut in consequentiam trahi non debeat, quia de illis cognoscunt tanquam de litibus privatorum, non verò ut de consiliariis, & similiter cognoscunt de rebus omnium Consiliariorum supremi Senatus justitiæ, status & belli, quos inde præcedere velle absurdum esset, quemadmodum si quilibet Corrector, aut ejus locum tenens, quia judicat de negotiis Senatorum, ideò contra illos præcedentiam intenderet, & illa non consideratur nisi ex suprema jurisdictione totius Senatus, quæ nullo modo prædicta consideratione comprehenditur.

27 Verùm similiter in hoc considerari oportet quando Prætores Curiæ cognoscunt de aliquo negotio quod ad Regia vectigalia pertineat appellari ab eis ad Senatum patrimonii, in quo sententia confirmatur, vel revocatur, aut causa retinetur, ex quo superior jurisdictio Senatus patrimonii arguitur, quia appellationes semper interponuntur de Judicibus inferioribus ad superiores, cum appellatio propriè sit de minore Iudice ad majorem provocatio, *leg.* 1. *ff. de appellat. l.* 1. *Cod. ubi & apud quem. cap. anteriorum, 6. quæst.* 6. Ancharran. *cons.* 132. Gozadinus *cons.* 76. *num.* 6. & quia appellatio debet fieri ad superiorem, nec potest ad æqualem vel inferiorem appellari, Scaccia *de appellat. artic.* 1. Thuscus *litt. A, conclus.* 349. 350. 352.

Præterea quod expenditur *num.* 3. pro excellentia
28 Prætorum Curiæ, illorum jurisdictionem ordinariã esse, nihil movet, quia non extraordinaria, sed excellentiori jurisdictione præcedentia consideratur, aliàs quilibet Corrector, ut prædiximus excelleret Senatores Patrimonii, & quamvis tempore Romanorũ plures fuerunt Magistratus qui ordinariam jurisdictionem exercebant, tamen nullus æquari videbatur cum Procuratore Cæsaris, qui res Principis judicabat ut Senatus patrimonii, & quod delegato expenditur *n.* 4. procedit in delegato ad unam causam, non verò quando est ad universitatem causarum, quia tunc pro ordinario habetur, maximè in tam ampla & excellenti jurisdictione circa administrationem Regii patrimonii.

Nec magis urget quod de criminali jurisdictione 29
expendunt *n.* 5. ut ea præcedat civilem, quandò magis æstimabilis est vita quàm bona, quippe jam *suprà* animadvertimus, ut excellentior jurisdictio civilis consideretur, quæ non solùm consistit in causis bonorum judicandis, sed etiam in gubernatione Reipublicæ, quæ longè omnes jurisdictiones superat, tum & Prætores Curiæ non habent supremam & absolutam jurisdictionem criminalem, quia solent graviores causæ criminales à Senatu supremo, cùm expedierit avocari, ut prædiximus.

Multò minus movebit quod de antiquiori mu- 30
nere Prætorum objicitur, quia ultra quam Præfectus tributorum tempore Davidis & Salomonis antiquissimus fuit, & Procurator Cæsaris in quorum locum subrogatus Senatus Patrimonii, non ex antiquitate Magistratus, sed ex illius excellentia debet præcedentia regulari, ut *l.* 1. *&* 2. *& Cod. de officio Præfecti Prætor. l.* 1 *Cod. de Consulibus, lib.* 12. *l.* 1. *de albo scribendo, cap. Episcopos,* 17. *distinctione, cap. Episcoporum,* 74. *distinctione, cap. statuimus de majoritate, & obedientia,* ibi: *Et qui major est ordine, etiamsi postea sit receptus, potiorem esse volumus, l.* 1. *Cod ut dignit. ordo servetur,* ubi Ioannes Petrus tradit *n.* 2. ibi. *In dignitatibus duplicem ordinem reperiri, unum prioritatis temporis, alium majoritatis honoris, & suprà* jam notavimus.

Denique quod de promotione Prætorum Curiæ 31
ad supremum justitiæ Senatum expenditur, multò minus procedit, quia magis regulare est, ut à Senatu Regalis Patrimonii ad illum assumantur, ut manifestè experientia comprobat, quia cum hodie unus tantum sit in supremo Senatu, qui ex Prætoribus Curiæ assumptus, quinque sunt ex Senatu Patrimonii unde ex eo multò magis illius Consiliarii præcedere debent: & quod de quinta aula Senatus supremi esse Prætores Curiæ tradunt, & cum eo incorporatos levioris ponderis est, quia quamvis Prætores Curiæ assistant supremo Senatui ad ejus decretorum executionem, & decorem, non tamen cum eo uniti, vel incorporati, quia cum supremum Consilium cum reliquis Senatibus incedit, nullus locus est Prætoribus Curiæ, qui separari à supremo Senatu non deberent, si pars ejus essent, vel ei uniti, quemadmodum non separatur fisci Patronus supremi Senatus, quia ejus pars censetur, nec supremus Senatus advocaret causas à Prætoribus Curiæ, si ejus aula quinta censeretur, sicut nunquã de una aula ad aliam avocantur.

Hæc controversia adhuc pendet, nec à Rege nostro
decisa, etsi in favorem Senatus Patrimonii speretur 32
decidenda, interim tamen jussum à Rege, quando in aliquo concessu concurrerent Prætores Curiæ & Senatores Patrimonii, qui priùs pervenerit ad consessum, ille præcedat.

ALLEGATIO LIII.

Reformatio Privilegiorum circa vectigalia ad Senatum Regalis Patrimonii pertinet.

1 *Privilegia exemptionis Gabellarum reformanda ad culturam, & curam procedunt.*
l.11.tit.18.lib.9. Recopil.
Iudicium ubi cœptum est, ibi finiendum.
l.ubi cœptum, de judiciis, & n.4. & 5.
2 *Fiscales causæ suos Iudices semper habuerunt.*
l.2.C.ubi causæ fiscales.
l.1.§.3.tit.2.lib.9. Recop.
l.2.§.25.in additione, tit.2.lib.9. Recop.
3 *Fiscales causæ debent remitti ad fisci Senatum, etiamsi in aliis Senatibus pendeant.*
l.1.C.de officio Comit sacri Palatii.
l.1.C.de officio Comit rerum privat.
4 *Iudicium cœptum ibi finiendum, quando eadem quæstio quæ in alio judicio discutitur, agitatur.*
5 *Iudicium aliqualiter diversum non causat dependentiam ad illud.*
6 *Clerici qui exempti à Gabellis non gaudent exemptione in eis, qui ex negotiatione procedunt. Clericus an aliquis si dubitetur ad exemptionem vectigalium, potest de facto Clericatus cognoscere secularis.*
7 *Litis pendentiæ exceptio solum locum habet, ubi exceptio rei judicatæ locum haberet.*
l.si quis cum totum, §. si ancilla, ff. de except. rei judicatæ.
8 *Totum qui petit, & postea partem ex eodem jure exceptione rei judicatæ repellendus.*
l.qui totum in principio de except.rei judicatæ.
9 *Exceptiones modificativæ admittuntur contra rem judicatam & instrumentum.*
l.tametsi, ff.ad S.C. Macedonian.
l.ex diversa, 18 § fin.ff. solut.matrimonio.
l.si fidejussores, 42.§ 1 ff. de fidejussor. l. Nesennius Apollinaris, 41.§ fin.ff. de re judicata.
10 *Contractus interpretandus ab eo qui fecit.*
l.2.§.postea ne diutius, ff. de orig.juris.
l.in contractibus, §. fin. C. de non num. pecun.
11 *Fiscus quomodocumque causa contingat, & de contractibus ab eo factis privativè in Senatu Regalis Patrimonii cognoscendus.*
l.nulli, Cod. de judiciis.

De controversia jurisdictionis, & de ea quæ pertinet ad supremum Senatum Regalis Patrimonii circa reformationem privilegiorum exemptionis vectigalium.

1 PRIVILEGIUM quod habebat civitas, ne gabellas solveret, cum à fisci Patrono Regalis Patrimonii adversus eam actio intenderetur, ut *ex l.11. tit.19.lib.9.Recop.* privilegium esset limitandum ad ea solùm, quæ ex cultura & cura vicini in eo loco venderent, oppositum ab eis fuit super reformatione ipsius privilegii judicium pendere in supremo Senatu justitiæ Castellæ, & judicium non esse agendum in Senatu Regalis Patrimonii: nam ubi cœptum semel est judicium, ibi finem accipere oportet, *l.ubi cœptum ff. de judiciis*, ubi communiter notatur, maximè à Bartolo, & Baldo Pereius *l.1.regular. concluf.22.* Corsetus *in singularibus, verbo judicium*, Alphanus *collectanea, n.685.* Anton. Gabriel *communium, tit. de judiciis, concluf.1.* ideóque litem ad Senatum justitiæ remittendam ex traditis à Bernardo Diaz *regula 382.* Afflictis *decisione 254.* Claudius, Cautiuncula *consil.14.n.19.*

2 Verùm, eo non obstante judicium de hac re pertinere ad Senatum Regalis Patrimonii, & in eo reos debere respondere petitioni fisci Patroni, probatur: nam jure communi, & Regni causæ Regalis Patrimonii semper habuerunt suos Iudices, qui de illis cognoscerent, *l.2.Cod.ubi causæ fiscales*, ibi: *Non animadvertimus cur causas ad officium Procuratorum nostrorum pertinentes ad proconsulis notionem advocare velis, l.1.§.5.tit.2.lib.9. Recopil.* ibi: *Primeramente de los negotios, causas, y pleitos que se movieren y trataren en nuestro nombre contra qualesquier consejos universidades, y personas particulares de qualquier estado, condiçion, o preeminencia, que sean que lenhan, ò cogen, ò goçan pretenden tener y llvar, y goçar las rentas, pechos, y derechos reales à nos pertenecientes de las quales dichas causas, y negocios conozcan y puedan conocer en la dicha nuestra contaduria major en primera instancia*, & in Gabellarum materia hoc probat expressè *lex 2.§.25.tit. 2. l.9.Recop.* ibi: *Y de todos los pleitos de justicia entre partes sobre rentas reales pechos derechos, que se no debieren, y fueren occuppados por qualesquier personas, y de todo lo annexo y perteneciente a ellos, y de los pleitos sobre exemciones, que se pretendan de pagar alcabalas y tercias, pechos y derechos y otras rentas nuestras.*

3 Quod adeo verum est, ut quamvis super dictis rebus sit judicium cœptum in alio tribunali, non obstante litis pendentia, debet remitti, ad aliquod privativè pertinet, ut constat *ex l.1.C. de officio Comitis Sacri Palatii*, ibi: *Ad Palatinorum curam & rationalium officia omnium rerũ nostrarum, & totius perpetuarii juris exactio revertatur* juncto, quod pro verbo *redire*, ego notavi *1.part.decis. Granat.3.n.17.* & facit *l.1.Cod de officio Comitis rerum privatarum*, ibi: *Si quid negotiorum actitatum fuerit, in quibus aliquid commodi fiscalis appareat ad officium rei privatæ tuæ gravstas acta transmittat.* Et ita ad nostrum Senatum Regalis Patrimonii quotidie plures causæ remissæ, quæ abhinc plus quàm triginta anni in aliis tribunalibus pendebant.

4 Deinde, quia etiamsi regula *dictæ l. ubi cœptum* posset locum habere in rebus, quæ pertinent ad Regale Patrimonium, in quibus semper ad ejus Senatũ remissio est facienda, etiãsi in alio tribunali iudiciũ pendeat, adeo tamen ultra id in hoc casu non potest locum habere decisio Textus *in d.l.ubi cœptum*, quia non constat illud primum judicium de eadem re institutum fuisse, & pendere: nam ejus textus sententia procedit, quando in utroque judicio eadem res ipsa non aliqualiter diversa deducta, sed ita identitas causæ consideretur, ut ex sententia in una lata exceptio rei judicatæ ad aliam nascatur, ut notarunt Iason. *in l.nulli, n.3. C. de judiciis, & in l.pecuniã, n.6. Cod. si certum petatur*, Alex. *lib.3. consil.106. num.29.*

5 At verò quoties quæstiones, quæ in utroque iudicio discutiuntur, etsi in aliquo conveniant, non fuerũt omnino similes, sed differunt, regula *dict.leg.ubi cœptum* nõ procedit, ut præter *suprà* adductos tenuerunt Bart. *in l. pluribus. n.1. ad finem, ff. de leg.1.* Iason, Alexander, Corneus, Socinus, Capicius, Antonius

tonius Gabriel, Innocentius, Felinus, & Decius, quos refert Petrus Barbosa *in l. si quis postea quam, n. 27. ff. de judiciis*, Afflictis *decis. 30. n. 2.*

6 Et in hoc casu identitatem deficere ex eo apparet: nam illud judicium, quod in Senatu justitiæ pendere allegabatur, etsi acta apparerent, sed solùm primum decretum ad libellum datum, quod dicimus, *Provision de emplacamiento*, illud respiciebat, an privilegium exemptionis esset observandum: at verò in Senatu Regalis Patrimonii hodie id intenditur, ut quamvis esset observandum, & re judicata obtentũ esse pro ejus validitate, tamen exemptionem solutionis vectigalium esse limitandam solùm ad ea, quæ ex cultura, & cura vicinorum, non quæ ex negotiatione procedunt, ut generaliter similia privilegia restringuuntur *in dict. l. 11.* & etiam in Clericis, qui exempti sunt à Gabellis, exemptio non extenditur ad ea, quæ ex negotiatione vendiderint, Felinus *in cap. Ecclesia sancta Maria n. 105.* & Decius *n. 57. de constitut.* Bertachinus *de Gabellis, 7. part. princip. n. 8. l. 7. tit. 18. lib. 9. Recopilat.* quam ex Navarro, Matienzo, Gironda, Lazarte, & pluribus exornat idem probans Gutierrez *de Gabellis, quæst. 93.* adde Salcedo *in practic. cap. 55.* adeo ut si dubitetur, an Clericus sit ille, de quo agitur, ut Gabellam solvat, hujus rei cognitio potest esse Iudicis sæcularis, ut ex Gregor. Lopezio notavit D. Salgado 4. *part. de Regia protectione, cap. 14. n. 104.*

7 Et tunc solùm exceptio litis pendentiæ vel rei judicatæ locum habebit, quando in secundo judicio idem quod in primo deduceretur, ut notavit Vlpianus *in l. si quis cum totum, §. si ancilla, ff. de except. rei judi.* ibi: *Et quidem ita definiri potest toties eandem rem agi quoties apud Iudicem posteriorem id quæritur quod apud priorem quæsitum est*, junctis quæ notantur *in l. cum quæritur, ff. eodem*, & traditis à Cavalcano, Giurba, Surdo, Fabio de Anna, D. Salgado, & aliis quos ego retuli, 2. *part. decis. 77. n. 10.* ideò cum longè diversum jus deduceretur in Senatu justitiæ quàm in Consilio Regalis Patrimonii, nam in eo generaliter de valore privilegii agebatur, in hoc verò, ut etiamsi absolutè valeret, exemptio gabellarum limitanda esset, nullo modo poterit locum habere exceptio litis pendentiæ vel rei judicatæ.

8 Nec obstabit *dict. l. si quis cum totum in principio*, ubi qui totum petierit, excludendus exceptione rei judicatæ à petitione partis, quia respondendũ est, ejus Textus sententiam procedere quando is qui totum petierit vult partem petere ex eodem jure, & causa ex qua totum petiit, secus verò si ex diversa, ut docuit Paulus Castrẽsis *in eo Textu in principio*, & probatur expressè *in d. §. si ancilla, vers. in his igitur* ibi *Sed in cementis, & tignis*, diversum est, nam is qui insulam petiit, si cementa vel tigna, vel aliquid aliud suum petat in ea conditione est, ut videatur aliud petere. Sic in nostro casu, non agitur de infirmando privilegio ex nullitate, injustitia, non usu vel defectu possessionis aut ex aliis causis quæ solent contra prædicta privilegia opponi, sed solùm dicitur hoc privilegium utcumque sit validum, & in observantia exẽptionem Gabellarum, quam concedit limitandam ad ea quæ ex vicinorum cultura proveniunt, *ex d. l. 11.* quod antea in judicium deductum non est, postquã adhinc paucis annis à fisci Patronis istæ actiones propositæ fuerunt ut privilegia limitarentur.

9 Præterea quia licèt non solùm hoc iudicium penderet in Senatu iustitiæ, sed etiam re iudicata in eo obtentum esset, privilegium observandum, adhuc nihil obstaret novæ actioni quæ à fisci Advocatis adversus privilegium, intendunt, quippe ultra quàm res diversa est, ut prædiximus, licèt adversus rem judicatam non admittantur exceptiones, quæ illam destruant, vel in totum impugnent, recte verò admittuntur quæ limitant, modificant, vel restringũt, ut in nostro casu privilegium esse limitandum in rebus quæ ex negotiatione procedunt, & similes exceptiones in executione rei judicatæ possunt denuo opponi, & probari, *arg. l. tametsi ff. ad Macedonianum, l. ex diversa, 18. §. fin. ff. solut. matrimonio l. fidejussores 42. §. 1 ff. de fidejussoribus, l. Nesennius Apollinaris, 41. § fin. ff. de re judicat.* Iason. *in l. 1. n. 18 Cod. de jur. & facti ignorantia*, plures refert Parlodorus *lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. 5. part. §. 11, n. 15.* post plures Boërius *decis. 43. n. 1. & 5.* & idem est contra instrumentum stante statuto quod nulla exceptio admittatur, ut tradit Bart. *in l. filius, ff. quod cum eo.* Iason. *in d. l. 1. de jur. & fact. ignor.* & hos referens Menasses *ibidem n. 39.* Alex & alii, quos refert & sequitur Avendaño *in l. 4. & 5. tit. de las excepciones n. 28. versic. & li et ista opinio*, latè Barbosa *in l. maritum, 46. & 5. ff. soluto matrimonio.*

Sed etiam ad Regalis patrimonii Senatus jurisdi- 10
ctionem spectat interpretatio contractuum qui ab ipso fierent de rebus Patrimonii Regii, aut si quid ex ipso contractu procederet, quod ejus extensionem, restrictionem, vel rescissionem respiceret, & generaliter quælibet interpretatio facienda est ab eo, qui contractum fecit, quia ultra quàm contractus fuit circa Patrimonium Regium interpretatio rectius facienda ab eo, qui celebravit, *ut argumento l. 2. §. postea, ne diutius hoc fieri, ff. de origine juris* ibi: *Vt leges corrigerent, si opus esset, & interpretarentur*, notarunt Interpretes *ibi*, & facit Glossa, *verbo Praeses Provinciæ in l. ab executore 4. ff. de appellat.* ubi Bart. *n. 5.* latè Ripa *in rubrica, ff. solut. matrim. n. 48. l. in contractibus, §. fin. Cod. de non numerat. pecunia*, & post plures ex antiquioribus quos refert, notavit Covarr. *lib. 1. variar. cap. 4. n. 1.* & videndus Additionator ad Decium *in l. vinum ff. si certum petatur, n. 11. litt. A.*

Et generaliter de omnibus rebus, quæ fierent in 11
Senatu Regalis Patrimonii non posse cognosci in Cancellariis legibus nostri Regni decretum est ex novis ordinationibus hujus Senatus, quæ editæ anno 1593. & constat *cap. 74. Curiarum Matriti anno* 1585. & in nova compilatione legum hoc insertum fuit, ut constat ex libello ei addito, *lib. 2. tit. 5.* & absolutè quotiescumque fiscum causa contingere potest, vel de ejus præjudicio tractatur, ea discutienda in Senatu Regalis Patrimonii, quia non debet coram Iudicibus extraneis fiscus litigare, sed coram propriis *ex toto titulo, Cod. ubi fiscales causæ*, & si quid ratione dependentiæ, connexitatis, aut cohærentiæ possit ad illas causas pertinere, juxta *l. nulli, Cod. de judiciis*, & quod notarunt Bald. *ibi*, Boherius *decis. 69. n. 24.* Vivius *decis. 136. n. 1.* & Doctores *in titulo, ff. de quibus rebus apud eundem Iudicem eatur in Senatur in Senatu Regalis Patrimonii, de eo agendum.*

ALLEGATIO LIV.

Gabella solvenda de rebus quæ venduntur ad bellum.

1 *Fiscus non solvit gabellam.*
l. locatio, res exercitui. ff. de public. & vectig.
l. si publicanus, §. earum ff. eodem.

l. uni

universi, Cod. de vectigal. & commiss.

2 *l.11.in principio,tit.11. p.3.*

3 *l.5. tit.7.p.5.& n.10.*

4 *Almoxarifazgo non solvebatur pro rebus quæ ad exercitum adducebantur.*
Gabellæ quando sint inductæ?

5 *Gabella solvenda de rebus, quæ ad exercitum transportantur.*

6 *l.1.tit.18.lib.9. Recop.*
l.38.tit.18.lib.9.Recop.

7 *Argumentum ab speciali validum est.*
Exceptio firmat regulam in contrarium.
l.nam quod liquide, ff.de pen.leg.
l. quod Labeo, de Carboniano edicto.

8 *l.38.tit.18.lib.9.Recop.*

9 *l.3.4.8.tit.18. lib.9.Recop.*

10 *Clem. fin. de rescriptis.*
c.cum capella,16.de privilegiis.
Solvendam gabellam de rebus quæ ad exercitum venduntur Senatus decrevit, ut n.6.

Gabella utrum debeatur de rebus, quæ ad exercitum venditæ transportantur? Pro explicatione l. 38. tit. 18. lib. 9. Recopilat.

1 EST non deberi suaderi videbatur ex *l.locatio, alias licitatio, §.res exercitui juncta, l.si Publicanus, §. earum rerum, glossa penult. ad finem, ff. de public.& vectigalibus, l.universi.Cod. de vectigal.& commiss.*ibi: *vel ad fiscum inferunt,*& conducunt tradita à Peregrino *in tractat. de privileg.fisci, lib.6. tit.5.num.23.* ibi: *item si res exercitui paratur.*

Sed tamen contrarium longè verius est ut Gabella debeatur pro rebus, quæ venduntur ad bellum & exercitum: nam licèt vectigal debeatur de rebus, quæ de uno Regno ad aliud inferuntur, & ita hoc jus vectigalis videatur non deberi de rebus, quæ ad exercitum in eodem Regno transportantur *ex l.11. in* 2 *principio,tit.11.part.3 l.5.tit.7 part.5.*

Sed hoc intelligendum est, quoties res adducitur expensis, vel periculo ipsius Regis, vel Gubernantiũ, *dict.l.5.* ubi cum relatio fieret, de quibus vectigal non solvatur, id est, de rebus, quæ ad exercitum, vel ad fiscum deferuntur, hoc omne insinuavit, dum tradit non esse solvendum vectigal de rebus, quæ ad Regem adducerẽtur, & limitat, nisi is, qui res adduceret, venderet ipsi Regi, quia tunc vectigal solvendum, ex quo etiam in hoc vectigali dicendum solvi oportere de illis, quæ ad exercitum ducerentur, quando postea ipsi Regi earum rerum venditio fieret.

3 Verumtamen quamvis certum esset vectigal antiquum non deberi pro rebus, quæ ad exercitum transportarentur, illudque hodie dici *Almoxarifazgo* tradit Parlad. *lib.1. rerum quotid. cap.3. n.16.17.* quamvis verè sit omne jus Portuorii, ut sunt in Castella, Aragonia, & Lusitania.

4 Sed licèt hoc in vectigali antiquo admitteretur, tamen in gabella, quæ noviter inducta fuit post dictas leges partitæ tẽpore Regis Alphonsi XI. anno 1349. ut constat *ex c.261.ejus Historiæ*, & addendi Zamalloa, Ioannes Miriana, Illescas & alii, quos referunt Ioannes Gutierrez *de Gabellis, quæst.2.n.2.& 3.* Lazarte *in eodem tractatu in præfatione. n.13. 19.* & 20. Gironda *de Gabellis in præludio. n.8.* quibus addendus Petrus Lupus de Aiala *in Historia Regis anno 2.cap.18.*

Vnde quamvis de vectigali antiquo exemptio concederetur in rebus, quæ ad exercitum adducerentur, non potuit tamen hoc intelligi quoad Gabellam, quæ post dictam legem partitæ inducta fuit, cum *ex l.1.tit.18.lib.9. Recopil.* expressè traderetur omnes teneri solvere Gabellam & nullum excusandum, nisi privilegium habuerit, quo eximatur à solutione Gabellarum, & regulæ standum est, dum liquidè de exceptione non constat. Bald *in l.2. n.5. Cod. de bonor. possess. secund. tabul.* Molina *lib.1. de primogeniis, cap.4. n.34.* Burgos de Paz *cons.18. num.7.& 8.* 7

Et nulla exceptio invenitur in jure Hispano, qua exemptio non solvendi gabellam de rebus, quæ ad exercitum adducuntur, concessa sit, imò potius suadere videtur *dict.l.38 tit.18.lib.9. Recopil.* ubi traditur non debere solvere Gabellam Fabros Ferrarios ex instrumentis, quæ fecerint in Castris, unde insinuat per argumentum ab speciali: quod validum est, ut notarunt Menoch. *consil.9.n.10.* Ioseph de Sesse *decis. Aragonum, 97.num.15.* Everardus, *in locis legatibus, loco 68.* Antonius Canarius, *in tract de insinuat.1.part.n.46.* & quia exceptio firmat regulam in contrarium *l. nam quod liquidè, ff. de penu legata,* Menoch. *de arbitrariis, lib.1.quæst.30.n.4. & cons.4. num.23. & cons.148. num.31.* Valascus *consultatione 45. numero 1. ad finem*, Gonzalez *Reg.8. Cancellariæ gloss.51. numero 2. & gloss.54. numero 19.* 8

Vt de reliquis rebus, quæ in Castris venderentur est solvenda gabella, aliàs enim, si regulariter non deberetur inutilis esset dispositio *dictæ legis*, 38. contra regulam *legis quod Labeo, ff. de Carboniano edicto.*

Confirmatur ulterius *ex l.3.& 8.dict.tit.18 lib.9.* 9 *Recopil* ubi traditur eos qui cum Ecclesiis, vel cum Rege contractum fecerint quia eis vendiderint non esse excusandos, ut solvant gabellam, & necessariò emptio eorum qui in exercitu venderent proponi, & exprimi deberent quemadmodum & ipsius Regis exemptio, ut quando venit ne solvat gabellam exprimitur, *in l.4. in fine tit.17. lib.9. Recop.*

Denique quia cum tempore *dictæ legis, 5. titulo 7.* 10 *part.5.* ex qua contra desumi voluerunt etsi verè non probet ut prædiximus, prædicta solutio gabellarum inducta non erat, omnes, qui vellent exemptionem rerum, quæ in exercitu venduntur inducendam, non poterunt ullo modo extendere ad gabellam, quæ postea inductâ *argumento Clementinæ fin.de rescriptis,*& tradit in terminis *Glossa unica in principio in cap.cum capella 16 de privilegiis*, Otalora *de nobilitate, 4. part.cap.5. num.3. & 4.* & ita fuisse judicatum tradit Peregrinus *de jure fisci, lib.6. tit.5. num 22. circa finem,*& non potest considerari exemptio solvendi gabellas, nisi expressa sit & comprehensa *in tit.18. & 19. lib.9. Recopilat.*& ita obtentum fuit & gabellam ex his rebus solvendam decretum.

ALLEGATIO LV.

Gabella debetur ex venditione mixtarum potionum cum aqua.

1 *Aquæ usus communis, nec pretio emitur.*
2 *Gabella solvitur juxta consuetudinem rerum ex quibus solvenda.*
l. fin. tit. 22. lib. 9. Recop.
3 *Aqua mulsa unde dicatur, quomodo fiat & ad quos usus deserviat?*
l. si quis vinum, §. simili modo, ff. de vino trit. legat. num. 4. & 12.
4 *Potiones antiquorum variæ, alica, mulsum, passum, zythum, camum, & aliæ.*
l. 1. §. 1, de rei vindicat.
l. adeo 7. § cum ex alieno ff. de acquir. rer. dom.
§. ecce, instit. de rer. divis.
5 *Deorum potiones, nectar, & ambrosia.*
6 *Gabella debetur ex venditione mixtarum potionum.*
l. 1. tit. 17. lib. 9. Recopil. & n. 18.
Venditum quod sit intelligitur ex qualitate pretii.
7 *Mixti quod potentius prævalet.*
l. quæritur, ff. de statu hom.
8 *L. imperium, ff de jurisd. omn. judic.*
9 *Mixtum instituit speciem separatam à simplicibus, & sub illis non comprehenditur.*
10 *Ratio diversa aliud jus continet.*
11 *Actiones mixtæ quæ sint?*
l. 1. ff finium regundorum.
§. sed si inter aliquos instit. de oblig. quæ ex quasi contractu.
12 *Mulsum quomodo fiebat?*
l. idem Pomponius, §. idem scribit, ff. de rei vindicatione.
13 *Aqua dum miscetur amittit suam naturam.*
c. non apponeres de Baptismo.
14 *Aquæ ideo gabella non solvitur quia communis, & nullius pretii.*
15 *Nivis venditæ gabella debetur.*
Nivium ad potum refrigerandum de usu antiquorum.
l. in argento potorio, 23. de aur. & arg. legat.
16 *Nivem servandi modus proponitur.*
Nives nigræ, cæruleæ, flavæ quæ sint?
17 *Aqua in aliquibus Regionibus vendi solet.*
l. 1. ff. de aliment. legat.
l. mella 14. §. quidam, ff. eodem.
18 *Gabella debetur venditionis aquæ mulsæ.*
19 *Consuetudo non prodest ad gabellarum exemptionem.*
l. 1. tit. 15. lib. 4 Recop.
l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopil.
Lex semper præsumitur in viridi observantia.
l. Arriani, C. de hæreticis.
Facultativæ solum possunt præscribi à tempore prohibitionis.
l. 1. C. de servit. & aqua.
l. qui luminibus, ff. de servit. Vrb. prædio.
20 *L. 14. tit. 18. lib. 9. Recopil.*
l. fin. tit. fin. lib. 9. Recopil. in libello.
Addito salutis hominum favore decretum ut ex medicis mixtis gabella non solvatur.

Vtrùm ex venditione aquæ mulsæ Hydromelis quam dicimus Aloxa, *gabella debeatur?*

EST non deberi suadere videbatur, 1
quia aquæ nulla debetur gabella, cum in ea quæ omnibus patet, & communis est non censeatur pretium verum nec venditio contracta juxta illud Ovidii *lib. 6. Metamorphos*

Quid prohibetis aquas? usus communis aquarum est.

Et ideo Plautus, *in Asinar. act. 1. scen. 3.* inquit,

Aëra, aquam, solem hæc argento non emo.

Ex Baconio, Hothomano, Brecheo, & Connano, notavit Osualdus *in notis ad Donellum lib. 4. comment. cap. 2. lit. D.*

Et ideò ex aqua gabellam non solvi probavit La- 2
zarte *de decima venditionis, cap. 2. num 33.* in quod etiam consentit Parlador *l. 1. rerum quotidianarum, cap. 1. §. 2. n. 25.* ex quibus, Humada, Gregorio Lopezio, & Gironda idem probavit Ioannes Gutierrez, *de gabellis, quæst. 55. num. 32.* & cum non fuerit consuetum ex aqua mulsa exigi gabellam, id debet admitti, quia gabella solvitur ex eis de quibus solvi est consuetum, *l. fin. tit. 22. lib. 9. Recopil.* juncto Guterrio *de gabellis, q. 5. n. 25.*

Verumtamen contra in hoc casu dicendum est; 3
quippe vera venditio, in ea intercedit, & non solum ex aqua constat, sed melle, speciebus, eáque secundum Antonium Nebrisensem à Mauris inventa, quia *alexa* Mauritanum nomen tradit, Græcum esse notavit Sebastianus Novarr. *in origine linguæ Castellanæ, verb. aloxa,* ubi adducit locum Hippocratis eis verbis: *Dilutum seu decoctum prædulcium favorum cujus parandi mos erat favum exprimentes, mel ipsum in purum lebetem aqua limpidissima plenum immittunt, deinde decoctum donec abunde suum laicem favi deposuisse in aqua tunc seponunt usuique reservant quo deinde æstivis horis potus loco sitim extinguunt,* & facit locus Plinii *l. 31. c. 6.* dum inquit: *Hydromeli quoque ex imbre puro cum melle temperabatur quondam quod daretur appetentibus vinum ægris,* & videndus Marcellus Virg. *in Dioscor. l. 5. c. 9.* de quo memoratur Vlpianus *in l. si quis vinum, 9. § si mihi modo, ff. de vino, tritico, & oleo legato,* videndus Brisonnius *verbo Hydromelis,* & nominis Etymologia ejus denotant essentiam à verbo Græco, ὕδωρ, quod significat aquam, & Græco etiam μέλι, quod mel denotat.

Et similes potiones antiquis in usu fuerunt ut alica, 4
de qua Martialis *lib. 13. Epigr. 6.* ubi modum eam conficiendi ex Plinio, Mercuriali, Palladio, & Ioanne Bruierino *lib. 5. de re cibar. cap. 12.* notavit Raderus *d. Epigramm. 6.* mulsum etiam fuit quod ex vino fiebat, & melle, Plinius *l. 22. c. 24.* & ejus memorátur Iuris Consulti *in dict. si quis vinũ, l. 1. § 1. de rei vindicatione, l. adeo, 7. §. cum ex alieno, ff. de acquir. rer. dominio §. ecce, instit. de rerum divisione,* & Seneca *epist. 122.* ibi: *dicitur mulsum, & alicam poposcisse à balneo exisse,* & Martialis *d. Epigram. 6. & lib. 13. epigr. 101.* Macrobius *lib. 3. c. 11.* quem ad explicationem Virgilii refert Ioannes Ludouicus de la Cerda *l. 1. Georg. versic. 344. nota 15* & de *passo,* Martialis *ibidem,* quod ex uva passa cogebatur memorátur Virgil. Plinius Columella, & Nonnius, quos refert Raderus *d. epigram 101.* alias etiam potiones retulit, Vlpianus *in dict. l. si quis vinum,* ut zitum, camum, cere

cereviſiam & de camo & acimaticio vel aromaticio, vide poſt Haloandrum Dioſcoridem, & Cavitium, Alciatum *lib.1.prætermiſſo verbo camum* quos refert Gothifred. *in d.l.ſi quis vinum.*

Et de mixtarum potionum apud antiquos, quæ ex Plinio, Catone, Dionyſio Vticenſi, Brodeo, Athenæo, & aliis notavit Zuingerus *in Theatro vitæ humanæ, vol.21. lib.2. pag.3799.* & adeo gratiſſimas ſimiles potiones antiqui exiſtimarunt, ut etiam ſuis Diis deſtinarent; nam eorum potum *nectar* fecerunt, & *Ambroſiam* cibum, licèt alii contrà feciſſe, ambroſiam potum tenuerunt, nectar cibum, & id ſenſiſſe videtur Virgil. *lib.4 Georg. verſ.419.* ibi:

Hæc ait, & liquidum Ambroſiæ diffudit odorem.

5 Et hanc differentiam ex Appollonio, Pindaro, Horatio, Athenæo, Sapho, Natali, & Nonio, notavit Ludovicus de la Cerda *ad Virg. dict. verſ 410. not.1.* & ideò in proverbiũ abiit *nectar*, pro quavis re dulci & ſuavi, ut ex Martiali, Lucretio, Symmacho, Claudio Mario, & Lipſio probavit idem Cerda *Bucolicorum, eclog.5.verſ 71.nota 25.* & idem tradit Ambroſiam ut quid divinum exiſtimari, *ad Virg.1.Æneid.verſ. 407.not.3.& 4.* de quo vide noviſſimè P. Sherlogum *in Cantica Salom.3.tom.veſtig.35.ſect.3.n.35.*

6 Ex quibus apparet in his & ſimilibus potionibus, quæ ex aliquarum rerũ mixtura fiunt, gabellam eſſe ſolvendam, quippe ex ea ratione non deberi ex aqua tenuerunt ſupradicti, quia cùm communis ſit, nullum ejus pretium conſideratur, nec venditio & potius pro facto aquatorũ, qui eam conducunt, quàm pro valore rei pretium detur, ut notarunt Lazarte & Gutierrez, unde quando non ſolùm aqua venditur, ſed mel & ſpecies quæ illi miſcentur, vera venditio eſt, & gabella ſolvenda, *ex l.1.tit.17.lib.9. Recopilat.* præſertim cùm pretium quo venditur aqua mulſa, maximum ſit, nec correſpondeat aquæ, ſed illam excedat, & ex qualitate pretii colligitur quæ res vendita ſit, Alexander *lib 5. conſ.48.num.5.& conſil.68.num 9.* Zephalus *conſil.505.num.2.* junctis quæ notavit Afflictis *deciſ.68.num.2* idem Alexand. *in l.divortio, §. ob donationes, n.7. ff. ſolut. matrim.* ex Ruino & aliis Hieron. Gabriel *conſil.168.n.30.*

7 Tu quia in rebus mixtis illud quod majus & principalius prævalet, *l. quæritur, 10. ff. de ſtatu hominum,* & ex Iaſone pluribus, quos refert Hieronymus Gonçales, Rolandus à Valle, Tiraquellus, Menochius, Antonius Gomezius, D. Salgado, & aliis pluribus, ego notavi *in diſputationibus Granatenſibus diſput.1.n.9.*

8 Et ultra ea conducit Textus, *in l. imperium, ff. de juriſdictione omnium Iudicum,* ubi quod participat à juriſdictione appellatur mixtum imperium, non mixta juriſdictio, quia dignius eſt Imperium, & Iaſon plura cumulat exempla *in d.l.imperium, n.3.* & ita non debet cenſeri venditio aquæ, ſed earum rerum quæ miſcentur & digniores exiſtimantur.

9 Denique quia quod mixtum eſt ex diverſis ſpeciebus conſtituit tertiam ſpeciem ſeparatam à ſimplicibus contrariam, aut diverſam naturam habentibus, ut in ſtatutis & ſub ſimplici non contineri probavit Tiraquellus *de retractu lignag 2. p. declaratione 4. n.3.& 4.* & notant communiter Doctores *in leg. ſi ita ſcriptum, ff. de liber. & poſthum.* latiſſimè D. Caſtillo *tom.5.controverſ. cap.89.* maximè *n.160.* & ita in aqua mulſa, quæ ex illa & aliis ſpeciebus mixta eſt idem conſiderandum, ut ab aqua diverſa cenſeatur, & tunc ſub ſimplicibus caſus mixtus judicandus, quando eadem ratio militat, quæ in ſimplici, idem Tiraquellus *de legibus connub. glaſſ.3.verbo contrafiet, n.69.& 70.* latiſſimè probavit idem D. Caſtillo *tom.5.controverſ.2.p.cap.134. n.34.*

Vnde cùm diverſa ratio militet, ut manifeſtè apparet in aqua mulſa, quia omnino differt à ſimplicibus, ex quibus fit, dicendum eſt aliter accipiendum eſſe *argum.l. ſi quis ſervum, ff. de tritic. vino & oleo legat.* Farinacius *in fragment. verbo mixtum, n.31. uſque n.44.& ſequentes.* 10

Rurſus quia licèt ſpecies quæ miſcentur, videantur amittere ſuam naturam, & in aquam transfundi, non tamen ex eo amittit naturam, eſſentiam & effectum mixti, *argumento textus in §. mixtæ, inſtit. de actionibus,* ubi actiones communi dividundo, & finium regundorum dicuntur mixtæ, licèt principaliter ſint perſonales *l.1. finium regundorum, §. ſed ſi inter aliquos, inſtitut. de obligat.* quæ ex quaſi contractu naſcuntur, explicat Alex. *in l.2.§.1. de verb.obligat.* Petrus Gambarus *de authoritate legati, lib.3.numer.384.* adde quæ ex Antonio Fabro, Donello, Oſualdo, Pace, Gregorio Lopezio, & aliis tradit Richardus *in § quædam actiones, in princ. inſtit. de action.* 11

Sed & probatur expreſsè *dict. leg ſi quis vinum, 9. ff. de vino, tritico, & oleo legato,* eis verbis: *Sed ſi mulſum factum ſit, vini appellatione non continebitur propriè niſi fortaſſis paterfamilias de hoc ſenſerit;* & diximus mulſum ex vino & melle fieri, ut ex aqua & melle fit Hydromelis, & ex Pomponio reddit rationem Vlpianus nobis aptiſſimè *in l.idem Pomponius, §. idem ſcribit, ff. de rei vindicatione,* ibi: *Si ex meo melle & vino tuo factum ſit mulſum quoſdam exiſtimaſſe, id quoque communicari. ſed puto verius (ut ipſe ſignificat) ejus potius eſſe qui fecit, quoniam ſpeciem priſtinam non retinet;* de qua re ultra quæ de mulſo notavimus, videndi Alciat. *lib.9. Parerg. cap.2.* Cujac. *lib.24. obſervat. cap. penult.* Forcatulus *in penu juris, c.8.* etſi conſtituit diverſam ſpeciem à vino mulſum, idẽ in Hydromeli ut diverſa cenſeri debeat ab aqua, dicendum, & in terminis gabellarum, quod omnis liquor proveniens ex vino vel aqua non dicatur vinũ vel aqua, docet Iulius Ferretus *de gabellis, n.594.* 12

Confirmatur, quia aqua dum miſcetur, amittit ſuã naturam, & in alio caſu probat Text. *in cap. non ut apponeres,* & *ibi* Abbas & ejus additio *de Baptiſmo,* Sylveſter *in ſumma, verbo, Baptiſmus, 2. ad finem* ibi: *Sextò etiam, quia neque aliquo humore producto ab arte ſicut eſt aqua roſata, & aqua ardens, & generaliter lambicata ex aliquo mixto, ut cereviſia & hujuſmodi, quia hujuſmodi ſpecies differunt ab aqua naturali,* explicat, Nicolaus Plobe *de Sacramentis 1. p. c.1.n.5.* Gregor. Lopez *in l.2.tit.4 part.1. gloſſa 2.* ex Filliucio, Enrique, Zunardo, Antonio, Ferdinando, Ioanne de la Cruz, & aliis, Diana *3 p. tract.4. reſol.51.* 13

Sed etiam ea ratione admiſſum ab Interpretibus aquæ gabellam non inductam, quia cum ea communis, & nullius pretii ſit, non videatur venditio contracta, & admittunt, quando aquæ venditio fieret, tunc gabellam deberi, ut ex Lazarte, Gironda, Peguera tradit Gutierrez *de Gabellis dict. quæſt.35. num.33.* & inde ex eiſdem Parladorio tenuit idem Guterrius *num.34.* 14

Idcò ex nive gabellam deberi, quia licet communis & parens ſit ea reconditur ad tempus æſtivum, & propriam venditionem nivis contrahi, & de nivis uſu ad refrigerandã aquam antiquitus apud Romanos uſitatam notavit Martialis *lib.5. Epigram.65.& lib.6. Epigram.86.& lib.14. Epigram.104.105.117. 118.* Videndus Mercurialis *lib.1. variar. lectionum, c.8.* qui antiquiſſimum uſum nivium potatorum ex Athæneo, & Athæneus ex Dexierate, Eutiere, & Xenophonte declarat, & de nivis veterũ luxu pluribus Stuchius *lib.3.pag.301.* ex Ariſtotele Agellius *lib.19. noct. Atticar. c.5.* Alex. ab Alex *lib. dierum genialium,* 15

cap.

*cap.25.*ubi Græcos usitasse tradit, addendus Cælius Rodiginius *lib.9.antiquar. lectionum, c.12.* & de colo nivario mentionem fecit I.C. *in l.argento potorio 23. ff. de auro & argento legato*, ideo etiam Pater Raderus *ad lib.14.* Martialis *Epigram.94.*qui adducit Turnebum *lib.27.adversc.18.*

16 Et de arte qua nives in æstate servantur, Plutarchus *problema 6.*ex Seneca, Plinio, Macrobio, Athenæo D.Augustino & aliis pluribus notavit Raderus *dict.lib.14.*Martial. *Epigram.107* ex Suetonio, Plinio, Galeno, Avicena, Valeriola, & Valesio, plura Bobadilla *lib.3. polit.cap.4.n.9. & 10.* & velut singulare noto, quod de nive nigra, cærulea & flava tradit Bartolomæus Leonardus *in debellatione insularum Molucarum lib.3.pag.118.*

17 Sed in aliquibus Regionibus venalem esse aquam probatur *l.1.ff.de aliment.legat.*ibi: *Si in ea Regione fuerit aqua, ubi venundari aqua solet*, facit *l.mella 14. §.quidem ff.eodem*, eis verbis: *Cum in Regione Africæ, vel forte Ægypti res agi proponebatur, ubi aqua venalis est*, & ego expendo Martialem *lib.3. Epigram 56.*

Sit cisterna mihi quam vinea malo Ravennæ,
Cum possim multo vendere pluris aquam.

Et facetissimum locum nota ejusdem Martialis *in Epigrammate sequenti 57.*

Callidus imposuit nuper mihi Caupo Ravennæ.
Cum peterem mixtum, vendidit ille merum.

Quasi fraudi & impostur æ tribuat ei venditum vinum merum, cum peteret mixtum, & dilutum aqua: nam ut *in Epigrammate antecedenti* tradiderit pluris Ravennæ aqua æstimatur, quàm vinum, & adde quæ ex Strabone notarunt Radeus, & ex Sidonio Apollinari eruditissimus noster D.Laurentius Ramirez de Prado *dict. Epigramate 56.* & cum eo casu, quo venditur ratio cesset ex qua gabella ex aqua non debeatur, debet cessare dispositio, & opinio eorum, qui contra tenuerunt.

18 Denique non obstant, quæ contra adducta, quia, ut prædiximus, omnia fundamenta, quibus Interpretes moveri videntur, cessant in aqua mulsa, quia cum venditio ejus fiat ex pretio, quod potest veram constituere venditionem, gabella debebitur ex generali regul.*l.1.tit 17.lib 9 Recop.*

19 Nec in hoc casu excusare poterit quælibet consuetudo; nam ultra quam nulla prodest ad gabellarũ exemptionem, *l.1.tit.15.lib.4.l.1 tit.18. lib.9 Recopil.* & lex semper esse præsumitur in viridi observantia, *l.Arriani, Cod.de hæreticis* non potest in hoc casu consuetudo prodesse, quia aquæ mulsæ usus paucis abhinc annis inductus in Hispania, & licèt antiquus esset, deberet probari (ut consuetudo prodesse posset) aliquando petitam fuisse gabellam aquæ mulsæ, & quia allegarunt eos consuetudine non solvendi juvari: ideo absolutos *argum.l.qui luminibus.ff.de servit. urban.prædior.l.1.Cod.de servit.& aqua.* & quod *alibi* notavimus, & certissimum est in rebus meræ facultatis solum à tempore prohibitionis jus adquiri, & latissimè probat D Castillo *de ter.cap.32.per totum* Et similiter in gabella dicendum, ut tantum à tempore, quo intenderetur non solvendam gabellam, jus ex illa consuetudine, si illa foret, adquiri posset.

20 Nec prædicta aliqualiter turbare poterit, quod etiam objiciebatur, ut quod *ex l.14.tit.18.lib.9.Recopil.* decretum erat debere gabellam Pharmacopolas ex medicinis, quas vendunt, id limitatum *ex l.fin. tit.fin.dict.lib.9. in novo volumine Recopil.* ut solùm procedat in medicinis simplicibus: nam in mixtis, & ex variis speciebus factis aliter dicendum, & gabella non solvenda, quia inde ad res mixtas generaliter potest fieri illatio, *argumento l.Papinianus cædi, ff. de minoribus, l.1. de const.Principum*, separata enim causa est, quia vitæ humanæ favore, ut medicinarum compositioni Officiales inducerentur à gabellarum solutione relevati sunt, ut notavit Lazarte *de decima venditionis cap.20.n.72.*

ALLEGATIO LVI.

De vectigali, illud imponi posse in mercede transportationis Epistolarum.

1 *Concessione officii Cursoris majoris à Rege factâ imponi adhuc potest collecta, in mercede epistolarum quæ non taxata in concessione.*

2 *Princeps dato bono Cambio ex causa publica potest tollere jus partis.*

3 *Rex in Hispania sine consensu Comitiorum generalium non imponit nova vectigalia.*
l.1.tit.7.lib.6.Recop.

4 *Vectigal in epistolarum mercede imponi potest sine consensu Regni juxta hujus casus speciem.*
Donationes à Principe factæ vassallis ob benemerita gratuitæ sunt, & liberales.

5 *Donatio liberalis censetur quæ à Principe facta, etiam intervenienti pecunia, si eam excedat concessio.*

6 *Beneficium Principis decet esse mansurum.*
c.beneficium de reg.jur.lib.6.
Princeps debet liberalis esse cum subditis.
l.fin.Cod.de officio Præfecti Africæ.

7 *Donationes à Principe factæ possunt ex utilitate publica revocari.*
Reges Hispani immoderatas donationes sæpius revocarunt.

8 *Tributa nova tempore necessitatis imponere Princeps potest, nec consideratur tertii præjudicium.*
Accidentalia non attenduntur, & n.9.

9 *Pontifex an possit legitimare spurium, ut succedat in bonis temporalibus?*
l.1.de autor.tutor.
l.si quis ne causam, ff.si cert.petat.
l.si ergo, ff.eodem.
l.3.§ fin.ff.de liberat.legat.
l.quædam 62.ff.de adquir.rer.dom.

10 *Officia publica potest Princeps augere vel minuere nisi aliud conventum.*

11 *Pretiorum justa taxatio pertinet ad Principem.*
l.1.§.cura carnis, ff.de offic.Præfect.Urb.
l.annonam, 6.ff.de extraordin.crimin.

12 *Augmenti & decrementi eadem est ratio.*
Princ.instit.de his quæ sunt sui.

13 *Vectigalia quæ post conductionem eorum imponuntur, non pertinent ad conductorem.*
l.1.tit.22.lib.9 Recopil.

14 *Augmentum vectigalium debet Principi applicari.*
l.unica tit.31.lib.9.Recopil.

An possit Princeps & ejus nomine Comitia generalia Regni inducere tributum in mercedis pretio epistolarum quæ à Cursore majori transportantur, suppositâ concessione ejus officii à Rege facta de qua Allegatione 50. disputavimus.

1 IN hac re cum ex Comitiis generalibus Regni ad bella, quæ rebelles & eorum fautores in nostrum Regem his temporibus excitarunt, tributa extraordinaria concederentur millies decies aureorum, quos nos *decem milliones* dicimus, & dubitaretur, ut hæc summa colligi posset unde tributa solvenda, & ex quibus rebus desumi oporteret, dubitatum fuit an in pretio transportationis epistolarum, quod ordinarium est dimidii argentei, an possit minui pretium, ut quod ad ordinarium quod hodie solvitur supereſſet in tributum Principi cedat, vel illud augere & augmentum collectæ nomine huic decem millionum, Regni servitio applicari valeat, quasi cùm hoc officium à Principe concessum sit Comiti de Villamediana, qui hodie eo fungitur in ejus præjudicium cedat novam collectaneam in epistolis transportandis imponi, & cum Rex noster decerneret aliquos Senatores congregari, ut ab eis hujus rei justitia, & fundamenta discuterentur, & cum illis ego fuerim nominatus quæ pro jure imponendæ collectæ, & servitii Regnorum excogitavi valdè utile, & necessarium censui proponere.

Et imponi posse tributum in Epistolarum transportatione suadetur.

2 *Primò*, nam quamvis verum sit non posse Principem tollere jus parti quæsitum, aut aliquem suo dominio privare, & quando id utilitas publica suaserit debet interesse rependere (id est) quod dicimus dato bono cambio, Bartol *in l. ult. §. 1. ff. de pignorat. action.* ubi communiter Scribentes, Iason. *in l. Barbatius, n. 36. & sequent. ff. de officio Prætor.* Menoch. *cons.* 103. *n.* 16. *& consul.* 156. *n.* 48. Craveta *de antiquit. tempor. part.* 1. *n.* 17. ubi alios refert *l.* 31. *tit.* 18. *part.* 3. ubi latè Gregor. Lopez *glossa* 5. *l.* 2. *tit.* 1. *part.* 2. & Hermosilla plurib. *in l.* 53. *tit.* 5. *part.* 5. *glossa* 1. *&* 2. *num.* 19.

3 Tamen omissa opinione eorum, qui existimarunt urgente belli necessitate, quando bellum justum est, imponi posse tributa, quæ aliàs non imponenda, ut latè notavimus *allegat.* 59. *num.* 8. in hoc tamen casu etsi alàs Rex Hispaniæ debet cum consensu, & consilio Comitiorum generalium Regni nova indicere vectigalia, & sine hoc in Castella facere non solet, *l.* 1. *tit.* 7. *lib.* 6. *Recopil.* Avendaño *in cap. Prætor.* 2. *part. cap.* 4. *num.* 2. *& sequentibus*, Gironda, Parladorus, Az. ved. & alii quos refert, & sequitur Bobadilla *lib.* 5. *Politicæ*, *cap.* 5. *n.* 3. qui probat idem in Anglia observari, & in Germania, & Gallia similiter, ut in Hispania decretum sine decreto Provinciarum Regnorum nova tributa non indicantur, notavit Magister Marquez *in Gubernatore Christiano lib.* 1. *cap.* 29. *pag.* 129. & nos justissimum esse probavimus *dict. allegatione* 59. *numero* 9. *cum sequentibus.*

4 Sed in nostro casu ipse Rex solus absque Regni consensu hoc potest inducere tributum; nam concessio, quam hujus muneris fecit Comiti de Villamediana fuit de Regalibus, ut probavi *alleg.* 10. *per totam.*

5 Et licèt facta fuisse propter benemerita, & servitia, quia illa debent Principi exhiberi, & Princeps non potest cogi ad eorum remunerationem, quando salarium Vassallis, aut Ministris dederit, & contractu non fuit ad prælictas concessiones adstrictus, ideò eas merè liberales esse & donationem gratuitam & lucrativam continere ferè omnium Interpretum sententia comprobatur, ut constat ex Baldo *in l. qui se patris, C. unde liberi*, ubi alios refert Alex. *vol.* 2. *consil.* 216. Ægidius Bosius *titulo de Principe num.* 152. ubi tradit ita sæpissimè judicatum, & vide *num.* 523. idem in terminis Iulius Clarus *lib.* 5. *sententiarum*, *§. feudum quæst.* 77. Costa *de remediis subsidiariis, remedio* 114. idque ut tradit Paulus de Castro *in l.* 1. *C. de libertis & eorum liberis, num.* 3.

6 Etiamsi interveniret pecunia ex parte ejus cui concessio facta fuit, si nimis excederet privilegium pecuniam, quæ ultro Principi oblata, quia tunc & si mentio simul fiat de servitiis, *etiamsi merita dicantur esse quantumcunque grandia*: verba sunt Bosii *ubi proximè, num.* 528. nam manet concessio in terminis gratuitæ & revocabilis. Socinus *cons.* 4. *num.* 6. *vol.* 3. Natta *cons.* 511. *&* 512. *&* 657. Grammat. *decis.* 46. *num.* 5. Paulus de Castro *consil.* 317. *vers. sed in proposito*, *lib.* 1. Amadeus *in titulis, de his, qui feudum dare possunt n.* 98. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *c.* 29. *n.* 21. & innumeri relati à Pereira *de manu Regia*, *tom.* 1. *c.* 6. *n.* 7. Surdus *cons.* 419. *n.* 9.

7 Et quamvis privilegium & beneficium Principis decet esse mansurum, *cap. beneficium de regulis juris in* 6. tamen hoc ad liberalitatem Principis spectat, quia Rex explendo officium suum debet se præbere gratum & liberalem suis subditis ultra illorum merita *ex l. fin. Cod. de officio Præfecti Africæ*, tamen de juris rigore rectè poterit donationem gratuitam & liberalem revocare, Ripa *in l. si unquâ, Cod. de revocandis donat. quæst.* 14. *in vers. ita decisio*, & *ibi* Tiraquellus *verbo donatione largitus, n.* 106. *vers. quarta declaratio*, Surdus *cons.* 419. *n.* 46. & ex consiliis Gozadini, Curtii, Parisii, & Bruni, Menoch. 304. *num.* 19. & idem tenuit Gratus *lib.* 1. *cons.* 9. *num.* 174. Bellonus *consil.* 28. *num.* 9. idem Menoch. *consil.* 981. *num.* 14. & in hoc casu donationem ob benemerita à Principe subdito factam merè liberalem & gratuitam & justè posse revocari probavit Ponte *de potestate Proregis tit.* 5. *de extractis num.* 24.

8 Sed etsi quando per viam contractus fieret, contraria opinio communis sit, tamen etiam eo casu si vel nihil reciprocum interceſſit, vel utilitas publica suadeat revocationem, admittunt Iason *lib.* 1. *consil.* 56. Aymon Craveta *de antiquit. tempor.* 1. *part. principalt.* 2. *particula, num.* 38. Menoch. *dict. consil.* 81. *n.* 4 & ideò Rex Henricus, Reges Catholici & plures Hispaniæ Principes donationes ab eis factas revocarunt, ut *alibi* latè notavimus *allegat.* 8. *num.* 54. quo fit, ut cum in hoc casu in cessione officii Cursoris Majoris nihil ultro Principi daretur, sed propter benemerita & servitia ejus in quem collatum concessio facta fuit, & intercedat publica utilitas in hujus Collectæ impositione, ut palam est, meritò si totam concessionem posset Princeps revocare, rectius in hac re aliquale servitium imponere valebit.

9 *Secundò*, quemadmodum Princeps ex justa causa & urgente belli necessitate potest imponere tributa: nec considerabitur, an inde præjudicium tertio sequatur, quia cùm id accidentaliter eveniat, non est in consideratione, Innocentius & Antonius de Butrio *in cap. de voto*, Decius & communiter Doctores *in cap. quæ in Ecclesiarum de constit.* Anton. de

Petra *de potestate Principis, cap.*32. §.*aliud quoque, num.*29.

Et ideò quamvis ex multorum opinione Pontifex non potest legitimare spurium, ut in terris Imperii succedat in bonis temporalibus, ut ex Innocentio, Abbate,& Buttrio, Thoma Sancio, Peregrino, Ioanne Baptista, Lupo. Molina, Tuscho,& *l.*4.*tit.*15.*part.*4. Fajardo, Hurtado,& aliis.

9 Ego notavi *in decis. Granat. disput.*8.*n.*33. tamen potest legitimando ad Ecclesiastica, quæ ad ejus potestatem spectant, habilem reddere spurium, qui semel legitimus factus est, ut postea succedat in bonis temporalibus, & ita similiter fit, quando dispensat Pontifex in radice matrimonii: nam tunc ejus filii legitimi redduntur, ut in quibuscunque bonis succedere valeant, nec consideratur præjudicium eorum, quibus successio deferri posset, si ille legitimus non redderetur, quia id secundariò,& accidentaliter provenit, nec debet esse in consideratione, ut ex *l.*1 *ff de author. tutor. l. si quis nec causam*, ubi Doctores *l. si ergo, ff. si certum petatur*, *l.*3.§. *fin. de liberat. legat.* & aliis, diximus latè 2. *part. decis. Granat.*63.*num.*5. nam quæ non principaliter fiunt, sed veniunt in consequentiam, attendi non debent, *l. quædam* 62. *ff. de adquir. rer. dom.* & notarunt præter ordinarios, *ibi* Panormitanus *consil.*85. Felinus *in cap. quæ in Ecclesiarum, num.*16. *de constitut.* Curtius Iunior *consil.*1.*num.*21. Ludovicus Gomez, & alii quos ego notavi 1.*part. decis.*8. *n.*15. Ideò etsi præjudicium fieret Cursori Majori eo quod aliquod tributum, vel Collecta imponeretur in præjudicio mercedis transportationis cartarum non debet impedire, quin ad utilitatem publicam,& potestatem Regiam, quod spectat, discernatur.

10 *Tertiò*, quia si præjudicium Cursoris Majoris esset in consideratione, ut impediretur collectam & tributum imponi, similiter dicendum esset venditis, vel concessis officiis à Principe in aliquo loco non posse alia officia instituere, eo quod fieret præjudicium electis in officiis, si alii plures extarent, qui idem munus obtinerent, quia utilitas muneris,& auctoritas minueretur, si cum pluribus aliis commoda officiorum communicarentur, quod in muneris Decurionum, officiis Tabellionum, & aliis similibus, sine dubio contra obtentum fuit, ut possit Princeps ad libitum, si aliquid contra non conventum, officia minuere vel augere, & pertinet ad ejus Regalia, quibus infixum est,& annexum ejus supremæ potestati. *glossa* 2. *in l. nullus, Cod. de cohortalibus, lib.*12. ubi Platea & reliqui Scribentes, *l. in his, l. probatorias* 9. *Cod. de diversis officiis lib.*12. Lucas de Peña, *in l.*1.*num.*18. *C. de privileg. scholastic. eod. libro.* Guillelmus Benedict. *in capit. Raynuntius, verbo duas habens filias, num.*54. *de testam.* Tellus Fernand. *in l.*26. *&* 29. *Tauri, num.*10. Palatios Rubios, *in repetit. rubricæ de donat. inter, n.*7. *&* 8. Ioannes Franciscus de Ponte, *vol.*2. *cons.*137. *num.*5. *& decis.*28. *num.*28. *& sequent. & decis.*34. *num.*16. Cabedo *decisio.*33.2.*p.n.*1. Mastrillus *de Magistrat. lib.*1.*c.*13.*n.*10. & latius, *cap.*20.*n.*2. *& sequentib.* ubi ex Divo Thoma, & pluribus Theologis rectè probat.

11 *Quartò*, nam cum pretium transportationis cujusli- bet cartæ non taxatum sit, sed nimis quotidie augeretur usque ad dimidium argentei potest Princeps, absque eo quod Cursor major querelam proponere possit, ad justam taxationem hoc pretium reducere; nam ad Principem & ejus Magistratus pertinet justa pretiorum taxatio, *l.*1.§. *cura carnis, ff. de officio Præfecti urbis, l. annonam* 6. *ff. de extraordinariis criminibus*, pluribus Avilesius *in capitibus Prætorum, cap.*17. *glossa, verbo araçonables, n.*5. *&* 6. & Didacus Perez in *l.*6. *tit.*1. *lib.*2. *ordinamenti*, Azevedus & alii plures, quos refert Bobadilla *lib.*3. *Politicæ, cap* 4. *num.*62. idque à Romanis factum à Cornelio Sylla Dictatore refert Patricius *lib.*3. *de Republica, tit.*11. & à Theodorico Rege juxta Cassiodorum *lib.*7. *variar. cap.*12. de Iulio Imperatore, idem notavit Sozomenus *lib.*6. *Historia Tripartitæ cap.*40. quod à Pontificibus Britannis, Gallis, etiamque Turcis, & sæpius in nostra Hispania factum ex Petro de Aiala Episcopo Mindonensi, Ioanne Mariana, Bertrando de Argentre, Ludovico Bavia, & Petro Navarrete ego notavi *decis. Granatensi* 11. *à n* 23. *usque* 31.

Ex quo apparet pretium quod suo arbitrio impo- 12
suit, & percepit huc usque Cursor major, posse ad justam taxationem reformari, & quod decreverit taxatione ab eo quod hodie omnes communiter solvunt hujus tributi solutioni applicari, tum & quemadmodum potest Princeps pretium transportationis epistolarum minuere, poterit augere, quia augmenti & decrementi eadem est ratio, *argum. textus in principio instit. de his qui sunt sui, leg. si ex toto in princ. ff. de legat.*1. Menoch. *consil.*183. *numero* 37. Nata *consil.*253. *numero* 4. Surdus *consil.* 255.*num.*3. Rolandus à Valle *in tractat. de lucro dotis, quæst.*100 *per totam.* Et illud argumentum cedat in utilitatem hujus servitii quod à Regno ex publica causa, ad fidei & Regnorum defensionem Principi factum est.

Quintò, quia eo casu quo Princeps, augmentum 13
fecerit pretii, & mercedis conductionis,& transportationis cartarum, non debet illud cedere in utilitatem donatarii aut gabellarii, si forte Princeps hoc jus locaret, ut constat ex Textu expresso, ubi apertè traditur *in leg.*1. *tit.*22. *lib.*9. *Recopil.* eis verbis: *Como quiera que siendo los dichos derechos, que acrecentamos nuevos, y no a costumbrados, antes allevar esta claro, y sin duda que no se comprehenden en el assiento*; & postea iterum subdit, *toda via a mayor abundamiento ordenamos y declaramos que todos los dichos derechos quasi ne nuebo se acrecientan, y lo que demas, y alliende en virtud de los nuevos aranceles, declaraciones y aditamentos que en ellos se hizieren se acrecentar pertenece a nos y no alos dichos Almoxarifes.* Et in hoc casu non potest procedere distinctio Angeli *in leg. ut ubi* 27.*num.*2. *ff. de petitione hæredit.* ut quoties verba apta sunt comprehendere, augmentum, tunc cedat ei cui res concessa locata vel vendita, secùs verò quando concessio limitatur, ut tenuerunt Philippus Decius *in cap. cum M. Ferrarien sis numero* 13. *&* 14. *de constitut. & cons.*4.*num.*2. Menoch. *cons.*34.*num.*15. *&* 19. Peregrinus *de jure fisci lib.*6. *tit.*5.*num.*34. Lazarte *de decima venditionis, cap.*18. *numero* 84. *&* 85.

Sed verius est in utroque casu augmentum perti- 14
nere ad Principem, quia habetur pro novo jure,& sic sub veteri non contineri, & de consuetudine ita servari tenuerunt Boërius *decis.*180. *num.*8. & ex aliis probat Rosental. *de feudis, c.*5. *de Regalibus conclus.* 40.*n.*3. & apud nos sine dubio observari oportet *ex dict. l.*1. *tit.*22. *lib.*9. *Recop. & ex decis. textus legis unicæ in fine tit.*31. *lib.*9. *Recop.* ubi augmentum Principi reservatur.

ALLE

ALLEGATIO LVII.

Libertatem Ecclesiasticam non lædi rerum quas vendunt Ecclesiastici Gabellam solvi ab emptore laïco.

1 *Gabellæ solutio legibus nostris regulariter pertinet ad venditorem.*
Gabellæ olei quod Hispali venditur, solvendæ à venditore & emptore pro dimidia.
l.3.& 4.titulo 17.lib.9. Recopilat, & num.8. & 9.
l.3. tit.18.lib.9. Recopilationum,& n8.& 9.

2 *Ecclesiastici exempti sunt à Gabella de rebus quas ex suis bonis vendiderint.*
l.6.& 7.tit.18.lib.5. Recopil.
Ecclesiastici debent Gabellam ex rebus negotiationis.

3 *Venditio tantò minori pretio facienda quantò res majori onere gravata.*
l.si venditor,6.§.1.ff.de servis exportand.

4 *Privilegio uti debet conjunctus quando alias privilegium inutile.*
Venditor & emptor sunt correlativi.
Correlativorum uni permissum, etiam alteri censendum permissum.

5 *Directè prohibitum etiam indirectè prohibendum.*
l. scire oportet, §.si mater,ff.de tutor.& curat. dat.ab his.
c.quod una via, ff.de reg.juris,lib.6.

6 *Fisci emptores solvunt vectigalia,licèt fiscus immunis sit.*
l.locatio,aliàs licitatio,§.fiscus, ff. de public.& vectig.& n.13.

7 *Ecclesia coloni & conductores non habent immunitatem Ecclesiasticam.*

8 *Accidentalia non sunt attendenda.*
l.manifestè, ff. de servit.
l.Proculus,ff.de dam. infect.

9 *Consuetudo multum operatur in solutione Gabellarum.*

10 *Emptor Ecclesiæ non habet privilegium.*

11 *Officiales sunt testes magis idonei, cùm de pertinentibus ad officium deponunt.*
l.appariores,C.de exact. tributis,lib.10.

12 *Gabellam jure communi emptor solvere debebat.*
l.debet,ff.de ædilit.edit.

13 *Privilegium non transit mutatâ personâ.*
l.Paulus per Procuratorem,ff.de adq.hæred.
l.maritum,ff.sol. matrim.
l.quia tale,ff. eodem.

14 *Exemptio quæ datur Ecclesiasticis non solvendi vectigalia,& à solutione decimarum,personalis est, non realis.*
l.sordidum,13.C.de excusat.muner. lib.10.

15 *l.maximarum,12.C.eod.*

16 *l.si tibi,17.§.pactum,ff.de pactis.*
l.juris gentium,§.pactorum,ff. de pactis.
l.idem in duobus,25.§.1.ff.eod.

17 *Realis vel personalis concessio quando censeatur*

18 *Ecclesiasticis privilegia concessa non transeunt ad colonos vel emptores.*

19 *c.licet,11.de decimis.*
Vtile per inutile non vitiatur.
l.si Titius & Seia, ff. de fidejuss.

20 *l.cum duo,fin.ff.de duobus reis.*
l. si debitore,ff.de fidejuss.

21 *Clericus licèt non comprehendatur legibus vectigalium, tamen rectè potest comprehendi emptor laicus,qui à clerico emit.*

22 *Gabellæ solutio est actus separatus à venditione.*
l.8.tit.18.lib.9.Recopil.

An quoties ex statuto Gabella quæ inter venditorem & emptorem solvenda dividetur, si laicus emeret ab Ecclesiasticis, qui exempti sunt à Gabellis ex bonorum suorum venditione, an hoc casu possit ab emptore exigi dimidium Gabellæ pro explicatione, l.3.4. tit.17. l.3.tit.18.lib.9. Recopil.

HÆc quæstio discussa fuit in Senatu Regalis patrimonii circa venditionem olei, quod Hispali venditur,in quod legibus nostris decretum, ut dimidiam quantitatem gabellæ,quam regulariter totam solveres, spectat ad venditorem, solvatur,ita ut quod ex ea debeatur, inter utrumque dividatur, ut apertè colligitur *l.3. & 4.tit.17. l.3. tit.18.lib. Recopil.* 1

Vnde dubium exercitatum,an quoties Ecclesiastici venderent qui ex se, & bonis quæ extra negotiationem habuerint immunes sunt gabellarum solutionis,*l.6.& 7. tit.18.libro 9.* ubi ex Salone, Medina, Lazarte, Gironda, Parladoro, & aliis pluribus probavit Azevedo *in dicta.l.6.n.4.* tunc debeat emptor laïcus ex suo latere dimidium solvere quantitatis gabellæ quæ non solvitur ab Ecclesiastico 2

Et pro Ecclesia adducebatur videri esse contra libertatem Ecclesiasticam,quia tantò minus venderet quantò emptor ad solutionem gabellæ gravaretur nam quo magis res exempta venditur,& onere non gravata,tanto majori pretio vendenda *l. si venditor, 6. §. 1.ad finem,ff. de servis exportandis* ibi: *Quoniam hoc minoris homo veniisse videatur*,& ideò contra libertatem Ecclesiasticam notarunt Albens. *consil.8.num.16. & 27.*Lauderchius de Imola *consil. 103.n.8.* Menoch, *cons.136.n.23.* qui inde credit privilegium Ecclesiæ privilegiatæ lædi & violari si onere gabellæ gravaretur qui cum ea contraheret, Surdus *cons.301. num.80.* ubi adducit Ioannem de Amicis, Rolandum Riminaldum. 3

Quasi conjunctus debeat gaudere privilegio conjuncti,quando aliàs privilegium esset inutile, Glossa *in l.fin.C. de muneribus & honoribus, lib.10.* Iason. *in l.si mancipati,n.9.C.de collati.* Natta *cons.1. n.10.* emptio & venditor sunt duo correlativa in terminis nostri casus ex Baldo,Decio,Geminiano,& aliis, pro immunitate emptoris,Menoch.*consil.136.n.9 & 14.* & in correlativis quod uni permittitur, permissum alteri censendum Iason. *in l. ultima,n.12. & 15. C. de indict.viduit.tollend.& lib.1.consil.112.*Cuttior Senior *consil.11.*Crotus *in l.omnes populi, n.285.ff. de justitia & jure,*Decius *in l.1.n.5.C.de in jus vocãd.* 4

Et cum apertè omni jure,& legibus nostris prohibeatur gabellam exigere à Clericis ex venditione bonorum, & fructuum suorum, quod directo prohiberi etiam per indirectu oportet prohiberi, *l.scire* 5

oportet § si mater, ff. de tutor. & curat. dat. ab his, cap. quod una via de reg. juris in 6. & hanc sententiam, in favorem Ecclesiasticorum tenuerunt Menochius pro eadem referens Geminianum Decium, & alios *cons.* 136 *n.* 14. Surdus *cons.* 301. *n.* 80. qui omnes sequuti fuerunt Baldum, qui in terminis tenuit, *vol.* 1. *cons.* 31. quibus adde quod pro hac re notarunt idem Surdus *cons.* 525. *n.* 17. Hieronymus Gabriel *lib.* 2. *cons.* 156. *n.* 3. *& cons.* 161. *n.* 3. Bursatus *cons.* 25. Peregrin. *de jure fisci lib. tit.* 5. *n.* 25. Diana 1. *p. resolut. moral. cap.* 49. *tract.* 2. *vers. at his non obstantibus.*

6 Sed nihilominus pro Rege nostro, ut emptor laïcus debeat solvere dimidiam quantitatem gabellæ cum oleum emerit Hispali ab Ecclesiastici videtur probari juris communis fundamentis ratione ipsa, & legibus Regni, quæ in aliquibus casibus re judicata firmata fuerunt, *Primò* facit *l. locatio alias licitatio* 9. §. *fiscus & vers. mercatores. ff. de publican. & vectigal.* ubi quamvis fiscus ab omnibus vectigalium præstationibus immunis sit, tamen mercatores, qui de fundis fiscalibus mercari consueverunt, nullam immunitatem solvendi publici vectigalis usurpare possunt, & in eo Textu notarunt Bartolus, & Castrensis, Platea. *in l.* 1. *Cod. de naviculariis l.* 11. Azevedo *in l.* 7. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recopil. n.* 22. Didacus Perez *in l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 1. *ordinam. gloss.* 1. *& tit.* 2. *lib.* 8. *ordinam in rubrica gloss.* 1. Parmensis *tract. de privil. fisci, quæst.* 4. *Princ. quæst.* 16. Albanus & Chard. *in notis ad Bartolum in d.* § *mercatores.*

7 *Secundò* quia etsi bona Ecclesiæ, & fructus immunes sint ab omni collecta, & gabella, non tamen eadem immunitate fruuntur coloni conductores, & emptores ipsorum bonorum Ecclesiæ, ut ex Glossa, & Cardinali *in Clement. unica de censibus* Geminian. Franchus Salicetus, Alex. Decius, Tiraquellus, & aliis pluribus, probavit Menoch. *dict. consil.* 136. *n.* 5. & ultra ab eo relatos ejusdem sententiæ refert Parladorum, Lazarte, Girondam, & alios Gutierrez, qui tenet *de Gabellis, quæst.* 44. *n.* 5. unde multò melius in hoc casu Ecclesiastici impedire non debent, ne dimidium gabellæ, cujus solutio emptori injuncta à legibus Princeps exigere valeat.

8 *Tertiò* expressè videtur confirmari, *dict. l.* 4. *tit.* 17. *l.* 3. *tit.* 18. *l.* 9. *Recop.* ubi apertè decidituir, ut in oleo quod Hispali à fisco venderetur, etiamsi Gabellam fiscus non debeat, tamen adhuc emptores dimidiam quantitatem solvant, ut probavit Azevedo in eis juribus, unde similiter in Ecclesiasticis dicendum est, quia id non respicit præjudicium libertatis Ecclesiasticæ, sed commodum Principis cui ut gabella commodiùs solvatur inter venditorem, & emptorem divisa fuit, & si quid damnum ex minoris pretii venditione Clericis posset evenire, id non oportet considerari, quia ex accidenti provenit non principaliter, *arg. legis si manifestè. ff. de servit. & l. Proculus, ff. de damno infect.* Baldus *vol.* 4. *cons.* 496. *col.* 2. Ripa *in l. quamvis n.* 25 *ff. de fluminibus*, Craveta *cons.* 4. *n.* 3. & in terminis nostri casus idem probavit Menochius *cons.* 136. *n.* 4.

9 *Quartò*, urgent plures rationes, quia ut traditur *in dict. l.* 3. *tit.* 17. *lib.* 9. *Recopil.* id quod est dividi gabellæ solutionem inter venditorem & emptorem ex consuetudine inveterata, quæ jam diu & semper invaluit, Hispali admissum fuit, quam *dict. l.* 3. observandam decrevit, & in solutione gabellarum plurimum operatur consuetudo, Alex *lib.* 6. *consil.* 211. Jason. *lib.* 1. *consil.* 20. Marta *de jurisdictione, casu* 112. *n.* 5. Beccius *consil.* 96. *n.* 1. *cum sequent.* Azevedo *in d. l.* 3. *& l.* 7. *num.* 1. *tit.* 17. *lib.* 9. *Recopil.*

Quæ consuetudo observanda est, cum Laïcum emptorem gravare nihil læsit immunitatem Ecclesiæ, nec ejus emptor aliquod habet privilegium, ut præter *supra* adductos ex Glossa, Cardinali Bartolo, Decio, Saliceto, Ripa Rumo, Tiraquello, Boherio, & aliis probavit Menoch. *d. consil.* 136. *n.* 5. & notavit Marta *dict. c.* 112. *usque n.* 7. *&* 8. limitat, nisi ex onere impositio nimis Ecclesia gravaretur, & quando Ecclesia in modico non lædituir, contra ejus immunitatem non esse notarunt Jason *lib.* 2. *cons.* 20. *n.* 13. Durandus *ad Bullam in Cœna Domini, lib.* 2. *Canone* 18. *quæst.* 11. Diana 1. *part. resolutionem tractatu* 2. *resolutione* 48. Squilanus *de privilegiis Clericorum, cap.* 8. *n.* 26. *&* 27.

In hoc autem casu immodicè Ecclesiam non gravari eo ipso constat quia solùm in venditione olei 10
Hispalensis hæc consuetudo inducta quæ ab omnibus Ecclesiasticis probata, cùm verè illi nihil solvat & de exactione hujus dimidiæ gabellæ ab emptore Laïco in venditione olei, quam Ecclesiastici faciunt testantur omnes officiales, ad quorum curam pertinet similis gabellæ exactio, qui magis idonei testes existimantur, quia deponunt de illis, quæ ad suum officium spectant juxta *l. apparitores, Cod. de exactoribus tributorum, lib.* 10. ubi Baldus notavit, & aliis omissis addit, & adde Farinac. *de testib. qu* 56. *n.* 380.

Deinde, quia quemadmodum legibus nostris gene- 11
raliter gabellæ solutio venditori injuncta *l.* 1. *tit.* 17. *lib.* 9. *Recopil.* si eam deberet emptor, ut ex jure cõmuni gabellæ solutionem ad emptorem pertinebat ex omnium sententia *in l. debet, ff. de ædilitio edicto* probavit Parladorus *lib.* 1. *rerum quotidianarum. c.* 3. *n.* 7. & ejusdem sententiæ refert Romanum, Tiraquellum, Palac. Rub. Castellum, Matienzum, Lasartem Girondam, Azevedum, & communem sententiam tradit Gutierrez *de gabellis, quæst.* 46. *n.* 1.

In hoc enim casu nullus diceret eo quod emptor 12
non privilegiatus solvat Gabellam Clerico venditori, & libertati Ecclesiasticæ præjudicium inferri, quia ex mutatione personæ privilegium ad eam non transit, *l. Paulus per procuratorem*, ubi Bart. *n.* 3. *ff. de acquir. hæredit. l. maritum, l. quia tale. ff. solut. matrimon. dict. l. licitatio*, § *fiscus*, Anchar. *cons.* 110. *num.* 2. ex Avendaño, Antonio Gomezio, Didaco Perez, Boherio, & aliis pluribus probavit Gutierrez *de gabellis quæst.* 44. *n.* 4. & ideò ad ementes oleum Hispali à Clericis multò magis non debet privilegium transire, quia solutio dimidiæ gabellæ non est injuncta venditori ex consuetudine, & nostris legibus, sicut non possunt Clerici venditores conqueri, quando omnis gabella juxta sententiam, quam aliqui jure communi tenuerunt solvenda esset ab emptore, & non esse contra libertatem Ecclesiasticam venditori, qui vendit Clerico, injungere solutionem gabellæ ut in hoc casu dimidia gravetur emptor, qui à Clerico emerit, quia Principis sæcularis potest contra subditos Laïcos leges condere, nec inde considerari oportet libertatem Ecclesiasticam lædi, ut *ex l.* 8. *tit.* 18. *l.* 9 *Recopil.* Azevedo *ibi*, Lazarte, Molina, Enriquez, Rodriguez, Thoma Sanchez & Thoro doctè probavit D. Petrus Noguerol. *allegat* 38. *n.* 13.

Vlterius, quia hæc exemptio solvendi gabellam 13
vel decimas quæ Religiosis & Ecclesiasticis competit, non debet judicari realis, ut prætextu bonorum concedatur, sed personarum ratione & Ecclesiasticæ dignitatis, ac perinde non potest in quoscunque emptores in hoc casu transferri juxta verba quæ aptissimè nobis conveniunt *in l sordiderunt* 13. *t. de excusat. muner. lib.* 10. eis verbis: *Nec enim potest esse perpetuum quod non rebus, sed personis contemplatione dignitatis, atque militiæ indulsisse nos constat.*

Et

15 Et quamvis Barbosa *in l. quia tale, num. 4. ff. soluto matrimonio ad conciliationem l. maximarum* 12. *Cod. de excusat. muner. ii. dict. l.* 13. distinguat, ut privilegium concessum dignitati, etsi concipiatur in personam sit perpetuum; ut dignitas, & ita procedit *dict. l.* 12. secus verò quando concessio fit personæ solum, quamvis ratione dignitatis, ut in eo casu, loquatur *dict. l.* 13. non negamus perpetuum esse debere privilegium in dignitate Clericorum, ut ipsi competat exemptio gabellarum, sed solùm restringimus bonorum exemptionem, dum ab ipsis possidentur, nec rerum privilegia censemus, ut cum bona in quoscunque etiam non privilegiatos transeant, ut in emptores laicos debeant à Gabellis exempta judicari.

16 Idque rectè explicavit *l. si tibi* 17. *§. pactum 5. ff. de pactis*, dum tradit, quando pactum in rem factum fuerit, etsi conceptum sit in personam, emptori prodesse, quod ita accipiendum, id est, fieri pactum in rem, quando rei causa fit, & ita cum ea ad quemcunque possessorem transit: nam licèt concipiatur in personam eam non restringendi, sed solùm demonstrandi causa adjecta censetur, *ex l. juris gentium* 7. *§ pactorum ff. de pactis*, & ita notandum, quod tradit Paulus *in dict. l. sibi*, §. *ut emptori prodesset pactum in rem factum*, & ne impediret personam ex primi tradidit, *etsi in personam conceptum*, quasi cum ad rem dirigetur, ad quemcumque rei possessorem transeat, quod secus esset, si pactum non solum in personam esset conceptum, sed factum, quia tunc ad personam restringitur, nec rem comitatur, ut ejus possessori prosit, ita conciliari debet Textus *in l. idem in duobus* 25 *§. 1. ff. de pactis*, ubi personale pactum ad alium non pertinet, nec ad hæredem, nec emptorem, ita post Cujacium, Duarenum, Othomanum, Antonium Fabrum eorum sententiis emissis interpretatur hæc jura, Osualdus ad Donellum *lib. 22. Comment. cap. 4. in notatis, lit. L.*

17 Et quando realis concessio, vel personalis existimanda, pluribus juribus probavi *in decis. Granat. disputatione* 31. *per totam*, ubi ad saturitatem inveniet Lector, ut tunc realis concessio censeatur, quando ita prætextu rerum conceditur, ut ab ipsis rebus inseparabilis censeatur, veluti insita qualitas secùs verò quoties personarum ratione rebus privilegium conceditur, quia tunc extra eas personas, quando ab eis res non possidentur, exemptio non progreditur.

18 Quod in hoc casu evidenter apparet, quia bonis Clericorum privilegium concessum non debet extèdi ad eorum emptorem, quia post emptionem jam non sunt bona Ecclesiastica, vel Clericorum, sed laici possessoris; & ideò hæc privilegia non solvendi decimas vel gabellas, quæ personis Ecclesiasticis aut Clericis concessa non esse realia, sed solùm Ecclesiasticorum possidentium, & ideo non transire ad colonos, vel emptores tenuerunt Seraphin. *decisio* 827. *n.* 2. Barbosa *lib. 3. de jure Ecclesiastico, c. 27. n. 40.* ubi tradit pluribus decisionibus Rotæ ita decisum maximè in litibus Hispaniæ, & refert decisionem Pampilonensem, & aliam Placentinam.

19 Ac perinde Religiosi quamvis de suis fundis quos colunt, decimas non solvant, de his verò quos alii colendos tradunt, solvere debent, *cap. licet* 11. *de decimis*, ex Azore, Suarez, & Tamburino tradit Barbosa *ubi proximè, num.* 39. & in gabella alios retulit Gutierez *dict. quæst. 44. n. 3. & 4.* & cùm in hoc casu venditor clericus & emptor laicus possint ad gabellam esse obligati in oleo quod Hispali venditur, juxta nostras leges, quando duo in solidum rei constituuntur, vel duo fidejussores alius utiliter & alter inutiliter, ut Clericus qui exemptus à Gabellæ solutione, obligatio in eo qui obligari potest, locum habebit, etiamsi in alio qui inutiliter obligatur non procedat quia utile non vitiatur, *argum. l. si Titius & Seja ff. de fidejuss. l. 1. §. item quæritur, ff de aqua quotidian. & æstiva*, Gratian. *disceptat. tom. 4. c. 644. num. 32. & cap. 656. num. 9. cum sequent.* Thuscus *lit. V. conclus. 333.*

Quemadmodum etiam in duobus reis ejusdem 20
obligationis potest alter ab obligatione eximi, & in alio manet integra obligatio juxta Textum Notabilem, *in l. cum duo, fin. ff. de duobus reis*, cui adde quod pro ejus explicatione & conciliatione cum *l. si debitore, ff. de fidejussor.* ex Bart. Alberico, Castrensi, Cumanus Heringio, Ronquegalio, & aliis, notavit Genua, *in conciliatione legum ad dictam legem fin.*

Vnde quamvis Clericus non possit comprehendi 21
legibus quæ gabellæ solutione injungunt, nec ad eam obligari, rectè tamen poterit ex venditione & emptor obligatus remanere emptor laicus ut dimidiam gabellam solvat in hac quæstione.

Nec contra faciunt quæ *suprà* objecta fuerunt, 22
quia jam prædiximus nihil hoc lædere libertatem Ecclesiasticam, & si quid minus vendit Clericus oleum ex dimidia gabella quæ injungitur emptori, hoc non attendendum, quia ex accidenti provenit, & consilium Baldi, quod contra expensum & aliorum sententias reprobant Alderanus, Mascardus *de statutis, conclus. 1. n. 28.* & in simili Gutierrez *dict. quæst. 44. n. 3. & 4.* Roland. à Valle *vol. 4. consil. 61. n. 18. & 19.* ubi tradunt, gabellæ solutionem esse actum separatum à venditione, & ideò emptores Ecclesiæ non gaudere immunitate gabellarum, ex communi & Tiraquello tenuit Trentacinq. *l. 1. variar. tit. de jure fisci resolut. 5. n. 7.* & emptorem Ecclesiæ nullum privilegium habere notavimus in Marta *de jurisdict. 4. part. casu 112. usque ad n. 7.*

Denique nihil etiam obstat consilium Menochii 23
136. ubi contra nostram sententiam pro Ecclesiasticis tenet, quippe longè diversè procedit quoties ab ipso Principe Clericis immunitas & eorum emptoribus concessa fuit, ut expressè refert idem Monoch. *n. 6. & 16.* & ideò non potest d. consilium 136. argumentum inducere ad nostrum casum, juxta d. leges Recopilationis, in quibus expressè injungitur solutio dimidiæ gabellæ emptori, quod jussum esse suprad. ct. satis confirmant. Sed non lædi libertatem Ecclesiasticam ex eo quod Clerici dicebant minori pretio oleum suum vendendum quantum emptor pro gabella solvere deberet denotare expressè *l. 8. tit. 18. lib. 9. Recopil.* ubi jubetur laicos qui Clericis res vendiderint, eodem modo solvere teneri gabellas, sicut quando venditio laicis fieret, & quamvis in ea lege Ecclesiastici eadem ratione dicebant esse contra eorum libertatem & exemptionem nota verba *dict. l. 8.* ibi: *Porque los clerigos, e Iglesias, y Monasterios y otras personas esentas compran heredamientos, y otros bienes, y pretenden que los vendedores no han de pagar alcavala, diciendo que si la pagasen, vendrian ellos a comprar mas caro, y que por esta raçon los ha de aprovechar su privilegio.* Et tamen contra statuitur quasi non censeatur, contra immunitatem Ecclesiasticam, Principem suo jure uti, & gabellam exigere à venditore qui illam debet, ut notavit Azevedo *in d. l. 8. n. 7.* ita si ex consuetudine Hispalensis Regni gabella olei inter emptorem & venditorem dividitur, non oportet censeri contra Ecclesiasticam immunitatem exigere dimidiam gabellam, quam debet ab emptore olei Clericorum, ut prædiximus.

ALLEGATIO LVIII.

Concessio facta à Summo Pontifice ad petitionẽ Regis nõ debet detrahere juri Regali nisi Rex remittat.

1 *Decimas debent Religiosi jure communi.*
c.nuper,de decimis.
Decimarum exemptio non valet nisi fiat derogatio, d.c. nuper.

2 *Concilii generalis decreta habent clausulam derogatoriam ad ea quæ contra concederentur.*

3 *Rescriptum quo aliquibus Religiosis communicatur aliorum privilegia,etiamsi in eis contineatur exemptio decimarum non valebit,nisi fiat mentio dict.c. nuper.*

4 *Regibus concessa privilegia non censetur à Pontifice derogari.*

5 *Generali derogatione concessionum non comprehenduntur quæ Principi facta.*
Authentico ut de cætero, commutationes Ecclesiasticarum rerum.

6 *Principum non comprehendit quod in privatis statuitur.*

7 *Privilegium quod ante decimarum concessum, non videtur ex posteriori exemptionis derogatum nisi de primo mentio expressa fiat.*
c. veniens,19. de rescriptis.

8 *Privilegia Principum semper conservantur.*
c.cum in generali de officio deleg.in 6.
cap.ne aliqui de privilegiis in.6.

9 *Decimarum concessio non comprehendit eas quæ eo tempore alius possidebat.*
c.statuto 2.de decimis,in.6.
c.dudum, 31.de privilegiis.

10 *Litteræ ad beneficium impetratæ quæ de alterius colorata possessione mentionem non faciunt,nihil valent.*
c.cum nostris,6. de conces.præbendæ,

11 *Rescriptum sine mentione primi non valet.*
c.cæterum de rescriptis.

12 *Principis concessio non derogat primæ concessioni antea facta nisi expresse derogetur.*

13 *Privilegium generale ut percipiantur decimæ Parochiæ non derogatur secundo privilegio quo aliquorum fundorum, in eisdem decimarum perceptio datur, nisi primum derogetur.*

4 *Decimarum concessio, & exemptio ut non solvantur ex quacumque causa non extenditur ad eas quæ antea concessæ.*
l.emptor,§.Lucius ff.de pactis.

15 *Pontifex videtur habere scientiam juris communis non juris specialis.*

16 *Privilegium ex causa onerosa concessum transit in contractum.*

17 *Loquentis persona excepta censetur.*
l.inquisitio,C.de solut.

18 *Favore alicujus factum non debet contra eum retorqueri.*
l.quod favore, C.de legibus.
Legatum cum onere datum etiam onere adempto non videtur adimi.

19 *Servus in fuga à domino possidetur ad commodum, non ad damnum.*
l.1.§ per servum de usucapionibus explicat.
l.servi,17.§.illud ff.de furtis.

20 *Obligatio in diem incertum est conditionalis.*
l.quoecumque,45.§. penult. de verb.oblig.
l.si decem,48.l.si ita quis,135. in principio,& §.1. de verb.obligat.

21 *Concessione quis ex suis fundis solvat decimas non excludit, ne percipiat ex fundis quos conductoribus colendos dedit.*

22 *Decimarum concessio intelligitur de eis quæ jure communi solvuntur.*
l. qui insulam,30.§.fin.ff.locati.

23 *Exemptus à decimis non eximitur à tertiis ea tea concessis pluribus.*
Regalis Patrimonii Senatus decretis firmatum

24 *Concessio decimarum facta intelligenda, de eis, quæ tunc Ecclesia possidebat.*
c.cum ordinem,6 de rescriptis.

25 *Decimarum exemptio non extendenda ut non solvatur laico qui de decimis est infeudatus.*

26 *Exemptio decimarum semper restringenda.*

27 *Observantia privilegii illud interpretatur.*
Privilegium per non usum amittitur.
c. de terra,c. accedentibus de privilegiis.
l.42. tit.18 p.3.

28 *Superfluitas, argumentum futile.*
Superfluum non dicitur quod etiam in minimo potest operari.
l.si quando de leg.1.

29 *Decimarum concessio quando potest extendi ad eas quæ alius ante possidebat, ex Covar.*

30 *Decimas quas Rex percepit ex indulto jure speciali consequitur.*

31 *Dispositione generali non comprehenditur quod est diversæ speciei.*
l.si mihi,20. cum,l. sequenti de servit.rustic.
l.ex facto agitatum,19.de hæred.instit.

Regni concessis decimis in aliquo territorio, & postea ad Regis instantiam exemptio generalis decimarum concessa Religiosis, an comprehendat etiam ut non solvant decimas in eo territorio, in quo decimæ antea Regi concessæ fuerant, si in eo Religiosi bona habuerint, ex quibus fructus percipiant.

PRO Rege ut quamvis Religiosi habeant exemptionem, ut ex suis fundis decimas non solvant adhuc debere solvere decimas, quæ antea jure speciali Regi concessæ fuerunt videtur probari *ex cap. nuper.34.de decimis*,ex quo omnes Religiosi tenentur ut reliqui solvere debeant decimas jure communi, & quælibet exemptio quæ conceditur non valet nisi expresse ejus textus dispositioni derogetur, id enim operatur esse decretum Consilii generalis, nam ex Concilio Lateranensi, *c.55.* desumptum est, dictum,*cap.nuper.* 1

Et quæ à Concilio generali decreta censentur habere clausulas derogatorias ad sequentia,ut in terminis Marquesanus *de cõmissionibus 2 part.pag.596. n.1.& l.2.* Campanellus, *in diversorio juris Canonici rubrica 32.c.13.n.154.* Rota. *1 p. diversorum, decis.122.& decis.229.num.3.* inter decisiones Orani quas sequitur, & alios refert, D. Augustinus Barbosa *de jure Eccles.lib.3.c.27.n.38.* & ut explicaret, vim & efficaciam Bullæ Gregorii XIII. quæ dicitur memorabilis,qua concessa fuit exemptio decimarum 2

Reli

Religiosis Societatis Iesu, & quantum plus potuit operari quam Bulla Pauli III. quæ jam antea eam exemptionem decimarum concesserat expendit Tamburinus *de jure Abbatum* 1. *tom. disp.* 15. *quæst.* 18. *numero* 28. in Bulla Gregorii XIII. expresse derogatum Textui *in dict. cap. cum nuper.* & ideò ex ea valere prædictum exemptionem, quæ fortè sustineri non posset ex Bulla Pauli III. ubi prædicta derogatio non est fulta.

3 Vnde ex Marquesano, Puteo, Guterrio, Lessio, Riminaldo, & aliis pluribus, Monasteria regulariter teneri ad decimarum solutionem probavit idem Barbos. *in collect. d. cap. nuper, num.* 2 & 3. nisi aliquo speciali privilegio eximantur, imò ex Rotæ decisionibus probat, *numero* 4. etiamsi Pontifex concedat alicui Religioni communicationem privilegiorum alterius, quæ habet expressam exemptionem solvendi decimas etiamsi mentio fiat de decimis in rescripto communicationis privilegiorum, quia potest referri ad decimas extraordinarias, quæ imponuntur ab homine non ad ordinarias, & prædiales, quæ debent jure divino, præsertim si non fuerit derogatio *d. c. nuper.* cujus dispositio ut consiliaris habet clausulas derogatorias ad sequentes dispositiones, & requirit derogationem specialem, ut probavit idem Barbosa *ubi supra.*

4 Rursus nam privilegia Regibus concessa non censentur à Pontifice derogari, Grassis *decis.* 9. *tit. de restitutione spoliatorum*, & in terminis, Hieronymus Gonzalez *reg.* 8. *Cancellariæ gloss.* 9. §. 2. *num.* 35. eis verbis: *Præcipuè cum dicta indulta fuerint concessa ad instantiam Imperatoris Caroli Quinti, & aliorum Regum, & Reginæ Hispaniæ ac proinde minus est præsumendum voluisse Papam illis derogare in lesionem dicti Imperatoris, & Regum supplicantium quibus propter eorum excellentiam, semper defertur, & præservati censentur.*

5 Et idem tradit *Glossa* 24. *n* 154. & 155. statuens ex derogatione generali cujuscumque concessionis, & ptivilegii nunquam censeri derogata privilegia quæ Regibus concessa fuerunt, quia censentur excepta & ex *n.* 157. tradit ut licèt juris fundamenta derogationem persuaderent, tamen ex Regum excellentia juris Regulas laxari, & solum derogationem generalem operari in privilegiis privatorum ex quibus jus habent adquisitum ex auth. ut de cætero commutationes Ecclesiasticarum rerum *novella* 55. § *de cætero*, ubi commutatio rerum Ecclesiæ quæ generaliter omnis prohibetur, censentur Principes ab ea prohibitione excipi, ut in eis valeat permutatio.

6 Quia semper quod in privatis quibuscumque statuitur ad Principem extendi non debet, & derogatio generalis solū ad privatos refertur, & Bal lus *de præscript. 3. part. 5. partis Principalis, q.* 8. Boërius *decis.* 39. *num.* 12. Parisius *lib.* 1. *cons.* 101. *num.* 84. & *lib.* 4. *cons.* 25. *num.* 17. Avendañ o *responso* 16. *n.* 1. Avilés. *in proœmio capit. Prætorum, n.* 5. Velasquez, *in l.* 41. *Tauri gloss.* 1. *num.* 16. Gonçalez *ad regul.* 8 *Cancellariæ gloss.* 32. *n.* 2. & 3 Burgos de Paz *cons.* 40. *n.* 11. relati per Antonium Gabrielem, *communium titulo de præscript. cons.* 1. *num.* 27. *vers. contrarium*, Covarr. *lib.* 3. *variar. c.* 13. *n.* 5. Mieres *de Majoribus* 4. *p.* 9. 30. *num.* 5. unde cum in hoc casu in concessione nulla fuisset facta derogatio, nec mentio privilegiorum quæ Regi concessa, nec Textus *in dict. cap. nuper de decimis* & quamvis generalis derogatio fieret in Principe non procederet, merito nihil obstabit Regi concessio Religiosis facta, ut decimas non solverint quin ut ab eis quæ ex privilegio anteriori illi concessæ fuerunt eximantur.

7 Sed in terminis privilegii, ut aliqui decimas non solverent derogatum non videri anteriori privilegio, nisi expresse de ejus abrogatione mentio fieret, *cap. veniens*, 19. *de præscript.* Grammat. *decis.* 20. Covarr. *rubrica de testament.* 2. *p. n.* 30.

8 Præsertim ut diximus, quando concessum fuit Principi, quia eorum privilegia semper conservantur ex ratione Textus, *in c. cum in generali de officio delegati, in* 6. & facit Textus expressus *in cap. ne aliqui de privilegiis, lib.* 6. ubi in revocatione indultorum quæ quibuscumque personis cujuscumque sint præeminentiæ, dignitatis, conditionis, aut status, sub quacumque forma fuerint concessa, excipit tamen quæ Regibus, Reginis, & eorum filiis data fuerint, & præsertim quando concessio decimarum facta fuit pro defensione Ecclesiæ, & fidei propagatione ut Regibus Hispaniæ concessa fuerunt, tunc nunquam ea privilegia videri revocata tenuit in terminis Gonçalez *in dict. regula* 8 *gloss.* 25. & 28.

9 Rursus in terminis concessionis decimarum quoties alicui concederentur, non extendatur nec intelligatur, de eis quæ alius jam tempore concessionis possidebat probatur expresse, *cap. statuto* 2 *de decimis, lib.* 6. & idem in specie probavit Textus, *in c. deudum*, 31. *de privilegiis*, ubi cum Monialibus concessum fuisset privilegium ex suis fundis decimas non solvere adhuc ex eo non fieri præjudicium privilegio, quod antea concessum fuerat Priori, & conventui de decimis percipiendis in eo territorio; nota verba quæ hunc casum expresse decidere videntur ibi: *Decernimus juri prædictorum Prioris, & conventus super decimis novalium in quarum erant possessione tempore illo quo indulgentiæ Apostolicæ impetratæ fuerunt apertè altera de decimis novalibus non solvendis non debere per eas non facientes de hoc aliquam mentionem præjudicium generari*, & notarunt Innocentius, & Cardinalis in eo Textu, Felinus, *in cap. causam quæ de rescriptis, num.* 11. Oldraldus *cons.* 268. Castellianus, Cotta *in memorabilibus, verb. privilegia*, Covar. *lib.* 1. *variar. cap.* 17. *num.* 14.

10 Et in causis beneficialibus ita explicat Textus, *in c. cum nostris* 6. *de concessione præbendæ*, ubi non valent literæ ad beneficium impetratæ, quæ de alterius colorata possessione facti mentionem non fecerunt probarunt Innocentius, Zabarella, Ioannes Andreas, Imola, Ananias, Antonius de Butrio Hostiensis, Ancharranus, Panormitanus & alii in eo textu, Menoch. *de arbitr. casu* 201. *n.* 139. Nicolaus Garcia *de beneficiis* 10. *p. cap.* 1. *n* 48. Gonçalez *reg.* 8. *Cancellariæ gloss.* 5 §. 1. *n* 64. & 65.

11 Facit regula Textus *in cap. cæterum de rescriptis*, ubi rescriptum sine mentione prioris non valet, *c. cum ordinem* 6. *eodem*, ubi agitur de decimis, & statuitur quoties aliquibus fuerunt concessæ, si postea aliud rescriptum in præjudicium privilegii fuerit impetratum nihil obstare, si de alio primo privilegio expressa revocatio non fiat, notarunt Bellamera, Barbacia, Ioannes Andreas, Anchatr. Hostiens. Anania, Panormit. Bald. Felinus, & alii *in dict. c.* 6. ex Mascardo, Cabedo, Brunoro à Sole, Gironda, Azevedo, & aliis Barbosa *in collect. ad eundem textum num.* 2.

12 Iuvat doctrina Bartoli *in l. prædia*, *Cod. de locatione prædiorum, lib.* 12. ubi notat si Princeps aliquid concessit, & postea alteri ejus rei concessio fiat, hæc non valet etiamsi motu proprio facta sit, cùm non sit præsumendum, velle Principem derogare primæ concessioni, de qua mentionem non fecit: comprobant Menochius, Rebuffus, Gratianus, Fredericus, Scotus, Gratianus, Puteus, & alii quos circa rescripta refert Barbosa *in collectanea d. cap. cæterum n.* 2.

13 Et in terminis si Pontifex alicui concessit privile-

gium percipiendi decimas in tota Parochia,& postea alteri concederet, ut frueretur decimis aliquorum fundorum ejusdem Parochiæ,nec tamen mentionem fecit privilegii anterioris,non idcò priori concessioni fieri præjudicium probavit Rodericus Suarez *allegat.* 18.*n.*10.& reddit rationem, nam quod operatur possessio sola *in dict.c.statutum, c.dudum*,fortius operabitur in hoc casu possessio cum privilegio, indeque deducit ut quamvis generaliter derogaretur cuicumque privilegio contrario, adhuc nisi expressè ejus revocatio fieret nihil operaretur ex Cyno, Panormitano,& aliis,idem Suarez *n.*11.

14 Et quamvis in secunda concessione diceretur non solvere decimas ex quacumque causa adhuc non deberet excusari à solutione earum quæ specialiter antea concessæ,*argument. textus qui fere* eisdem loquitur verbis *in l.emptor.*38.§. *Lucius*, *ff.de pactis*,ubi quamvis liberatio contingeret, ex quacumque causa deberetur, ita ut omnes cautiones ex quocumque contractu vanæ, & pro cancellatis haberentur non fit extensio ad debitum,de quo antea specialiter provisum fuit,ut in eo liberatio locum non habeat,notarunt Doctores in eo textu communiter,& ego notavi *l.p.decis.*19.*n.*10.

15 Iuvat etiam celebris decis.Seraphini Olivari 1293. *part.*2.ubi agit de collegio Societatis Iesu quod habebat exemptionem decimarum, & tradit eam tantummodo intelligendam in eis, quæ jure communi solvebantur Ecclesiis, vel Parochis,non vero in illis quæ jure speciali aliis concessæ fuerunt, quia solùm juris communis videtur Pontifex scientiam habere non juris specialis.

16 Tum quia si concessio alicui facta procederet ex causa onerosa,ut Regibus nostris,ut Mauros ab Hispania expellerent decimæ concessæ fuerunt, tunc in vim contractus transit privilegiũ, & est irrevocabile ut ex Roderico,Suarez,Barbosa,Antonio Gomezio Burgos de Paz, Camillo, Borrello,& aliis probavit D. Solorzanus 2.*p.de Indiar.gubernat. lib.*2.*c.*30.*n.* 18.& vide quæ idem notavit *d. lib.*2.*c.*27.*n.*54.*& lib.*3.*c.*23.*n.*46.& contractibus nunquam videtur velle Pontificem præjudicium inferre *argum. l.*2.§. *merito,ff.ne quid in loco public.& in*§ *si quid à Principe*,ubi communiter notatur ex Abbate, Hostiensi, Tuscho,& aliis D. Solorzanus 2.*tom.de Indiar. gubernat.lib.*2.*c.*16.*n.*30.*& c.*27.*n.*60.& concessiones generales non debent extendi ad ignorata *arg.l.damni,*§ *si is qui ff.de damno infecto,l.fin.*§.1. *ff.de leg.*2. Surdus *cons.*27.*n.*6.Gratian.*discept.c.*98.*n.*1.sed ad illa quæ ex rei natura continentur,& ita privilegium Societatis Iesu,quoad exemptionem solutionis decimarum intelligit,& interpretatur D.Valenzuela *cons.* 71.*n.*22.*& sequentibus.*

17 Deinde quia quantumvis allegaretur à Religiosis ad instantiam Regis,eis concessam fuisse decimarum exemptionem, non est dicendum Regem petere exemptionem contra se ipsum,ut eximerentur ab illis quæ ei Pontificis indulto competebant,nam ultra illud quod vulgariter traditur semper in jure excipi persona loquentis,*l.inquisitio,Cod.de solut.* Baldus & Salicetus *in l.*1.*ff.de Senatoribus*, & pluribus comprobat Menochius *cons.*2.*à n.*74.*usque n.*79.

18 Quod Regis favore & ad ejus instantiam Religiosis concessum fuit non debet contra ipsum Regẽ in ejus damnum retorqueri,*l.quod favore. C.de legibus*,quemadmodum cum alicui legatum relinquitur, ut aliquid faceret, adempto tamen onere legatum ademptum non censetur,& quamvis Bartolus contra tenuerit *in l.alumnæ.*30.§.*ab hæredibus*,*ff de adimendis legatis*, tamen ejus opinio communiter reprobatur,ut legatum adimi non censeatur onere subducto, nam hoc quod est onus subducere respicit favorem gravati, & non est ita interpretandum, ut legatum adimatur,ut etiamsi deficiat modus vel onus,sub quo relictum non deficere legatum *ex l.si fundum*,§ *per fideicommissum*,§. *Iulianus de leg.*1. & aliis notarunt Baldus *in l.*1.*c. te instit. & subst.* Bertachinus *verb. onere*,ibi alia adducit.

Idque procedit etiamsi qualitas quæ in favorem 19
alicuius consideratur sit inhærens & inseparabilis,ut damnum sequi debeat,quemadmodum etiamsi in jure permissum sit servum, qui in fuga est possideri à domino, ut per eum impleri possit usucapio, *l.*1.§. *per servum*, *ff. de usucap.* tamen ut tradit Vlpianus Iuliani sententia,*in l. servi,*17.§.*illud*, *ff de furtis*,si servus qui in fuga est furtum commiserit etsi videatur à domino possideri tamen ad implementum usucapionis, & Domini favorem tantum videtur possideri,non verò ut ex eo Dominus damno afficiatur & furti actione teneri debeat.

Et quamvis cum in diem incertum confertur ob- 20
ligatio,id faciat conditionalem,veluti si quis obligatus fuerit,cũ Titius pubes erit *argumento legis quodcumque* 45.§ *penultimo de verb. obligat.*tamen si stipuletur cum petiero, & similiter incertum sit quando,& an petam, tamen conditio non inducitur, *l.si decem* 48.*l.si ita quis* 135. *in principio*, *&* §.1.*ff.de verb.obligat.*nam cum ejus adjectionis cum petiero ille finis sit,ut celerius præstetur,contra foret si induceretur conditio,& in damnum stipulantis retorqueretur, & non est congruum finem rei eviti *dict.l. quod favore*,quam exornant Baldus,& Salicetus *in c. indultum & c.quod ob gratiam de regul.jur.*Iason.*in l.legata inutiliter.de admin.leg.*Seraphinus *de privileg juram.*107.*n.*10.

Et in terminis decimarum exemptiones probavit 21
Farinacius *decis.*240.*pag.*120.*novissimarum*,quæ excusæ anno 1612.agens de privilegio cõcesso Monialibus sororibus Sanctæ Claræ ne solverent decimas de fundis,quos colerent per se vel colonos,& quæstio fuit an si conducerent fundos,possent è conductoribus sorores decimas percipere,& exigere,& quamvis privilegium erat non solvendi decimas, non verò exigendi adhuc Rota decidit posse Moniales à conductoribus decimas exigere, nam cum illorum fundorum decimæ abrogentur à Parochis ad alimenta Monialium & in earum favore privilegium concessũ contra illas retorqueretur si non possent decimas exigere,à conductoribus qui aliàs solvere debebant, ut probavit latè Gutierrez *de Gabellis q.*44 & *alibi* notavimus, & contemplatione Monialium exemptio decimarum in eis fundis concessa, Rom.*in l.si cum dotem ff.solut.matrimonio cons.*32.*num.*7. ita similiter si ad petitionem Regis ut ei gratiam faceret Pontifex exemptionem decimarum concessit,non debet contra Principem ipsum interpretari, ut à decimis ipsi concessis Religiosi eximantur, nam ea facilè Princeps posset donare, vel ab eis non percipere, & frustra à Pontifice peteret, quod ipse concedere vel donare in decimis valebat.

Vlterius nam in concessione generali,ut decimas 22
non solvant intelligitur de decimis,quæ jure cõmuni ab extra percipiũtur, non ab ipso Principe qui petiit exemptionẽ,*arg.textus,in l.qui insulã* 30.§.*fin. ff locati*,ibi:*sed extraneam vim utrosque excipere voluisse*,& in cõtractu in quo excepta fuit vis fortuita propria nõ comprehensa, sed extranea,ac perinde si incensa villa fuerit à servo Coloni tenetur non obstãte pacto, quasi non intelligatur agi de eo, qui contraxit, ita nec de Principe qui petiit à pontifice exemptionem

ptionem, quia semper credendum est velle jus suum conservare, nec omittere, nisi apertè exprimat juxta vulgaria.

Idque apertè firmatur pluribus sententiis, quæ in 23 rem judicatam transierunt nostri Senatus supremi Regalis Patrimonii adversus Religiosos Societatis Jesu, qui cum habebant exemptionem solvendi decimas ex bulla memorabili Gregorii XIII. quam *suprà* reculi, intendebant non solvere Tertias quasi decimarum pars, quæ jam pluribus retro sæculis, Regibus Hispaniæ à Pontificibus sunt concessæ, *l.1.tit 29.lib.9 Recopil.* & Doctorum sententias retulimus *suprà allegat.17.n.3.* sed tamen, Religiosi Societatis Jesu fuerunt condemnati ad solutionem Tertiarum, quia illorum exemptio circa decimas, non debebat extendi ad Tertias, quæ Regi jam concessæ fuerant ut ab illis jam Regibus datis exempti non censerentur.

24 Deinde, quia concessio à Pontifice facta intellegi debet de his, in quibus ad Pontificem tunc spectabat dispositio, quia tunc Ecclesiæ solvebantur; non verò de decimis quæ jam Regi datæ fuerant, quia in ejus præjudicium rescriptum intelligi non debebat, & pondero in terminis Textum ex pressum *in d.cap. cum ordinem 6.de rescriptis* eis verbis: *Si contra vos super decimis vel aliis quæ Ordini vestro sedes Apostolica indulsit, non facta mentione Cistercienſis Ordinis litteræ fuerint impetratæ, per eas minimè teneamini respondere*: Quem Textum plures retulimus eum exornantes *suprà n.6.* & videndus Barbosa *in ejus collectaneis, n.6.* ubi contra Ripam, & Beroium interpretatur.

25 Præterea facit etiam in specie doctrina Joannis Andreæ *in c.2.de decimis* dum tradit privilegium exemptionis decimarum non extendi, ut solvantur Laico qui decimis est infeudatur, quod sequitur Peregrinus *decis.143 n.19.* & ad privilegia videndus Maurus *allegat.40.n.12.& allegat.79.1.p.*

26 Maximè, nam semper exemptio decimarum restringenda, quantum possit, quia difficulter concediture, & ideò si Religioni concedatur communicatio privilegiorum alterius Religionis quæ habeat exemptionem solvendi decimas, adhuc non extenditur hæc exemptio ad Religionem cui communicata fuerunt privilegia, *ut suprà* ex Barbosa *in c. nuper de decimis*, probavimus, quia nunquam exemptio solvendi decimas censetur data nisi exprimatur, quia difficulter conceditur, ex traditis à Baldo *in l. fistulas 8.§ frumenta, ff.de contrab.empt.* Butrius *cons.19. n.9* Cremensi *singulari 108.* Seraphino *decis.591.* & referens plures decisiones Hispaniæ videlicet, Valentinam, Cordubensem, & Conquensem *in causa decimarum*, notavit idem Barbosa *dict. lib.3. de jure Ecclesiastico cap 27. num.41.*

27 Pro Rege facit observantia subsequuta privilegii Religiosorum, quæ validissima est ad ejus interpretationem, ut ex Baldo, Decio, Peregrino, Mazario, Rota Florentina & Menochio Mastrillus *decis.256. n.13.* Craveta *consil.201. n.11. & cons.211. ad fin.* Cuman. *cons.162.n.4.* & idem Mastrillus *decis.257. n.11.& 12.* Et ab anno milesimo quingentesimo octuagesimo quarto, plus abhinc quinquaginta annis constat Religiosos, decimas quas Rex percipiebat, solvisse, ac perinde quamvis contra ipsum uti possent suo privilegio, (quod utique negamus.) Et licèt expressum esset concessione prædictâ eximi à decimis, quæ Rex percipiebat, adhuc videntur amisisse privilegium, *c.de terra, cap.accedentibus de privilegiis, l.42.tract.18.part.3.* & per non usum, quanrò magis per contrarium usum privilegia amitti tenuerunt Doctores per Textum *ibi in l.1.ff.de nundinis, cap. cum accessissent* ubi Felinus, Abbas & cæteri Doctores *de constit.* idem Felinus *cons.1.n.23.* Padilla *in l.2.n.3.C.de divers. rescriptis.*

Denique à Religiosis opponebatur superfluum 28
esse, & inutile privilegium exemptionis à solutione decimarum, quia non habebant prædia nisi in eo territorio, ubi Regi earum perceptio concessa, & semper vitandum esse superfluum, vel incompatibile esse rescriptum, dispositionem vel contractum, *argum. leg. si quando 109.ff.de legat.1.* quia ultra quàm futile & puerile existimandum argumentū à superfluitate vitanda, ut ex Cagnolo, Mantica, Alciato, & D. Castillo ego notavi *in decis. Granat.31.n.51.* Vbi nullo modo posset id procedere argumentum, probavimus quādo etiam in minimo potest dispositio operari, quia tunc non superflua, nec inutilis existimanda, & in hoc casu quamvis Monasterium cum quo lis erat, solveret decimas quæ Rex percipiebat, non maneret inutile receptum, exemptionis decimarum, cum eo gaudere possent reliqua totius Ordinis Monasteria, cum pro universa Religione exemptionem Rex peteret.

Quibus addendus est Covar. *lib.1.var.c.17.n.14.* 29
ubi distinguit inter contrarias opiniones Innocentii Cardinalis, Oldradi, Felini & aliorum qui tenuerūt, ad explicationem, *cap. privileg.* privilegium concessum de decimis novalium non solvendis accipiendum de illis novalibus, in quibus alter non est in possessione percipiendi decimas, quasi eis noluerit Pontifex præjudicium inferre tamen contra tenuerunt Panormitanus, Boatinus & Decius, ut privilegium extendatur etiam ad prædia, in quibus alius erat in possessione decimas percipiendi, & Covarr. ad earum opinionum concordiam distinguit, ut si immunitas non solvendi decimas ex novalibus potest effectum habere extra illa prædia, in quorum possessione percipiendi decimas alius fuerit, tunc opinio Innocentii, & aliorum qui eum sequuntur rectè procedat: secùs verò, si aliter exemptio locum habere non potest quàm si intelligatur in eis decimis quarum percep ionis possessio erat penes illum ad quem jure communi decimæ pertinebant cum hujus possessionis scientia, quia de jure communi præsumatur satis Pontifici nota ut ei velit derogare *argum.c.1.de constitutionibus in 6.* tunc admittenda opinio Panormitani & aliorum.

Quod magis confirmat jus Regis nostri, quod tue- 30
mur, quia nec etiam juxta opinionem Panormitani, ut accipit Covarr. etiamsi in nullo alio posset Religiosis exemptio data, in hoc casu non solvendi decimas nisi in eis quæ Principi nostro concessa, adhuc juxta opinionem Covarr. non habeat locum circa decimas quæ Princeps percepit, quia ut prædiximus, tunc admittit opinionem Panormitani, quando decimæ possidentur ab aliquo jure communi, cujus scientiam Pontifex habere videtur, & voluisse ei derogare, & cum Rex noster non percipiat decimas jure communi sed speciali privilegio, prædictæ ratio cessat, ut etiamsi in nullo alio exemptio Religiosis data locum habere possit, adhuc non præjudicat juri Regali nec ei videatur Pontifex derogare, cui adde Innocentium, Zabarellam, Ioannem Andream, Butrium, Imolam, Ananiam, Panormit. Ripam quæ refert Barbos. *in collect. 4. cap. dudum num.1.*

Audaciùs rei confirmationem noto in quacum- 31
que dispositione etiam in generali non comprehendi, quod est diversæ qualitatis majus concessio quamvis sine illo non posset res expediri, & inde venire soleat quod alius nō veniret, Bart. *in l.2.de Iurisd.omni judic.n....* Jason *in l.fin ff.de hæred.instit.* Romanus *in l.illud.ff.de adquir.hæredit.n...& argumento, l. si mihi 20.cum leg.seq.ff.de servit.rustic.prædio* Donel. *l.18.*

Comment.

Comment. c.16. & ideò etiamſi ad expeditionem exemptionis Religioſis datæ neceſſarium eſſet, ut in decimis, quas Princeps ex Privilegio percipit intelligeretur exemptio, adhuc quia iſtæ decimæ ſunt diverſæ qualitatis, quàm ille à quibus exemptio conceditur, quia jam ad Regem noſtrum tranſlatæ nullo modo in eis poterit exemptio locum habere, niſi apertè de illis ageretur, & pondero Textum *in l. ex facto etiam agitatum 19 ff. de hæredib. inſtit.* ubi quoties teſtator ita diſpoſuit: ſi mihi Sejus (quem non inſtituerat) hæres non erit, Sempronius hæres eſto, quamvis ſubſtitutio quæ expreſsè facta ſupponat neceſſariò inſtitutionem, adhuc non valet inſtitutio, quia niſi nominatim & expreſsè fiat non tenet, notarunt Aretinus *in l. Gallus §. & quid ſi tantum num.... ff. de lib. & poſthumis*, & ad inſtitutionem non ſufficere verba enuntiativa tenuerunt Bartolus, Oldradus, Romanus, Seraphinus, Pariſius, Albenus, Bellanus, Goveanus, quos refert Nevius *ad d. l. ex facto*, ideo etiamſi ad effectum exemptionis Religioſis factæ eſſet neceſſarium operari in decimis, quæ antea Regi noſtræ datæ fuerant, & ſine hoc non poſſet expediri exemptio adhuc in eis locum non haberet, quia diverſæ qualitatis ſunt ſcilicet jam conceſſæ, & ut comprehenderetur exemptio neceſſaria erat ſpecialis conceſſio & derogatio Regalis privilegii, ut prædiximus.

ALLEGATIO LIX.

Tributorum ratio.

1 *Vectigalia & tributa ad publicam utilitatem pertinent.*
l. 1. §. interdictum de loco publico fruendo.
l. 1. §. in cauſa quæſtionibus.
Novella 159. c. 2.

2 *Subditi pro regimine & defenſione, Principi debent tributa.*
l. omnes C. de annonis & tributis.

3 *l. 8. tit. 1. p. 2. l. 11. tit. 28. part. 3. explic.*
Regis major poteſtas in tributis imponendis, quam Imperatoris.

4 *Iure divino Regibus debentur tributa, lib. 1. Regum, cap. 8.*

5 *Apoſtolus ad Roman. c. 13.*
c. tributum 23. quæſt. 8.
cap. pervenit, cap. quoniam, cap. innovamus 23. quæſt. 8.
c. ſi tributum 11. quæſt. 1.

6 *Tributa juſta debentur Principibus de jure divino.*

7 *Tributorum major ratio defectus reddituum Regalium.*
l. neminem, C. de ſacroſ. Eccleſ.

8 *Neceſſitas defenſionis & Reipublicæ conſervandæ maxima & juſta cauſa tributorum.*
cap. ſuper quibuſdam, §. præterea de verbor. ſignific.

9 *Hiſpaniæ Reges non imponunt nova vectigalia, niſi ex conſenſu Regni & ſubditorum.*
Tributa conſenſum ſubditorum requirunt in Anglia, Germania, Batavia, & aliis Provinciis.

10 *Tributa ex conſenſu ſubditorum imponi Politici aſpernantur.*

11 *Reges debent cum conſilio facere leges.*
l. humanum, C. de legibus.
l. 2. tit. 7. lib. 6. Recop.

12 *Attributa ſunt alimenta Principis, & juſtè percipit, cum ſubditi deſignant.*
Rebelliones plures ex immoderatis tributis.
cap. 12. 16. & 19. lib. 3. Regum.

13 *Regibus valde utile tributa ex ſubditorum conſenſu & ſuffragio percipere.*
c. 49. Geneſis.
c. 33. lib. 4. Regum.

14 *Retentioni tributorum congruit ex ſubditorum conſenſu ea decerni.*
Princeps tributa ceſſante cauſa ex qua impoſita injuſtè exigit.

15 *Tributa Principi debentur, cum neceſſitas urget.*

16 *Principi etiam ex culpa in neceſſitate conſtitutio debent ſubditi ſuccurrere.*

17 *Tributa ut alimenta Principatus non poſſunt denegari Principi, etſi culpa ad neceſſitatem devenerit.*

18 *Tributorum ratio, quia Publica communi utilitati præferenda.*
l. jus publicum, ff. de pactis.
Cicero lib. 3. de finibus expenditur.

19 *Princeps pro neceſſitate publica & defenſione poteſt ſubditos dominio rerum privare.*
Princeps an teneatur ſarcire dominium quod ademit?

20 *Procuratores urbium nihil donant Principi, quando in novis vectigalibus conſentiunt.*

21 *Index peccat, qui ex arbitrio, non ex juſtitia judicavit.*

22 *Tributa quando juſtè petuntur debita potius Principi non donata cenſenda.*
D. Matth. c. 22. explicatur.
Reddere & dare differentia.
l. Stichum 39. §. ſi hæres. ff. de ſtatu liber.

23 *Tributum debet eſſe juxta facultate ſubditorum.*
c. 49. Geneſis.
c. 23. lib. 4. Regum.
l. 14. tit. 5. part. 5.

24 *Malum minus eligendum ex duobus.*
c. duo mala, cap. nervi, diſtinctione 15.

25 *Reſpublica perire non debet, licet tributis opprimantur ſubditi.*
Neceſſitas facit licitum, quod aliàs non licet.
Neceſſitati occurrendum cùm imminet. l. fin. Cod. in quibus cauſ. in integ. reſtit.

26 *Publicus ſtatus in totum periret ſine tributis.*

27 *Princeps antequam præter ordinaria ad nova tributa imponenda deveniat debet proprium expendere patrimonium.*
Princeps bona potius ſua expendere debent, quam nova vectigalia imponere.

28 *Princeps, qui non poteſt aliter ſtatum ſuſtinere, nova vectigalia imponere poteſt, pluribus probat.*

29 *Eccleſiaſtici debent contribuere in extrema neceſſitate.*

30 *Princeps ad faciliorem exactionem in fructibus tributa percipiat. non ſemper in pecunia.*

31 *Tributa ex operis ſubditorum faciliora.*

De tributis quando juſtè Princeps imponere poſſit?

VECTIGALIA ad publicam utilitatem ſuſtinendam ſpectare, *l.1.§.interdictum de loco publico. fruendo, l.1.§.in cauſa de quæſtionibus, novell.159.cap.2.* notarunt Cicero *lib.2.ad Atticum epiſt.16.* Tacitus *l.4.annalium* Scipio Amaratus *diſſertat. Polit.lib.18.diſcurſu 8.* latè Afflictis *cap.1.quæ ſint Regal. in princ.num.7. & 8.* & paſſim Doctores *infra* referendi.

2 Et cum ad commune bonum ſpectet eorum impoſitio, ideò Principibus, quorum curam contingit Reipublicæ defenſio, & gubernatio, congruè debentur, quia ſubditi, & populi tenentur Regi neceſſaria exhibere ad muneris ſui dignitatem *juxta titulum, Cod. de indictionibus titulo, Cod. deſuper in dicto lib. 10. leg. omnes, Cod. de annonis & tributis, eodem libro.* Leſſius *lib.2.de juſtitia & jure cap.33.dubitatione 2. num.13.*

3 Et probatur, *l.11.tit.28.part.3.& l.8. tit.1.part.2.* Vbi traditur plus Regibus, quàm Imperatori tribui in vectigalibus imponendis, quia Imperator eligitur & nulla alia quàm prædeceſſoribus datâ electione conceduntur, Rex verò poſtquam ſemel aſſumptus, cum populus ei & in eum omnem vim & poteſtatem tranſtuliſſet, liberè regimine uti, & quando juſtè vectigalia exigere poterit, imponere valebit, & Regis major poteſtas, quàm Imperatoris circa hoc conſideratur *ex dict. l.8.* cui adde Matthæum de Afflict. *in præludio ad conſtitut. Neapol.q.13.per totam,* Boërio *deciſ.178. num.9.* Burgos de Paz *in proœmio legum Tauri, num.143.cum ſequentibus,* Azevedo *in l.1.n.1. tit.17.lib.4.compil.*

4 Et ideo ex jure divino Principibus competit poteſtas imponendi tributa *lib.1. Regum c.8.* ubi tenet Nicolaus de Lira, Soto *lib.3. de juſtitia & jure q.6. art.7.* Alfonſus à Caſtro *de lege pœnali.c.10.* Leſſius *ubi ſupra*, Cajetanus *in ſumma, verbo vectigali*, Divus Antonin. *in ſumma 2.part.tit.1.c.13 § 9.* Sylveſter *in ſumma, verbo gabella 3. q.5.* Navarrus *in manuali, c. 17.n.202.* Menchaca *lib.1 controverſ. Illuſtrium c.41. n.19.* Lazarte *de gabellis in præfatione n.2.& 30.* ex Divo Matthæo *c.22.* Divo Luca *c.12.* Divo Marco *c.11.* probavit Otalora *de nobilitate, 1.p.c.3.n.1.*

5 Et facit illud Apoſtoli *ad Romanos c.13. Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal*, facit Textus *in c. tributum cum ſequentibus 23.q.8.c.pervenit & c.quoniam.c.innovamus de cenſibus, c.ſi tributum 11.q.1.* quibus adde Ioannem Garciam *de nobilitate, gloſſ.8.§.1.ex n.1.* Sfortia *de reſtitutione 2.p.q.82.art.4. n.31.* Cevall. *commun. opinionum tom.2.q.572.n.2.* Platea *in l.omnes, C. de annonis & tributis*, Oroſcius *in l. Princeps legibus, n.20. ff. de legibus*, Velluga *in ſpeculo Principis rubrica 46.§. donum, n.1.* Bobadilla *lib.5. Politicæ c.5.n.7.* qui omnes à jure divino originem trahere teſtantur, quod ſecutus fuit jus gentium & jus civile: nam ex omnium gentium inſtituto ratio naturalis inſinuavit Principem eligendum, & illum ſine vectigalibus non poſſe imperare, ut prædicti notarunt.

6 Hoc tamen ſemper intelligendum eſt, quando vectigalia juſta fuerint, id eſt, impoſita ex juſto fine, & qualitate ſervata, & in eis rebus, ex quibus vectigalia rectè exigantur, ut notarunt Theologi, Cajetanus *in ſumma, verbo vectigalia*, Leſſius *de juſtitia & jure, lib.2.cap.33.* ex Gabriele, Vaſquez, Navarro, Molina & aliis, pater Marquez *in Gubernatore Chriſtiano lib.1.cap.6.* & ex Salviano, Cajetano, Caſtro, Soto, & Ledeſma, qui alios referunt, idem Marquez *dict. lib.1. cap.29.pag.181.*

7 Cauſæ igitur ex quibus imponenda tributa illæ ex jure à Doctoribus, & Politicis deſignantur defectus redditui ordinariorum, *l.neminem in fine, Cod. de ſacroſanct. Eccleſiis*, Rolandus à Valle *vol.2. conſ.1. num.67* Natta *conſ.183.n.11.* Hippolytus Riminaldus *conſ.10.n.2.* Burſatus *vol.1. conſ.1.n.16.* VVeſembeq. *vol.1.conſ.45.n.16.* Rebuffus *in l.1. Cod. de exact. tributorum*, Roſental. *de feudis, cap.5. concluſ. 74.per totam, & concluſ.79.n.1.* ubi tradit id nullum habere, qui contradicat Scraderus *de feudis 5. part. num.119.* Surdus *de aliment. tit.7. quæſt.22.n.6.* Gail. *de arreſtis, cap.10.n.12.* Seſſe *tom.2.deciſ.183.n.12.* Thomas Sanchez *conſil. Moral. lib.2. cap.14.dubio 2. n.7.* Eſcobar *de ration. c.25.n.23.* & omnes Doctores paſſim hanc præcipuam, & impulſivam cauſam conſtituunt indicendi tributa.

8 Vnde procedit illa univerſalis cauſa neceſſitatis publicæ, quæ conſiſtit in defenſione ſtatus, ſi hoſtes graſſentur, & invadant, aut bellum omnino neceſſarium geratur, aut quævis alia urgens neceſſitas, quæ arbitrio juſto regulanda, Menoch. *lib.2. de arbitrar. caſu 178.n.2. & caſu 181.* idemque *argumento cap. ſuper quibuſdam, § præterea de verb. ſignific.* notant Doctores cõmuniter, ibi: *Quia ſuprema lex eſt, ut publicæ neceſſitati occurratur, & conſervatio Reipublicæ legem habet neceſſitatis*, ut ex Divo Thoma, Cicerone Oſaſco, Simanca, Conano, Iuſto Lipſio, & aliis tenet D. Valençuela, quem & alios refert D. Caſtillo *de Tertiis, cap.9.n.25.* ex pluribus D. Amaya *ad tres libros Codicis in l.3. Cod de annonis & tributis n.27.* ad hoc referendum, quod de juſta cauſa neceſſitatis ad tributa imponenda notarunt Feſtaſius *de æſtim. & collectis, 2.part.cap.4.num.48* Riminaldus *conſ.667. num.15.* Rolandus à Valle *dict.conſ.1 num.55.& 67. & conſ.91. num.3.* Thomas Grammaticus *conſ.98. num.14.* Thomingius *lib.2 conſ.18.n.29.* Bolognetus *conſ.1.num.13.* Cacheranus *conſ 31.num.26* Aufrerius *deciſ.452* Capellæ Toloſanæ *num.3.* Franciſcus Marcus *part.1.deciſ.471.n.1.* Natta *conſ.487.n 13.* Alexander *lib.2.conſ.216.num.17.* Surdus *conſ.210. num.13.* Parſius *lib.1. conſ.68. n.31.* Craveta *lib 3. conſ.439.num.7.* Menoch. *conſ 461.n.35.* Minſinger. *cent.4.obſervat.70* Barcius *deciſ.118.num 7.* ex noſtris Parladorius *lib.1. rerum quotidianarum, cap.3. num 5.* Azevedo *lib.1. num.25. 63. 64. tit.17. lib.9. Recopil.* Cancerius *lib.1. variar.c.3. n.119.* Diana 1. *part. Mor. tractatu.3, reſol.25.* Thomas Sanchez *dict. cap.4.dub.2.num.7. ubi n.4. & 5.* ex prædictis juſtis cauſis omnibus Regibus non recognoſcentibus ſuperiorem concedi indicere tributa, idque ſpecialiter Regibus Hiſpaniæ competere ſtatuit.

9 Huic autem poteſtati quæ generaliter omnibus Principibus non recognoſcentibus Superiorem ex munere conceſſa in noſtris Regibus Hiſpaniæ quodam modo voluntariè ſubditi ceſſerunt: nam ex æquitate, qua ſemper omnia quæ ad regimen pertinent, diſponere ſolent Reges Hiſpani conſtitutionem fecerunt ne ſine conſenſu ſubditorum, & ſuffragiis civitatum, quæ Provinciarum, Metropolis, earum Procuratoribus, ad Comitia generalia, in Curia vocatis aliter nova vectigalia, & collectæ non imponãtur, niſi Procuratoribus Provinciarum conſentientibus *l.1.tit.7.l.Recopil.* Avendaño *cap.4. Prætorum, 2.p.num.2. & ſequentibus*, Gironda *de gabellis in præludio, num.25.* quos Parlador. & Avendañ. refert. Bobadilla *lib.5. Politicæ, cap.5. n.3.* & idem factum ab Eduardo I.

Rege

Rege Angliæ ex Polidoro, Virgilio, & Petro Gregorio probat ex Burgo de Pace, & aliis Thomas Sanchez *consil. moral. lib.2. cap.4. dub.2. num.5.* adde Avendañum *de metu, lib.2. cap.23. num.49.* & in Hispania, Germania, & Anglia similiter observari, & in Francia idem decretum anno 1538. tempore Philippi Vallesii, & tempore Caroli VIII. in Statibus celebratis in Vrbe de Turs. ut tributa non indicerentur sine consensu populi, etsi aliter factum à Carolo VII. ex Philippo Comineo, & Gallo Politico, probavit Marquez *in gubernatore Christiano lib.1. cap.16. & c.29. pag.179.* & quoad nostram Hispaniam adde, quæ tradit Menchaca *lib.2. de succes. creat. §.17. n.102.* & confirmat Alex. ab Alex. *lib.3. dierum genial. c.13.* olim tributa & vectigalia tantum Kalendis Martii populo avito, ejúsque assensu instituta fuisse. & in Batavia idem ut sine consensu populi tributa non indicantur, tradit Hugo Grotius *de antiquit. Reipublicæ Batav. c.5.* & de Gallis tempore Caroli Magni Aimonius *lib.4. cap.116. &c.117.* & in ferè omnibus Regnis politicis Europæ id observari ex Mindano, Sleidam, & aliis pluribus probavit Domengius *in Bibliotheca, verbo ærarium, num.170.*

10 Quod equidem, etsi aliqui Politici adspernentur quasi quod Regiæ dignitatis est, videlicet imponere vectigalia non debere subditorum arbitrio relinqui, vt precario regnet, qui fecerit, cum videatur Regni sui subditos Regem constituere, & nervos imperii, idest ærarium non congruere rectæ regendi rationi in potestate, & voluntate populi esse, ut appendeat augeri, nam plura subito Regibus occurrunt, quæ necessarium est celeriter expediri, sæpe quæ secreta interest non vulgari, idque fieri congruè non valet, dum congregantur Comitia, dum delecti Procuratores vocantur, & monentur de justitia Principis ad tributorum petitionem, nec enim negotia hunc ordinem vel morem & moram possunt expectare, affluit ex ea rei gerendæ occasio, & ingruit malum, quod si statim ad stipendia tributa imponerentur repelli poterat; si autem Princeps vellet hostem imparatum invadere, & quæ olim ab ipso rapuit ab inopinato vindicare, quo casu expedit consilium non vulgare, ut nec vicinus intelligat; inter hanc tamen rationem recipiendi vectigalia, dum Comitia congregantur à Civitate suffragia quæruntur & populus consentit, vix consilia regi possunt: & arcana omnia in publicum proferuntur, & secretum quod est velut anima omnium expeditionum, & consiliorum, effunditur: & quamvis princeps, velit hanc molitionem sibi habere secretam, quas causas à populo insinuabit ad petendum novum tributum, quo rerum festinatio, quæ bellicas expeditiones maximè perficit, (ut de Alexandro dicebat Alciatus *emblema.3.* ubi ex Homero, Hesiodo, & Ovidio notavit Alciati Scholiastes Brocensis *ibi,*) omnino destruitur & labitur occasio, cum si forte Regni Procuratores petitioni tributorum non annuerint, aut quamvis justa consilia Principis nõ admiserint, quid aliud quàm vel Principis odium, inobedientiam, & ludibrium inde sequatur, & ferendum non est. Vt si iniquè aut imperitè Procuratores urbium tributa denegaverint, populo ipsi & patriæ jugulum inferant, & vulnera imprimant, negatis stipendiis quæ Reipublicæ status efflagitat, & Regiam potestatem quæ omnium potissimam debiliorem reddi, & populo quodammodo subjici, quibus rationibus Polyarchum Regem Galliæ, suadentem Hyanisbæ Mauritanæ Reginæ, in cujus regno nisi convocato ex tota gente consilio tributis indicendis autoritas non erat, refert Ioannes Barcajus *in lib.4. sui Argenis.*

11 Verumtamen contraria sententia quæ à nostris Regibus merito admissa ex benigno in subditos animo, æquitate & justitia, qua semper regiminis rationem disponere solent verior, & statui publico & regendi rationi congruentior est, quippe semper ex consilio suorum subditorum non solùm tributa, sed etiam leges, & alia quæ ad gubernatorum pertinent, Princeps statuere debet, *l. humanum, Cod. de legibus, l.2. tit.7. lib. Recop.* Iason. *in l. placet, num.10. Cod. de sacrosanct. Eccles.* Burgos de Paz, *in proœmio legum Tauri n.447.* Paris. de Puteo *de sindicatu, titulo de rerum excessu n.18.* Parladorius *rerum quotidianarum, lib.1. cap.3. n.13.*

Sed & cum Princeps ideò tributa percipiat ut *suprà* expendimus ex divo Paulo *ad Romanos, cap.13.* quasi ad alimenta Principatus, & justè hæc alimenta percipiet Princeps, quando à Populo ipso tributa designantur, & cum novæ & injustæ exactiones semper seditionis causa fuerunt, & Antiochiensium rebellionem, propter vectigal injunctum à Theodosiano, ad bellum Maximi refert Theodoretus *lib.5. Historiæ, cap 19.* notavit Marquez *dict. cap.16.* ubi refert Clementem Alexandrinum *lib.5. Stromatum* & probavit Adamus Contzent *lib.7 Politicorum cap.29. §.9. & lib.9 cap.3. §.2.* Et ultra plura nullum majus exemplum quàm quod *ex lib.3. Regum, cap.12.16. & 19.* colligitur, quando decem tribus, contra Roboamum, Regem rebellarunt, quia immoderata vectigalia instituere voluit, ex suoque tantum arbitrio non ex consilio subditorum inducere destinavit, id enim excluditur, quando ex consensu Provinciarum tributa indicuntur. 12

Rursus, si, ut communiter omnes Doctores tam Theologi quàm Iuris Consulti testantur, quadam proportione geometrica tributum imponendum itaut pro modo facultatum populorum nova vectigalia instituantur, ut probatur *Genesis, c.49. vers.15.* ibi: *Vidit requiem quod esset bona, & terra quod optima, & supposuit humerum suum ad portandum. factusque est tributis serviens.* Et de Rege Ioachimo, legitur *lib.4. Regum, cap.33. versic.35.* ad solvendum tributum, Regi Ægypti proportione quadam vassallos suos oneratse, alias enim injustum tributum, & à principe non jure exigendum notarunt plures quos referunt Cajetanus *super Genesim, cap 49.* Lessius *dict. lib.2. de justitia & jure cap.33. dubitatione 1. num.6.* ex Molina, Navarro, & aliis, Marquez *dict cap.16.* qui & *dicto cap.29* probat justissimam esse hanc consuetudinem Hispaniæ, ut Reges sine suffragio Comitiorum generalium nova tributa non imponant, quasi inde securius juxta publicam utilitatem imponenda, quando in populo probantur, & melius subditorum vires pensantur, ex quibus tributa solvenda, & tunc certius & securius subditorum obedientia firmatur, cùm cognoverint nihil Principem ex bonis vassallorum velle adimere, sed solum pro necessitate publica, & communi omnium bono, vectigal indicere, & cum Principatus communi gentium consuetudine admissus, & institutus esset, ut vi sublata, quæ omnia ad Potentiores trahebat, ex naturæ, & rationis imperio res hominum agãtur, & naturæ congruat, ut quisquis opibus industria sua partis fruatur, id everti videtur, & ratio civilis quoties pro arbitrio suo solũ Princeps bona ademerit, & vectigalia instituerit, ideò congruũ est ut subditi necessitatem publicam cognoscant, examinent, decernant: hæc est sanctissima concordia, Regem & Populum jungens, utrinque ab injuriis, & superbia arcebit luxuriaturam dominationem, & potestatem. 13

Et quando Princeps petit tributa, si iniquè petat, aut si justè ab initio petierit, & causa cessaverit, vel necessitas, tunc injustè Princeps retinebit tributum, nec 14

nec ampliùs exigere valet, ut ex communi omnium Doctorum sententia probavit Marquez *dict. cap.* 19. *pag.* 180. qui ex ea solum ratione, quamvis apud nos lege id non decideretur, tamen congruum optimæ regendi rationi, æquitati, & justitiæ semper existimavit ex voluntate subditorum imponere, & exigere vectigalia, quo casu justè percipiet Princeps quasi donatum, & securè imperabit, idque magis decet Regem Catholicum Hispaniæ.

15 Quando verò justis rationibus & necessitate publica urgente vectigalia nova Rex peteret, nihil est, cur recusare possit, vel debeat subditis justitiam petitionis insinuare, potius Regis interest apud subditos non avari, sed liberalis nomen habere, justi & benevoli virtutibus cognosci, & nihil magis velle, quam quod necessarium ad Regni tutelam arbitrium & voluntatem, sed in salutem publicam expendere vectigalia, quo casu nullo modo subditi, nec urbium Procuratores poterunt denegare, quia quando juste petitur & necessitas urget, non potest à subditis tributum recusari, quia in necessitate puteus etiamsi opus fuerit exhauriendus est, ut notarunt Soto *lib.* 3. *de justitia & jure, quæst.* 6. *art.* 7 Ægidius Roman. *tractat. de donatione Ecclesiæ, part.* 1. & 2. Hugo Victorinus *lib.* 2. *de Sacram. cap.* 7. 2. *part.* & est communis opinio ex Iasone *in leg. quominus, ff. de fluminibus*, Oroscio *in leg.* 1. *num.* 7. *de constit. Princip.* Covar. *lib.* 3. *variar. cap.* 6. *num* 6. facit *l.* 2. *tit.* 1. *part.* 2. *leg.* 31. *tit.* 18. *partit.* 3. ubi Greg. Lopez ex Divo Thoma, Medina, Driedo, Gabriel. Vasquez, Sylvestro, Angelo, Toleto, & aliis refert, & sequitur Magister Marquez *in Gubernatore Christiano l. lib* 1. *cap.* 16.

16 Quod adeò verum est, ut etiamsi quis opponere velit Principem in necessitatem inductum ex culpa sua, quia nimis prodigus vectigalia concessa erogavit aut non congruè propter bella justa, sumptus, inutiles, donationes excessivas, quæ magis ad ambitionem, quam necessitatem respiciant, quo casu subditos non teneri novas collectas Principi dare, juxta quod notarunt Divus Anton. 2. *part. cap.* 13. §. 2. Gabriel *in* 4. *distinct.* 15. *quæst.* 5. *art.* 2. *conclus.* 3. *casu* 3. quippe nec dum si Princeps se in necessitatem injiceret culpâ suâ, adhuc tenebantur subditi ei occurrere, juxta quod suadet ratio naturalis, & opinio Doctorum, qui hac de re melius egerunt, satis confirmat.

17 Ratio enim: nam tributa sunt velut alimenta Principis, & quocumque modo ei debentur, Divus Thomas *in Epistola ad Ducissam Brabantiæ*, Sylvester *in summa, verbo gabella, quæst.* 2. §. *adde autem*, Soto *l.* 2. *de justitia, & jure, quæst.* 6. *art.* 7. & nullus est, qui inficiari possit, ut subditi teneantur Principi subministrare necessaria ad ejus dignitatem, & gubernationem: nam cum id respiciat causam publicam, si vera necessitas est, quamvis imputari Principi possit, adhuc tributa ei debentur, ut necessitati occurratur, ut tenuerunt Molina *lib.* 3. *de justitia & jure, tractatu* 2. *de tributis, disputatione* 667. *num.* 4 & 5. Media *de restitutione, quæst.* 13. Vasquez *de restitutione c.* 6. *dubitatione* 2. *num.* 23. Lessius *lib.* 2. *de justitia & jure cap.* 33. *dubitatione* 6. *num.* 48. ubi movet quæstionem, utrum si Rex sua culpa ærarium exhauserit ludis, conviviis, profusis largitionibus, bellis inconsultis possit urgente necessitate nova tributa imponere, & respondit, *Rectè posse, si alia ratione publicum malum avertere non possit. quia subditi in publica necessitate tenentur opem ferre*: & idem Vasquez *dict. cap.* 6. *de restitutione dubitatione* 2. *num.* 23. ibi: *Quod licet Rex injustè consumpserit Patrimonium, & debita contraxerit, vel bello inutili, vel injusto, suæ inserviens libidini, deniquè ob nullam Regni sui utilitatem, potest nova im-*

ponere tributa, quia ejus inopia est in perniciem Regni, Azor. 3. *part. lib.* 5. *c.* 23. *quæst.* 1. ex Medina, Salone, Palacio, Rubio, Hostiens. & Henrico aliter probavit Thomas Sanchez *lib.* 2. *Moralium, cap.* 4. *dubio* 2. *n.* 8. si aliter Princeps sibi succurrere potest, quando sua culpa ad inopiam devenit, quo videtur admittere licere, si aliter sibi non possit habere necessaria, non superflua & ambitiosa, & expresse ex Maldero, Lessio, Turriano, Vasquez tenuit P. Diana, 1. *p. moral. tract.* 3. *resolut.* 4.

Sed cum tributa respiciant ad regimen sustinendũ 18
& publicam utilitatem, debet cuicumque privatæ anteponi, *l. jus publicum, ff. de pactis, auth. res quæ Cod. communia de succes.* Doctores *in cap. quia in Ecclesiarum de constit. & in cap. plerique de immunitate Eccles.* Bartolus *in leg.* 1. *de constit. Principum & in leg. Barbarius Philippus ff. de offic. Prætoris*, ubi Baldus & communiter Interpretes notarunt Franciscus Typus *de potestate Principis secularis* §. 6. *n.* 1. & facit quod tradit Cicero *lib.* 3 *de finibus* ibi: *Quia jure naturæ congruit, ut communis salus & communis necessitas, aut commune periculum non unius duntaxat, aut alterius, sed omnibus impensis, jacturis, periculisque compærentur.*

Et ideò communi Interpretum sententia admissum 19
est Principem (de eo qui non recognoscit superiorem in temporalibus semper loquimur,) posse in casu urgentis necessitatis, quando publica utilitas expostulet subditos domino rerum suarum privare, Iason. *in dict. leg. quominus num.* 5. Oroscius *in dict. leg.* 1. *de constit. Principum n.* 17. Capitius *decis.* 66. *num.* 6. Gail. *lib.* 2. *observat.* 16. *per totam*, Covar. *lib.* 3. *variar. cap.* 6. *n.* 6. Menchaca *lib.* 1. *controvers. Illustrium cap.* 1. *num.* 1. Menochius *cons.* 103. *n.* 26. & *cons.* 147. *num.* 26. & *cons.* 156. *num.* 48. Tapia *in rubrica de constit. Principum c.* 1. *n.* 59. Emanuel Costa *in l. Gallus*, §. & *quid si tantum* 2. *p. n.* 175. Mieres 4. *p. de majorat. quæst.* 1. *limit.* 5. *ex n.* 6. Cevallos *commun opinion. tom.* 2. *quæst.* 577. & *tom.* 4. *quæst.* 906. *n.* 358. Gregorius Lopez *in glossa verbo otro legis* 31. *tit.* 18. *partit.* 3. innumeros retulit Petrus Surdus *cons.* 203. *à num.* 17. *usque* 24. & quamvis *ibi* plures referat, teneri Principem emendare damnum tertii, tamen quando ex publica utilitate rem privati aufert, nihil tenetur restituere, postquam necessitas cessavit, ut ex Gloss. *in l. si locus* §. *fin. ff. quemadmodum servitut. admit.* Alber. & Castrensis in ea, & Cepola *de servit. Vrban. prædio. cap.* 24. *in fine*, tenuit idem Surdus. *cons.* 313. *n.* 99. sed circa justitiam necessitatis attendant Principes, & eorum Consiliarii, quia in hoc multoties cum gravi Reipublicæ justitia decipi possent.

Ex quo apparet quando necessitas expostulet, cum 20
Principi novæ collectæ & vectigalia debeantur nihil donare Principi Procuratores provinciarum, quando suffragium præstant, pro tributis imponendis, nec etiam illi donationem facere possunt, etsi velint de bonis privatorum ex quibus vectigalia exiguntur, sed tantum velut judices constituuntur, ut examinent publicam utilitatem quibus Princeps, ex legibus nostris volens id commisit *dict. l.* 1. *tit.* 7. *lib.* 6. *Recopil.* & ut inquit Pater Gabriel Vasquez *p.* 6. *de restitutione dub.* 5. *n.* 76. & 77. eis verbis: *Subrogantur in locum Principis à quo eis committitur justitia novi vectigalis, vel tributi examinanda, & Princeps in imponendis vectigalibus hoc jure utitur.*

Vnde quemadmodum Iudex necessariò debet sen- 21
tentiam ferre pro eo qui justè aliquid petit, & mortaliter peccavit si spreto jure partis ad libitum judicavit, & restitutioni obnoxius erit, Navarrus, Sylvester, D. Antoninus, Burgos de Paz, Turrecremata, Bu-

trius,Belluga,& alii quos refert Morla *in emp. tit.* 2. *quæſt.*7.*num.*3.ita Procuratores Provinciarum quemadmodum mortalis peccati culpam incurrent ſi tributum injuſtum conceſſerint, Molina *dicta diſputatione* 667.*num.*2. Cajetanus,Sylveſter, Angelus, & alii quos refert,& ſequitur Azor.*in ſumma*,3.*p.lib.*5. *cap.*23.*quæſt.*2.ita etiam quoties tributum juſtè petitur cum Principi debeatur idem peccatum incurrent, cum onere reſtitutionis Procuratores Provinciarum, qui pertinaciter negaverint aut diſtulerint, ut probarunt Gabriel, Sylveſter, Medina,Soto, Caſtro,& alii quos refert Azor.*ubi proximè*, *cap.*22.*q.*1.Molina *de tributis diſp.*674. *num.*3.7. *&* 8. Panormitanus *in c. innovamus de cenſibus*,Berthachinus, & alii quos refert,& ſequitur,Covar.*in reg.peccatum*,2.*p.*§.5.*n.*5.

22 Nam Principi tributa debentur in remunerationem regiminis, & laboris quem Princeps ſuſtinet,in juſtitiæ adminiſtratione, & velut alimenta ad ejus ſuſtinendam, dignitatem ut ex Abulenſi, Bellarmino, & Ianſenio probavit Marquez, *dict.cap.*16.*pag.*91. explicans inde D.Matthæum,*cap.*22. quando Phariſæi cum Ieſum interrogaſſent, *licet cenſum dare Cæſari vel non?*quibus reſpondit,*reddite ergo quæ ſunt Cæſaris*,*Cæſari*,utens verbo *reddere*,quo debitum ſignificatur & excluditur donatio,quam diximus non intervenire in juſtis tributis Regi offerendis,& locum Bibliæ ad differentiam verbi,*dare*,quo Iudæi uſi fuerunt, & verbo *reddere*,quo Ieſus reſpondit,quo probatur non poſſe conſiderari donationem in tributis,quæ Principi,offeruntur,ſed debitum,& comprobo *ex l.Stichum*, 39.§ *ſi hæres*, *ff.de ſtatu liberis*, ibi : *quia reddere ea magis quam dare videtur*,cui adde quæ ego notavi *in deciſionibus Granatenſibus*,1.*tom.deciſ.*3.*n.*17.

23 Illud autem majorem difficultatem iniicere poteſt, nam cùm tributa proportione quadam ad facultates ſubditorum referenda, ut amplius imponi non poſſit vectigalium,quàm quod Populus ſolvere valet, quippe ad impoſſibile obligari ſubditi non poſſunt, ut *ex Geneſis cap.*49. *verſ.*15.*& lib.*4 *Regum c.*23. *verſ.*35.ex Cajetano,probavit Marquez *dict.cap.*16. & ultra colligitur *ex lib.*3. *Regum*,*cap.*12.*verſ.*4.*ex cap.*28.*Proverb.verſic.*15.*ex cap.*3. *Michea verſ.*2. *&* 3. & tenuit D. Thomas *in epiſtola ad Ducisſam Brabantiæ*, Medina *de reſtitutione quæſt.*3. §.*tertium*
& *requiſitum*, Sylveſter *verbo gabella*,4.*quæſt.*2.§.*adde autem*, Soto *lib.*3. *de juſtitia & jure*, *quæſt.*6. *art.*7. ubi tradit, ut quamvis puteus cum opus fuerit exhauriendus, tamen à ratione naturali & prudentia diſſonat ſcindere venas fontium, & probatur,in l.14. *tit.*5.eis verbis,*Que como quier que el Rey es ſenor de ſus pueblos para mantenor los en luſticia,y ſervirſe de ellos,con todo ecto guardarlos, debe demanera que no deffallezcan quando meneſter los hubiere*,& tributum quod non reſpicit proportionem geometricam, tam ad juſtitiam cauſæ ex qua exponitur quàm ad facultates,& bona ſubditorum ut ſolvere poſſint in juſtum eſſe,ultra eos quos *ſupra* retulimus ex Humada,Caſtro,Aragonio,Iacobo de Graſſis,& aliis Azevedo in *l.*1.*tit.*17.*lib.*9.*Recopil.num.*78. *uſque* 34.ex Salone, Enriquez, Turriano, Salas, Villalobos, Molfeſio, & aliis probat, P. Diana 1. *p.moral. tract.*3. *reſolut.*5. Thomas Sanchez *lib.*2. *moral.cap.*4. *dub.*2.*n.*8. ex politicis adde Armiſſem *lib.*1.*doctr.Politic.cap.*16.*& lib.*2.*cap.*5.qui plures refert,& Doringium *in Bibliotheca*,*verb.ærarium*,*n.*99.inde videtur non poſſe ſubditos dominio privari, & ultra quod ferre poſſunt gravari.

24 Verumtamen huic difficultati quæ ſemper maximè urgebit,quoties ſubditi vectigalibus & tributis nimis gravati fuerunt eo tempore,quo ageretur de novis vectigalibus imponendis,occurrere poteris,ſi notaveris quod prædiximus procedere, quando vera urgens, & juſta eſt Principis neceſſitas, cùm novæ collectæ petuntur, quippe ſi ſimul timeantur duo incommoda æquè publica,tunc neceſſariò occurrendum eſt minori malæ majoris damni,quamvis minus prætereatur,idque evenit cum facultates ex quibus utrumque damnum redimendum, non poſſunt ſuppetere utrique, idque ipſa ratio naturalis,& experientia docuit,nam medicina corpus debilitat evacuationibus ut vitam tueatur, & membrum abſcinditur ne cancer ſerpat, & totum corpus inurat : ſed ex Theologorum ſententia quam refert, & ſequitur Vazquez *in tractatu de ſcandalo dub.*1. admittitur poſſe conſuli minus peccatum, ut evitetur majus quod neceſſariò perpetrandum, quaſi animæ minus damnum eſſe utile dum excuſetur majus,& in jure omnium Doctorum receptiſſima ſententia eſt,ex duobus malis quæ excuſari non poſſunt,minus permittendum ut majus evitetur, ut probatur *in c.duo mala*, *c.nervi diſtin.*13. ex quo tradit Thomas Sanchez *lib.*2. *de matrimonio diſp.*39. *n.*2. permitti meretrices,& accipiendum eſt juxta quod tradit idem Sanchez *n.*12.

Ex quo neceſſitas quæ impellit ad petendum tri- 25
butum ſit adeo urgens ut niſi ei occurreretur poſſet timeri periculum in publico Regni ſtatu, quo caſu neceſſitas extrema dici poterit, juxta quod tradiderunt Divus Thomas,2.2. *q.*9. *art.*5.*in corpore*, Vaſquez *tractatu de eleemoſyna*, *cap.*1. *dubio* 3. qui tunc extremam neceſſitatem judicarunt, quando cum ea aliquis ſuſtineri,non poteſt,unde quoties vectigalibus non conceſſis in periculum adducentur dignitas Regia & Regiminis ſolius ſtatus, huic primò occurrendum eſt, ex prædictis quibus jus publicum privato præferendum probavimus,& quia neceſſitas facit licitum quod aliàs non liceret, *l. cum ad feliciſſimam*, *C. de quibus muneribus vel præſtationibus*, *lib.*10. *cap.remiſſionem*,1.*quæſt.*1.*ſi ut cap.quando de conſecratione,diſtinctione* 1.*capite ſecundo de conſuetudine*,& ideò Baldus,*in leg.divus*,*ff.de petitione hæreditatis* ex neceſſitate tradit ceſſare præcepta legis, quia lex debet eſſe poſſibilis, neceſſitas verò quando urget eſt impoſſibile vitare, & ideò Divus Thomas, 1.2. *quæſt.*96.*artic.*6.tradit neceſſitatis proprium eſſe non ſubdi legibus,& facere licitum quod iniquum,carere lege, & propter eam jura civilia tranſgredi pluribus probavit, D. Salgado *de Regia protect.*1.*p.c.*1.*prælud.* 3.*n.*103.alia congerit D. Caſtillo,*de Tertiis*,*c.*9. *n.*28.D. Solorzanus 2.*tomo de Indiar. gubernatione*, *lib.*1.*cap.*13.*n.*25. *&* 26.qui in terminis tradit hanc neceſſitatem non eſſe probandam de præſenti, ſed poſſe vero ſimiliter timeri, nec enim expectandum ut neceſſitas ad ultimam vergat miſeriam, ſed ſufficere ut urgeat,vel immineat,ut *argumento fin.C.in quibus cauſ.in integr.reſtit.* quia *non etiam expectandum eſt, ut inſula ruat*,*& ſic deinde agi poſſit* ex Cicer.Bobad. & D.Valençuela qui alia congerunt,probavit D.Solorzan.*d.cap.*13.*n.*24.

In ſubditis autem,etſi nimis vectigalibus gravaris 26
non poteſt conſiderari neceſſitas extrema, nec omnium,ſed aliquorum,nam quamvis in rebus victualibus, novæ collectæ imponantur, ut majori pretio vendantur, non tamen ſubditis denegantur alimenta,etſi majori æſtimatione comparẽt,quemadmodum Principi denegantur, quoties vectigalia neceſſaria non exhibentur, & multum differt, merces aliquas & victualia ſubditis gravari quam publicum ſtatum & regimen perire,ſi tributa non darentur, nam ut traditur in Evangelio D.Matthæi *cap.*5.ibi,*Oculus eruendus & manus abſcindenda ut corpus ſuſtineatur*, &

& ut tradit Polybius *lib.4.capite* 1. quem refert Lucas de Peña *l.8.n.31.C.de exactoribus tributorum lib.* 10.ibi: *Populo quidem nihil utilius quàm ut necessitas Principis implcatur.*

17 Manet igitur ex prædictis cùm id ex necessitate procedat Principem, antequam ad tributa indicenda perveniat, proprium teneri excutere patrimonium, & suum expendere ærarium, ut tenuit Cynus *in leg. neminem, Cod. de sacros. Eccles.* Isernia *in cap.1. n.27. de capit. qui curiam vendidit, & in cap. unico quæ sint Regalia, num.14. ad finem*, Lucas de Peña *in l. ultima C. de feudis limitroph. l.* 11. *n.9. &* 12. Guido Papæ, 9. 551. *num.*10. Greg. Lopez *in l. fin. gloss.2. titulo* 20. *part.2.* omnes Summistæ & plures quos Cumulat D. Valençuela, *tit.1. consil.99 num.*20. aliàs enim si ex propriis bonis potest occurrere necessitati, non videtur in ea esse & boni Principes semper ea expenderunt, antequam ad tributorum impositionem perveniant: ut de Marco Antonino Philosopho, Nerva Imperatoribus & de Isabella Hispala Belgarum Dynasta notavimus, 2 *tomo decis. Granat.* 76. *num.* 19. & ex Livio Bornitio, Ælia Reusnerio, non solùm Principũ sed Procerum sui Regni bona expendenda, & factum fuisse antiquitus antequam subditi novis tributis gravarentur probavit Doringius *in Bibliotheca Iurisconsultorum, verbo, Ærarium, n.*69.

18 Sin autem in vera fuerit Princeps necessitate, ut aliter non possit sui status decorem sustinere, tunc non tributa indicere valebit, ut notarunt *suprà* relati, quibus adde ad potestatem causas & modum indicendi tributa, quæ notarunt Archidiaconus *in cap. qui cognovimus, n.3. & 10. quæst.3.* Lucas de Pena *in Iunica. C. de superindicto lib.*10. *n.9. &* 10. Giurba *decis* 118. *n.5.* Antonius Faber *in Codice libro 7. tit.* 12. *definitione* 1. Petrus Gregorius *de Republica lib.* 13. *cap.*12. *n.*14. *& lib.*24 *cap.3. n.5.* Ramirès *de lege Regia* § 26. *n.6.* Farinacius *in praxi. 3. part. quæst.* 172. *n* 68. Cabed. 2. *part. decis.* 44. *&* 49. Rosental. *de Feudis lib.*1. *cap.5. concluf.*44. Camillus Borrellus *de præstantia Regis Catholici*, 11. *n.*27. *&* 34. *& c.*10. *n.*38 *&* 39 *& cap* 25 *n.*40. Navarrus *ad titulum de censibus conf.*6. 7. *&* 8. *& in manuali, c.*27. *n.*61. Conradus *in templo judicum cap. de Imperatore*, §. *collectas & gabellas*, Aloysius de Leo *ad tit. C. nova vectigalia institui non posse.* Capicius *decis.*148. Mazolus *conf.* 56. Tobias Nonius *conf.*47. *n.*6. Mandellus Albensis *conf.*186. *n.*30. Bosius *in praxi sub titul. qui vectigalia imponere possit*, Iosephus Ludovicus *communium titulo de gabellis*, Thuscus *practicarum, verbo vectigalia*, Ponte *de potestate Proregis, titulo* 4. *de Regalibus, impos. n.3. &* § 1. Sixtinus *de regalibus lib.*2. *cap.*6. Mastrillus *de Magistrat. lib.3. cap.*10 *n.* 119. *& lib.5. cap.6. n.*94. Marta *de iurisdictione* 1. *p. c.* 45. Mieres *ad constitut. Cathaloniæ* 1. *p. collat.* 2. *cap.*10. *num.*18. Azevedo *in l.*1. *num.*6. *& in lib.*2. *n.*1. *tit.*7. *& in l.*1. *tit.*11. *lib.*6. *Recopil. & in lib.*1. *tit.*17. *lib.*9. *Recop. n.*24. Molina *tom.3. de justitia & jure tract. de tributis, quæst.*660. *cum sequentibus*, plures congerit D. Amaya *ad libros voluminis, tit. de annonis & tributis in principio, & in l.3. n.*27. plurimos retulit D. Solorzanus *tom.*2. *de Indiar. gubernatione lib.*1. *cap.*18. *n.*7. *& per totum*, Castro *de lege pœnali. cap.*1. Duardus *in Bulla cœnæ Domini, canone* 5. *quæst.*2. *n.*2. Vivius *in Candelabro aureo ad explicationem Bullæ, casu* 5. *n.*6. Marius Alterius *de censuris, tom.*1. *disput.* 6. Sayrus *in clavi Regia casuum conscientiæ, lib.*9. *c.*16. *n.*29. *&* 30. Vega *in summa, verbo Alcavalas, tom.*2. *casu* 2. Basilius Legionensis, 2. *part. relectione* 1. Diana *moral.*1. *part. tractatu*, 3. *resolut.*25. Laymann. *in Theologia morali, lib. de justitia & jure tractatu* 3. *c.*3.

*de tributis & vectig. n.*2. *vers. altera conditio est*, ex Politicis, vide Bullengerum de tributis, & Domingium *in Bibliotheca, verbo Ærarium*, Petrus Gregorius *lib.*3. *de Republica, cap.*4. *&* 7. Navarrete *discurso politico* 18. Adam Contzen *lib.*8. *Politic. cap.*7. *cum sequentibus*, Lipsius *lib.*4. *civil. doctrinæ. cap.*11. Pater Vasquez *de optimo Principe, lib.*4. *annot.*15.

Et plures ex prædictis probant adeò necessitatem urgere, ut quando extrema sit, & non possint se defendere laïci, nec illorum bona sufficiant ad sumptus belli, tunc debeant etiam contribuere Ecclesiastici, qui tenentur ad communem defensionem, quia necessitas fecit cessare illorum immunitatem, ut notatur ab omnibus *in cap. non minus, & in cap. adversus, de immunit. Eccles.* ubi in collectanea eorum jurium plures refert Augustinus Barbosa, & præter eos & *suprà* adductos, adde Petrum Gregor. *lib.*1. *syntagm. cap.*20. Remigium *de charit. subsidio*, 2. *part. quæst.*260. Anastas. Germonium *lib.*3. *de Sacros. immun. c.*17. *n.*19. Zabarella *cons.*85. Barcius *lib.3. cons.* 146. Hippol. Riminald. *lib.*1. *cons.* Franciscus Marcus *decis.* 458. *cum seq.* Molina *tom.*3. *de tributis disp.*674. & alii plures. 29

Denique illud monendum vellem Principes, ut in tributis moderationem observent, ut ea non semper in pecunia numerata exigenda decernant, quia cùm difficulter subditi conquirant pecuniam, & ea sola deserviat ad comparationem eorũ quæ sunt necessaria, si in his tributis imponantur, Princeps idem consequeretur, & leviora à subditis solvenda redduntur & in pluribus Regionibus, partem fructuum subditi Principibus suis dependunt, quos immensum esset recensere, & inde Prædia vectigalia & decimas frumenti refert Bullengerus *de tributis, cap.*4. *& c.*9. & Josephus in Ægypto prudenter ut præcaveret famem, non pecunias collegit ad necessitatem, sed quintam partem fructuum ab Ægyptiis exegit, *Genesis c.*41. populum Romanum idem observasse ut provinciales ex suis rebus collecta mitterent tradit Bullengerus *ubi proximè, c.*2. *vers. quidam tributa*, & & alia plura exempla refert idem *cap.*1. *vers. vectigalia*, id enim subditis tolerabilius, qui si pecunias non habent, præsertim ubi ejus indigentia in Provincia est, facilius & alacrius fructus præstabunt, ut Deo dependunt & si opifici tributum aut donativum indicendum operas, aut ex suis mechanicis Principi necessaria ad proportionem inductionis præstet, nam si ex pecunia quæ ab illo exigenda necessaria comparanda, facilius ea consequetur ab illo qui difficulter pecuniam habebit. 38

Quod non semper & absolutè admittimus, quia pecuniâ Principes egent, sed quando ejus indigentia 31 fuerit apud subditos, vel in Provincia & extraordinariæ collectæ imponendæ, vel donativa præstanda, & ad bellicam expeditionem, vel aliud quod Princeps petierit, cum possit ex ordinariis redditibus pecuniam colligere, extraordinaria verò tributa ita distribuat, ut quilibet subditorum aut operas, vel Principi necessaria, quæ pecunia comparanda præstet, ex suis officiis & artibus, & sicut nummi viritim inter omnes per capitationem minutatim distribui solent, ita ut leviter & facilius, extraordinariæ collectæ exigantur, poterit inter omnes cujusque officii quod necessarium fuerit, ad proportionem viritim distribui, ut facilior fiat exactio, quia unusquisque promptior præstabit operas sui officii, & merces quàm pecunias.

ALLEGATIO LX.

Principis assertioni standum circa necessitatem publicam.

1 *Sacrilegii instar de Principis assertione dubitare.*
l. reprehendenda, C. de institut. & substit.
l. 2. C. ne fidejussor. dot dentur.

2 *Principis assertioni credendum.*
Clement. 1. de probatio.

3 *Principi de facto suo affirmanti sine dubio credendum.*
c. nobilissimus 97. distinct.
c. 18. q. 3.

4 *Officiali creditur in pertinentibus ad suum officium.*

5 *Principem nolle subditis damnum inferre præsumitur.*
Præsumptio est Principis voluntatem justam censeri.
l. prohibitum, C. de jure fisci, lib. 10.

6 *Tributorum justitia ex Principis assertione pendet.*
Belli dispositio ad Principem spectat.

7 *Principi etiam in præjudicium alterius, vel in eis ex quibus utilitatem consequitur, credendum cum deponit de proprio facto.*
Regem non præsumitur velle aliquid in damnum Coronæ, & subditorum.
l. ult. C. de quadrien. præscript.

8 *Regnorum omnium consuetudine Principum assertioni creditur.*
Regiminis plura damna si Principi aliquid asserenti non crederentur.

9 *Princeps quando tributa sunt necessaria rectè percipit, quamvis Procuratoris urbium beneficiis demulceat metu compellat.*
c. quid culpatur, 4. 23. quæst. 1.

De necessitate ut nova tributa concedantur, quomodo examinanda, & an sufficiat Principem asserere egere tributis, ut ei debeant præstari.

1 IN hac quæstione parum immorandum est, quia instar sacrilegii esset de Principis assertione dubitare, & ut alias reprehendit Imperator *in l. reprehendenda, Cod. de instit. & substit.* eam quæ prætulit lucrum concordiæ maritali, & ut uxorem, monet Iustinianus *in l. 2. C. ne fidejussores dotium dentur, & in l. à lege 8. Code de pactis cõventis*, ne dotis vadimonium à marito, sed de illo omnino confidat, quia cum se ipso marito committeret, debet etiam bona ipsius pati mariti arbitrio gubernari, nec dotis fidejussorem petere, unde perfidia in matrimonio & differentia inter conjuges noscatur, ut notavit *in decis. Granat. disputat. 7. per totam.*

2 Sic nihil magis alienam à recta mentis ratione quam subditos se ipsos regimen, vitam & honorem Principi tribuere, & in bonis ex quibus vectigalium opus fuerit solvenda Principi nõ credere, sed amplius investigare de ejus verbo dubitantes quo obedientia enervatur, amor frigescit, & confidentia deficiet, ideò ut indubitabile tenendum est Principi credendũ esse, quando aliquid asserit, ut *Clement. 1. de probat.* tenent communiter Doctores, & quamvis loquatur de Pontifice extenditur ad Reges & Principes non recognoscentes superiorem ex pluribus Anton. Gabriel *lib. 1. commun. tit. de probatione, conclus. 2. num. 12.* Mascardus *de probat. conclus. 139. n. 10. & conclus. 1233. n. 10. & 28.* Farinacius *de testibus q. 63. c. 3. n. 82.* & probatur apertè *l. 32. tit. 1. l. 1. in fin. tit. 7. p. 3. l. 5. tit. 1. p. 6.*

3 Idque maximè procedit, quando assertio est de aliquo facto proprio ipsius Principis, ut in hoc casu si diceret egere tributis, & fine eis non posse Regni defensionem, & regimen sustinere, & ejus assertioni credi oportere tenuerunt Bart. *in l. ambitiosa, ff. de decretis ab ordine faciendis post glossam in c. Pastoralis verbo exoneraret, de officio delegati*, Bald. *in l. illud n. 13. C. de sacrosanctis Ecclesiis, & in l. 7. n. 4. versic. ultimo oppono, Cod. de testament. militis*, Iason, *cons. 227.* Riminaldus Iunior *vol. 1. cons. 2. n. 13.* Afflictis *decis. 305. n. 14. & 16.* Capitius *decis. 83. n. 1.* Craveta *de antiquit. tempor. 1. p. §. proposito n. 15. & 16.* Nicolaus Genua *de verbis enunciativis lib. 2. quæst. 4. n. 9. versic. declaratur primo*, Anton. Gabriel *de probat. conclus. 2. n. 35.* Natta *vol. 3. cons. 522. n. 31.* Rolandus à Valle *vol. 1. cons. 5. n. 22. usque 26.* Tiberius Decianus *vol. 2. cons. 25. n. 35.* Surdus *cons. 469. n. 64.* Mascardus *de probat. conclus. 184. n. 11.* Joannes Garcia *de nobilitate glossa 2. n. 22. & 29.* Carolus de Tapia *in l. fin. de constit. Principum 1. p. cap. 1. n. 13.* Menoch, *cons. 1. n. 8.* ex Socino, Grammatico, Angelo, Imola, Corneo, Alexandro, Parisio & aliis, Idem Menoch. *cons. 100. n. 23. & 24 & cons. 304. n. 28.* faciunt verba Textus *in cap. nobilissimus 3. 97. distinctione* ibi: *Et ei sicut honestum fuit credidimus c. 1. 8. q. 3.* eis verbis: *Unde quia de memorati viri testamento dubitare omnino non possumus.*

4 Præterea, nam quemadmodum creditur Officiali ponenti de rebus quæ ad suum officium spectant, & ejus solum testimonium sufficit pro plena probatione, ut *alibi* notavimus *allegat 48, n. 9* & probarunt Corserus, Marsilis, & Nevizanus quos refert & sequitur Menochius *cons. 60. n. 18.* ex Baldo, Iasone, Imola, Cyno, Hostiensi, Speculatore, Ioanne Andrea, & aliis Mascardus *conclus. 1138. n. 1.* ita etiam cum ad Principis officium, munus, & dignitatem spectet regimen, sustinere Rempublicam, defendere subditos, in justitia & pace conservare, sufficit Principem asserere egere tributis ad Regium munus adimplendum, quia de eis quæ ad ejus officium spectant, declarat.

5 Præsertim quia semper præsumptio est pro Principe, ut nihil injustè faciat, aut subditis præjudicium inferat, ut tenet glossa, Bart. & omnes *in l. relegati. ff. de pœnis*, Felinus *in cap. quæ in Ecclesiarum n. 60.* ubi Decius *num. 27. de constit.* Alex. *vol. 2. cons. 216.* Ruinus *vol. 1. cons. 181. num. 9.* pluribus Menochius *de præsumptionibus lib. 2. præsumpt. 10.* & Principis voluntatem justam censeri ex Gloss. *in dict. l. relegati, & glossa in cap. si gratiosè verbo à Romano Pontifice de rescript.* tenuit Decius *cons. 241.* & si aliqua dubitatio esse posset, de justitia belli ad quod tributa petuntur, aut de urgenti necessitate quam princeps habere declaravit, subditi non debent contra id inquirere, sed subjici Senatuum decretis, & exequi quod salubre & utile Regimini declaraverint, ex his quæ notarunt Dominicus Bañez *2. 2. q. 40. articulo 1. dubitatione 6. vers. His positis*, Valentia *3. tomo disputatione 3. quæst. 16. punct. 2. vers. 6. certum est.* Cevallos *communium q. 568. n. 27. & q. 906. n. 161* faciunt verba Textus *in l. prohibitum, C. de jure fisci lib. 10.* ibi: *Officialibus volentibus ea capere, debet acquiescere, cum*

cum literis nostris cognoverit, non ex arbitrio suo Cæsarianos, id est Officiales ad capiendas easdem venisse facultates, sed justitiæ vigorem id fieri statuisse. Vnde colligunt prædicti & Doctores in eodem textu; vassallum teneri credere Domino, non verò sibi formare conscientiam.

6 Denique quia in terminis ut Principi, qui subditis nova petierit vectigalia asserens de necessitate, qua cogitur ad ea imituenda, id sufficere, nec amplius quærendum, sed credi oportere tenuerunt Barbatia *vol.3.cons.1.column.3.* ex Bartolo, Baldo, Castrensi, Innocentio, Andrea Siculo, Butrio, Ioanne Andrea, Speculatore & aliis, Natta *vol.3.cons.487. n.38.* ubi probat debere credi Principi asserenti se imponere tributum, & collectam pro publica utilitate, & necessitate, ex Bruno, Ruino, Grammatico, & aliis, solùm verbo Principis deferendum in justitia tributorum probavit Mascardus *concl.1233. n.13. cum sequentibus*, Fellassius *de collectis 4. p.q.12. per totam*, *aliàs de bello num.* 188. quibus adde quæ notarunt Cacheranus *decis.181.* Octavianus Vulpellus *2. p. de libertate Christiana n.30. & 48.* Remigius *de charitat. subsid.q 57.* Alex. *cons.226. vol.2.* Oldrad. *cons. 258.* Rolandus *vol.2 consil.1. num.58. & 90.* D. Valençuela *1. tom. consil.990. num.1.* Cassaneus *in consuetud. Burgundiæ, Rubrica 1.4 p. num.26.* Cevallos *dict. quæst. 906. num. 72.* Rovitus *in consultatione pro Regia Camera, n.2.* Guillelmus Benedictus *in cap. Raynutius de testament. verbo & uxorem, decis.5. num.474.* Alciat. *de præsumpt. regul.3. presumpt.18.* Surdus *cons.210. num.35.* & Principi in eis quæ ad illum pertinent esse credendum, ex Theologis probarunt Victoria *in relect. de jure belli, numero 30. & 31.* Bellarminus *lib. de Laicis, c.5.* Vasquez *1.2. disput.62. cap.6. §.3. dubio 5. n.69. 76. & 77. & 79.* Navarra *lib.3. de restit. cap.1. num.264.* Corduba *lib.3. quæst.8. concluf.4.* Azor. *tom.3. lib.3. cap.22. quæst.7.* Molina *de just. & jure, tom.1. tract.2. disput. 113.* & in terminis tributorum ex Parisio, Lãderchio, Thoma Grammatico, Corseto, Bobadilla, & aliis idem admittit Pater Diana *2. part. Moral. tit.3. resol. 11.* & de hoc plura omittimus; nam quod certissimum est probatione potius offenditur quàm defenditur, & ut inquit Seneca *epistola 40.* ibi. *Quæ veritati operam dat, oratio incomposita debet esse & simplex,* & ut idem ipse ait *epistola 49* ex Euripide Tragico, *Veritatis simplex oratio est ideòque illam implicare non oportet.*

7 Nec id poterit in dubium reddi ex illorum opinione, qui tenuerunt Principis assertioni non standum in tertii præjudicium, & in his quæ liberè disponere non potest, vel in eis ex quibus utilitatem consequitur, ut post Panormit. *in dict. Clement. 1. de probat.* pluribus Farinac. *dict. quæst. 63. num. 149. & sequentibus*, Miere, *de majorat. 4. p. quæst.1. limit.6. num.55. & sequentibus*, Anton. Gabriel. *lib.1. communium. tit. de probationibus, concluf 2. numero 65.* quippe id non procedit, quando de facto proprio, & necessitate sua urgenti asserit Princeps, ut pluribus *suprà* probavimus, & cum non possit præsumi Regem velle aliquid in præjudicium suæ Coronæ vel Regni, *l.ult. in principio, C. de quadrien. præscriptione*, nec jactare bona Regni sine causa, Affl ctis *decis.307. num.23.* Mieres *ubi proximè, n.246.* & pro hoc assistat Principi præsumptio juris Carol. Ruin. *lib.1. cons.41. n.4. & 10.* Antonius Gabriel *de concluf 1. n.61.* nec contra facit non credendum ei qui non potest sine causa aliquid facere, si de illa non constat, quia id procedit in inferiore, non verò in Principe, ut tenuerunt Natta *cons.487. & cons.625. num.7.* Rolandus *lib.2. cons.1. n.84.* Surdus *cons.120. n.34 & 35.*

Vnde meritò consuetudine universali omnium Regnorum, in quibus assertiones Principum plenæ probationis loco sunt, Baldus *lib.1. cons.327. n.10.* quem sequuntur Grammaticus *decis.65. num.65.* Iacobinus de Sancto Georgio *in invest. feudalis, verb. & dicti vassalli pro dictis rebus, num.27.* Menoch. *cons.100. num.26. & 27.* Mascardus *concluf.1233. n.119* Farinac. *dict. quæst.63. num.134* Fontanella *de pactis nup. clauf.4. gloss.10. p.2. n.28.* quo casu omnes limitationes Doctorum, *ad dict. Clement.1.* cessare supradicti tenuerunt, quia non admittendum, ut de mendacio Princeps arguatur, aliàs si de eo subditi non confidant, & ei crederent, nihil aliud quàm discordiæ, & seditionis semina inde procederet, & in Hispania ubi sine Comitiorum generalium consensu non posse à Rege indici tributa, animadvertimus *in allegatione præcedenti, num.9. cum seq.* non ex eo detrahi videtur, ut credatur Principi, quia nostri Reges ex benignitate, ut magis subditis innotescat justitia tributorum, huic legi suis constitutionibus se subdiderunt, nec Procuratores Comitiorum generalium aliquid detrahunt Principis assertioni, sed examinant in quacumque Provincia, quid vires subditorum ferre possunt, ut quantitas servitii decernatur, & juxta qualitatem locorum, in quibus rebus imponenda, & quomodo tributa exigenda, nec unquam Hispani suis Regibus necessaria tributa denegarunt.

Et adeo hoc pendet ex vera Principum necessitate, quam nemo ut ille potest cognoscere, & testari, ut cum tributis egeat publicus Regni status, & conservatio, quamvis Rex Procuratores Comitiorum generalium beneficiis alliciat, aut metu reverentiali, aut quovis alio gravamine compellat ad tributa concedenda, adhuc juste in conscientia percipere posse, nec Principem teneri ad restitutionem, ut ex Basilio Pontio *de impedimentis matrim. causa 31. quæst.1. §.11.* probavit, & sequitur P. Diana *1. part. Moral tract.3. resol.25.* quia quando ex urgenti periculo necessaria sunt tributa, Principi debentur in conscientia, & peccare qui denegaverit, *suprà* probavimus *allegat. præcedenti, num.21.* caveant verò Principes ne injusta exigant aut minus necessaria, cum illorum conscientiæ hoc relictum, cum belli necessitas Principis arbitrio est commissa, ut tradit Diuus Augustinus *in c. quid culpatur, 23. quæst.1.* eis verbis: *Ordo tamen ille naturalis mortalium paci accommodatus hoc poscit, ut suscipiendi belli authoritas atque consilium apud Principes sit,* & ut tradit Soto *de just. & jure lib.4. quæst.6. art.4.* agens de tributis, ubi res fuerit dubia, tunc judicium non pertinet ad subditos, sed recurrendum ad Principem, quia ex sententia Cornelii Taciti *lib.4. Annal. ita loquentis, Principibus summum rerum judicium Dii dederunt, subditis obsequii gloria relicta est.*

ALLEGATIO LXI.

Provincias & Regna extra quæ subjacent Hispaniæ defendere pertinet ad urgentem necessitatem.

1 *Bellum quodnam justum dicatur. c. Dominus 2.23.q.2.*
2 *Bellum justum est ad compescendos Hæreticos. l.11. tit.25. p.2.*
3 *Necessitas extrema quando dicitur.*
4 *Necessitas urgens & magna est defendere Regna quæ Hispaniæ subjacent.*

5 *Fama & opinio Principis semper servanda; famæ conservatio maximè conducit.*
6 *Necessitatem extremam esse Principis vitam aut decorem conservare.*
Fama vita præferenda.
l. isti quidem, ff. quod met. caus.
l. justa, de manumiss vindict.
7 *Principis decor & fama subditi, necessaria.*
c. non sunt audiendi, 11. q. 3.
8 *Fama privati sibi prodest, Principis omnibus.*
9 *Princeps potest imponere nova vectigalia, quando non potest bellum excusare, & non habet unde solvat stipendia.*
10 *Opinio probabilis sufficit ad nova vectigalia.*
11 *Iudex poterit in judicando sequi opinionem probabilem omissâ probabiliori.*
c. in quibus, 22. q. 2.
c. cum dilectus de consuetudine.
c. sacro, de sent. excommunication.
12 *Rebellio est maxima injuria quæ fiat Principi.*
Bellum propter injurias vindicandas justum est.
Princeps potest armis injurias vindicare, extravag. qui sint rebelles.
13 *Ecclesia Hæreticis bellum facere debet.*
c. si Ecclesia, 23. q. 4.
c. resecante, 24. q 3.
l. 4. C. de Hæreticis.
l. 1. C. de Apostatis.
l. 1. tit. 26. p. 7.
14 *Hispanus Rex ut Catholicus, debet hæresim extirpare.*
Clementina unica, §. porrò, de jurejurando.
Hæretici Turcis & Sarracenis deteriores.
15 *Vectigalia nova possunt institui pro pace publica.*
16 *Pauli Orosii singularia verba pro tribus expend.*
17 *Ecclesia pro pace publica ad bellum succurrere solita.*
c. tributum, 23. q. 8.
Lusitani Ecclesiastici argentum Ecclesiæ ad bellum contra Castellam Regi obtulerunt.
18 *Tributa gratè compensantur cum pace.*
Bella graviora quæ cum finitimis.
19 *Tributis Galliæ valdè oppressa.*
20 *Monarchiæ caput & membra non separanda.*
21 *Bellum extra Hispaniam geri valdè interest.*
22 *Tributa indici debent pro vicino Hoste exterminando.*
l. quod sæpe, §. ult. de contrahent. emptione.
l. si cui fundum deleg. 2.
l. fin. C. de agricol. & mancip. lib. 11.
23 *Belli timor idem operatur quod bellum ad tributa imponenda.*
24 *Necessitas probabilis sufficit ad justitiam tributorum.*
l. habitatores, 27. §. 1. ff. locati.
l. pedius, de incend. ruinis & naufragiis.
l. postliminium, ff. de captivis.
25 *Regna Hispaniæ subjecta esse defendenda probavit Gabriel Vasquez.*
26 *Rex Hispaniæ an debeat ipse extra Regnum ad bellum prosilire, vel per duces gerere.*
27 *Hispani semper Regi offerunt tributa libenter.*
l. nemo carcerem, C. de exact. tribut. lib. 10.
Authent. ut Judices sine quoquo suffrag.
c. illud, § oportet, collat. 12.
28 *Præsumptio pro Principe in tributorum justitia est juris, & de jure, quæ non admittit probationem in contrarium.*
Tributa imponi posse pro conservandis provinciis extra Hispaniam pluribus fulcitur.
29 *Gallia ab Hispanis primò incolata.*
30 *Hispania habuit jurisdictionem Galliæ tempore Iberorum, & Gothorum.*

An quoties invaduntur Regna quæ adjacent Monarchiæ Hispaniæ, eorum defensio ex necessitate urgenti, & extrema sit habenda, ut possint imponi vectigalia quæ aliàs justè non imponerentur?

IN quo casu quando Hostes Hispaniæ 1
invaderent Regnum Neapolitanum, Siculum aut Milanensem Ducatum, vel si Belgium infestarent, ut opem ferrent Hæreticis rebellibus nostri Regis, tunc urgentissimam esse necessitatem nemo dubitavit, quia bellum justum censetur, & omnes habet qualitates quas Theologi, & Doctores requirunt, juxta Textum, *in capite dominus 2. 23. quæstio. 2.* & quod notavit Divus Thomas *2. 2. quæstio 40. art. 1.* VVertus à Sonleville *in Alphabetico Curiositatis lib. 2. de bello ritè à Christianis gerendo, cap. 1.* Victoria *relectione de jure belli à num. 27.* Vasquez *1. 2. disp. 64. capite 3.* ex D. Augustino, & pluribus sacræ Scripturæ locis Magister Marquez *in Gubernatore Christiano lib. 2. cap. 35. 36. & 37.*

Et facit quod notavit Ancharr. *cons. 140. numero 4.* Baldus *cons. 439. vol. 5.* & celebris textus *in dict. capite Dominus noster 23. quæst. 2. & l. 11. tit. 23. part. 2.* ubi qualitates proponuntur quas requirit bellum justum, quibus adde plura quæ ex variis bonæ notæ Authoribus pluribus juribus notavit, Grotius *lib. 3. de jure belli, capite 3. per totum*, Adamus Contzen. *lib. 10. Politicorum, c. 6. & 7.* plures relati à Cabedo *2. part. decis. 44.* & præsertim quoties ad Hæreticorum perfidiam repellendam bellum infertur, quia tunc sine dubio justissimum est.

Illud autem considerari oportet, an necessitas 3
adeò urgens vel extrema dicatur, ut in hoc casu possint tributa imponi quæ aliàs non justè imponerentur; nam cùm necessitas extrema dicitur, quando absque eo quod petitur, id est tributum, non potest Regnum sustineri, videtur rectè posse sine Regnis adjacentibus Hispaniam sustineri, nam quamvis egregium sit opus, hæresim confundere, & Hæreticos ad Catholicam religionem reducere, tamen id non pertinet ad necessitatem extremam, quia aliàs teneretur Rex Hispaniæ, ut Catholicus, omnes Provincias quæ à nostra Religione alienæ sunt, convertere, quod nullus admittet.

Veruntamen in hoc casu quando Rebellibus Hæ- 4
reticis, & aliis invaduntur Regis Provinciæ, tunc necessitatem non solùm magnam, sed urgentissimam esse, ut tributa quæ aliàs non imponerentur, possint imponi, sequentibus suadetur rationibus.

Prima, quia negari non potest ad opinionem Re- 5
gis nostri decorem & authoritatem pertinere regna sua & ea quæ patrimonii sui sunt, ut Belgium conservare, nihilque magis necessarium existimari potest, quàm famam Principis conservare, cum in quocunque privato crudelitati tribuatur famam negligere, ex Divo Augustino; quem referens Adam Contzen. *lib. 8. Politicorum cap. 4. §. 3.* ita inquit. *Famam etiam Privatus qui negligit crudelis est, Princeps verò tam famæ quàm salutis suæ custos esse debet, nam revera homicidii genus est famam impetere: qui verò Reipublicæ famam corrumpit, crimine Majestatis tenetur.*

Et

6 Et quemadmodum nullus dubitaret, neceſſitarem extremam & urgentem eſſe, ſi Princeps periculo vitæ aut libertatis ſubjaceret, ut ad eum liberandum juſtè poſſent nova vectigalia imponi: ita ſimiliter pro tuendâ famâ, honore, & opinione Principis, quæ aliàs læderetur, tributa indicenda ſunt; nam ſemper vitæ honor & famâ præfertur, *lege iſti quidem, verſ. quod ſi dederit. ff. quod metus cauſa, l. juſta 9 ff. de manumiſſ. vendit.*

7 Et quantum opinio & authoritas Principis ſemper tuenda, Ioannes Cotzier Theſaur. *Politic. lib. 2. c. 9.* & ea vitæ præferenda, Nicolaus Bello *de ſtatu politico lib. 2. diſcurſu 57.* & facit ratio Divi Auguſtini *lib. de bono viduitatis, capit. 22.* extat in jure *in cap. non ſunt audiendi, 56. 11. quæſt. 3. ad fin.* ibi: *Qui vitam ſuam cuſtodit ſibi bene facit, quiſquis autem etiam famam & in aliis miſericors eſt, nobis neceſſaria eſt vita noſtra, aliis fama noſtra.*

8 Et quamvis in quocumque privato fama ſibi proſit, in Principe autem tota publica eſt ad ſtatum ſui & ſubditorum defenſionem, de qua re videndus, aliis omiſſis, Adamus Contzen *dict. l. 8. Politicorum c. 4. §. 3.* ibi: *Plura opinione quam re geruntur: quid enim ſi de ſe tanta opinio ut præſentia bella diſſipes, ut inimicus laceſſere non audeat, ut ſolo terrore bella conficias.* Et ulteriùs idem addit hæc verba: *Laborandum eſt itaque Principi ut fama publica oculas privatorum opprimat, celerrimè paratur amiſſa, non re aſcenditur, ſemel firmata etiam intra vitia perdurat. Salomon opinione ſapientiæ Regum jam degener tenuit tamen, & ſi Roboam prima regnandi præcepta diſcere voluiſſet, filio quoque integram tradidiſſet, & fama virtutis comes Dei beneficium cujus reſpectu fere Regna dantur, & auferuntur: Cura enim Majeſtatis tam ad virtutem pertinet quàm Politicam quæ ſine Majeſtate eſſe non poteſt.*

9 Sed & quoties Principis etiamſi neceſſitate extremâ non urgeatur, tamen quando non poteſt juſtè bellum excuſare, tunc rectè valebit nova imponere vectigalia, Guido Papa *q. 450.* & cum Speculatore, Baldo, Matthæo de Afflictis, Natta Rolando, Alberico, Anania & aliis Surdus *conſ. 210. n. 33.* & juſtiſſimè tunc imponi vectigalia tradit.

10 Sed circa neceſſitatem ad exigenda nova tributa ſufficere Principi ſequi opinionem probabilem omiſſâ probabiliori tenuerunt Sylveſter *verbo Gabella, 3. quæſt. 14. in 1. parte quæſtionis,* Corduba *quæſt. 95. ad Primum dubium,* Navarra *lib. 3. de reſtitutione, cap. 1. num. 265.* Leſſius *lib. 2. de juſtitia & jure, c. 33. dub. 6. num. 42.* qui omnes in noſtris terminis loquuntur, & alios referunt.

11 Idque firmatur, nam Iudices quorum munere funguntur Procuratores in concedendis tributis ut notavimus *alleg. præced. n. 20. & 21.* in judicando omiſſâ probabiliori opinione ſufficiet ſequi probabilem, ut *argum. cap. in quibus 22. quæſt. 2. cap. cum dilectus de conſuetudine c. ſacro de ſent. ex communicat.* tenuit Ancharr. *ibi num. 10.* Bartolus & Doctores *in l. 2. C. de pœna Iudicis qui malè judicavit,* Decius *in l. juris ignorantia, Cod. qui admitti,* Baldus *in repetitione legis Ceſſus ff. de uſucap.* Alex. *lib. 3. conſ. 66.* Menoch. *lib. 2. de arbitra Centuria 4. caſu 349. n. 19.* Turrecremata *in c. illud 11. q. 3.* Burgos de Paz, *in proœmio legum Tauri n. 193.* Morla *in emporio, tit. 2. qu. 2.* Sylveſter, Tabiena, Roſellus *in ſumma Angelica, in ſummis verbo opinio,* & in terminis tributorum ex Sanchez, Lorca, Martinez, Del Rio, Ioanne Sanchez & aliis tenuit P. Diana *1. part Moralium tractat. 3. reſol. 20.* qui tradit eandem opinionem, & ſententiam ut in tributis imponendis ſufficiat, ſi qui probabilem opinionem probaret, vide Suar. Leſſium, Narum & alios. 11

Vnde cùm non ſolùm probabile, ſed probabilius ſit, poſſe in hoc caſu Principem tributa indicere id ſufficiat, & probabilius eſſe ſequentibus ſuadetur *Primò*, nam quoties Hoſtes Hiſpaniæ rebelles, noſtros excitant, eis opes, & opus miniſtrant, ut in Principem legitimum, & dominum inſultent gravem injuriam inferre videntur Regi noſtro, quia nulla major fit Principatui quàm rebellio, eamque ſuſtinere, & rebellibus adjuvare, ut notatur per textum *ibi in extravag. qui ſint rebelles* ex Bartolo, Oldrado, Ancharr, Afflicto, Gigante, Deciano, Bocio, Socino Grammatico, & Peregrino, notavit Farinacius *in praxi 4. p q. 112 inſpect. 5. num. 206.* ideò Princeps omnino tenetur vindicare, & bellum indicere pro ſarcienda injuria juſtiſſimum eſt, ut ex D. Auguſtino, Lactancio, & aliis probavit Grotius *de jure belli lib. 2. cap. 1. n. 1. ad finem,* & ex Gedeone, Ioſue, & David qui ob vindicandas injurias bella fecerunt, & juſtiſſima fuiſſe ex Abulenſi, Cajetano, Alfonſo de Caſtro, Gregorio de Valençia, Covarr. & aliis notavit Marquez *dict. lib. 2. cap. 37.* & adducit Divum Auguſtinum *quæſt. 10. in Ioſue*, qui refert Principem injurias ei factas poſſe juſtiſſimè armis vindicare. 12

Secundò id majori ratione procedit, quia rebelles iſti Hæretici ſunt & ab Eccleſiâ Romanâ & Religione Catholicâ jam à longo tempore ſeparati, & inimiciſſimi ſe exhibuerunt, & nulla juſtior cauſa belli inferendi quàm Religione adverſus Hæreticos, & eorum fautores qui ex Bulla in Cœna Domini cap. 1. majori cenſura excommunicantur, & ideò Eccleſia ipſa debet bellum indicere Hæreticis ex Divo Auguſtino *in c. ſi Eccleſia 23. q. 4. cap. reſecante, 24. q. 3. l. 4 C. de hæreticis, cap. ferrum, cap. cum ſecundum leges eodem titulo, lib. 6. leg. 1. Cod. de Apoſtatis, & Schiſmatis, l. 1. tit. 26. p. 7.*

13 Idque præcipuè ſpectat ad Regem Hiſpanum qui cognomine Catholicus in ſua coronatione jurat Hæreticos perſequi & eorum perfidiam extirpare, *Clem. unica, verſicul. Porrò de jurejurand. extravagant. ad certitudinem quæ eſt inter communes, tit. de ſententia excommunicationis:* & Hæreticos longè detetiores eſſe Turcis & Sarracenis, ex Bruno, Villadiego, Covarr. Petro Gregor, Deciano, Maiolo, Simanca, & aliis probavit D. Solorzanus *l. 2. de jure Indiar c. 19. n. 52.* qui in eo & *n. 5.* pluribus tradit neceſſariam eſſe Hæreticorum extirpationem, & eis indicere bellum ne potentia & numero creſcant, & eorum peſſimo exemplo praviſque ſuaſionibus Chriſtiana Reſpublica magnum inde nocumentum accipiat, idque præſertim ad Regem noſtrum pertinet, à ſuis ſubditis hæreſim exterminare, & in fide Catholica ſuſtinere, unde ſine jactura muneris Regis & cognominis Catholici omittere non potuit, ut ad hoc videatur in neceſſitate Rex conſtitui.

14 *Tertiò*: deinde quia valdè difficile eſt internam Provinciarum Hiſpaniæ pacem ſuſtineri, niſi confinium invaſionibus occurratur & ſuccedit doctrina Doctorum ut pro conſervandâ pace publicâ non ſolùm liceat nova indicere tributa, ſed aliquem bonis ſuis privare, ut hoſti in pretium pacis offerantur & *argumento l. Lucius, ff. de evict. l. item verberatum §. 1. de rei vindicatione*, ex Bartolo, Baldo & aliis probavit Ioannes Igneus *in repetitionibus legis donationibus, C. de donat. inter.* cui rei adjungenda verba Magni Hiſpani Pauli Oroſii quem plures inter divos referunt, ut tradit Cano *lib. 11. de locis c. 16. §. Prima lex*, inquit enim Oroſius *in l. de ormeſſa mũdi*, loquẽs de noſtris antiquis Hiſpanis ibi: *majores noſtri bella*

gesserunt, belli fatigati pacem petentes tributa obtulerunt, tributum pretium pacis est, nos tributa pendimus ne bella patiamur, ac per hoc in portu ad quem illi tandem pro evadendis malorum tempestatibus confugerunt, consessimus & manemus. Igitur nostra tempora viderimus utrum felicia certè feliciora illis ducimus, quoniam quod illi ultimo dilexerunt, nos continuo possidemus, inquietudo enim bellorum, qua illi astricti sunt, nobis ignota est in otio autem, quod illi post imperium Cæsaris, nativitatémque Christi tenuiter gustaverunt, nos nascimur & senescimus quod illis erat debita pensio servitutis nobis est libera collatio defensionis, tantúmque interest, inter præterita præsentiáque tempora. Et quod Roma in usum luxuriæ suæ ferro extorquebat, à nostris jam in usum communis Reipublicæ conferat ipsa nobiscum.

17 Et facit Textus notabilis & expressus *in c. Tributum 22. 23. q. 8.* ubi Pontifex tradit ex bonis temporalibus Ecclesiæ succurrendum esse Principibus sæcularibus, & addit rationem ibi: *Pro pace & quiete qua nos tueri & defensare debent Imperatoribus persolvendũ est*, idque magis pluribus exemplis confirmabitur, si ultra plura quæ referri possunt nobis præstant testimonium historiæ Lusitanæ; nam in bello, quod Rex Ioannes I. intulit Castellæ cum esset illegitimus, & Regnum Lusitanum usurpasset, adhuc Ecclesiæ sui Regni obtulerunt sponte omne argentum & aurum quod juri divino deserviebat, ut monetam cuderet ad stipendia militibus persolvenda, ut refertur *in in epitome Historiæ Lusitanæ 3. p. c. 11. n 95.*

18 Prudenter enim prævideruntLusitani illa magis bella præcavenda, quæ ex finitimis Regnis proveniunt, & cum illis pacem curandam, nam vicinorum bella graviora sunt, & ut eis occurratur, quæcumque tributa graviora non censuerunt, *ut argumento legis finalis Cod. de bonis quæ liberis* ex Hesiodo Cardinali, & aliis probavit Vldericus Zasius *in l. 2. de origine juris n. 11.* & quæcumque tributa cum pace gratam compensationem habebunt.

19 Et quamvis Hispania adeò eis gravetur, majoribus enim vectigalibus & collectis Gallia onerata & jam retro abhinc mille annis semper oppressa, & ut notavit Salvianus Episcop. Massilienses *lib. 5. de providentia* tradit, in capita pauperibus tributa indicta, & quávis solverent, & bonis privarentur, ut satisfacerent indictioni, adhuc autem collectis majoribus, & gravioribus onerabantur, accipe notanda verba: *Plerique Pauperculorum atque miserorum spoliati reculis suis, & exterminati à gabellis suis, cùm rẽ amisserint, amissarum tamen rerum tributa patiuntur cùm possessio ab eis recesserit, capitatio non recedit.*

20 Maximè rursus facit, quia sicut inter caput & mẽbra corporis humani inseparabilis est connexio, ut invicem dividi non possint, sed caput mẽbris, & mẽbra capiti debeant suffragari, ita Hispania, ut caput Monarchiæ debeat Regnis quæ illi adjacent, ut membris succurrere, aliàs quies & pax in Hispania non posset conservari, nisi hostes ab ejus internis limitibus arcerentur, ut tradit Titus Livius *lib. 3.* eis verbis: *Nulla magna civitas diu quiescere potest: si foris hostem non habet, domi inveniet, ut prævalida corpora ab externis causis tuta videntur, sed suis, ipsa viribus onerantur.*

21 Idcò, quia valde statui publico conducit bellum geri extra Regnum, ne ad illud accedat, *ex cap. Iulianus 94. 11. quæst. 3.* eis verbis: *producite aciem pro defensione Reipublicæ*, & Alberico *in l. de quibus, n. 167. ff. de legibus* notavit Greg. Lopez *in l. 7. glossa 1. tit. 19. part. 2.* teneri subditos proprio sumptu sectari Regem extra Regnum, Afflictis *decis. 165. num. 50.* Ponte *decis. 3. n. 10.* & idem Gregor. Lopez *in l. 17. glossa 3. tit. 18. part. 2.* ex Isernia & Curtio Iuniori tradit id procedere, quando hostes infestarent Regnum vel posset timeri, aut aliàs expediret, & pro defensione Regni facere Regem censetur, quando extra Regnum bellum gerit, nolens in domo sua inimicum expectare, & quomodo teneantur etiam exempti ad convocationem Regis venire, & illum sequi, Mieres *ad constit. Cathaloniæ, tom. 2. collat. 11 cap. 4. n. 28. cum sequent.* fæpissimè enim probatur extra Regnum bellum transferre, ut de Scipione in Africam transtulisse refert Seneca *lib. 1. de ira, cap. 11.*

Conducit, quod tradit Oldraldus *cons. 104. incipit circa propositam num. 3.* ubi *arg. l. quod sæpe, §. ult. ff. de contrahend. emp. l. si cui fundum, ff. de leg. 2.* statuit esse justam causam petendi charitativum subsidium, & imponendi tributa ex gravis, duri, & potentis inimici elongatione, & confirmat *l. fin. Cod. de Agricolis & mancipiis lib. 11.* eis verbis: *qui fortè consortibus suis gravis & molestus stat*, & addendi Isernia *in cap. 1. num. 41. tit. quæ fuit prima causa benef. amit. lib. 1. tit. 24 in feudis*, & alii relati ab Schradero *de feudis, part. 6. cap. 6. num. 13.* Rosental *de feudis c. 8. conclus. 15.* & faciunt verba Thucididis *lib. 4. histor.* ibi: *Non ita demum cujusque civitatis libertas firma retinetur, si adsit potentia, qua hostibus finitimis populisque resistere possit.* 22

Vnde quod in bello præsenti permittitur etiam in timore belli permittendum, & ita pro Regnorum connexorum Hispaniæ defensione quod in ipsa Hispania, quia si Provinciæ Imperio Hispaniæ subjectæ non defendantur, bellum internum in Hispania sperari possit ex quo timore belli rectè poterunt nostræ collectæ & tributa imponi, ut in terminis probarunt Natta *cons. 557. n. 7.* Surdus *cons. 210. n. 33.* Isernia, *in cap. 1. §. sed nec alia justior, n. 41. tit. qua sit prima caus. benef. amit.* ubi tradit tunc dici esse bellum in Regno, quando timeri potest ne bellum grassetur intra Regnum: adde Vincentium de Anna *allegat. 21. n. 14.* dum æquiparat casum belli, & ejus timorem, Imola *cons. 7. n. 1. & 2.* Decium *in l. 2. n. 3. Cod. de transact. & cons. 555. num. 9.* Leonardus *cons. 117. num. 169. inter consilia Bruni, vol. 1.* Bursat. *l. 1. cons. 81. n. 5.* Natta *cons. 157. n 8. & 9 & cons. 380. & dict. cons. 557.* 23

Et sufficit necessitatem timeri probabiliter ut tributa imponantur, ut notant Doctores per textum ibi *in cap licet hœdi, de feriis*, & de præparatione ut bellum evitetur idem quod de bello judicandum *argum. l. habitatores, 27. §.* ibi *si moris causa, ff. locati, leg. pedius, 4. ff. de incend. ruina, & naufrag. leg. postliminium, 19. ff. de Captiv. & postlim. revers. l. divortio, 8. ff. solut. matr.* notarunt Bald. *in cap. 1. §. pacem titulo de pace tenenda*, Ancharr. *cons. 88.* Decius *cons. 555. n. 9.* Natta *cons. 610. num. 11.* Palacios Rubeus *in cap. per vestras, notabil. 3. §. 27. num. 10.* Cabedo *2. p. decis. 44. num. 3.* ubi admittunt collectarum impositionem, etiamsi Princeps non sit in extrema necessitate constitutus, si timeri possit constituendum nisi subsidia præstentur. 24

Quæ omnia ut probemus justè imponi tributa ad defensionem Regnorum, quæ adjacent Monarchiæ Hispaniæ, videtur rectè expressisse Pater Gabriel Vasquez *de restitutio. cap. 6. §. 3. dubio 1. n. 7. & 8.* eis verbis: *Atqui dicet aliquis: relinquat Flandriã, deserat Italiam, uno suo antiquo Regno contentus maneat, quod & sibi & nobis majori futurum erit utilitati. Sed nunquid jura Regni patiuntur ut Rex magno cum dedecore timore inimicorũ antiqua Regna quæ vel jure hæreditario, vel justo bello capta ad eum pertinent relinquat, majores inde animos inimicorum commoveat*

ut & Regna etiam noſtra bello & armis oppugnare non dubitent: nonne ſalubrius erit etiamſi facultates in hoc omnes abſumamus, ut inimicorum tela longè à noſtris Regnis confringantur, ibique belli impetum, non tamen tam propè ſentiamus: quod ſi animo quiſque perpendet nobis ubique & omni tempore impune licere terram excolere, meſſem colligere, fructibus terræ in pace, & tranquillitate veſci, unumquemque, & uxore, & filio ſecuro animo frui; è contra vero ubi belli furor ſavit incolas terram excolere labore magno ſeminare ut hoſtes colligant, num domum flagrare incëdio, num uxorem, & filias raptas filios occiſos ſpectare, & propriam vitam quotidie diſcrimine expoſitam habere quis non magni faciat eam qua fruitur pace? quis non ultro Regi tributa offerat ut pacem conſervet? conſervatam augeat? Sed contra fieri videmus ut homines non perpendentes, ex alia vero parte conſiderantes novam exactionem, & agrè ferant, & contra Regem obmurmurent ſine cauſa tamen, & injuſtè. Hæc Gabriel Vazquez, qui perpendit, ut prædiximus, Majeſtatis regiæ authoritatem, & Hiſpaniæ ſecuritatem, eo quod extra illam bella gerantur & niſi Regna quæ nobis ſubjecta defendantur, hoſtes ad noſtram expugnationem proſilient, etſi pro Flandria, & Italia tributa juſtè poſſunt imponi, juſtius exigenda, ut finitimi, & confines hoſtes arceantur, & opprimi poſſint.

16 Maximè quia ſi Galli noſtrum Regnum impeterent, non poſſet dubitari pro defenſione publica neceſſitatem urgentem eſſe, & nova vectigalia poſſe imponi, quid non movebit quando Princeps noſter ipſe bello aſſiſtere deſtinavit, & ſi opus fuerit, extra Regnum in Italiam tranſire, quod niſi in gravioribus periculis admittendum non eſt, & ita in ſimili bello, cum Rege Galliæ, cum vellet in Italiam migrare, Rex Catholicus Ferdinandus V. contra ejus ſenſum & opinionem cõſilium præbuere D. Enricus Enriquez, ejus avunculus Gundiſaluus Ferdinandus, Magni Ducis cognomento, Alvarus de Portugal Præſes conſilii Regalis, Gutterus de Cardenas Commendatarius major Caſtellæ, Garcia Laſſus de la Vega, Antonius de Fonſeca & Ferdinandus de Vega, qui robore mentis & corporis, conſilio, virtute & experientia graviores & illuſtres viri Hiſpaniæ erant, qui conſtanter tenebant pluribus rationibus validiſſimis, quas refert Zurita, 1. *tom. Italiæ expeditionum, lib* 5. *cap.* 4. non debere Regem extra ſuum Regnum ad bellum proficiſci, ſed per Duces & Miniſtros bellum gerendum.

17 Vnde apertè liquet quantum inſtet neceſſitas & urgeat periculum, quod Regem noſtrum contra tot inſignium virorum ſenſum compellat è Regno propter bellum exire, & in Italiã ſi opus fuerit migrare, ideò ſubditi Hiſpani qui non ſolum ex corpore, ſed ex corde Regis ſunt, quidquid ad ejus tutelam & authoritatem fuerit neceſſarium, prompti & alacres offerre debent, ita ut de eis dici poſſit, quod *in l. nemo carcere, C. de exact. tributor. lib.* 10. ibi *Omnes enim credimus proniores, ad ſolvendũ ea quæ ad noſtri uſum exercitus pro cõmuni ſalute poſcuntur*, & libenter ex cauſa adeo juſta ſolvenda vectigalia, probatur *authentico ut judices ſine quoquo ſuffragio, cap. illud videlicet* § *oportet, collat.* 2. & notavit Clemens Romanus *lib.* 4 *conſtitutionum Apoſtolicarum, cap.* 13 *& lib.* 7. *cap.* 17.

18 Et cum ſemper Principi credendum eſt cum ediderit ſe neceſſitate cogente, tributa indicere, ut probavimus *alibi*, & notarunt Soto *lib.* 4. *de juſtitia & jure, quæſt.* 6. *art.* 4. Navarr. *lib.* 3. *de reſtitutione c.* 1. *n.* 264. Azevedo *in l.* 1. *tit.* 19. *n.* 64. *lib.* 9. *Recopil.* & multis probavit Surdus *conſ.* 210 *n.* 34. adeo efficacem eſſe præſumptionem pro Principe & juſtitia tributorum, ut juris & de jure cenſeatur, ut non admittat probationem in contrarium, quo fit, ut cum prædiximus ſufficiat opinio probabilis ad tributa imponenda, & ſufficiet Principem teſtari de ſua neceſſitate, quando prædictæ rationes movere poſſunt, cum poterit probabiliter judicium concedentium vectigalia inducere ut ex probabilitate ducatur in eis caſibus, in quibus evidens ratio contra non apparet, ut notavit Divus Thomas, 2. 2. *quæſt.* 2. *art.* 9. *ad* 2. *ibi* omnes Theologi, & pro defendendis Regnis & Provinciis unitis, etiamſi extra Regnum ſint, poſſint nova imponi tributa tenuerunt Oldrad *conſ.* 104. & Guido Papæ quem refert, & ſequitur Guillelmus Benedictus *in repet. c. Raynuntius verbo, & uxorem, n.* 10. Cabedo 2. *p. deciſ.* 44 *n.* 11. & in terminis Provinciarum, quæ extra Hiſpaniam nobis ſubjacent probavit Andreas Georgius *in allegatione feudali*, 1. *part. cap.* 57. *num.* 36. 40. & 42. qui tradit ex communi Doctorum ſenſu id procedere & adducit Divum Antonium, Medinam, Salonem, Azorem, Armillam, Tabienam, Ricardum, & in bellis, quæ pro conſervandis ſtatibus Flandriæ à Regibus noſtris geruntur, probavit D. Caſtillo de *tertiis, cap.* 9 *num.* 31. adductis in comprobationem, Luca de Peña, Sylveſtro, Angelo, & D. Valençuela, & idem D. Caſtillo *eodem tractatu, cap.* 41 ubi innumeros adducit pro cauſis & juſtitia tributorum, & *n.* 80. & 81. expreſſe hanc eandem ſententiam tenet, & idem in ſpecie probavit D. Gabriel Vaſquez *in opuſculo de reſtitutione, cap.* 6. §. 3. *dubio* 1. *num.* 7. ubi reſpondet eis, qui opponere poſſent, Rex noſter relinquat Flandriam, deſerat Italiam, uno ſuo antiquo Regno contentus ſit, quod & ſibi & nobis majori futurum erit utilitati, quia tradit jura Regnorum id non pati, ut Rex cum dedecore & timore inimicorum antiqua Regna, quæ vel jure hæreditario, vel juſto bello capta ad eum pertineant, derelinquat, & hoſtes contra nos inſultent, ut *ſuprà* retulimus, quem refert, & ſequitur P. Diana 1. *part. Moral. tractatu* 3. *reſolutione* 3. addendi Magerus *de Advocat. Armat. cap.* 11. *num.* 696. ex Baldo, Ioanne Andrea, Capitio & aliis Ponte *de poteſtate Proregis tit.* 4. §. 1. *num.* 147. & *deciſ.* 3. Roſental. *de feudis, cap.* 8. *concluſ.* 21. Fabius de Anna *ſingul* 506. Menchaca *libro* 1. *controverſ. Illuſtrium, cap.* 6. *num.* 4.

Quod equidem majori ratione locum habet, ſi 29
Galli hoſtes fuerint, & noſtras Provincias peterent à quibus major, quàm ab aliis nobis injuria irrogatur cùm Galli debeant Hiſpanos non ſolum amore, ſed honore proſequi: nam ut tradit Seneca *lib. de conſolatione ad Eluiam, cap.* 8. ab Hiſpanis primò incolata fuit Gallia, & denotat eis verbis: *Et inconditis Galliæ populis ſe interpoſuerunt, tranſierunt deinde Ligures in eam tranſierunt & Hiſpani, quod ex ſimilitudine ritus apparet, eadem enim tegumenta capitum, idemque genus calceamenti, quod Cantabris eſt, & verba quædam*, etſi alii de inſula Corſica accipiunt.

Sed etiam eo magis urgere debet quælibet injuria 30
à Gallis facta, quaſi in nos inſultantes, qui antea Hiſpano Imperio ſubjecti fuerunt, quia Hiſpania bis Galliæ dominavit, & Metropolis Gubernationis Galliarum in Hiſpania fuit ſemel tempore Hiberorum, & iterum cum Reges Gothi dominarunt ex Tito Livio Herodoto, Strabone, Plinio & aliis notavit idem Ioannes Apuente *lib.* 3. *cap.* 2. & quamvis contra tentaverit Iacobus Gutterrius *lib.* 2. *de officio domus Auguſtæ, cap.* 7. contendens Præfectum Galliæ Hiſpaniam dominaſſe ſatis & rectè confutat eruditus meus Collega D. Franciſcus de Amaya *in libris voluminis tom.* 1. *ad legem ultimam, Cod. de Canone largitionis, lib.* 10. *num.* 8. *uſque* 32.

ALLEGATIO LX.

Vassalli quando ad bellum debeant Regem sequi?

1 *Vassallus quando teneatur ad bellum dominum sequi, plures egerunt.*

2 *Distinctiones Doctorum inter vassallum feudalem vel jurisdictionis.*

3 *Vassalli quod facere debeant cum domino conclusionibus explicatur.*

4 *Vassallus qui a Rege habet stipendium, jurisdictionem vel donationem ad bellum debet Regem sequi.*
Vassallus feudalis suis expensis cum domino ad bellum ire tenetur.
Vassallus qui promisit vel juravit auxilium, Dominum ad Bellum sequi debet.
l.1.tit.4.lib.6.Recopil.

5 *Vassallus jurisdictionis non tenetur regulariter suis expensis militare.*
Vassallus jurisdictionis tenetur militare suis expensis, cùm modicæ fuerint, & brevis temporis.
Vassalli omnes tenentur suis expensis succurrere, Patriæ vel Castello, quando invaderetur ab hostibus.
l.7.tit.19.p.2.
l.17.tit.18.p.2.

6 *Vassalli, quando Princeps non habet unde stipendia solvat, debent qui divites, pro communi defensione suis expensis militare.*

7 *Bellum quod in confinibus est, in Regno esse censetur.*
l.arbor.ff.com.divid.

8 *Princeps si habet unde solvat stipendia, non debet cogere subditos, ut militent suis expensis.*
c.omni timore, cap.si nulla, 23.q.8.
l.suo victu de oper.liberto.

9 *Princeps prius debet excutere proprium Patrimonium & crumenam, quam cogat vassallos suis expensis militare.*

10 *Vassalli cogi possunt à Principe jure subjectionis, ad militiam ire.*

11 *Vassalli feudales, vel qui apud nos debent lanços, debent suis expensis militare, etiamsi Princeps possit stipendia solvere.*
c.igitur, 23.q.8.

12 *Bizcaini non coguntur suis expensis dominum Bizcayæ ad bellum sequi, nisi intra limites Provinciæ.*
l.1.tit.5.fori Bizcaiæ explicatur.

13 *Bizcaini receptis stipendiis, etiamsi nobiles sint, debent ex suis foris dominum sequi ad bellum etiam ex Bizcaya.*
Nobiles in Castella non compelluntur, nec ad bellum.
l.16.tit.1.fori Bizcayæ.

14 *Fores & consuetudines Bizcayæ non detrahere Regis servitio, quia egestas Provinciæ tributorum solutionem non admittit.*

15 *Bizcaini cùm invaderetur eorum provincia, aut timeri posset, debent Dominum sequi suis expensis pro defensione si Dominus non habeat unde stipendia solvat.*
Ludovicus Dorleans Gallus in notis Cornelii Taciti pro Bizcainis expenditur.

16 *Necessitate extremâ urgente omnis immunitas debet cessare.*
l.omnes Provinciarum, C.de oper.public.
l.1.C.de indictionibus, lib.10.
l.maximarum.C.de excusat.muner.lib.10.
l.1.& 2.Cod.de quibus muner.vel præstat. lib.10.
l.placet, l.jubemus nullam, l.neminem.
l.ad instructiones, C.de sacrosanctis Eccles.
l.3.C.de privileg.domus Augustæ, lib.11.
c.2.cap.adversus 7.de immunitate Eccles.
cap.tributum, 22.23.q.8.

17 *Necessitas caret lege.*
Privilegia omnia exemptionis, etiamsi per contractum concessa, cessare debent ubi necessitas.

18 *Bizcaini cum necessitas urget, immunitates pro defensione Hispaniæ & Domini servitio dimiserunt.*

19 *Tributa nova quando ratione belli possunt justè imponi?*

20 *Nobiles quando ad bellum possunt vocari, & compellantur ire.*
Mulieres tenentur in casu rebellionis Regni viris deficientibus ire ad bellum.

21 *Mulieres multoties in casu necessitatis pugnarunt, præsertim in Hispania.*

22 *Fœminæ Bizcainæ villæ de Fuenterrabia illam defensarũt à Gallorum expugnatione, anno 1638*
l.3.tit.19.p.2.
l.9.tit.19.p.2.

An si Rex Hispaniæ ad bellum personaliter procederet, & proficisceretur, teneantur vassalli illum comitari, & cujus expensis?

HÆc à pluribus Doctoribus tractatur, 1 Bart. *in l.Mevia, §.1.de annuis legatis*, Baldus, Innocent. Ioannes Andreæ Archidiacon. Panormit. Albericus, Franciscus Curtius, Lucas de Peña, quos refert Gregor. Lopez *in leg.7. tit.19. part.2. Glossa 1.* Ioannes Blanc & Ioannes Reyner, quem adducit Iacobinus de Sancto Georgio *de feudis, versic.& promiserunt, numero* 6.16. & 17. Iacobus de Arzidone *de feudis cap.*68. Ildaricus Zasius *de feudis* 10. *part. numero* 24. Martinus de Selima *de feudis, tit. quibus feud. amittatur, numero* 142. Paris. de Puteo *de re militari. vers. an dominus possit, num.*2. ex Baldo Alvaroto, Corrasio, Petrus Bellinus *de re militari.2. part.tit.*4. & *tit.*6. Bonus de Curtilis *de nobil.§ part. num.*47. Restaur. Castaldus *de Imperatore, quæst.*57. Iacobus de Novello *de jure Protomiseos.* §.4. *n.*78. Ioannes Garcias *de expensis, cap.*12. *num.*82. Hugo de Celso *in repertorio, verbo vassallos*, & pluribus dis. putat Cabedo 2 *part. decis.*44 *per totam*, ad quem se remittit Fontanella *de pactis nuptialibus* 1. *tom.claus.* 4. *glossa* 16 *n.*9 idem Ioannes Garcia *de nobilit. gloss.* 2. *ex num.* 33. Menchaca *quæstionum Illustrium, cap.*9. *num.*19. cum Baldo, Decio Ysernia, & aliis Menochius *cons.*65. *num.*28. cum Iacobo Bellovisso, Afflicto & aliis idem Menoch. *cons.* 281. *num.* 32. & *cons.*1003. *num.*72. & *cons.*1273. *num.*18. ubi refert Baldum, Affl ctum, Alexandrum, Boërium, Scraderũ, Arnoldũ, & alios, de qua re etiam Alciatus responso 161. *num.*9. Surdus *cons.*561. *num.*35. Dominus Valençuela *cons.*32. *num. fin.* Bobadilla *lib.*2. *Politicæ, ap.*

cap 16.num. 151. ex Rolando à Valle, Didaco Peréz, Avendaño, Guillelmo Ameta, & pluribus aliis, Azevedo *in l.5.n.5.& 6.cum sequentibus tit.4.lib.6.Recopil.* aliquid notavit D. Castillo *tom.7.de Tertiis cap.* 18.*n.56. & 62.* Magero *de advocatia Armata cap.* 14.*n.*365. ex pluribus latè & doctè D. Solorzanus *tom.2. de Indiar. Gubernatione, lib.2. cap.23. per totum* ex Cepola, Borello, & aliis Augustinus Barbosa *in collect.cap.militare* 5.23 *quæst.*1.

Qui omnes Doctores varias rationes,& distinctiones adducunt inter vassallum feudalem, aut jurisdictionis, si vassallus promisit Principi servitium, auxilium,& suppetias, vel solùm est sub ejus imperio, si recipit stipendia à Principe, si intra Regnum est bellum, aut extra, si bellum excitetur ad defendendum Regnum vel alienum invadere & justum,& vassallus habeat bona, ut suis expensis deservire possit, si Princeps est in necessitate extrema, tam ut ab hostibus opprimatur, quàm indigentiæ pecuniarum, ut stipendia solvantur,& etiam dubitant, an vassallus ipse necessariò ad bellum proficisci teneatur, vel possit aliquem pro se substituere. 2

Hæc omnia, quæ à prædictis Doctoribus committuntur, facilè poterunt tribus traditionibus explicari, ut conveniant rei de qua agitur. 3

Primò omnes vassalli qui habent à Principe stipendia sive donationum causa, quæ is à principe facte vel qui aliqua bona aut jurisdictionem eo gravamine à Principe obtinuerunt, qui omnes, & Domini vassallorum qui sub rege sunt tenentur illum comitari ad bellum, etiamsi extra Regnum suum in aliud proficiscatur idque insinuat *l.*1 *tit.*4 *lib.*6. *Recopil.*& in vassallo feudali suis expensis id facere teneri, *ex c.* 1. *de nova forma fidelitatis, cap. de forma* 22. *quæst.*5. ex Bartolo, Panormit. Afflicto, Andrea Siculo, Luca de Peña, Guidone, Curtio Seniore, Avilesio, Menchaca, & aliis probavit Cabedo 2.*p.decis.*44.*n.*1. *&* 4. & plures ex eis Doctores quos *suprà* retulimus. tenuerunt illos qui à Rege habent jurisdictionem, & terras, redditus, vel donationes ad minus teneri dimidiũ reddituum, quos à Rege habent expendere, ut ipsum ad bellum comitentur,& similiter sine dudio tenetur vassallus qui domino juravit vel promisit auxilium exhibere, quia ad id obligatus ex pacto, ut notarunt Gregorius Lopez *in l.7 gloss.*1. *tit.*19 *partit.* 2. Azevedo *in l.*1. *n* 5 *&* 6. *tit.*4. *l.*6. *Recopil.* & in his casibus distinguendum non, an bellum sit in Regno vel extra regnum, quia *d.l.*1. traditur: *Que aian de servir donde los mandaremos venir.*

Secundò quod attinet ad vassallos qui solùm sunt jurisdictionis, leges Regni insinuant, solum debere Principi servitium exhibere in bello, quatenus potuerint, ut probatur *d.l.*7. *partitæ* eis verbis: *Poniendoles plagos en que se puedan guisar para venirle a servir e tanto tiempo, quanto entendiere que conviene aquel ferbo ello puedan ellos suffrir*: & quamvis hæc verba dubitari possint, an sint referenda, quid possit ferre eorum salus vel sustinere facultates bonorum, & communiter teneant Doctores vassallum jurisdictionis non teneri servitium in bello Principi exhibere suis expensis, ut ex Baldo, Boërio, Luca de Peña, & aliis tenuit Cabedo *d.decis.*44.*n.*2.*&* 6. & alios pro eadem re notarunt Greg. Lopez, & Azevedo, *ubi suprà & arg.l.si quis in hoc, Cod.de Episcopis, & Clericis l.* 2. *§ sin autem, Cod.de his Latron.* & aliorum probavit D. Solorzanus *tom.2. de Indiarum gubernatione l.2.c.23.n* 52. *cum sequentibus*, nisi esset modica impensa brevis temporis, & repentini incursus hostium qui portum vel Castellum invadunt, ut in casu *l.* 17. *tit.*18. *p.*2. quo casu omnes qui possunt tenentur occurrere suis expensis pro defensione patriæ, ut notavit Gregorius Lopez ubi Gloss. fin. ex quo, & Alberico probavit D. Solorzanus *ubi proximè*, *n.*56.

Tertiò in bello justo, ubi urget necessitas, & Princeps cogitur personaliter suam cram derelinquere,& extra illam pro defensione migrare, dubium non erit omnes vassallos teneri sine aliqua distinctione,& differentia Regi inservire:& qui divites fuerint suis expensis assistere, quippe nullus dubitaret si finitimi hostes nos invaderent, Regem ad bellum comitari pro communi defensione subditos teneri, ut notavit Gregorius Lopez *in dict. l.*7. *gloss.*1. ibi: *Aut Dominus invaditur, & tunc si timor est subitaneus, & improvisus, omnes apti ad pugnam tenentur.* Quod similiter procedit, etiamsi non in ipso Regno invasio fiat, sed in confinibus,& connexis Regno, vel si Princeps velit nolle expectare inimicum in Regno, sed illum invadere, tunc quidem dicendum est ex eodem Gregorio Lopez *ubi proximè* eis verbis: *Quid in casu hujus legis quando Rex invadit hostem extra Regnum, Albericus tamen in l.de quibus, quæst.*62.*&* ut dixi *suprà in titulo* 1. *in l.*17. *vult quod subditi tenentur sequi Regem tali casu & suo sumptu, quod ego crederem verum quando esset favor Regni, vel cùm hostes infestabant Regnum, vel aliàs expediret Regno.* Et *paulò infrà* iterũ eis verbis: *Nam pro defensione Regni dicitur, quando vel iret extra Regnum nolens expectare inimicũ ad domum suam, secundum Andream de Ysernia.* 6

Et bellum quod est in confinibus idem ac si esset in eodem Regno judicatur, ut *argumento legis Arbor, ff. communi dividundo*, tenuit Lucas de Peña, quem refert & sequitur Gregorius Lopez *in l.fin. gloss.*3. *tit.*20. *partit.*2 & notandum est, omne quod in jure admittitur pro defensione proprii Regni, ut compellantur vassalli Regem ad bellum sequi suis expensis, similiter procedere pro defensione alicujus Provinciæ vel Regni, quod aggregatum fuit ut ex Guillelmo Benedicto qui plures adducit, tenuit in terminis Cabedo *d.decis.*44.*n.*11. 7

Hoc autem quod nuper notavimus, ita accipiendum est si patrimonium Principis exhaustum sit, ut redditus Regni ad stipendia militum non sufficiant, quia etsi Princeps debeat de suis bonis solvere, ut notarunt plures, quos refert Augustinus Barbosa *in collect.c.*5.23. *q* 2. si tamen non habent & in Comitiis generalibus testatus fuit ejus ærarium exhaustum, nec stipendiis belli sufficere illius facultates, tunc cessat omnis Interpretum controversia, nam præfati Authores qui in aliquibus casibus tenuerunt non posse compelli vassallos suis expensis ad bellum cum Rege proficisci, limitant tamen quando Rex non habet unde stipendia solvat, quia tunc debet vassallus qui potuerit suis expensis inservire, ut *ex cap. omni timore,* 9. *cap.si nulla,*23. *quæst.*8. cum Sylvestro Panormitano & aliis, Cabedo in terminis *ubi suprà n.*2. *& argumento legis suo victu de operis libertorum*, ex Jasone & Alberico, quamvis velint maximè differre vassallum jurisdictionis à Liberto adhuc in subsidium cogendum vassallum jurisdictionis ad bellum ire suo sumptu, tenuit Gregorius Lopez *in l.*17 *gloss.*3. *tit.* 18 *partit.*2. ex Francisco Curtio, & Panormitano *in d.l.*7 *gloss.*1. *tit.*19. *part.*2. 8

Idque procedere, quando Princeps prius in suis bonis excussionem fecerit,& invenerit consumpta, Baldus, Cyrus, Guillelmus, Andreas de Ysernia, quos refert & sequitur idem Gregorius Lopez *in l.fin. gloss.*2. *tit.*20 *part.*2. ubi tenet Principem primò debere expendere de proprio marsupio, & ex Bruno, Socino, Guidone Papæ Alciato, & aliis, Principem teneri antea exercere propriã crumenam,& deinde à vassallis 9

aux-

auxilium postulare probavit Menoch. *cons.* 32. *num.* 40. & ex Iacobo, Leonardo, & aliis, idem Menoch. *casu* 721. *num.* 12. quod cùm in hoc casu manifestè procedat, & proprium Principis patrimonium sit omnino exhaustum pro fidei & Regnorum defensione, sine dubio, aut al qua distinctione dicendum est teneri vassallos suis expensis ad bellum Regem comitari, quod ultra prædictos in terminis ex Abbate, Iacobo de Arena, Iasone, Luca de Peña, Isernia, Boherio, Menchaca, Loazes & Magero probavit D. Solorzanus *d. lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 56.

10 Præsertim, quia subditi ad militiam jure subjectionis possunt vocari. Bald. *in l. etiam, num.* 29. *Cod. de execut. rei judic.* Tuschus *practic. lit. B, in princip.* Raudensis *variar. resolut. c.* 73. *num.* 3. Bellonus *de re militari,* 2. *part. tit.* 2. *num.* 7. *& tit.* 6. *num.* 7. *& tit.* 7. *num.* 6. Laudensis *de bello, quæst.* 41. Flores de Mena *lib.* 2. *variar. quæst.* 21. *n.* 124. Sixtinus *de Regalibus lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 28. quod Doctores jus sequelæ dicunt, quasi vassali teneantur sequi dominum suum, adde Peregrin. *de jure fisci lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 14. Colerus *cons.* 1. *q.* 22. *n.* 263.

11 Et semper Princeps, cum Regna invaduntur, vel pro eorum defensione vult hostes repellere, potest præcipere subditis, ut congregentur, & ipsum ad defensionem provinciæ, vel Regni sequantur, quod solum in metu incursus probavit Textus *in cap. igitur* 23. *quæst.* 8. & notarunt Lucas de Peña *in leg.* 1. *Cod. ne rustici ad nullum obseq.* Affl ictis *in rubrica, quæ sint Regal. num.* 73. Surdus *cons.* 289. *num.* 5. Cassaneus *in consuetud. Burgundiæ, rubric.* 1. §. 4. *in princip. n.* 37. *cons.* 1. *num.* 1. Cabedo *dict. decis.* 44. *num.* 9. & cum hæc defensio necessaria sit, nec aliqualiter omitti potest, & Princeps non habeat, unde stipendia solvat, omnes vassalli, qui suis potuerint expensis illum sequi obligati censentur: quæ distinctio, an Princeps habeat unde stipendia solvat, vel non, non procedit in vassallo feudali, qui ex eo suis expensis debet ad bellum dominum sequi, vel quando ex pacto, promissione, aut decreto Principis id expressum in concessione jurisdictionis Castri, aut donationis, vel qui ex dignitate tenetur, ut apud nos, qui debent præstare lanças.

12 Quod apud meos Bizcainos expressè decisum extat suis consuetudinibus, & foris, ut constat *l.* 5. *tit.* 1. *libro fori Bizcayæ*: nam *ibi* traditur omnes incolas Biscaynos semper consuevisse comitari ad bellum dominum suum usque ad certum locum expensis vassallorum, & sine stipendio, at verò ultra non teneri traditur, nisi recepto stipendio, nota verba notanda fori: *Siempre acostumbraron ir cada, y quandoque el señor de Bizcaialos llamase sin sueldo alguno por cosas que a su servitio los mandase llamar, pero esto facta el arbol Malato que es en la Iaando: pero si el señor con su Señoria les mandase ir allende del dicho lugar su Señoria les deve mandar, pagar, el sueldo de dos meses, si huviesen deir aquende los puertos è para allende los puertos de tres meses, y asidando el dicho sueldo ende que los dichos cavalleros escuderos hijosdalgo usaron è acostumbraron ir con su Señoria à su servicio do quier que les mandase, pero nose les dando el dicho sueldo, en el dicho lugar nunca usaron, ni acostumbrarõ pasar del dicho arbol Malato è que la dicha esencion, y libertad les fue siempre guardala por os Señores de Bizcaia.*

13 In quo notandum, etiamsi omnes incolæ Bizcayæ nobiles sint, quia apud nos dicuntur *hijosdalgo lib* 16. *dict. tit.* 1. *fori*, & in Castella ex privilegio Comitis Sancii nepotis Comitis Ferdinandi Gonzales nobiles haberent immunitatem, nec ad bellum ire cogerentur ut ex Roderico Archiepiscopo Toletano *ex Epitome Regum Hispaniæ*, & Otalora refert Bobadilla *lib.* 4. *Politicæ cap.* 2. *n.* 79. tamen Bizcayni, quamvis nobiles sint, & majoribus privilegiis, quàm reliqui Hispanorum potiantur, tamen nunquam recusarunt dominos suos ad bellum sequi, imò in prædicta lege fori expressè testantur semper consuevisse, quando extra limites suos extraherentur datis stipendiis dominum suos sequutos ad bellum comitari teneri.

Vt illorum privilegia quæ multorum animos pungunt, appareat nunquam publicæ defensioni, obsequio, fidelitati, & Regum servitio detrahere, quia quod spectat ad immunitatem collectarum, etsi suis servitiis à Regibus foros & consuetudines suas confirmari meruerint, tamen quod pertinet ad earum immunitatum defensionem, & tutelam quam in eis plures pertinaciam existimant, & Regum in eos liberalitas & clementia magis ad necessitatem spectant, quippe Bizcaya, quæ angustioribus limitibus circunclauditur & decem leucas non excedit, omni genere fructuum caret, nam in ea frumentum, vinum aut oleum non colitur, omnis terra silvis, saltibus, & inaccessis rupibus, plena culturam non admittit, sed etiam carnes arietum ex Castella in Bizcayam invehuntur, & quando ad incolas vinum, oleum & carnes transportantur collectæ antea impositæ in transitu solvuntur, & victu alia longè cariora sunt ex transportatione longinqua Castellæ, unde facultates non habent unde tributa iterum in ipsa Bizcaya solvant, & merito Reges nostri tam ex illius immunitate quàm necessitate & egestate incolarum collectas & tributa remittunt, cum etiam suis expensis absque aliquo sumptu & stipendio Regio plures portus maris plusquam decem ab hostium invasionibus semper Bizcayni fortiter & viriliter defendant. 14

Sed tamen circa intellectum prædicti fori, *lib.* 5. *tit.* 1. distinguendum est, ut quod traditur, Bizcaynos non teneri suis expensis ad bellum Dominum sequi & comitari, nisi usque ad arborem Malato intelligatur, quando ad bellum dominus prosiliret, ut opem ferret Regibus Castellæ, & Legionis ut antiquitùs multoties factum, aut invaderet inimicum ultra terminos Bizcayæ, quemadmodum cum Mauris & Saracenis multoties fortiter dimicarunt, ut de eorum ad bellum robore testatur Gallus Interpres Dorleans *ad Cornelium Tacitum lib.* 4. *Annal.* §. *Italiam, nota.* 5. ibi: *Hodie vocamus Bizcainos, gens docta ferre soles, & aquilones, famemque & quidquid diri Mars vehit, addo quod ingeniosa & pugnax magnisque virtutibus clara.* Igitur si ad bellũ quod pro volũtate Dominus Byscayæ susciperet, tunc subditi juxta forũ non tenerentur suis expensis illum sequi: sin verò Provincia invaderetur aut ne invasio fiat extra limites hostibus occurrere necessarium sit, Dominusque non habeat unde stipendia solvat, tunc ultra limites fori & extra Provinciam tenentur Bizcayni pro defensione communi suis expensis ab bellum Dominũ sequi, quia cum urget necessitas extrema omnis immunitas debet cessare. *l. omnes Provinciarum, Cod. de operibus publicis, leg.* 1. *cap. de indictionibus, lib.* 10. *l. maximarum,* 12. *C. de excusatio. munerum lib.* 10. *l.* 1. *& 2. c. de quibus muneribus vel præstationibus nemini liceat se excusare, C. lib.* 10. *l. placet,* 5. *l. Iubemus nullum,* 10. *l. neminem,* 21. *ad fin. l. ad institutiones, C. de sacrosanct. Eccles. l.* 3. *Cod. de privileg. domus Augustæ, l.* 11. *c.* 2. *de immunit. Eccles.* & cum agitur de communi defensione publica, necessitas fuit excepta à jure divino & à jure naturali præventa, *cap. adversus* 7. *de immunit. Eccles. c. tributum* 22. *& 23. quæst.* 8. ibi: *pro pace & quiete*, Doctores communiter *in dict. l. Iubemus*, Anchar. *cons* 96. Alexander *lib.* 2. *cons.* 216. Crotus *in l. omnes populi, num.* 108. *ff. de justitia & jure*, Romanus

mus *conf.* 436. Menochius *conf.* 137 *num.* 9. Felinus *in cap. causam quæ, num.* 18. *de rescriptis*, plurimos refert Bobadilla *lib.* 2. *Polit. cap.* 18 *num.* 217. 296. *cum pluribus seqq.*

17 Cùm igitur necessitas careat lege, *cap. sicut de consecrat. distinct.* 1. *cap. licet, de feriis, l.* 2. *C. de patribus qui filios distraxer.* cum multis congestis à D. Salgado *de Regia protect.* 1. *p. cap.* 1. *præludio* 3. *num.* 103. & ultra cum Gail. *lib.* 1. *observat.* 102. *num.* 8. Zevallos *tom.* 4. *commun. q.* 906. *num.* 50. Thuscus *lit. N, concl.* 519. Thomas Sanchez *de matrimonio, lib.* 3. *disput.* 10. *num.* 27. Escobar. *de ratiocin. cap.* 14. *n.* 10. ideò debent cessare privatæ leges privilegiorum & immunitatum, quando imminet publica necessitas, cui non poterit subveniri, nisi etiam exemptis per contractum tributa imponantur, quia tunc omnes tenentur, Socinus Senior *in l. si ex toto ff. de legat.* 1. *& in d. l. jubemus*, Parisius *lib.* 1. *cons.* 68. *num.* 31. Rolandus *lib.* 2. *cons.* 76. *num.* 25. *& lib.* 3 *consil.* 13. *n.* 63. Cravera *lib.* 3. *cons.* 439 *num.* 7. Natta *cons.* 6. *num.* 21. Decianus *lib.* 3. *cons.* 51. *num.* 31. Alexander *lib.* 2. *cons.* 716. Purpuratus *lib.* 2. *cons.* 580. *num.* 26. *&* 27. Menochius *cons.* 461. *n.* 35. Cæsar Barcius *decis.* 118. *num.* 7. *cum seq.* Minsinger. *cent.* 4. *observat.* 70. adde quod ex Isone *in d. l. si ex toto*, refert Azevedo *in l.* 7. *tit.* 5. *lib.* 4. *lib.* 6 *Recopil.*

18 Id autem semper Bizcaini observarunt, nam cùm publica urget necessitas, & Regis Domini sui servitium, quidquid pertinet ad foros & suas immunitates abjecerunt, & ultra plures milites quos ad Belgium & Italiam libenter & sponte obtulerunt, cùm Gallus obsedit castrum Fontis rapidi, quod longè distat à Biscayæ finibus plus quam viginti leucas mille & quingentos milites suis expensis armatos, vestitos, ad exercitum Regis nostri miserunt, stipendiis ex propriis bonis oblatis, in quo ferè centum millia aureorum expenderunt, & semper Domino suo alacres & prompti intervire intendunt, & solùm Regi insinuarunt in Provincia tam limitibus coangustata non posse extrahi milites, qui deficiant rebus necessariis, defensioni Provinciæ, quæ eget incolis ad sui tutelam & Regis servitium.

19 Generaliter autem quando existente bello, extra Regnum, possit collecta imponi agricolis, & eis qui bello non assistunt, ad militum stipendia, videndi Lucas de Peña *in l. fin. C. de quibus muneribus vel præstation. lib.* 10. *q.* 3. *num.* 2. *& 3. cum sequent.* Georgius *interpetitiones feudales cap.* 57. *ex num.* 36. *&* 40. & aliis Rosental *de feudis*, c. 8. *concl.* 21. Vincentius de Anna *singular.* 560. Ponte *de Potestate Proregis tit.* 4. 6. 1. *n.* 47. *& decis.* 3. *num.* 10 Borellus *de præstant. Regis Catholici, cap* 20. *num.* 53. *& cap.* 52 D. Valençuela *cons* 99. *num* 312. *&* 13. Magorus *de advocatis armat. cap.* 11. *num.* 696 pluribus D. Castillo qui extendit ad Ecclesiasticos in casu necessariæ defensionis *in tract. de Tertiis cap.* 9. *num.* 31. *& c.* 41 *n.* 89. addendus ex Turriano & Gabriele Vazquez confirmans Diana 1. *part. tract.* 3. *resol.* 3. ubi ex causa belli nova tributa imponi posse tradit.

20 Denique quando Nobiles possint ad bellum à Rege vocari, & qui possint excusari, vide *l.* 17. *tit.* 8. *l.* 7. *tit.* 19. *p.* 2. Sylvestrum *in summa, verbo bellum*, 1. *n.* 7. Rosental. *d. cap.* 8. *concluf.* 20. *& cap.* 10. *concluf.* 16. Aviles *in cap.* 9. *Prætorum glossa* 1. Oralora *de nobilitate*, 2. *p. cap.* 6 *n.* 4. *&* 5. Ioannes Garcia *eod. tract. glossa* 2. *in princip. & num.* 28. Gutierrez *lib.* 1. *practic. quæst.* 3. Canonistæ & Barbosa *in c. pervenit, de immun. Eccles.* Bobadilla *lib.* 2. *Politica, cap.* 16. *num.* 152. *l.* 1. *& 7. tit.* 4. *lib.* 6. *Recopil.* ubi *in dict. l.* 7 *num.* 2. tradit, ut quamvis mulieres sint à militia excusatæ, tamen ad excludendum rebellionem intra Regnum, & Rex iret ad bellum tunc deficientibus viris, mulieres tenerentur ad bellum procedere, & adducit *l.* 3. *tit.* 19. *p.* 2. & Glossam *ibi, verbo las mugeres* quod valde notandum & in casu necessitatis mulieres pugnasse, sive virtutis robore & fortitudine, mentito sexu tradiderunt Alexand. ab Alexandro *lib.* 1 *dier. genial. cap.* 24. *versic. circa Meotim.* ubi Tiraquellus, *nota litera D*, adducit Pomponium, Melam, Herodotum, & Stobeum, Diodor. Sicul. *lib.* 3. *cap.* 4. Sabellicus *lib.* 4. *Æneadis* 1 Ludovicus Vives *lib.* 18. *Divi Augustini de civitate Dei*, Polienus *libro* 8. Celius Rodiginus *lib.* 4. *antiq. lection. cap.* 1. *& lib.* 13. *cap.* 33. Ælian. *lib.* 12. *variæ histor.* Pausanias *in Mesenicis & Arcadicis.* Saxo Grammaticus *lib.* 7. *de rebus Danicis*, Crantzius *lib.* 1. *Norvegiæ, c.* 27. *&* 33. *& lib.* 1. *Vandaliæ c.* 12. Ioannes Magnus *lib.* 7. *c.* 10. *& lib.* 17. *cap.* 4. Hector Boëcius *de rebus Sueciæ, lib.* 3. *&* 4. & apud Gallos de Ioanna Lotharinga, Pucella dicta memorantur Æmilius *lib.* 10. Polydorus *lib.* 24. Bonfinius *lib.* 8. *decad.* 3. Paulus Iovius *in vita Selimi, & Sforciæ*, Zurita *de bello Nigri Ponti, lib.* 18. *Annalium, c.* 34. qui plures fœminas referunt quæ arma viriliter induerunt, & egregia facinora perpetrarunt, ut de Semirami, Artemisia, Tomiri, Candace, Camilla, Cloelia & aliis Historici tradunt & pro defensione patriæ arma exercuisse mulieres plura exempla referunt Volaterranus *lib.* 23. *Anthopologiæ*, & Crantzius *lib.* 1. *Sueciæ cap.* 7. Fulgos. *lib.* 3. *cap.* 2. Plutarchus *de virtutibus mulierum.*

Sed in nostra Hispania mulieres pro defensione civitatum, & in bello viriliter pugnarunt: de Lusitanis aperto Marte in acie pugnasse anno 480. tradit Faria *in epitome Historiæ Lusitaniæ* 1. *part.* 4. *num.* 7. & hoc bellum *expeditionem mulierum* Lusitani dixerunt: & de fœminis Salmantinis tradit Plutarchus *de claris mulieribus* illas sub vestibus arma contexuisse, ut maritos ab Annibale captivos liberarent & custodibus trucidatis liberarunt, refert Pineda *in Monarchia Ecclesiastica lib.* 8. *cap.* 7. §. 3. *ad finem*, de fœminis urbis Mentaliæ, vulgo *Murcia* in Turdetania, ut à Maurorum oppressione se eximerent lanceis, & galeis armatis in muris apparuisse tradit Casaës *in Historia Murciæ, discursu* 1. *cap.* 4. de mulieribus Palentinis ex historia Palentina refert Magister Ægidius Gonzalez *in vita Regis Henrici III. cap.* 3. *ad finem*, cùm Angli & Dux de Alencastre ex matrimonio cum Constanza filia Regis Petri intenderet ad illum pertinere Regna Castellæ pervenit ad urbem Palentinam, quam obsidere intendebat eo tempore, quo viri Palentini in expeditione erant extra illam, ut suppetias ferrent villæ *de valderas*, tunc mulieres Palentinæ viriliter cum hostibus pugnarunt pro defensione civitatis, ne ab Anglis caperetur, & propter hoc facinus Rex Ioannes I. concessit fœminis nobilibus Palentinis, ut in velamine capitum, & in vestibus Balteum induerent, quasi ipsæ in defensione urbis pro equitibus Baltei, id est, *Cavalleros de la vanda* pugnassent, & de uxore Præfecti Propugnaculi villæ Tudecini, id est Martos in Regno Genensi traditur in Historia Genensi, cum Præfectus abesset à Propugnaculo cum militibus expeditionis causâ, cùm Dux Maurorum, qui in oppido vicini erant, certior fieret à Propugnaculo Præfectum absentem, voluit illud capere, & multis Mauris plus quàm quatuor mille congregatis ad expugnationem processit, uxor autem Præfecti, cùm sola esset cum mulieribus militum, & eis quæ ex sua familia, omnes exuere fœmineum habitum, & induere virilem suasit & loricatas lanceis & galeis in muris mulieres Mauris opposuit, & illi cre- 21

dentes Præfectum & milites eſſe ad expugnationem paratos, ab expeditione receſſerunt, ſed de domina Maria Pacieca Tendelii Mendozæ filia refert Paulus Iovius *lib.19. Hiſtoriar.* cum ejus vir Padilla, quia, ſeditioſorum Dux fuerat captus à Præfectis Caroli V. Imperatoris ſecuri percuſſus, illa vexillum, ne concitatæ multitudini Dux deeſſet gerendo bello, ſuſtulit, ſed valde notum eſt quod ex privilegiis Regum Catholicorum conſtat pugnaſſe pro defenſione urbis Tauri, ut eam Regi Ferdinando traderet Antonius Garcia, ex quo privilegium nobilitatis conceſſum ejus deſcendentibus, de quo egerunt Otalora *de nobilitate 4.part.cap.5.n.19.* & ejus memoratur Ioannes Garcia *de nobilitate, gloſſa 1.§.1.n.45.*

22 Denique noſtro tempore anno 1638. notum eſt egregiam operam mulieres Cantabras navaſſe in Propugnaculo Fontiſrapidi, id eſt, *Fuenterabia*, contra Gallos qui cum fortiter Caſtrum illud expugnarent & ſeptuaginta diebus gravi obſidione omnibus bellicis tormentis, & inſtrumentis ad deditionem premerent, fœminæ ad idem liquefacta pice, & reſina quæ ad naves inſtruendas in villa erat, ſupra Gallos qui ſcalis aſcendebant projicientes, ſemiuſtos ab expugnatione retrahebant, & illæ excubias in nocte in muris agebant ut viri qui quater centum non excedebant, & cum viginti & quatuor millibus, ſtrenuis militibus Gallis obſidentibus continuo pugnabant, nocte quieſcerent, ut prompti ad pugnam in die redirent, & in multiplici confl ctu pugnæ tot dierum viris præliantibus, fœminæ juxta illos in muris cum movetent ſe hoſtes, ſubminiſtrabant arma militibus, tela ſuggerentes, cibum & potum petentibus adminiſtrabant, vulneratos excipiebant, quod de mulieribus Spartanis refert Plutarchus *in Pyrrho*, quando Lacedæmones aggreſſus Pyrrhus Spartam obſedit, quo mei Cantabri Bizcaini, & Guipuzcuani ſe ab hoſtium impetu defenſarunt, fortes Gallos debellatos ab obſidione fugantes, ut meritò uſurpari poſſint verba ejuſdem Plutarchi, ubi proximè: *Pulchrum eſſe in conſpectu Patriæ vincere, & in matrum conjugumque manibus occumbere glorioſum, cadentes ut deceret Spartas*, ubi *Biſcainos* reponendum ex hoc caſu. Vnde Rex noſter Philippus IV. juſtè inter alia plura privilegia, quæ conceſſit *Fuenterabiæ*, illud elargitus, ut ejus mulieres gauderent militum ſtipendiis, & illa conſignavit, quia ut fortes milites pugnarunt in defenſione urbis, & propugnaculi, & fœminas teneri in bello, ſi viri defuerint, pro defenſione patriæ, vel quando in Regno excitatur rebellio, probat *l.3.tit.19.part.2.* & eo caſu nullum vaſſallum prætextu privilegii excuſandum ex illo textu colligitur, & quando Princeps perſonaliter extra Regnum ad bellum procederet, omnes vaſſalli qui ad bellum apti Regem ſequi debent, *l.9.d.tit.19.part.2.*

ALLEGATIO LXIII.

De obedientia Regibus debita à vaſſallis.

1 *Servitia, & merita non diſcuſſa non debent præmiis condonari.*

2 *Fiſcali incumbit inobedientes Principi accuſare, & num.4.*
Obedientia Regibus eſt in qua eſſentia principatus conſiſtit.
l.lex, l.cujuſque, 4.ff.ad l.Iuliam Majeſt.

3 *Inobedientia contra Regem eſt impræſcriptibilis.*
Rex nunquam poterit à ſe abdicare Regalia.

4 *Fiſcalis munus eſt Regalia Principis defendere.*
l.12.tit.28.p.4.

5 *Vaſſalli debent Regibus obedire.*
D.Paul.epiſt.ad Titum, c.3.
D.Paul.epiſt.ad Roman.c.13.
D.Petrus epiſt.1.Cano.c.2.
c.1.ex libro Ioſuè.
c.20.Proverbiorum.

6 *Iure naturali, & gentium debetur obedientia Regibus.*
l.veluti de juſtitia & jure.

7 *Iure Canonico, & civili Regibus obedientia conciliatur.*
c.2.de majorit.& obed.
c.omnis anima de cenſibus.
c.qui reſiſtit 97.11.q.3.

8 *Subditi cùm Regem elegerunt ad obedientiam ſunt obligati.*
l.2.ff de legibus.
l.non videatur, 136 §.qui juſſu de reg.jur.
l.de conſtit.Princip.

9 *Voluntas per obedientiam mactatur.*
l.velle, 4.de reg.juris.
l.ad ea 200.ff.eodem.
c.1.§.voluntatem, 15.q.1.
c.ſciendum, 8.q.1.

10 *Hiſpano jure obedientia ſubditis injungitur.*
l.1.tit.13.p.2.
l.16.tit.13.p.2.

11 *Regibus celeriter, & ſine examine obediendum.*

12 *Eccleſiaſtici vaſſalli debent in rebus juſtis Regi obedire.*
c.petimus, 11 q.1.
c.Princeps, 23 q.5.
c.adminiſtratores, 23.q.5.
c.Regum, 23.q.5.
l.65.tit.5.p.1.
l.3.tit.7.p.3.
l.29.tit.4.lib.4.Recopil.
l.13.tit.3 lib.4.Recopil.
Authent.nullus, Cod.de Epiſcop.& Clericis.
Hiſpaniæ fert praxis ut Epiſcopi & Eccleſiaſtici ad Curiam vocentur per conſilium Regium.

13 *Eccleſiaſtici ut pars populi ſunt, vaſſalli Principis ſæcularis.*

14 *Eccleſiaſtici, qui Regibus jurant fidelitatem, ſine dubio cenſentur eorum vaſſalli.*
c.ſi quis laïcus, 22.q.5.

15 *Statutum quod irritat alienationem factam in non ſubditum non comprehendit alienatum in Eccleſiaſticos, quia ſubditi, & vaſſalli cenſentur.*
Eccleſiaſtici quamvis quoad juriſdictionem non ſint ſubditi Principum ſæcularium, ſunt tamen vaſſalli quoad protectionem & obedientiam.

16 *Reprobatur Dianæ ſententia, qui Eccleſiaſticos negat vaſſallos Principum ſæcularium.*
Eccleſiaſtici in Politicis debent Regibus obedire.
Eccleſiaſtici ſolent in bello contra infideles perſonaliter in Hiſpania intereſſe.
l.51.tit.6.p.1.

17 *Eccleſiaſtici naturaliter & originariè dicuntur ſubditi Principum in cujus terris nati ſunt.*
c.de capitulis diſt.10.
c.quis neſciat diſtinct.10.
c.Sacerdotibus, 1 q.1.

18 *Obedientia Principum eſt Politici ſtatus eſſentia.*

19 *Inobt*

19 *Inobediantia Principum acriter est vindicanda.*
20 *c.1.lib.Hester.*
21 *c.15.lib.1 Regum expend.*
22 *c.20.Numerorum.*
23 *Athenienses damnabant eos tantum, qui unam legis syllabam trangressi fuerant.*
Regibus, ut Deo in rebus justis est obediendum.
24 *Inobedientia vindicata plura exempla proponuntur.*
25 *Inobedientiæ supplicium apud Persas erat pœna capitis, & dexteræ amputatio.*
26 *Henricus III. Castellæ Rex pactus cum Regno sine ejus consilio nullum bellum suscipiendum nisi contra inobedientes.*
27 *Principum edicta strictè sunt observanda.*
28 *Reges, & Principes quasi adorandi.*
l.2.C de silentiariis lib.10.
29 *Regimen Regni sine obedientia sustineri non potest.*
30 *Rex potest cogere vassallos ut munera accèptent.*
l.fin.§.judicandi, de muner.ad honor.
l.si quis Magistratus.ff.eodem.
l.ex omnibus domibus, C.de decurion.lib.10.
l.ad Magistratus.ff.eodem.
Advocatus potest compelli suscipere patrocinium.
l.providendum, §.1.C.de postulando.
31 *Rex potest cogere subditos belli munera suscipere.*
l.limites, C.de re militari lib.10.
l.Iubemus, C.de officio Magist.officio.
32 *Officia publica conferre recusantibus non ambientibus Reipublicæ interest.*
l.si quamquam, C.de Episcop.& Cleric.
33 *Inobedientiæ pœna apud Israëlitas mortis erat.*
c.14 lib.1.Regum.
c.2.de majorit.& obedient.
34 *Inobedientiæ pœna regulariter est arbitraria.*
c.7.lib.1.Esdræ.
l.11.tit.13.p.2.
Inobedientes Regibus dicuntur largo modo rebelles.
35 *Arbitraria pœna potest excurrere usque ad mortem.*
36 *Inobedientia ex ejus qualitate potest mortis pœna puniri.*
37 *Nobiles inobedientes Regibus, magis sunt puniëdi.*
38 *Rex qui pro servitiis stipendia dedit vassallo nec antidorali obligatione pro servitiis tenetur.*
39 *Vitia graviora sunt, quæ sub tegmine virtutis fiùt.*
40 *Voluntas melius declaratur factis quàm verbis.*
l.non tantum, l.Paulus, ff.rem ratam haberi.
l.pro hærede, ff.de acquir.hæredit.
l.si tamen, §.ei qui ff.de ædilit.edicto.
l.reprehendenda, C.de instit.& substit.
41 *Probatio major quæ ex rei evidentia sit.*
l.fin.§ item rescripserunt, ff.ad municipal.
l.eos.pen.ff.fin.regundor.
42 *Regum injusta mandata non timenda, sed non sunt contemnenda.*
43 *Culpa major est culpam deprehensam defendere.*
44 *Regiæ dignitatis illusio acriter est vindicanda.*
Clement.Vnica de renunciatione.
c.bonæ memoriæ, 2.de postul.Prælat.
c.1.de alien.judic.mutant.caus.fact.
c.cum olim.de re judicat.
c.suggestum de appellat.
c.dilectus de præbendis.
Clem.Vnica de rer permutatione.
45 *Inobediens Regiis beneficiis est omnino privãdus. Inobediens damna inobedientiæ sarcire debet.*
l.11.tit.13.p.2.
46 *Regem videtur non timere, qui ejus præcepta contemnit.*

Regibus quomodo debeant in mandatis justis obedire vassalli, & quâ pœnâ inobedientes puniantur?

REx noster Hispanus Nobili ex suis bellicam expeditionem commisit, & præparatis, quæ petierat, Nobilis munus acceptavit, & manum Regis quasi profecturus osculatus est, postea moras nectit, & impedimenta objicit, & de beneficiis, quæ à Rege eis præstandis, quæstionem proponit, nam licèt plura lubens Princeps concederet, contendit tamen vassallus hæc declaranda conferri pro servitiis, quæ in alio munere unde venerat, exhibuerat, non pro futura expeditione, & cum à Rege diceretur pendere visitationem, & syndicatum administrationis primi muneris, nec adhuc constare, an pro debito in ea se gesserit, justitiæ, quæ obsistere nondum discussa merita condonare præmiis, quæ fortè possent pœnas mereri, pertinax in eo plures consessus Ministrorum congregati, ut ad expeditionem proficisceretur, in quibus multoties se nihil velle, nisi Regi obedire, & munus acceptare est testatus, & statim profecturum, & cum jam instabat expeditionis tempus, rediit ad pertinacem & injustum conatum, ut antequã proficisceretur, oporteret declarari Regis beneficia respicere præterita servitia, non futura, & tandem convictus se ad expeditionem præparavit, & profectus ad portum, in quo classis illũ excipere debebat, sed tamen nihil de præparatione belli curavit, & levi causa potius affectata, iterũ ad Curiam Regis rediit, ubi ejus mandato arce inclusus vinculis est detentus. 1

Hujus rei & inobedientiæ vindicta ad muneris fisci Patroni curam spectat, nam suprema, & major Principis præeminentia est subditorum obedientia, & in qua essentia Principatus & regiminis consistit, imò sine ea Rex non esset, regimen, nec Principatus, ex quo de Regalibus existimatur, ut *argumento l.3.& l. cujusque, 4.ff.ad legem Iuliam Majest.* ex Bartolo Peregrinus *de jure fisci, lib.1.tit.1.num.13.* 2

Adeo ut inde inobedientiam Regibus impræscriptibilem censeat, & non posse abdicari ab ipso Principe supremam potestatem, quamvis ab eo concedatur, quasi infixa sit solio Regio, & nisi cum eo deponi nullo modo possit, & Princeps quamvis contractibus obligatur, nunquam tamen poterit exuere Regalia, ut ex Baldo, Angelo, Oroscio, Mandello, Albensi, Mastrillo, Barbosa, & aliis ego probavi *1.part.decis.Granat.18.n.14.* 3

Cùm igitur ad munus fiscale pertineat Regalia Principis defendere, illibata tueri, & ab usurpantibus vindicare, imò ad hoc fiscalis officium inductum, ut omni jure constat, & probatur *l.12.tit.18.part.4* ubi ad fiscalem pertinere traditur defendere, & vindicare omnia jura, quæ ad Reges pertinent, & ideò causas Regaliũ fiscales esse latè probavit D. Alfarus *de officio fiscalis, gloss.20.per totam*, Peregrinus *dict.tit.1.* & rectè ex Avilesio, Bobadilla, Petro Gregorio, & Mastrillo, D.Franciscus de Amaya Pintianæ Cancellariæ meritissimus Senator *in rubrica, Cod. de jure fisci, n.24.* & plura singularia de officio fiscalis instituto, necessitate, & exercitio D.Solorçanus *dict.lib.4.* 4

cap.6 per totum,& in terminis noſtri caſus per fiſcalem vindicandam inobedientiam Principi factam, & ejus ſupplicium petendum notavit Calitus Ramires *de lege Regia*,§.16.*n.*52.ibi: *Et ſi ſubditus tale mandatum contempſerit, aut aliàs fuerit inobediens, ad inſtantiã Procuratoris fiſcalis accuſari,& puniri ſolet.*

Ideò pro muneris injuncti exercitio, onere, imò honore, quia maximus ſubditi honor ſemper erit
3 Principi ſuo debitam obedientiam conciliare, hujus criminis accuſationem inſtitui,quia omni jure ſubditi debent Regibus obſequi: namut Divus Paulus *Epiſt ad Titum*,*cap.*3. admonet ſubditos eſſe Principibus, & Poteſtatibus, & edicto obedire, & *Epiſtol. ad Romanos*,*cap.*13.ibi: *Omnis anima Poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit*, & iterum ibi, *Itaque qui reſiſtit poteſtati,Dei ordinationi reſiſtit, qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem adquirunt*, & Divus Petrus *Epiſtola 1.Cano. c.* 2. ibi: *Subjecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum ſive Regi,quia præexcellenti*, ſemper enim debent ſubditi reſpondere Regibus, quod Joſuë reſponderunt Iſraëlitæ,ut traditur *in lib. Ioſuë*, *cap.*1.*ad finem*, eis verbis: *Reſponderunt itaque ad Ioſuë,atque dixerunt:omnia, quæ præcepiſti nobis, faciemus,quocumque miſeris, ibimus.ſicut obedivimus in cunctis Moyſi,ita obediemus tibi*, aliàs inobediens contra ſe excitabit leonis rugitum,ſic dicitur Rex provocatus *in Proverbiis,c.*20.*verſ.*2.

6 De jure naturali & gentium,*l.veluti, ff.de juſtitia & jure*,ubi ex ratione naturali procedere ut patriæ & parentibus pareamus,& ita Principi qui illam regit quod mentibus hominum adeo ineſſe traditur, veluti erga Deum Religio ex Divo Auguſtino & aliis ſacræ Scripturæ locis latè probat Adamus Contzent *lib.*5. *Politicorum*,*c.*8.§.16.ubi reſpondet argumentis impiorum,qui Principibus & eorum legibus obedientiam negarunt, & in conſcientia ſubditos non eſſe obligatos,& plurima de obedientia ſingularia,quantum valeat apud Deum & Principes,& illis eſſe obediendum eruditè & noviter notavit Pater Baëza *de Chriſto figurato*, *tom.*4.*lib.*8.*c.*3.§.14.15.16.19.31. *&c.*8.§.13 *& c.*27.§.3.

De jure Canonico eandem Regibus & Superio-
7 ribus obedientiam ſuadent *c.*2.*de majoritate & obedientia*,*cap.omnis anima mea,de cenſibus*,*cap qui reſiſtit*,97.11.*q.*3. ſimiliter omnes juris civilis traditiones & ſtatuta ſuffragantur,nam leges 12. tabularum jubebant: *Juſta imperia ſunto,eiſque cives modeſtè,& ſine recuſatione parento:* Verba referunt Cicero *lib.*3. *de legibus*,Tiraquellus *de nobilitate*, *cap.*28. *num.*5. Camillus Borrellus *de Magiſtratibus lib.*3.*c.*4. *n.*39. & Concius *in earum collectione.*

8 Facit *l.*2 *ff.de legibus*,ibi: *Lex eſt cui omnes homines debent obedire*, & iterum ibi: *& Principem Ducẽ eſſe*, quaſi legis cui obediendum Princeps, Dux ſit, & ſuperior,*l.non videntur* 136.§. *qui juſſu*, *ff. de reg. juris* ibi: *quia,parere neceſſe habet*,& juvat ratio Text. *in l.*1. *ff.de conſtit. Princip.*eis verbis: *Populus ei, & in eum omne imperium ſuum, & poteſtatem contulerit*, quaſi ſubditi ipſi cum Regem inſtituerunt ad hanc obedientiam ſint obligati.

Quod adeo jure civili procedit, ut velle non di-
9 catur, qui obſequitur imperio Patris vel domini, *l. velle* 4. *ff.de reg. juris*,quaſi & naturali ratione & civili hæc obedientia magis neceſſaria,quàm voluntaria, vide *l.ad ea* 200 *ff.eodem*,& quamvis eum textũ poſt Gloſſam plures reſtringant ad pœnalia, tamen rectè generaliter accipit Decius *ibi n.*2. & in omni actu in quo voluntariè quid fieri requiritur, non cenſeatur ex voluntate procedere, quando quis obſequitur domino,nam ex voluntate fit,quod ex libero mẽtis arbitrio pendet, *cap.*1.§ *voluntatem* 15.*quæſt.*1. & per obedientiam propria voluntas mactatur *cap.ſciendum* 8.*quæſt.*1. nec poteſt dici ex voluntate facere eum,qui facit obtemperans illi, à quo poterat compelli, ut ex Baldo Ioanne Andrea, & aliis probavit Decius *in dict. l. velle*, unde colligitur adeò neceſſarium eſſe obedire dominis, ut ſubditis nullum in eo maneat arbitrium, nec aliquomodo cenſeantur illi ex ſe facere, ſed juris præcepto.

Hiſpano jure hujus rei documenta exhibentur 10
*l.*1.*tit.*13.*part.*2.eis verbis: *Otroſi los que no le quiſieren ſer obedientes para guardar ſus poſturas, é ſus mandamientos, deben haver tal pena, ſegun fuere á quella coſa en que le deſobedecieron*,l.16.eodem tit.& part.ibi:*mas deben ſer obedientes en todas las coſas, que el mandare aſſi como de venir a ſu Corte,o aſu Cõſejo los que el imbiaſſe, o para facerle hueſte, o para darle quenta,o para faser derecho a los que dellos fazieſſen querella: ca eſtos ſont las majores coſas en que vaſſallos deven venir obedeciendo al mandato de ſu Señor:eſſa miſma obediençia deben haver para ir de de los imbiare aſſi como en mandaderia, ò en hueſte,ò en guerra,o en otro lugar de los mandaſſe, e ſin eſto deben otroſi obediencia para eſtar de los puſiere aſſi como en frontera, ò en terra,ò en baſtida de villa, ò de Caſtillo, ò otro lugar do el Rey entendieſſe que mas eſtarian a ſeu ſervicio.*

Hæc igitur obedientia ſine repulſa & examine, 11
quaſi velatis oculis Regi præſtanda, quemadmodum Abraham ſine cunctatione ad ſacrificium filii unigeniti ſe præparavit,& ut tradit D.Chryſoſtom. *in Geneſ.c.*22.ibi: *Non cogitabat,non ratiocinabatur ſecum cur hoc? quid mihi præter omnem expectationem beneficium exhibuit, qui paulò antè dixerat, in ipſo vocabitur tibi ſemen, nunc diverſa præcipit*, non enim prudentis,ſed ſubdoli,imò ſerpentis eſt de præceptis diſputare,ita *ex Geneſ.c.*3.mater noſtra Eva eluſa generi humano exitium paravit,quia admiſit quæſtionẽ de præcepto ibi: *cur præcepit vobis Deus, ne comederetis?* & rectè improbitatem recuſantium obedire, & & petent ũ rationem præceptorum denotavit D.Bernard.*ad fratres de eremo*, eis verbis: *Porro imperfecti cordis & infirmæ voluntatis indicium eſt ſtatuta Seniorũ ſtudioſius excutere,hærere ad ſingula,quæ injũguntur exigere à quibuſcunque rationem, & malè ſuſpicari de omni præcepto cujus cauſa latuerit*: Eſt igitur prõptè,& alacriter Regi obediendum juxta quod traditur Divi Matthæi,*c.*23. *quæcumque dixerint vobis facite.*

Sed nec ſolùm laici vaſſalli debent mandatis Regis obſequi, verùm in rebus juſtis etiam Eccleſiaſtici, 12
quamvis in eis juriſdictionem Princeps non exerceat, ratione tamen Principatus ei obediri debent, *cap. petimus* 11.*quæſt.*1.*cap.Princeps*, *cap. adminiſtratores*, *& cap.Regum* 23.*q.*5.*gloſſ.verb. Eccleſia, in cap.tributũ*,22.*q.*8.*l.*65.*tit.*5.*par.*1.ibi: *Fueras ende ſi lo mãdaſſe el Rey venir ante ſi*,*l.*8.*tit.*7.*p.*3.*l.*29.*tit.*4.*l.*13. *tit.*3.*lib.*4.*Recopil.* ubi pœna injungitur Eccleſiaſticis qui non paruerint Regis mandatis *ex authentica nullus*,*C.de Epiſcopis*,*& Clericis*,notat Greg. Lopez *in l.*65.*gloſſ.*8.*tit.*5.*p.*1.unde tradit proceſſiſſe praxim ut Eccleſiaſtici in Hiſpania vocentur ad Curiam per Conſilium Regis ex Decio,Antiboli,Matienço,Azevedo, & aliis probavit Bobadilla *lib.*2.*Politica*,*c.*18. *n.*61.*lit. E.*

Id enim provenit quia ut vaſſalli ſubditi ſunt Ec- 13
cleſiaſtici ratione Regiminis, & dominii Principis ſæcularis,ita ex Patre Victoria,Dominico Soto, Dec. & aliis probavit Alvarus Valaſc. *conſultatione* 100. *n.*2. cum Oldrado, Baldo, Ancharrano, Cardinali, Felino,Camill. Borrell,*de præſtantia Regis Catholici*, *cap.*

*cap.71.num.14.& 15.*quia cives, & pars populi, & corporis Politici dicuntur Ecclesiastici, ut notarunt Franchis *decis.* 691. ex Natta, Marsilio, Francisco Marco Tiraquello, Surdo, Burgo de Paz, & aliis pluribus D.Salgado *de Regia protectione* 1. *part. cap.*1. *præludio, num.*58. *cum multis sequentibus* Mastrillus 1.*p.decis.*49.*per totam*, ex Festassio & aliis Oterus *de jure pascendi cap.*9. *num.*6. D. Castillo *de tertiis, c.*8.*n.*23.

14 Præsertim ubi jurant fidelitatem Prælati Ecclesiastici Regibus sæcularibus in Curiis, quando ad Regnum assumuntur, vel juramentum exhibetur Principibus ad Regni successionem, quia tunc subditos & vassallos judicari, & crimen læsæ Majestatis committere, ut *arg. c. si quis laicus*, 22. *quæst.*5. ex Arnaldo, Ioanne Bernardo, & Albertino, probavit Cabedo 2.*p.decis.*85. *n.*3. & generaliter vassallos Principis sæcularis censeri deberi Ecclesiasticos, & Majestatis crimen posse committere ex D.Augustino Tertulliano, Oldrado Abbate, Barbatia, & pluribus sacræ Scripturæ locis tenuit Thesaurus Iunior. *lib.*4. *Forensium q.*12.*num.*8. *cum sequentibus*, ubi expendit quod traditur ab Apostolo omnem animam potestatibus superioribus & Regibus subditam esse oportere, tam respectu Ecclesiasticorum accipiendum, & facit quod et Bartolo, Farinacio, Maceratensi, Alvaroto, Præposito, Guillelmo, Benedicto, Andrea Gaillio, Petro Gregorio, Rovito, Cevallos, Calixto Ramirez, & aliis probavit D. Solorzanus *tom.*2. *de Indiarum gubernatione, lib.*3. *cap.*27. *n.*26. *&* 27.

15 Iuvat etiam, nam si statutum fieret, quo annullarentur alienationes, quæ in non subditum fierent, alienatio in Clericum, & Ecclesiasticum facta non comprehenditur statuto, quia illi subditi, & vassalli reputantur, ut ex Felino, Alberico, Fabiano, de Monte Ripa, Croto, Socino seniori, Bruno, Bossio, Socino Iuniori, Tiraquello, Covarr. Iulio Claro, Ploto, Loaze, & Horatio Carpano, probavit Menoch. *cons.*878. *num.*10. qui veriorem opinionem sine dubio censet, & nunquam visum hujus prætextu alienationem irritam declarari; quod procedit, quia licèt Clerici quoad jurisdictionem non censeãtur subditi Principũ temporalium, tamen quoad protectionem, fidelitatem, & obedientiam, & ut cives populorum, & pars Regni illis subesse dici oportet, & tenuerunt, præter supradictos Emanuel Rodriguez *in summa*, *tit.*4. *cap.*168. *num.*1. Sousa, *in Bulla Cœnæ cap.*26. *disp.* 84 *num*9 & D.Solorzanus *d.cap.*27. *num.*26. tradit negari non posse Clericos esse Regis vassallos, & sub hoc nomine comprehendi.

16 Vnde non admittenda sententia R. Patris Dianæ 5.*part. tractatu* 1. *de immunitate Ecclesiar. resolut.* 19. qui novissimè Martam sequutus, tenet Ecclesiasticos nullo modo posse dici Regum Vassallos, quia ab illorum jurisdictione exempti sunt, quippe fori sæcularis exemptionem fatemur, sed tamen ratione incolatus bonorum, protectionis, obedientiæ, & fidelitatis debent censeri vassalli, quippe ex omnium sententia in politicis Regi obedire debent, ut satis *suprà* probatur, & communis opinio est ratione feudi, & jurisdictionis, quando à Rege habuerint, vassallos cẽseri, & tunc teneri Regi Hispaniæ auxilia, & milites ad bellum exhibere, imò & suis personis cùm potuerint interesse in bello contra infideles, apertè decidit. *leg.*5 2.*tit.*6. *part.*1. adde plures quos referunt Bobadilla *lib.*2 *politicæ. cap.*15. *num.*20. *& cap.*17. *n.*18. ex Carolo de Grassis, *Regal. Franciæ*, Azevedo *in l.*1. *n.*54. *tit.*4. *lib.*6. *Recopilat.* Guido Papæ *decis.* 551. Capiblanco *de Baronibus*, *Pragm.*1. *anno* 38. Torrellus *in summa decis.tit.*34. *n.*274. Pater Thom. Ioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. *Pars I.*

Sanchez *lib.*2. *respons. moral.*14. *dubio* 57. *à num* 9 ideò non ferendus Marta qui *de jurisdictione, centuria* 2. *casu* 188 etiam quando habent Ecclesiastici feuda, & jurisdictiones Principibus sæcularibus eos vassallos negat: nam illa opinio est contra omnem traditionem.

Sed Carolus de Grassis, qui adeo Clericorum exẽ- 17
ptionem firmavit *in tractatu de effectibus Clericatus in præludio, n.*363. *&* 364. etiamsi retulerit opinionem illorum, qui contra voluerunt, tamen postea ex Bursato, Decio, & communi Doctorum sententia *in cap. Ecclesia sancta Maria de constitutionibus*, tradit nihilominus non posse dici omnino non subditos, & forenses Clericos à jurisdictione Principis sæcularis, quia naturaliter, sive originariè, dicuntur esse de dominio & jurisdictione illius Principis, in cujus terris nati sunt, *cap. de capitulis, cap. quis nesciat, distinctione* 19 *cap. sacerdotibus*, *ibi dominentur* 11. *quæst.*1. & comprobat ex Victoria, Soto, Iulio Claro, Felino, Alvaro, Valasco, Bosio & aliis.

Manet igitur ex prædictis vassallos & subditos, si- 18
ve Ecclesiasticos, vel sæculares in eis, quæ ad statum cujusque pertineant, teneri obedire Regibus, aliàs politici status regimen sustineri non posset, nam ut tradit Seneca *lib. de Clement. cap.*4. ibi, *Illud enim est vinculum, per quod Respublica cohæret, ille spiritus vitalis, quem hæc tot millia trahunt, nihil ipsa per se futura, nisi onus, & præda, si mens illa imperii subtrahatur*: & ut Cicero *lib.*3. *de legibus* ita ait: *Sine obedientia domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum universum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse Mundus potest*, & ideo rectè Iustus Lipsius *lib.*2. *civilis doctrinæ, cap.*1. certi ordinis in jubendo, & parendo tantam vim & necessitatem esse tradit, *ut hoc unum fulcrum sit rerum humanarum.*

Et hanc obedientiam Principibus debitam & ne- 19
glectam acriter vindicandam tradiderunt Bartolus, Baldus, Marsilius, Zasius, Thuscus, Antonius Petra, Calixtus Ramirez, Menoch. Didacus Perez, Magerus Gregorius Lopezius, & alii quos refert D. Solorzano *tom.*2. *de Indiarum gubernatione, libro* 2. *cap.*23. *num.*77. *cum sequentibus*, ex Angelo, Cardinali, Innocentio Platea, Iasone, Alexandro, Guidone Papæ, Paride de Puteo, Mantalvo, Hippolyto de Marsiliis; & pluribus Avilesius *in capite* 1. *de Prætorum, verbo mandamientos*, adde quæ notarunt Baldus *lib.*3. *consil.*155. Abbas & Henricus Boic. *in cap. cum non liceat de præscript.* Bellamera *cons.*10. *num.*16. ex Craveta, Montalvo & aliis D. Valençuela *de ration. stat. & belli*, 2. *part. cap.*7. *num.*9. *& cons.*4. *num.*79. Cephalus *cons.* 461. *num.*1. Hortensius *in summa tit. de officio ordin. num.*2. Hugo *tractat. de officio qualiter Prælati*, 5. *part. tit. de obedientia inferioris ad superiorem.* Farinac. *in praxi*, 3. *part.*3. *quæst.* 97. *n.*44. Navarrus *in cap. novit. de judiciis, n.*166. ex Grammatico, Tiraquello & aliis Testay *allegatione* 7. *n.*60. Dominicus Iason *in Pragm. de artefacto. versic.* 2. *observat.*1. *num.*3. D. Michaël de Luna *lib. singul. lect. jur. ad l. non sunt. ff. de statu homin. q. fin. n.*22. vide Carolum Scribonium *in politic. Christiano lib.*2. *c.*7 qui hanc obedientiam firmat, & quamvis excludat in rebus injustis à malo jussis eum deviandum, non obviandum, vel resistendum vi persuadet.

Sed istas Doctorum traditiones debent confirmare 20
exempla, & semper sacræ Scripturæ documenta reliquis lucem præbent, & inter alia illud maximum, quod extat *libro Esther*, *cap.*1. nam cum juberet Assuerus, ut ad convivium ingrederetur Regina Vasti, & cùm illa renueret Regis imperium, & juxta quod præceperat, venire contemneret, ex sapientum

ſuorum conſultationem Regno exuta fuit, & illius loco Eſther ſubrogata, ne ſubditis renuendi præcepta Principis præberetur exemplum, & uxoribus ne maritis ex Reginæ facto obtemperarent.

21 Et *lib.1.Regum, cap.15.* cùm per Samuëlem juberet Dominus Saüli, ut percuteret Amalech, & demoliri univerſa ejus, & cum peperciſſet Saül aliquibus populis, & optimis gregibus armentorũ, & adduxitut ſacrificaret Domino, qui poſtea loquutus ad Samuëlem, *Pœnitet me, quod conſtituerim Saül Regem, quia dereliquit me, & verba mea opere non implevit*, & ideò tranſlatum eſt Regnum de domo Saül ad Davidem, & objurgans Samuël Saüli nobis aptiſſimè edixit: *Nũquid vult Dominus holocauſta, & victimas, & non potius, ut obediatur voci Domini? melior eſt enim obedientia, quam victima, & auſcultare magis, quàm offerre adipem arietum, quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idolatriæ nolle acquieſcere.*

22 Iuſſit Dominus Moyſi *Numer.c.20.* ſic, *Tolle virgam, & congrega populum tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas*, illi fecerunt, & objurgarunt populi nequitiam, & incredulitatem, dixerunt, *audite rebelles & increduli, num de petra hac poterimus aquam elicere?* ex quo facto Deus comminatus, quia non obedierunt, nec crediderunt, ne introduceret populum in terram promiſſam, de quo valde variè Doctores fatigantur, ſed aptiſſimè Abulenſis *dict.cap.20. Numer quæſt.5.* tradit: *ideo factum propter inobedientiam*, nota verba ibi: *quia deviaverunt à forma mandati Dei, mandaverat enim, quod loquerentur ad petram, ipſi autem relicto hoc incœperunt increpare multitudinem*, quaſi ex facto Aaraonis & Moyſis, etiam Deo gratius eſſe crederent quod faciebant, adhuc puniti, quia omnino juxta formam præcepti non paruerunt.

23 Facit, quod Alex. ab Alex. *lib.3. cap.5.* de Athenienſibus tradit, qui damnabant reos, non ſi totam legẽ, ſed vel ſi unam ſyllabam tranſgreſſi fuiſſent, & rectè conveniunt verba Maruli *lib.4.cap.3.* qui in mirabili caſu, quia Columbani Abbatis præceptum formaliter non obſervatum tradit ibi: *Didicit mandati non rem ſolùm, ſed etiam verba ſingula diligentius eſſe perpendenda*, & quod in mandatis Dei expendimus, congruet Regibus, cùm dicat Apoſtolus Epiſtula ad Epheſ. cap 6. *obedite ſicut Chriſto*, & ad Romanos cap. 13. *qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit.* Alia exempla invenies *dict.lib.1. Reg. cap.13. lib.3. cap.2.7. & 20. Ieremiæ, cap.38.43. Danielis cap.4.* & quam plurima *alibi.*

24 In Principibus Aſſiages Macedoniæ Rex eo quod Harpagus Cyrum nepotem, quem occidi juſſêrat, non interfeciſſet, filium Harpagi tredecim annorum patri epulandum poſuit, Herodotus *lib.1.* adeo Reges etiã iniqui facti inobedientiam vindicant, Iulius Cæſar, quando milites non parere animadverteret, militare imperium ſibi vindicans nocentes exauctorabat, neque ante priſtino honori reſtituebat, quàm de ſontibus pœnas ſumpſiſſet, ex Sueronio, & Plutarcho, Fulgoſ. *l.2.c.2.* & Valentinianus Imperator Rodoanum Eunuchum, quod ejus præceptum contemneret in Hipico vivum cremari juſſit, juxta Suidam & valde notandum, quod refert Aventinus *lib.4. annaliũ Boiorum*, nota verba: *Anno 916. nonis Octobris: Conradus Imperator Reginoburgi concilium Procerũ & Epiſcoporum coëgit: ibi Arnulphus quidam proſcriptus fuit, eidemque Sacerdotes malè ſunt precati: quoniam Arnulphus, & ſocii ejus Regi & Principi ſuo parere detrectant, inferis perpetuo devoti ſunto, nec ullo unquam piaculo ſolvuntor, cum Iuda proditore cum malis geniis ignis æterni carnificina excruciantor.*

Et apud Perſas inobedientes Regi pœnâ capitis & manus dextræ ampuratione puniri ſolebant, ut tradit Briſonius *de Regno Perſarum l.2. pag.243. plerumque*, quaſi caput, quod parere, & obtemperare Regi detrectaſſet judicium de inobedientia ſumens & dextra, quæ ejus præcepta non erat exequuta, abſcindi deberent, & omnium ſæculorum monumenta Hiſtoriis paſſim teſtimonia propinant, ut immenſum eſſet, & nimis faſtidioſum recenſere, & tam in pace, quàm in bello pœnas inobedientiæ Principibus & ſuperioribus, percipe ex Joſepho *de bello Iudaico l.17.c.3.* Ælianо *l.14. var. Hiſtor.* Xenophon. *l.3. rerum Græcarum*, Diodoro *l.1.c.6.* Livius *decade 1 l.8.* Plinius *lib de viris illuſtribus, cap.31.* Eutropius *l.2.* Valer. Maxim. *lib.2.c.4. & lib.6. cap.3.* Alexand. ab Alexand. *lib.1.cap.20. lib.2.cap.23. lib.6. cap.18.* Frontinus *lib. 4. cap.1.* Sabellicus *lib.4. Æneid.4.* Oroſcius *lib.3.cap.22.* Aventinus *l.2. annal. Boiorum* Marulus *lib.4.cap.3.* Galfridus *Britannicæ Hiſtoriæ, lib.8.* Chronicon Francorum anno 1489. & ex noſtris Hiſtoriis quàmplurima exempla ex hiſce annis refert D. Solorzanus *dict.lib.2. cap.23. num.82.* in cauſa contra D. D. Federicum à Toleto Oſſorio Marchionem de Valduza, qui regni exilio condemnatus eſt, & pœnis pecuniariis multatus fuit, quia Regium juſſum recuſavit circa ſuſcipiendum munus Ducis generalis ad Braſilicam expeditionem.

Et quod nec ille, & alii non referunt, ego valdè notandum cenſeo, quod ex Chronica noſtri Regis Henrici III. refert ejus Hiſtoriographus *c.7. pag.20.* nam in primis Comitiis, quæ in Caſtella à Rege celebratæ fuerunt cum Regnis pactus fuit, & promiſit nulla bella intendere, niſi ex comitiorum conſilio, prætequam ſi hoſtes Regna invaderent, vel aliquis ſuis præceptis aut Senatus non paruiſſet, quia id neceſſariò, & abſque eo quod egeret conſultatione vindicandum.

Conducunt, quæ circa legum obſervantiam, & edictorum tradiderunt, Cicero *lib.3. de legibus, & Verrina 7.* Alex. ab Alexand. *lib.3. dierum genial. cap.5.* Cælius Rodiginus *lib.10. antiquar. lectionum, cap.6.* ex Valerio Maximo, & aliis Petrus Herodius *lib.6. rerum judicatarum, cap.3.* Gellius *lib.1. noctium. c.13.* Fulgoſ. *lib.9.c.5.* & quod ex juris Doctoribus paſſim notatur *in l.2. ff. de legibus, per textum ibi*, & refert D. Valençuela *conſ.83. n.153.* D. Solorzanus *tom.3. de Indiar. gubern. lib.1. cap.4. n.73. & lib.2 cap.30.* & alii, quàm plures, quibus addenda *l.1. de conſtit. Princip.* ut quod Princeps juſſerit, edixit, vel ei placuit, legis habet vigorem.

Hoc ad reverentiam Principibus debitam ſpectat, quam adorationem dixit, *l.1. Cod. de Silentiariis lib.10.* & Divus Auguſtinus *quæſt. veter. Teſtam. 2. part. quæſt.91.* de Rege tradit: *adoratur in terris, quaſi vicarius Dei*, & ut Quintus Curtius *eſt ingenita gentibus erga Reges veneratio*, adde Iuſtum Lipſium *lib.4. civil. doctrinæ, c.9.* Chopin. *de domanio Franciæ, lib.3. tit 30. n.11.* Bullengerum *l.1. de Imperator. c.16.* Iaſon. *in l. quæcumque ff. ſi quis in jus vocatus non ierit.* Tiber. Decianus *lib.7. crimin. c.5. n.34.* Navarrus *in cap. novit. de judiciis, n.166.* Beſoldum *de Magiſtrat. n.42.* Gratian. *diſcept. c.184. à n.53. uſque ad finem*, qui agit de honore debito Magiſtratibus propter Principis repræſentationem, Maſtrillus *de magiſtratibus lib.5. cap.3. num.40.* D. Valençuela *in diſcurſu ſtat. & belli 2. part. conſid.2. à num 48.* Bobadilla *in Politic. lib.5. c.1. n.35* ex aliis Magiſter Marquez *in Gubernatore Chriſtiano lib.1. c.18. §.2.*

Sed

29 Sed non solùm ex reverentia procedit, verùm etiam ex necessitate, quia ut animadvertimus, sine obedientia, & reverentia regimen sustineri non potest, nec Princeps sine illis populum regere valebit, Baldus *vol. 3. cons.* 155. & de jure obligantur subditi Regiis præceptis obedire, D. Valençuela *1. tom. cons.* 4. *n.* 79. ex Felino, Gregorio Lopezio, & aliis pluribus D. Solorzanus *d. c.* 23. *n.* 77.

30 Vnde Regi competit subditos compellere, ut acceptent officia quæ ipsis contulerit sive ad regimen, & judicandi munus *l. fin. §. judicandi, ff. de muner. & honor.* ubi judicandi necessitas inter munera personalia consideratur, *l. si quis magistratus ff. eodem, l. ex omnibus domibus, l. ad Magistratum, Cod. de decurionibus lib.* 10. cum Abbate, Baldo, Saliceto, Luca de Peña, Angelo, Alexandro, Romano, Decio, Cagnolo Marsilio, Cassaneo, Vivio, Matiençio, & aliis Mastrillus *de magistratibus lib.* 1. *cap.* 30. *n.* 64. *cum sequent. gloss. verb. arbitrium*, & *ibi* Bartolus *in l. Sancimus, C. de advocat. diversi. Iudic.* Scraderus *de feudis, p.* 10. *sect.* 1. *num.* 34. Magerus *de advoc. armat. cap.* 9. *n.* 756. Boldus *de magistratibus, num.* 3. Carlevallius *de judic. quæst.* 1. *sect.* 1. *num.* 20. quia munera quæ respiciunt publicam utilitatem, omnes subire debent; & ideò quia advocationis munus, officium publicum est, & ob eam causam adinventum, potest Advocatus compelli patrocinium suscipere, *l. providendum* §. 1. *C. de postul.* ex Baldo, Covarr. Minsing. & aliis probavit Menoch. *de arbitrar. cent.* 4. *casu* 369.

31 Sed in quibuscumque muneribus Regiminis, & belli potest Princeps cogere vassallos, ut muneribus ad ejus servitium, & publicam utilitatem fungatur, ut notatur *in l. milites, Cod. de re milit. lib.* 12. *& in l. jubemus, Cod. de offic. Magist.* & tenuerunt Bart. Andreas Siculus, Lucas de Peña, Afflictis, Curtius Iunior, Menchaca, Avilesius, Gregor. Lopez, & alii plures quos refert Cabedo 2 *p. decis.* 44. *num.* 1. *&* 2. ad quem se remittit Fontanella *de pactis nuptial.* 1. *tom. claus.* 4. *gloss.* 6. *n.* 9. & eos sequitur Mastrillus *de magistratib. lib.* 3. *c.* 10. *n.* 167.

32 Imò & nihil magis expediet regimini quam eligere non ambientes, sed renuentes cogere, & ad munera publica compellere, ut suadebat D. Bernardus, Pontifici Eugenio, *de consideratione ad illum lib.* 4. eis verbis: *Ita non volentes nec currentes assumito, sed constantes, & renuentes etiam coge illos, & compelle intrare in talibus enim requiesceret spiritus tuus.* Nam ex D. Augustino *lib.* 9. *de civitate Dei* ibi, *Locus superior est administretur ut decet indecenter tamen appetitur;* Et ut traditur, *in l. si quemquam, §* 1. *Cod. de Episcop. & Clericis*, qui ad regimen eligendus *Tantum ab ambitu debet esse sepositus ut quæratur cogendus, rogatus recedat, invitatus, effugiat*, Vt recte ex sententia Martiani quam in ejus novella refert Gothifredus *in not. d. l. si quemquam*: ibi, *Felicem fore Rempublicam si nolentibus & actus publicos Repulsantibus gubernetur*: Et id conducere optimæ regendi rationi, & non ambientibus, sed munera publica recusantibus confertur, & electi cogantur acceptare notant Xenophon. *de Cyri minoris expeditione.* Aristoteles *lib.* 8. *politic. c.* 1. Plato *Dialogo* 1. *de justo*, ubi Trasimachus suadet, ut nemo ad gubernandam Rempublicam accurrat, & suadetur Sacra Pagina *Exodi cap.* 4. *& lib.* 1. *Regum, cap.* 10. & quod tradit Eusebius *lib.* 12. *de præparatio. Evang. c.* 4. adde Magistrum Marquez *de gubernatore Christiano lib.* 1. *c.* 9. *&* 10. & quæ rectè notavit Petrus Gregorius *lib.* 4. *de Republica c.* 5. *n.* 4.

33 His igitur constitutis Principibus obedire teneri vassallos, & posse compellere munera publica acceptare, nimiam duritiem istius insinuat, & quia nolui mandatis Regis obsequi, oportet acriter puniri, nam pœnam vassalli inobedientis fuisse mortis apud Israëlitas suadetur, *lib.* 1. *Regum, cap.* 14. quando adversus Ionatham filium suum Saül mortem exequi voluit, quia præceptum Regis violavit dum jusserat ut nullus comederet panem usque ad vesperum, donec ulciscetetur de inimicis suis, & Ionathas ignorans (cum populo quidem non erat quando Pater legem dixit) & veniens in saltum, in quo erat mel super faciem agri, extendit Ionathas summitatem virgæ quam in manu habebat, & intinxit in favum mellis, & convertit ad os suum: sed ex eodem libro Regum refertur *in c.* 2. *de majoritate, & obedientia*: ibi, *Qui non obedierit Principi, morte moriatur.*

34 Quamvis regulariter pœnam esse arbitrariam ex Baldo, Craveta, Fulgosio, Platea, Barbatia, Avilesio, & pluribus probavit Menoch. *lib.* 2. *de arbitrariis, casu* 365. *per totum.* Quod etiam videtur confirmari *lib.* 1. *Esdræ cap.* 7. *ad finem*, eis verbis: *Et omnis qui non fecerit legem Dei tui, & legem Regis diligenter judicium erit de eo, sive in mortem, sive in exilium, sive in condemnationem substantiæ ejus vel certè in carcerem*: Iuxta qualitatem inobedientiæ pœna augeatur vel temperetur: quod etiam suadetur *l.* 11. *tit.* 13. *part.* 2. ubi tradit puniendos esse inobedientes Regibus juxta qualitatem rei in qua obedire noluerunt, ut ex eo confirmetur Doctorum sententia pœnam inobedientiæ esse arbitrariam, ut probat idem Menochius *lib.* 5. *præsump.* 44. *n.* 20. ex Baldo, Felino, Gregorio, Lopezio, Didaco Perez, Tuscho, Magero, D. Valençuela, & aliis D. Ioannes de Solorzano *tom.* 2. *de Indiar. gubernat. lib.* 2. *cap.* 23. *n.* 78. ubi ex Calixto, Ramirez, & aliis probat eos qui Principis præceptum spernunt, dici largo modo rebelles.

35 Vnde fit ut quamvis pœna regulariter sit arbitraria, tamen juxta qualitatem inobedientiæ pœna exacerbanda, tum quia arbitrium potest excurrere usque ad mortem, ex Baldo, Floriano, Decio, Felino, Menchaca Iasone, Ripa, Alexandro, Craveta, Socino, & aliis pluribus Menochius *lib.* 1. *de arbitrariis q.* 86. *n.* 5. *&* 20. Antonius Gomez *tom* 2. *var. c.* 6. *n.* 8.

36 Tum quia in terminis nostri casus posse inobedientem, mortis pœnâ plecti probarunt Lucas de Peña, *in l.* 1. *vers. at in mandatis, C. ut dignitatum ordo servetur lib.* 12. ex Camillo Borrello *lib.* 3. *de Magistrat. cap* 4. *n.* 24. ex Grammatico, & aliis Menoch. *dicto casu* 365. *n.* 7. ubi ex Cremensi, Livio, Plutarcho, Gellio, Ferreto, & aliis exemplis Romanorum probat qui mortis supplicio vindicarunt inobedientiam, quibus adde quod ex Puteo, Bossio & Iulio Claro notavit Farinac. 3. *p. praxis crimin. q.* 97. *n.* 2. ubi adducit exemplum Ducis Galeaci Sfortiæ, qui suspendi fecit Prætorem Barisii, eo quod non fecerat statim suspendere hominem quem Dux jusserat, etsi Galeacio Vicecomiti tribuat Paulus Iovius, in cujus vita & Prætorem securi percussum referat, tradiderunt Hieronym. Giacharius, Didacus Perez, & alii, quos refert D. Augustinus Barbosa *in collect. cap.* 2. *de majorit. & obedientia, num.* 4.

37 Idque magis comprehendere Nobiles, qui ut reliquis subditis exemplo sunt, & dignitatis suæ vinculo majori nexu adstringuntur obedire Regibus, & ideò gravius plectendos, & instar sacrilegii inobedientiam censeti ex Tiraquello & Grammatico probavit Tesay *alleg.* 7. *n.* 60. *&* 62. quibus addendum quod prædicti non referunt, & tradit Sabellicus *lib.* 1. *Æneid.* 1. Ninum Assyriorum Regem, Pharnum Medorũ Regem, quia ejus mandato non statim paruisset, cum uxore & septem liberis cruci miserabiliter affixisse.

38 Quæ omnia maximè in nostro casu procedunt, ut

graviori pœnâ ſit hæc inobedientia vindicanda, quia Nobilis iſte magnis beneficiis à Rege cumulatus alia petebat, cùm tamen ſervitia Regi exhibita in munere ex quo vaſſallus ſtipendium percepit, ut in hoc caſu nullam inducunt apud Regem obligationem, nec antidoralem, Tiraquellus *in l. ſi unquam, verbo donatione largitus, num.* 106. *C. de revocandis donat.* Pinellus *in l.* 1. *Cod. de bonis maternis,* 3. *p. num.* 59. 60. Afflictis *deciſ.* 307. *num.* 13. & *ibi,* Vrſillis *n.* 8. Grammaticus *deciſ.* 21. *num.* 1. *ad finem,* Cabedo *deciſ.* 36. *part.* 2. Rovitus *conſ.* 99. *n.* 9. & 10. Ponte *de poteſtate Proregis, tit.* 5. *n.* 24.

39 Sed adhuc pluribus honoribus & beneficiis acceptis à Vaſſallo ille afferebat eum velle Regi obedire, & ſemper obedientiam & affectum expeditionis fruſtravit, ut tempus anni continuis Miniſtrorum conſeſſibus conſumeret, in quibus teſtatus munus acceptare, & Regis præceptum obedire poſtea moras nectendo, & impedimenta objiciens, non ſolùm inobediens extitit, ſed illuſor Regiæ dignitatis ex quo acrius puniendus quaſi pertinaciæ ſuæ delictum vellet apparenti obedientiæ virtute obumbrare, & nihil aliud intenderet quàm fallere Regem, & Miniſtros, ut aliàs Iuvenalis *ſatyra* 14.

Fallit enim vitium ſpecie virtutis, & umbrâ.

Quaſi obedientia umbratili, & ficta duritiem & inobedientiam celaret, tantò minus deprehendenda niſi rei exitus oſtenderet juxta Horatium *de arte.*

Decipimur ſpecie recti.

Et juxta Ciceronem *de Oratore*: ibi, *Cernendum utique diligenter eſt ne fallant ea nos vitia, quæ virtutem videntur imitari:* & ut tradit Seneca Pater *lib.* 3. *controverſ.* ita, *Nec mirum ſi difficulter apprehenditur vitio tam vicina virtus.* Et Seneca filius *Epiſtola* 45. ibi: *Vitia nobis ſub nomine virtutis obrepunt.* Et Ovid. *de arte amandi.*

Et mala ſunt vicina bonis errore ſub illo:
Pro vitio virtus crimina ſæpè tulit.

Et rectè Albertus Magnus *in proœmio Moralium, in princip.* ibi: *Vitia virtutum nomine colorari*; & ut notavit Calixtus Ramirez *de lege Regia,* § 8. *n.* 13. ſic, *Totius injuſtitiæ nulla eſt capitalior quàm eorum qui tunc cùm maximè fallunt, id agunt, ut boni viri eſſe videantur.* Vt in hoc caſu qui gravem duritiem, inobedientiam & contemptum voluit prætextu obedientiæ diſſimulare.

40 Sed tamen illum noluiſſe Regi obedire, ipſa res manifeſtè probavit & negotii exitus; nam cùm magis & melius voluntas facto declararetur quàm verbis, *l. non tantum, l. Paulu, ff. rem ratam haberi, l. pro hærede, ff. de adquir. hæred. l. ſi tamen,* §. *ei qui, ff. de ædilitio edicto, l. reprehendenda, C. de inſtit. & ſubſtit.* Decius *in c. dilecti filii el* 2. *de appellat.* ex Abbate, Iaſone, Gozadino, Socino, Menochio, Corneo, Riminaldo, Cephalo, Tiberio, Deciano, Marco Antonio Eugenio, & aliis pluribus probavit D. Caſtillo, 5. *tom. controverſ. cap.* 7. *num.* 14. & 17. ex Caſtrenſi, & Aymone potentiorem eſſe voluntatem, quæ declaratur factis quàm verbis, notavit Gratianus, 1. *tom. diſceptationum, cap.* 181. *n.* 9. cum ſæpius contra intentionem *aliquid dicatur quod non contingit in facto.*

41 Et cùm nulla ſit major probatio quàm ea quæ ex illius evidentia ſuadetur, *l. fin.* §. *item reſcripſerunt, ff. ad municipalem, l. eos penult. cum ibi notatis, ff. finium regund.* Innocentius, *in c. propoſuiſti de probat.* Afflictis *deciſ.* 107. *num.* 6. Tiraquellus *de retract. lignag.* §. 4. *gloſſ.* 1. *n.* 36. Farinac. 2. *p. noviſſ deciſ.* 407. Maſcard. *de probat. q.* 8. *num.* 45. *cum ſeqq.* ideò evidenti probatione conſtat de inobedientia cùm tanto tempore moras necteret, & plura impoſſibilia peteret, & toties illuderet Regis decreta & conſultationes factas à Conſiliariis, quibus hujus rei expeditio commiſſa.

Et denique poſtquam munus injunctum accepta- 42
vit, eventus docuit nunquam voluiſſe obedire Regi, cùm ſine cauſa ab executione deſiſteret, ut effectu ipſo doceretur inobedientia & perfidia, quamvis Regum injuſta mandata timenda non ſunt, nunquam tamen contemnenda, ut dignitas Regia illudi videatur, juxta quod de legatis Pontificis rectè notavit D. Bernardus *de conſid. ad Eugenium lib* 4. *col* 4. eis verbis: *minas Principum non paveant, ſed non temnant,* & vendi quæ doctè & erudite notavit Magiſter Marquez *de gubernatore Chriſtiano, lib.* 1. *c.* 10. *per totum.*

Nec reum poterit defendere ſemper illum obe- 43
dientiam obteſtatum, & pluries dixiſſe velle Regi obedire, quia nihil magis dolum arguit, quàm obedientem ſe ore jactare, corde vero & factis contumacem, & inobedientem oſtendere, & multò magis & periculoſius peccati, quia peccata defendit: nam culpam deprehenſam pertinaciter tueri, alia culpa eſt: quid enim indignius, quàm poſtquam tot Conſiliariorum conſeſſus fatigavit, contempſit, illuſit, munus acceptando, altera die injuſta & impoſſibilia petere, & denique ab injuncto munere deficere, ſemper pertinaciter edicere, velle Regi obedire, & à mandatis defectum honeſto obedientiæ nomine velle decorare, iſtius dolus fugiendus, acriter vindicandus, ut ſine exemplo ſubditis hæc Regis inobedientia innoteſcat capitali ſupplicio exacerbata, & viperino veneno ſimilem hanc cautelam cenſet Seſſe *tom.* 2. *deciſ. in Epiſtola ad Regem, num.* 69. eis verbis: *Porque no ay mayor infidelidad, que engañar a aquel aquien ſe debe guardar fe,* & ex Matienzo & Menchaca tradit Gutierrez *conſ.* 1. *n.* 9. ibi, *Dæmones itaque non homines appellandos qui vitia induunt mentitis virtutum nominibus,* & magis quàm ipſa delicta hæc in illis perfidia vitanda, ut notavit Æneas Robertus *lib.* 1. *rerum judicat. cap.* 7. *verſic. beneficiorum.*

Id equidem nihil aliud eſt, quàm non ſolum Regi 44
non obedire, ſed oppobrium Majeſtati objicere, idem enim illuſio, quàm opprobrium dicitur Eccleſiaſtes *cap.* 27. & *Pſalmo* 78. & quod magis debet abominari, juxta illud *Proverb. cap.* 3. *ad finem, quia abominatio Domini omnis illuſor,* & vindicta criminis abominationi connectenda, nam ut traditur *in eiſdem Proverb. cap.* 9. *ſi ſapiens eris, tibimet ipſi eris, ſi autem illuſor, ſolus portabis malum,* & valde ſemper in jure execratur illuſio, *Clement. unica de renunciatione,* maximè in mandatis Pontificum, & Regum, *cap. bonæ memoriæ* 2. *de poſtulatione Prælat. cap.* 1. *de alienatione judicii mutandi, cauſa facta, cap. cum olim de rejudicat. c. ſuggeſtum de appellat. c. dilectus de prabendis, Clement unica de rerum permutat.*

Vnde meritò iſte, qui tam ſubdolâ obedientiâ per- 45
tinaciter inobediens, imò illuſor Regii decoris & dignitatis, non ſolùm omnibus beneficiis privandus, quæ à Regia manu obtinuerit, quaſi Principis indignationem incurrit, ut ex Baldo *in cap.* 1 §. *porro, quæ fuit prima cauſa benef. amittendi* Bartolo, Iaſone, Marſilio, Zaſio, Barbatio, Menochio, Gregor. Lopezio, & Avileſio probavit D. Solorzanus *dict. lib.* 2. *c.* 23. *n.* 81. & conſtat *l.* 11. *tit.* 13. *part.* 2. ubi non ſolùm beneficiis & feudis privantur ſubditi, qui Regi non obedierint, ſed & damna inobedientiæ Regi ex propriis bonis reſarciant, ut rectè notavit D. Solorzanus *ubi proximè, num.* 77.

Verumtamen pœna capitali afficiendus qui illuſor 46
Majeſtatis ejus præcepta cum damno publico contempſerit juxta plurium Doctorum reſolutionem, & exempla, quæ retulimus, inobedientiam pœna mortis eſſe

esse vindicandam secundum qualitatem sceleris, & nullæ graviores circunstantiæ in aliqua inobedientia possunt concurrere. & cum semper velle obsequi teslaretur, postea verò illuderet, & tot menses confessus Consiliorum frustraretur, & postquam munus acceptavit, & Regi manus oscularetur, & ad expeditionem prosiliret, ab ea desisteret, & sine licentia Principis ad curiam rediret.

Convenit accusatio illa, quam cujusdam Oratoris Romani refert Quintilianus *lib.6. instit. cap. de conclusione*, dum apud Cæsarem accusabat Cosutianum Capitonem hominem arrogantem, etiam vultu præ se ferentem confidentiam, *Erubescit*, inquit, *Cæsarem timere*, & addit Quintilianus, *Cæsareâ erat potentiâ, ut merito fuerit à quovis metuendus, at illi reo tantum aderat arrogantiæ, ut sibi turpe duceret, si videretur timere Cæsarem* quod meritò in hoc casu usurpari potest in Rege Orbis potentissimo, & in contumace & superbo subdito, qui nisi non timens Regem ita potuit ejus mandata illudere, ex quo gravi & condignâ pœna afficiendus, &c.

ALLEGATIO LXIV.

Inobedientiæ crimen potest Rex vindicare in vassallo etiam exempto.

1 *Equites Ordinum Militarium verè censentur Religiosi.*

2 *Equites Ordinum Militarium faciunt vota, etsi à Pontificibus limitata.*
l.12.tit.16.lib.2.ordinam.
l.14.tit.5.lib.3.Recopil.

3 *Religiosi vocantur Equites Ordinum à summis Pontificibus.*
Religionis formalis status à Pontifice pendet.

4 *Equites Ordinum Militarium persona Ecclesiasticæ censentur.*

5 *Equites militares à foro sæculari sunt exempti.*

6 *Fori exemptio Equitum Ordinum Militarium, pluribus probatur.*

7 *Fori exemptio non solum competit Equitibus professis, sed etiam novitiis.*

8 *l.14.tit.15.lib.1.Recop.*
l.9.tit.18.lib.9. Recop.

9 *Equites Ordinum Militarium circa inobedientiam Regis non gaudent fori privilegio.*

10 *Magistratus potest inobedientes compescere.*
l.1 ff si qui jus dicent.non obtemper.

11 *Iudex potest exemptum etiam Clericum, qui ejus turbavit jurisdictionem multâ & pœnis & pecuniariis afficere.*

12 *Miles exemptus si deliquerit in causa quæ pendet coram Iudice ordinario potest ab eo puniri.*

13 *Miles non potest fori privilegio renunciare.*
l. jus publicum, ff. de pactis.
c. si diligenti de foro competent.

14 *Renunciatio quæ non admittitur in milite & exempto est voluntaria, non verò quæ ex juris necessitate & dispositione provenit.*
c.dilecti de foro competenti.
c.Romani, § contrahentes de foro competenti, in 6.

15 *Magistratus etiam si fori exemptus, potest pro malè gestis in munere puniri à Principe qui contulit.*

16 *Inobedientiæ causâ potest procedere Princeps sæcularis contra Clericum multis pecuniariis ut officio sæculari privet & Regno expellat.*

17 *Reges Hispaniæ ad munera publica regiminis eligunt Equites Ordinum D. Iacobi Calatravæ & Alcantaræ.*

18 *Iurisdictione alicui datâ omne cum ea necessarium datum videtur.*
l.ff.de jurisd.omn.judic.

19 *Iurisdictione alicui datâ omne cum ea necessarium datum videtur, & illud in quo est Iudex incapax, si illud necessarium ad jurisdictionem.*

20 *Obedientia necessaria ut jurisdictio exerceatur.*
Iudex potest turbantem jurisdictionem ejus compescere.
l.unica, ff si quis jus dicent.non obtemp.
c.1.de officio ordinarii.
c.1.de officio delegati.
c.1.de pœnis in 6.
c.dilecto de sent.excommunicat. in 6.

21 *Iudex potest procedere contra ejus jurisdictionem impedientem, quamvis illius fori non sit, sed exemptus.*
l.additis, C.de Episcop. Audien.
c. si clericus de pace tenendâ.
l.quicumque C.de Episcop.& Cleric.
l.5.tit.1.lib.3. ordinament.
l.1.2.& 3.tit.8.lib.1.l.4.& fin.tit.1. lib.4.Recopilat.

22 *Inobediens impedit jurisdictionem ejus, cui non vult obedire.*

23 *Inobedientiæ casus excipitur ut Equites Ordinum Militarium non gaudeant privilegio fori.*

24 *Concordia Comitis de Ossorno debet observari.*

25 *Magister Ordinis Divi Iacobi, D. Alvarus de Luna, fuit capite punitus à Rege Ioanne II.*
Regem Ioannem II. petiisse absolutionem à Pontifice pro supplicio Magistri non liquet, & fuit tempore quo nondum facta concordia.
Rex Hispaniæ de consuetudine procedit in casibus concordiæ contra Equites Ordinum Militarium.

26 *Concordia Comitis de Ossorno inserta est in ordinationibus Cancellariæ Pintianæ & Granatensis.*

27 *Ordinatio & lex præsumitur esse in observantia.*
Magistratus debet observare ordinationes, quas jurat cùm ad officium assumitur.
l rem non novam, C.de judic.

28 *Bullæ exemptionis Equitum Militarium non admissæ in Hispania, in casibus exceptis.*
Lex & Bullæ Pontificum non ligant nisi usu recipiantur in Regno.

29 *Leges Ecclesiasticæ non ligant nisi usu receptæ.*
c.in istis, § legis 4.distinct.
c.de Siracusana, 28. distinct.

30 *Principes nolunt leges obligare, nisi à subditis recipiantur, maximè cum sequeretur scandalum.*

31 *Privilegia nisi usu confirmentur robur non habent.*
c.de terra, c.accedentibus, de privilegiis.
l 1.de nundinis.
l.42. tit.18.p.3.

32 *Privilegii observantiam debet probare qui eo utitur.*

33 *Privilegia non valent quæ aliquem eximunt à suprema Principis potestate.*

34 *Princeps*

34 *Princeps ſi non poſſet punire Equites Ordinum Militarium inobedientes, magnum ſcandalum excitaretur.*
Privilegium reſcinditur cùm incipit eſſe nocivum.
c.ſuggeſtum, de decimis.
c.quanto, de cenſibus.
l.5.tit.20.p.1.
l.43.tit.18.p.3.

35 *Princeps ſecularis non poteſt revocare privilegia conceſſa à Pontifice, poteſt tamen non admittere, quando nociva fuerint regimini.*

36 *Excepta cenſetur perſona loquentis.*
Favore alicujus aliquid conceſſum non debet ei nocere.

37 *Officium acceptans ſubjicitur juriſdictioni ejus qui conſulit.*

38 *Ordinum Senatores non poſſunt de Regalibus decernere.*

39 *Rex Hiſpaniæ ut Magiſter Ordinum Militarium, poteſt quibus voluerit, cauſas Equitum delegare.*
Laicus ex delegatione Pontificis poteſt de cauſis Eccleſiaſticis judicare.

40 *Actus cenſetur factus prout fieri debuit.*

Inobedientiæ vindictam Princeps an ſumere poteſt de vaſſallo etiam exempto, prætextu privilegii Ordinum Militarium Hiſpaniæ?

1 IN quæſtione præcedenti, Nobilis, qui Regi obedire recuſavit, intendit declinatoriâ exceptione à jutiſdictione Miniſtrorũ, quos Princeps pro hujus cauſæ cognitione deſignavit, quaſi eſſet Ordinum Militarium Eques, & deberet ad Iudicem Ordinis remitti, idque illis fundamentis fulcitum.

2 *Primum*, quia iſti Equites milites verè cenſentur Religioſi propter inſtitutum, & tria vota Paupertatis, Obedientiæ, & Caſtitatis, quamvis à Summis Pontificibus hæc vota aliqualiter reformata ſint, ut in terminis tenuerunt Covar. *de ſponſalibus*, 2. *part. c.*3. §.5. *num.*18. Velaſcus *conſultatione* 108. *num.*27. & *conſultatione* 131. *n.*4. Navarr. *de redditibus*, 1. *part. monito* 55. & 56. & *ad tit. de Regal. conſ.*10. & 11. Phebus *deciſ.*68. *num.*2. *part.*1. Gutierez *lib.*2. *practicarum. quæſt.*111. *n.*2. Nicolaus Garcia *de beneficiis*, 1. *part. c.*4. *num.*16. D. Valençuela *conſ.*95. *n.*9. Cenedo *ad decretales*, *collect.* 29. *num.* 4. Mota *de confirmat. Ordin. D. Iacobi*, *cap.*1. & 2. & omnium optimè D.D. Ferdinandus Pizarro *in diſcurſu Apologetico pro Ordinibus Militaribus*, *num.*19. *cum ſequentibus*, *ubi num.*71. tradit id firmari jure noſtro *l.*12. *tit.*16. *lib.*2. *ordinam. quæ eſt leg.*14. *tit.*5. *lib.*3. *Recopil.* & Azevedus *ibi* multos pro hac ſententia refert.

3 Et confirmatur pluribus ſummorum Pontificum Bullis, in quibus Religioſi dicuntur, Alexandri III. Gregorii IX. Alexandri IV. Innoc. IV. & VIII. Martini V. Clement. VII. & Gregorii X. Leonis X. & aliorum, de quibus mentionem fecêre Pater Suarez *tom.*4. *de Religion. tractat.*9. *de varietate Religion. lib.*1. *c.*4. *num.*11. Reinoſſo *obſervat.*1. *num.*37. Maſtrillus *deciſ.*290. *n.*45. & D. Pizarro *ubi proximè*,, & cum à Pontifice pendeat formalis ſtatus & eſſentia Religionis, ſufficiet ab ipſo Religionem dici, ac ſi ita vocaretur in aliquo textu & Canone, ut tradit Maſtrillus *ubi proximè num.*57. Suarez *dict. n.*11. Thomas Sanchez *in ſumma lib.*4. *cap.*16. *num.*11. ex Hieronymo de Zevallos, Baſilio Pontio & aliis Diana 1. *part. Moralium, reſolut.*50.

4 *Secundum*, quia etiam, qui dubitarunt, an eſſent verè Religioſi Equites Ordinum Militarium, admiſerunt cenſeri perſonas Eccleſiaſticas, cùm ad ſervitium fidei, & Eccleſiæ illorum inſtitutio reſpiceret, & ideò tenuerunt Navarr. Velaſcus, Garcia, Sanch. & Suarez, *ſuprà*, Pereira *deciſ.*58. *num.*2. Maſtrillus *dict. deciſ.* 290. *num.*88. & 89. & ideò tanquam Eccleſiaſtici debent cenſeri exempti à juriſdictione ſæculari, *cap.*2. *de judiciis*, & quæ *ibi* communiter notant Doctores, præſertim ſuffragantibus tot Bullis Pontificum, qui hanc fori exemptionem conceſſerunt, quas non longum eſſet recenſere, vide apud D. D. Ferdinandum Picarro *ante dictum diſcurſum Politicum*, *pag.*193. & eorum memorantur Mota *de confirmatione Ordinis Divi Iacobi* 2. *part. cap.*2. Maſtrillus *d. deciſ.*290. *n.*45. *cum ſequentibus* & *ſuprà* relati.

5 Et utrumque fundamentum ſive ex Religione, aut quia Eccleſiaſticæ perſonæ cenſeantur ex Maceratenſi, Pereira, Narbona, Flores Diaz de Mena, Azore, Diana, & aliis noviſſimè, & doctè refert D. Franciſcus de Amaya *ad tit. C. de incolis lib.*10. *in l. fin. n.*15. & inde exempti cenſeri debent.

6 *Tertium*, inde Equitum Ordinum Militarium exemptionem à juriſdictione ſæculari teſtantur Bartol. *in l. ſemper* §. *fin. ff. de jure immunit.* Oldraldus *conſ.*300. *num.*1. Dinus *conſ.*52. Antonius de Butrio *in cap.*2. *de foro compet.* ubi Felinus, & reliqui Ordinarii, Fortunius *in conſilio pro militia Sancti Iacobi*, quem refert Greg. Lopez *in l.*1. *tit.*7. *p.*1. *gloſſa* 1. Navarrus *dict. conſ.*10. & 11. *de Regular.* Velaſcus, & Nicolaus Garcia *ubi proximè*, Menchaca *controverſ. illuſtrium*, *cap.*105. & *lib.*3. *de ſucceſſ. creat.* §.30. *limit.*34. *num.*300. Marta *de juriſdictione* 2. *part. c.*32. Phebus *deciſ.*108. *num.*21. *part.*2. Pereira *dicta deciſ.* 58. *num.*3. Reinoſus *obſervat.*4. *n.*6. & 7. Mota *d. lib.*2. *cap.*29. Caſtro *in praxi Luſitana*, *lib.*2. *cap.*1. *num.*12. plures quos referunt D. Valençuela *conſ.*95. *num.*1. & 54. Bobadilla *lib.*2 *cap.*19. *num.*11. & 12. Azevedo *in l.*14. *tit.*5. *lib.*3. *Recop. num.*4. Otterus *diverſ. quæſt.*1. *part. quæſt.*10. *n.*4. Gironda *de Gabellis* 7. *part. in principio*, *num.*47. & 48. Maſtrillus, Sanchez & Suarez *in locis ſuprà relatis*, Emanuel Rodriguez *tom.*2. *regul. quæſt.*62. *articulo* 13. Azor *inſtit. Moral. lib.*3. *cap.*13. *quæſt.*3. Valentia 3. *tom. in* 2.2. *diſputatione* 10. *quæſt.*4. *punct.*2. Molina *de juſtitia & jure*, *tom.*4. *tractatu* 3. *diſputatione* 50. *ad fin.* ex Bonacina, Carranza, Filliucio, Carolo de Graſſis, Gipſio, & aliis, Diana 1. *part. Moral. tractatu* 2. *reſolutione* 73. & ex Riccio, Barboſa & aliis idem admittit in Equitibus ſancti Lazari, & ſancti Stephani & in Fratribus ſancti Ioannis, qui portant mediam crucem albam, idem Diana 3. *part. tractatu* 1. *reſolutione* 51. & 61. cum Henriquez & Epiſcopo Ambroſio, Machino, idem probat noviſſimè 5. *part. tract.*13. *reſolutione* 44.

7 Et non ſolùm in Militibus profeſſis, ſed etiam in novitiis procedere fori exemptionem tenuit Diana *dict.*5. *part. tract.*1. *reſolutione* 18. cui addendi Navarrus, Scaccia, Hoſtienſis, Ioannes Andreas, & innumeri relati à D. Picarro *dicto diſcurſu Apologetico*, *num.*95. *lit. O*, & de inconcuſſa praxi Hiſpaniæ teſtatur Carlevalius *de judiciis, & foro compet. lib.*1. *tit.*1. *diſputat.*2. *q.*6. *ſectione* 3. *n.*428. ubi plura Principum reſcripta, & caſus cumulat.

Et hanc exemptionem videntur inſinuare leges noſtræ

postræ maximè *l.14.tit.5.lib.3. Recopil.* ubi prohibetur militibus Ordinis sancti Ioannis munera Regalia obtinere, & solum permittitur Equitibus Ordinum Divi Iacobi, Alcantaræ, & Calatravæ, & prohibitio, & permissio necessariæ non essent, si à jure exempti non censerentur à jurisdictione sæculari, & prædictorum Equitum immunitatem denotat *leg.9.tit.18.l.9.* ex quibus etiam in quibuscumque pravissimis criminibus Equites Ordinis debent censeri immunes à sæculari Regum jurisdictione, & ita videbatur etiam in hoc casu inobedientiæ ad suos Iudices remittendum reum.

9 Sed contraria sententia ut in hoc casu quando Equites deliquerint in officio, & Regum præceptis obedire noluerint, non videri illos gaudere fori exemptione suadetur ex sequentibus.

10 *Primò*, quia omnibus Magistratibus permissum est suam jurisdictionem defendere pœnali judicio, *l.1. ff. si quis jus dicenti non obtemper.* Barbosa *in l.2. §. fin.n.56.ff. de judiciis*, Camillo Borrello, *de Magistratuum edictis, lib.1.cap.4.n.20.* Sese *de inhibitionibus cap.4.§.1.num.18* Ant. Fab. *ad tit. Cod. de jurisdictione, definitione 16.* Liclama *lib.3. Benedictorum, cap.6.* Cevallus *1.tom.crimin casu 85. n 1.* Cutellus *decis.20.num.110.* quod enim cuicumque Iudici permittitur, multò magis permittendum Principi ut vassallos in debita obedientia contineat.

11 *Secundò*, quia id procedit etiam contra exemptos, qui Iudicis turbaverint jurisdictionem vel coram eo deliquerint, nam etiam Clericum qui mandata Iudicis sæcularis impedierit potest Iudex multâ, & pœnis afficere pecuniariis, ex Casaneo, Grassalio, Ioanne Garcia, Grammatico, & Tiberio, Deciano probavit Bobadilla *lib.2. cap.18. num.89. ad finem.* & quod ex Baldo, Aufrerio, Guillelmo, Benedicto, Maranta, Afflicto, & aliis plurimus notavit D. Salgado *de Regia protectione 4 part. capite 14.num.90. & 91. cum seq.*

12 *Tertiò*, quilibet exemptus, sive miles, ut in hoc casu sunt Equites Ordinum Militarium, vel Clericus (si referas ut Equites Milites sint personæ Ecclesiasticæ) si deliquerint in causa quæ pendet coram Iudice ordinario & sæculari potest ab eo puniri, *ex l. nullum Cod. de testibus* & quod in militibus docet Ayala *de jure belli lib. cap.8. n.5* ex quo, & Cavallo notat Carlevallus *de judic. lib 1.tit.1.disp.2.q.6.sect. 4.n.478* & in Clerico, *ex gloss. in d.l. nullum, verbo præscriptionem*, probarunt Cynus, Salicetus, & Baldus *ibi, n.8. & in l.1. Cod quomodo, & quando Iudex*; Alex. *in addit. ad Bartolum in leg.1. oppositi. 2. ff. de judic.* Marsil. *in l. fin. n.152. ff. de jurisd. omn. judic.* Siccardus *in d.l. nullum, n.9. versic. Quid autem juris sit in Clerico*: Lanfrancus *in tractat de confessionibus n.13. versic subjungit etiam*, Monticulus *tractat. de testibus, versic. Testis punitio per quem*: Federicus de Senis *cons.168.* Socinus *cons.99. vol. 3.* Guillelmus Benedictus *in c. Raynuncius de testam. verbo uxorem nomine Adelasiam in 2. decis. n. 146.* Aufrerius *in Clement. 2. de officio ordinarii, Regul.1. Fallentia 14. num.22.* Surdus *cons.396. n.2.* ubi ex Afflicto, & aliis probat.

13 Nec prædictum impediet esse prohibitam fori renunciationem in milite, quasi non personæ, sed militiæ sit concessa fori exemptio ex jure publico, *l. jus publicũ, ff. de pactis* Cavalcanus, Cavallus, Paschalius quos refert & sequitur Carlevallus *dict sect. 4.n.464. cum sequentib*, & in Clerico vulgaris est Textus, *in cap. si diligenti, de foro competenti*, cum *ibi* notaris Barbosa *in l.1. art.3. n.179. ff. de Judiciis*, D. Anguianus *de legibus, lib.3. controvers. 26. num.8.* & in terminis militis Religiosi non posse illum fori privilegio renunciare, ex Aretino Pereira & Cochier tenuit Carlevallus *d.q.6. sectione 3.n.452.* 14

Sed dicendum adhuc posse Principem inobedientem in hoc casu punire; nam prædicta renuntiatio nõ admittitur quando ab eo fit, & mera voluntate proced t, at verò cùm exemptus delinquit; vel contrahit admittenda, quia tunc exemptum alterius Iudicis jurisdictioni se submittere, non provenit ex voluntate exempti, sed ex juris dispositione quæ in his casibus Iudici tribuit jurisdictionem ut ab eo quem offendit reus puniatur, ut argum. *c. dilecti, de foro competæ. Romana, §. contrahentes, eodem titulo, in 6.* & ut prædict e difficultati responderent, notarunt Marant. *de ordine judiciorum 4.p. distinct.12. num 24.* Barbosa *in l.1. art.3 num 222. & in l. hæres absens, §.1. n. 61. cum seqq ff. de judiciis*, Rolandus à Valle *vol. 2. cons. 12. num.27.* & noviter, & doctè Augustinus Barbosa *de pensionibus, c. 3. per totum*

Quartò, quia cùm hic Nobilis esset Regis Minister & Consiliarius, munusque ultra expeditionis acceptaverit, in ejusque exercitio deliquerit non obediendo, debet Principi cui deservit subesse, ut etiam in Ecclesiasticis probat *c. Sacerdotibus 2 c. Clericis in sacris, ne Clerici vel Monachi* Bobadilla *l.2. Politicæ c.18.n.99. & n.239.* ubi in terminis de militibus Ordinum delinquentibus in officiis eis commissis ex Baldo, Marsilio, Felino, Aufrerio, Casaneo, Benedicto, & Bertachino, Marta *de jurisdict. 4. part. tent. 2. casu 127. & 148. & cent. 1. casu 39.* Covarr. *in practic. cap.33. n.6* Zevallos *de violentiis q.23. & 71.* Iulius Clarus *q.36. n. 25.* Surdus *cons.396. n.9. & 33.* Camillus Borrellus, Anguianus, Suarez, Layman, Cenedo, & alii quos refert pro hac sententia Diana *1.p. tract. 2. resol.19. in pricipio*, Ioannes Garcia *de nobilitate gloss.9.n.33.* Decianus *lib.4. crim. cap.9.n.65. ad fin.* Franchis *3.p. decis.479.* Osascus *decis. 27. n.18.* Pereira *decis.58. n.16.* Pisanellus ad Afflictum *decis. 16.* Mastrillus *decis. 147. n.24. & 25. & 26* Ponte *decis.36. n.11.* Giurba *decis.82.* Riccius *collectan.2305. & 2312.* Folerius *in praxi crim. verb. audiantur accusatores n.138.* Vincentius de Anna *singul.48.* Cavallus *resolut crimin. casu 64.* Marchesanus *de commiss. tom.2. p.2. de commiss. super Eugeniana cap.11. §. unico*, Ioannes Maria Novarius *in praxi electionis, & variationis fori per totum*, Afflictis *ad constitutiones Neapol. in constitutione statuimus de officio Magistri Iustitiarii*, Carpanus *ad statuta Mediolani tom.1. cap. 47. num. 103. cum seqq.* Toro, *in compendio, decis. verb. forus Linea 2. & verb. officialis.* Narbona *ad l.26. tit.1. lib.4. Recopil. gloss.10. ex n.20.*

Vnde rectè poterit Princeps contra vassallum inobedientem in munere sibi commisso procedre, etiamsi esset exemptus miles Religiosus, vel Ecclesiasticus, præsertim quia in hoc casu de eo agebatur ut beneficiis à Rege concessis, & muneribus publicis, privaretur, & à Regno expelleretur, & ad pœnas pecuniarias ex prædict s nullus dubitavit posse Iudices sæculares contra Clericos in officiis delinquentibus procedere, & illos à Regno expellere propter bonũ Regni, ut expresse contra Dianam, qui adversus Cutellium contra renuit ex Patre Molina, Salas, Taneno Zevallos & Bobadill. probavit D. Castillo *de Tertiis cap.41 n.190.* & in terminis militis Hierosolimitani & Clericorum, ut possit Prorex à Regno expellere ex jurisdictione œconomica, quemadmodum quilibet privatus in domo sua potest Clerici & Monachi ingressum prohibere, ne ejus pacem turbent, *ex l. quicũque, C. de Episcop. & Clericis.* Castrensi, Cassaneo, 15 16

Avilesio,

Avileſio, Mexia, Covarr, Avendaño, Peguera, Henrique, Cenedo & aliis pluribus probavit Giurba *conſ.* 49.*n.*16. & ſine cauſæ cognitione, & ex ſola ſuſpicione delicti Principem id facere poſſe pluribus probat *n.*26.*cum ſequent.*

17 *Quintò*, quia ut latè notavimus *cap. præcedenti* fine obedientia Princeps Imperium & Magiſtratus juriſdictionem exercere non valent, & cùm Rex Hiſpaniæ regulariter in omnibus muneribus pacis & belli, regiminis & militiæ eligat Miniſtros, ex iſtis Equitibus Religioſis Ordinum Militarium ejus omnino evacuaretur poteſtas & regimen, ſi contra illos non poſſet procedere, quando in officio delinquerent vel Regis præceptis nolunt obedire, indecorum enim eſſet, ſi cogeretur Princeps querelam proponere coram Iudice Ordinis, ut vaſſallus, qui ejus mandata illuſerit, vel in muneris adminiſtratione delinqueret, puniretur.

Et cum Principi competit ſuorum Regnorum ju-
18 riſdictio, & imperium neceſſariò habere debet vindictam adverſus inobedientes, & Miniſtros ſuos, quaſi id neceſſarium ad juriſdictionem & imperium exercendum, *arg.l.*2.*ff. de juriſd. omnium Iudicum*, junctis quæ ultra ordinarios in ea notarunt Felinus *in cap. præterea, num.*4.*de officio deleg.* Menochius & Petrus Barboſa, quos refert Auguſt. Barboſ. *in collect. ejus tex.n.*2.*&* 4. Marſilius *ſing.* 176. ex Iaſone Angelo & aliis Thuſcus *lib.*1.*concl.*549.

19 Et in terminis, quando illi, cui datur juriſdictio & incapax eſt acceſſorii, ut adhuc cum juriſdictione quæ illi conceditur, videatur etiam conceſſa in eo, quod neceſſarium, etiamſi incapax ſit, contra Angelum tenuit Iaſon *in dict.l.*2.*n.* 11.*ad medium* & exẽptum, qui deliquit in re non exempta, ut in obedientia Principi, à qua nullus eximitur, non poſſe uti exemptione notavit in terminis Gloſſa *in cap. tuarũ* 11. *verbo privilegii beneficio, de privilegiis*, & facit, ut in exemptos extendatur juriſdictio quando ad ejus expeditionem ſit neceſſarium, ut circa excommunicationem Regularium ab Ordinario faciendã, licèt quoad illam ab eo ſint exempti ex Genuenſi, Riccio Macerateuſi, & aliis Auguſtinus Barboſa *de officio Epiſcop. all.*78.*n.*25. Zerola *in praxi Epiſcop.* 1.*part. verbo excommunicationis*, §.4. Henriquez *in ſumma lib.*7.*cap.*25.§.7. adde Eraſmum & Kochier *de juriſd. in exemptos* 1. *tom.part.*3.*quæſt.*29. qui ex Concilio Tridentino *ſeſſ.*24.*de reformatione, cap.*11. tradit exemptionem revocari, quando perturbatio in regimine ſequeretur, & ex publica utilitate, & videndus idem *d.*1.*tom.*3.*p.q.*12.*&* 13.

20 *Sextò*, nam cùm ſine obedientia non poſſit juriſdictio Principis, & imperium exerceri, ut animadvertimus, non debet Regi denegari, quod cuicunque Judici permiſſum ut poſſit turbantes ejus juriſdictionem comprimere, & pœnis condignis afficere, ut *ex cap.*1. *de officio delegat. cap.*1. *de officio Ordinarii, cap.*1.*de pœnis, lib.*6 *cap. dilecto de ſententia excommunicationis eodem libro, l. unica, ff. ſi quis jus dicenti non obtemper.* notant communiter Scribentes, & Andreas Gail. *lib. obſervat.*39.*n.*5. Aviles *in cap.*3. *Prætor. verbo juriſdiction. n.*1.2.*&* 3.*&* *verbo uſurp. per totum.* Menoch. *lib.*2.*de arbitrariis. cent.* 2.*caſu* 438. Bobadilla *lib.*2.*cap.*17.*n.*87.

21 Quod procedit, non ſolùm, quando qui turbat, vel impedit juriſdictionem, eſt alterius territori, & aliàs nõ ſubditus Iudici impedito & turbato, ut rectè notarunt Bart. Alexand. *n.*6. & Iaſon. *num.* 16. *in dict.leg. unica,* §. *is videtur* § *ſi quis jus dicent. non obtemper.* Menochius *ubi proximè, n.*4.*&* 5. Aviles *num.*8.*&* 9 *dict. verb. juriſdiction.* Farin. *lib.* 1. *deciſ.*93. *n.*3. ubi admittit. Sed etiamſi turbantes & impedientes juriſdictionem omnino ſunt exempti, ut ſunt Clerici à juriſdictione temporali Regum, ni propter impedimentum poſſunt puniri pœnis pecuniariis, *l. addictos, Cod. de Epiſcop. audientia, ubi gloſſa verbo vindicetur*, Guillelmus Benedictus, & alij, quos *ſuprà* retulimus, *num.* 11. quia licet ſint exempti Clerici, Epiſcopi vel Religioſi, cum velut membra corporis politici Reipublicæ debeant in temporalibus Principi, ut ejus capiti obedire, ſi fuerint inobedientes poſſunt puniri, & à Regno expelli per textum *in cap. ſi Clericus de pace tenèndæ, & ejus violatoribus, l. quicumque* 14. *Cod. de Epiſcop. & Clericis, leg.*5 *titulo* 1.*lib.*2.*ordinam. leg.*1.2.*&* 3.*tit.* 8.*lib.*1.*l.*4.*& fin. tit.*1. *lib.*4. *Recop.* & multis latè probant Benedictus & Avileſius *ubi proximè*, Avendaño *de exequend. mandat.*2.*part. cap.*6.*n.*12. D. Covarr. *pract. cap.*35.*num.*3. Salcedo *in annotat. ad praxim Bernardi Diaz cap.*54.*n.*18. Azevedo *in dict. l.*4. *Recopil. n.*12. Bobadilla *dict. lib.*2. *cap.*18.*n.*60. *cum ſequent.*

Et non poteſt dubitari inobedientem turbare ju- 22
riſdictionem ejus, cui parere noluerit, quia dicitur juriſdictionem impedire, qui facto aut verbo ei reſiſtit, Felinus *in cap. licet cauſam, n.*11.*de probat.* Alex. *lib.*3.*conſ.*52. *num.*3. Brunus *conſ.* 160. Cephalus *conſ.*661. *num.*70. *cum ſequentibus*, Ancharanus *in cap. cum perſonæ de privileg. in* 6.*n.*5. Rolandus à Valle *vol.*2.*conſ.* 89. Menoch. *conſ.*230. *num.* 116. Franciſcus de Ponte *deciſ.*18. latè Cancerius 3.*part. reſolut. cap.*10.*&* 13. Cæſar Ruginellus *in pract. q. cap.*47.*n.*3.*&* 31. ibi: *Turbat enim qui juriſdictionem alicujus revocat in dubium, aut eam negat*, ita Gabriel *dict. conſ* 116.*n.*5. quia quodammodo declarat eam juriſdictionem nullam & inefficacem qui non vult obedire, Zephalus *ubi proximè à n.*1. *verſ. Primò, quia.*

Septimò, id enim quaſi neceſſarium, ut ſine obe- 23
dientia Princeps ſubditos regere non poſſit, expreſsè exceptum, & in concordia Ordinum; nam in ea quã fecit Imperator Carolus V. Hiſpaniæ Rex cum capitulo Generali Ordinis Divi Iacobi die 23. menſis Auguſti anni 1527. quam vocant *el Conde de Oſſorno*, quia tunc Præſes erat Concilii Ordinum, in qua confirmans privilegia exemptionis Equitum Militariũ expreſsè excipiuntur ſex caſus, in quibus amittunt fori privilegium, in quibus comprehenditur caſus *Violationis Regiorum Reſcriptorum, aut ſecuritatis Regiæ, aut inobedientiæ Regiorum præceptorum*, ut in terminis refert Carlevallius *de judiciis, lib.*1.*tit.*1. *diſputatione* 2.*q.*6.*ſectione* 3.*n.*433.

Vnde habemus expreſſum fundamentum ab ipſis 24
Equeſtribus, & Militaribus Ordinibus probatum, ut in caſu inobedientiæ Regis præceptorum non gaudeant fori privilegio.

Nec obſtabit, quod ſolent regulariter opponere, 25
Equites Ordinum Militarium à prædicta concordia Comitis de Oſſorno fuiſſe ſupplicatum per Ordines, ut teſtantur Gregorius Lopezius *in l.*1. *tit.*7. *part.*1. *gloſſa* 1. Emanuel Rodericus 2.*tom. Regul. quæſt.*62. *artic.*13. Bobadilla *lib.*2.*cap.*19. *num.*10 Carlevallius *ubi ſuprà, num.*433. quià nihilominus concordia eſt obſervanda, cùm ſemper uſu & executione ſit confirmata, & nihil magis probet juriſdictionem, quam illius uſus, & patientia, *cap. cum olim. dict. leg. Conſibus*, & *ibi* D.D. tradit Baldus *conſ.*420.*&* 468.*n.*4. *lib.*3.*&* *in cap. cum cauſam de probat.* Abb. *conſ.*52. *dubio* 3. *num.*7. *ad finem, lib.*2. Craveta *in reſponſo pro Republica Salviani n.*83. Albertus Brunus *conſ.* 34.*n.*11.*&* 13. Ioannes de Puteo *de reintegratione feudorum*

feudorum fol. mihi 169. *num.*9. & multoties in casibus exceptis videmus Equites Ordinum Militarium à Iudicibus sæcularibus punitos, ut pluribus exemplis hujus temporis confirmatur, & in causa inobedientiæ recens extat D. D. Federici à Toleto, qui Eques, & Commendatarius Ordinis Divi Iacobi, de quo *in cap. præcedenti*, & ille, & reliqui, qui Regi nostro in muneribes pacis & belli inserviebant, nunquam declinatoria propter Ordinem oppoſuerunt, & multò ante post hæc sæcula tempore Regis Ioannis II. capitali supplicio affectus D. Alvarus de Luna Magister Ordinis Divi Iacobi.

15 Et quamvis ex Montalvo, Navarro, & D. Michaële de Maranon referat Carlevallus *dict. disputatione* 2. *quæst.*6. *sectione* 3. *n.*430. Regem petiisse absolutionem à Summo Pontifice, quasi incurreret excommunicationem exercens jurisdictionem contra Magistrum, & pœnam sanguinis irrogando, exempto, & Ecclesiast. ex Ordine Militari, quia nihil obstat, cum eo tempore non essent factæ concordiæ, quæ postea centum annis celebratæ, vel Rex voluit ad cautelam quamvis non necessariam absolutionem obtinere, nec etiam, ut nostro tempore usu invaluerat, ut contra vassallos inobedientes, vel qui in officiis deliquerunt, etiam Equites Ordinum Militarium Rex procedat, quemadmodum hodie observatur, quamvis semper Reges Hispaniæ contra illos exercuisse jurisdictionem tellatur Gregorius Lopezius *in l.*1. *tit.*7 *part.*1. *glossa* 2. *col.*3 eis verbis: *Præterea in istos Commendatoris Sancti Iacobi de Spata de consuetudine antiqua Rex Hispaniæ usus est sua jurisdictione, & in tali est possessione, & licèt contra Clericos talis consuetudo non valeret, eo quia exemptio Clericorum est de jure divino, ut tradit Rota decis.*840. *in antiquis, sub tit. de consuet. contra istos, qui non sunt Clerici, licet exemptionem haberent à Papa talis exemptio esset juris positivi, & contra eam præscriberetur, & valide erit talis consuetudo.* Videas Ioannem de Imola *in Clement. penult. col.* 2 *de sententia excommunicat.*

16 Sed hanc concordiam observari suadetur, quia in ordinationibus Cancellariarum inserta est prædicta concordia, ut Regii Senatores ejus tenorem sequi teneantur, ut constat *ex ordinationibus Pintianæ Cancellariæ lib.*1. *tit.*1. *pag.*8. *versic. que si los Commendadores*, & *ex ordinationibus Granatensibus lib.*1. *tit.*7. § 4 *pag.*47. eis verbis: *O rebeldes, y desobedientes à nuestros mandamientos Reales y en qualquier manera, que fueren culpantes y causantes en ellas, que las nuestras audiencias y justicias seculares los puedan punir, y castigar libremente por que estos casos se riservan privativamente de la orden contra qualesquier personas, de qualquier estado, y preeminençia, o dignidad que sean, que commetieren los dichos delictos, o alguno de ellos, o en qualquieria maniera fueren culpantes en ello.*

17 Et cùm Rex noster in ordinationibus, quas constituit Magistratibus, ut judicent contra Equites Ordinum Militarium prædictam concordiam pro regula statuerit, eum in observantia esse dicendum est maximè, quando usu & exemplis, ut in nostro casu, firmata, juxta quos retulimus, quia tunc semper statutum, legem esse in viridi observantia præsumi ex Bartolo, Socino Seniori, Gozadino, & Socino Iuniori probavit Menoch. *lib* 2. *præsumpt.*1. *n.*3. & 4. & Regii Magistratus & Senatores tenentur juxta prædictam concordiam judicare, quia cum ad officia & munera admittuntur, juramentum præstant observantiæ ordinationum Cancellariæ, & secundùm illas sententias ferre, ideò observare debent, *arg. l. rem non novam, C. de judic.* Borrell. *de Magistrat. lib.*1. *c.*14. Ripol. *variarum*

*cap.*10. *n.*32. Osuald. ad Donellum *lib.*24. *c.*3. Scriderus *de feudis, p.*10. *sect.*11. *n.*105. Langleus *lib.*1. *Semestrium, c.*2 Besoldus *de jurejurando disp.*1. *n.*26. Bullengerus *de Imperatore, lib.*2. *cap.*15. & nisi esset in viridi observantia frustra injungeretur Magistratibus, ut jurarent secundum prædictam concordiam judicare.

Octavò nihil hanc sententiam poterunt elidere tot 28
Bullæ Pontificum, quas *suprà* retulimus ad instantiã & petitionem nostrorum Regum expeditas, quibus exemptio equitum Ordinum militarium à jurisdictione sæculari confirmatur, quæ prædictæ non fuerunt admissæ, & receptæ in Hispania in casibus, præsertim quoad inobedientiam Regiorum præceptorũ, cùm aliter Princeps Regum gubernare non possit, sine obedientia, & Bullæ & decreta Pontificum, quæ pertinent ad jus positivum, ut exemptio prædicta, nõ aliter obligant nisi à populo admittantur, & usu cõprobentur, ut notarunt Glossa, Innocentius Gofredus, Ioannes Andreas, Calderinus, Butrius, Panormitanus, & Felinus *in cap.*1. *de tregua & pace*, ex Præposito, Immola, Ancharrano, Sylvestro, Geminio, Bartolo, Alexandro, Iasone, Luca de Peñi, Oroscio, Montalvo, Guillelmo Benedicto, Segura, Zevallos, & Gutierrez, probavit Felicianus *de censibus, lib.*1. *cap.*9. *n.*2. *vers. tamen magis*, ut defenderet jus è in Hispania, admissum non fuisse motum proprium Pii V. & extravagantem circa constitutionem censuum, & Curiis Matriti anno 1581. declaratum fuit non admittendum.

Tum quia prædicta privilegia exemptionis non 29
possunt habere majorem vim, quàm leges Ecclesiasticæ quæ nisi admittãtur à populis vim non habent, *cap. in istis* 3. § *leges*, 4. *distinct.* ibi: *Confirmatur cum moribus utentium approbantur: sicut enim moribus utentium nonnullæ leges hodie abrogatæ sunt, ita moribus utentium ipsæ leges confirmantur*, & loquitur in constitutione Ecclesiastica edita à Pontifice, & in eodem casu loquitur Text. *in cap. de Syracusana, vers. illud autem Gregorii* 28. *distinctione*, ib, *Vel quia Ecclesia illa cui Diaconus ille ministraverat, nondum continentiæ votum susceperat in diaconis & reliquis Ministris*, & in legibus tenuerunt præter *supra* relatos Menochius, Natta, Covarr. Azevedo, Flaminius, Paris. Zerola, Gratianus, Emanuel Rodericus, Valentia, Azorius, Saytus, Salas Reginaldus Bonacina, Layman, & alios quos refert Augustinus Barbosa *in collectanea dicti capitis in istis n.*4.

Quibus adde quod ex Navarro probavit Suarez 30
*de legibus, lib.*3. *cap.*19. *num.*13. dum tradit legem quæ in commune bonum edita nolle Principem obligare quando à majore parte Populi non admittitur & observatur, idque maximè, quando scandalo & turbationi causam præberet, ut in hoc casu si propter obedientiam Princeps vassallos suos, & Equites Ordinum Militarium punire non posset, & videndus etiam idem Suarez *de legibus lib.*4. *cap.*16. ubi refert Driedum, Angelum, Armillam, Covarr. Navar. Felinum Henricum, & alios qui tam legis Canonicæ quàm civilis essentiam dependere à receptione subditorum tradiderunt.

Nonò nam quod in legibus universalibus & con- 31
stitutionibus Pontificum procedit, multò magis in istis Ordinum Militarium privilegiis admittendum, illorum natura est, ut nisi confirmentur, usu robur nõ habeant, & per non usum omnino, amittantur privilegia, *cap. de terra, cap. accedentibus, de privilegiis, l.*42. *tit.*18. *p.*3. *l.*1. *ff. de nundinis*, Abbas *lib.*2. *consil. n.*7. Felinus *in cap. cum accesserint, n.*25. *de constit.* & *ibi* Decius *num.*65. Georgius *de privilegiis lib.*3. *c.*15. *n.*23 Carolus de Tapia *in l. fin. de constit.*

Princip.2.p. cap.1. num.1. cum ſeqq. Menoch. *lib.6. præſumpt.41.num.16.* Gratianus *tom.3. diſcept.492. num.20.* Anton. Faber *ad Codicem lib.7. tit.13.definitione 10.* Pater Suarez *de legibus lib.8. cap.34.numer.2.* Padilla *in l.2.nu.3.Cod. de diverſis reſcriptis,* Molina *de Hiſp.primog.lib.2.c.7. ad finem,* ubi ejus additio. *num.70.* adducit Hippolytum Riminaldum, Tiberium, Decianum, & alios, adde Gaillium *lib.2. obſervat.cap.60.* Maſtrillum *lib.1.deciſ.96.* Gamam *deciſ.262.n.3.* Phebum *deciſ.32.n.10.* Farinac. *in fragmentis 2.p lit.L,num.7.*

32 Sed etiamſi admittamus opinionem, ut quia allegat privilegium non obſervatum, teneatur probare quaſi aliàs pro privilegio præſumatur, *c.accedentibus de privilegiis*, ibi: *Quod ſi in probatione defecerint.* Rota per Creſcentium *deciſ.4. de privilegiis,n.9. & deciſ.67.n.3. cum ſeqq.* Menoch. *caſu 65 n.4.* Hondedeus *lib.1. conſ.4. num.19.* & expreſsè tenuit Gregorius Lopez *in d.l.42.gloſſ.1.* Ioannes Garcia *de nobilitate,gloſſ.6.num.35.* Fontanella *de pactis nuptial. clauſ.3. gloſſ.2. num.21.* & alii quos refert Additio. ad Molinam *d.num.70.* etſi contra admitti poſſet, ut primò qui privilegium allegat, cùm in eo obſervantia requiratur, debeat comprobare qui privilegio uti velit, cùm aliàs facta non præſumantur, de quo ultra prædictos videndi Menoch. *lib.2.præſumpt.2. num.2. & 3.* Maſcardus *de probat.concluſ.1338.* Pacianus *eodem tractat.lib.2.cap.27.num.141.* Gratianus *tom.1. diſcept.14.per totam,* Monaldus *vol.2.conſ.14 n.19. 20. & 21.* ut qui allegat privilegium debeat ejus uſum, & executionem probare, tenuerunt Socinus Iunior. *lib.3 conſ.32.num.44* Burſatus *lib.1.conſ.55. num.20.* Ioſeph. Ludovic. *deciſ.Peruſ.98.n.2.* Duenas *regul.38.* Bertrandus *lib.1. conſ.149. n.2. & lib.2. conſ.130.n 3.* Mandoſius *in tractat.de privilegiis ad inſtar gloſſ.15.n.56.* Thuſcus *pract.lit.P,concluſ.247. num.68.& 14.* Farinac. *fragmentorum 2. part.lit.L, num.8.verſic. contrarium*, tamen in hoc caſu inobedientiæ nunquam prædicta privilegia exemptionis Equitum Ordinum Militarium fuiſſe obſervata, imò ſemper contrarium admiſſum ut manifeſtum eſt, & recenti exemplo D D. Federici de Toledo confirmatum, & concordi Ordinum apertè expreſſit, ideò multò minùs circa noſtrum caſum exemptio, & obſervantia privilegiorum admittenda ex his quæ *ſuprà* retulimus, notarunt communiter Doctores *in dict.c. acceſſiſſent.*

33 *Decimò* quamvis prædicta privilegia in caſibus exceptis in uſu eſſent, in noſtro caſu inobedientiæ non eſſent obſervanda nec valerent, quia ſi non poſſet Princeps Equites Ordinum Militarium, ſi ei non obedierint punire, videntur ſuis exemptionis privilegiis eximi à ſuprema poteſtate, quo caſu privilegia non valent, ut notarunt Aretinus, *in l. is qui præſtat,n.4. ff.de adquir.hæredit.* Burſatus *volum.2.conſ.160.n.79. & conſ.225. n.48.* Menchaca *lib.1.controverſ. illuſtrium cap.4.n.9.* & in qualibet conceſſione ex Riminaldo, & Surdo, probavit Maſtrillus *de Magiſtrat. lib.1.cap.12. num.51. & 52* quia nihil valet privilegium, & conceſſio quæ aliquem eximit à ſuprema Principis poteſtate.

34 Sed etiam cum ex eo quod vaſſallos inobedientes, & ſuos Miniſtros Ordinum Militarium Princeps punire non poſſet, magna contentio in Regno, & diſcordia excitaretur, ſuccedit regula ut privilegium cùm incipit eſſe nocivum non obſervandum, ut notatur *in l.ex facto de vulgari,cap. ſuggeſtum de decimis.cap.5.de cenſibus,l.5.tit.20.p.1.l.43.tit.18.p.3.* poſt Bartolum, Caſtrenſis *in l.2 §.ult. ff.de aqua pluvia arcend.* Alexand. *lib.2. conſ.178. n.6.16. & 20.* Decius *conſ.135.n.3.* Ancharr. *conſ.83.* Riminaldus *conſ.59.num.72.* Surdus *conſ.236. num.fin.* Tuſchus *lit.P,concl.275.*

Abſque eo quod obſtet id procedere ut ipſe qui 35
concedit privilegium revocet, quod in Principe ſæculari conſiderari nullo modo poteſt, ut annullet privilegium conceſſum, & confirmatum à Pontificibus quos privilegia poſſe revocare non dubitatur, Abbas *in dict.c.ſuggeſtum,num.fin.* Socinus Iunior *lib 3.conſ. 60.num.58.* Navarr. *lib.2.conſ.397.num 13.* Rolandus *vol.3.conſ.13.n.69.* quia facilè occurri poteſt ſi conſideres nos nunquam admittere, ut Princeps revocet privilegia quæ non conceſſit, nec ſuæ poteſtatis eſt Equites Ordinum Militarium facere Religioſos, & Eccleſiaſticos; ſed ſolùm poſſe juſtè illorum obſervantiam in caſu inobedientiæ recuſare, quia eo ipſo quo privilegium incipit eſſe nocivum, non obſervandum, juxta prædicta.

Nec etiam obſtabit ad petitionem Dominorum Re- 36
gum Caſtellæ prædictam exemptionem conceſſam eſſe à Pontificibus, & ideò non poſſe recuſare obſervantiam cum ei conſenſerint, & privilegia approbaverint *argumento l.Pomponius 9.ff.de negot.geſtis* ibi: *Quia reprobare non poſſum quod ſemel probavi:* Quippe ſemper in eo qui aliquam conceſſionem fieri petit in aliorum favorem excipitur perſona loquentis, *l. inquiſitio,C.de ſolut. c. quiſquis de præbendis,* Baldus & Salicetus *in l.1.ff.de Senatoribus,* Ruinus *l.5.conſ. 83. ad fin.* Gozadinus *conſ.76. num.14.* Menochius *conſil.2. num.74.* nec quod favore Principis conceſſum, ad ejus petitionem Equitibus Ordinum Militarium debet in tam grave illius præjudicium retorqueri, *l.quod favore,C.de legibus,* Boherius *deciſ.48.n.11.* Mantica *de tacitis & ambiguis conventio,lib.2.tit.21. n.27.* Seraphinus *de privileg. juram.107.n.10.* Surdus *deciſ.195.n.5.* & in terminis exemptionis conceſſæ Religioſis ad petitionem D. Regis Philippi II. ut ex ea juri Regali non videatur præjudicium inferri, probavi *allegatione 58. per totam* ubi etiamſi Rex decimarum exemptionem petat pro Religioſis, non tamen inde omittit vel remittit jus in decimis ipſi Regi conceſſum.

Vndecimò, Equites Ordinum Militarium, qui in 37
officiis Regiis ſervierint, non poſſe declinatoriam intendere, quando in eis deliquerint, & inobedientes fuerint, inde ſuadetur, quia munus acceptando, ejus exercitio & juriſdictioni Regis ſe ſubmittunt, *l.Imperatores ff.de jure fiſci* ibi: *ipſe te huic pœnæ ſubdidiſti*, quaſi adminiſtrationi muneris ineſſe videatur de inobedientia vindicta, & pro eo textu adde quæ notavi *2.part.deciſ.Granatenſi 98.num.23.*

Sed & cùm in hoc caſu Patronus fiſci peteret reum 38
privari beneficiis, & honoribus à Principe, ut à Rege conceſſis, ferri non poſſet, ut coram Iudicibus Ordinum id peteret, imò & dubitari poſſet, an ipſi de hoc decernere valerent, quia ut Iudices Ordinum de illis, quæ ad eos ſpectant, decernere poſſunt, non verò de eis, quæ Regalia, idque quamvis Rex noſter ſit Magiſter Ordinum Militarium, quia diverſa jura Magiſtri, & Regis conſideranda, *argumento l. tutorem, ff. de his, quibus ut indignis, l. accipientur, ff. de author. tutor. l. fiſtulas, §.1.ff.de contrahend,empt.* Belluga *in ſpeculo Princip. rub.46.§. quamvis, num.1.* pluribus erudite D. Amaya *ad tit. Cod.de delatoribus in princ. num.27.*

Denique *duodecimò*, quamvis omnia prædicta non 39
procederent, ſed in crimine inobedientiæ Regiorum præceptorum poſſent Equites Ordinum Militarium privilegio exemptionis gaudere, tamen in hoc caſu nullam difficultatem hæc cauſa habere videbatur, cum

cum ipse Princeps sit Magister Ordinum Militarium, postquam tempore Regum Catholicorum, ex Bulla Adriani VI. expedita die 3. Maii anno 1523. Magisteria Ordinum Militarium in corona Regum Castellæ incorporata fuerunt, quam Bullam refert D.D. Ferdinandus Pizarro in Historia trium Ordinum ante Apologeticum, unde cum confessus Ministrorum, qui de causa hujus Equitis cognoscebant à Rege Magistro Ordinum designatus esset, confessúsque constaret ex Ministris, qui erant Equites Ordinum Militarium, & ego Sancti Iacobi Ordinis essem pro fisco Patronus, & Rex noster habebat Bullam Pontificis Leonis X. ut possit, quibus velit, delegare causas Equitum Ordinum Militarium, cum potestate puniendi capitaliter juxta facultatem Regi concessam, quam refert Didacus à Mota *de confirmat. Ord. Divi Iacobi. l. c. 4. §. 35.* cujus memoratur Carlevallius *l. 1. de judic. disputatione 2. quæst. 6. sectione 3. num. 435.* quando verè (quod negandum) necessarium esset, ut in hoc casu Iudices Ordinis de hac causa cognoscerent, rectè possent præfecti Ministri ex delegatione Magistri, & quia omnes Equites Ordinum Militarium, hanc causam judicare, tunc quamvis Equites non forent ut Iudex laicus potest ex delegatione Pontificis de personis Ecclesiasticis cognoscere, ex *c. in Synodo 16. distinct. cap. valde 94. distinct.* ex Abbate, Mantica Decio, Covarr. Navarr. & aliis tenent Morla *in empor. tit. de jurisdict. quæst. 22.* ex pluribus Barbos. *in collect. cap. præter, num 4. distinct. 32.*

40 Itaisti Iudices ex Regis delegatione, ut Magistri de inobedientia hujus Equitis rectè cognoscerent, & quamvis etiam necessarium esset (quod absit) in delegatione exprimi eam Regem dare, ut Magistrum Ordinum, nec id apertè expressum esset, tamen semper actus censetur factus omni meliori modo, quo potest, quamvis simpliciter & indistinctè fiat, Abbas post Calderinum *in cap. cum super, de officio delegat.* ubi etiam Decius, & cùm posset Princeps hanc causam delegare, ut Rex, & ut Magister Ordinis, in dubio censetur factum, prout fuerit utilius deleganti, ut ex Alex. *lib. 5. consil 55. num. 2.* pr. bavit Thuscus *pract. lit. A, conclus. 137. num. 3.* & adde, quæ notavit *in conclusione præcedenti*, & semper actus intelligendus eo modo, quo fieri soleret, ut ex Baldo, Panormitano, Menochio, Craveta, & aliis ego probavi *2. part. decis. Granat. 55.* Præsertim in Principe quem semper justè, & rirè aliquid agere præsumitur, ut pluribus Menoch. *lib. 2. præsumpt. 10.*

41 Qua sententia retenta, juxta quam obtinui, nihil obstant contra expensa, quia sive Religiosos existimes Equites Ordinum Militarium, de quo dubitarunt plures quos *suprà* retulimus, & cumulat D.D. Ferdinandus Pizarro *in Apologetico pro Ordinibus Militaribus*, sive personas Ecclesiasticas censeas, & exemptionem habere ex suis privilegiis, id non negamus, sed contendimus privilegia non admissa in casibus exceptis, præsertim inobedientiæ, ipsorum Ordinum concordia id comprobatum ex justis causis, quæ ad bonum publicum conducunt juris sententiis & rationibus suffragantibus, quas congessimus, ex quibus hanc opinionem non solùm verissimam censeo, imò necessariam ad optimum Principum regimen, aliàs si non admitteretur, gubernare non possent, maximè cum ageretur in hoc casu, ut reus beneficiis & muneribus à Rege concessis privaretur, & à Regno expelleretur.

ALLEGATIO LXV.

Conjurationis sola scientia punienda nisi detegatur.

1 *Hispani Regibus suis fidelissimi.*
2 *Seditionibus celeriter est occurrendum.*
3 *Princeps potius occurrat delicto quàm puniat.*
4 *Capitali supplicio puniendus est, qui non detegit scientiam conjurationis.*
5 *c. 22. lib. 1. Regum expenditur.*
6 *Conjurationem contra Regem non manifestare, est crimen Majestatis.*
7 *Vassallus, quamvis injustè Princeps procedat, debet quam scit conjurationem contra illum declarare.*
8 *Conjuratio contra Alexandrum Magnum quia non detecta à Philota, cui denunciata, acriter vindicatur.*
9 *Credenda ut timeantur etiam vana & falsa, ut saluti Principum consulatur.*
10 *Silendum non est quod ad tutelam Principis spectat, ex sententia Nicoclei Regis.*
11 *Silentium vassallorum quando pro Principe exclamandum, animos ab eo alienos insinuat.*
Seditioni dubitare occurrere, pro conjuratione est habendum.
12 *Dissimulatio conjurationis arguit participem dissimulantem.*
13 *Principis ad salutem quæ pertinent tacere, arguit complicem proditionis tacentem.*
14 *Capitale est non indicare Principi quod ille voluerit denunciari.*
15 *Conjurationem cognitam non denuntiare, est capitale in Italia & Florentiæ.*
16 *Galli capitali pœna punire solent conjurationem cognitam non indicare.*
17 *Conjuratus habetur qui consilium conjurationis cognovit, nec statim detegit.*
Triremium pœna nostris legibus Hispanis morti similis est.
l. 10. tit. 24. lib. 8. Recopil.
18 *Pœna mortis punitus qui solùm habuit affectum occidendi Regem Galliæ.*
Conjuratio in Confessionis sacramento revelata, detestata,
19 *Bironinus Dux ter interrogatus à Rege Galliæ de conjuratione, negavit, & capitali supplicio punitus.*
20 *Conjurationem audire crimen meritò judicatur Rex Galliæ Carolus VII. edicta decrevit, ut nemo audiret Ludovicum ejus filium, qui contra eum conjuravit.*
21 *Crimina diversè puniuntur in una Provinciâ quàm in alia.*
l aut facta, §. evenit, ff. de pœnis.
22 *Hæreticorum fautores censentur qui aliquid de Hæreticis scierint, nec denunciaverint.*
23 *Conjurationem tacere in Belgio crimen capitale existimatur.*
Comes Egmontius in Belgio capitali supplicio affectus quasi conjuratus, quia famulum conjuratum domi retinuit.
24 *Ioannes Austriacus Philippi II. Regis fratri benevolentiam adeptus, quia filii Caroli factum contra patris voluntatem denunciavit.*

25 *Conjurati fugiendi ne ſi cum illis familiaritas, vel amicitia, ſuſpicio participationis ſumatur.*

26 *Cathaloniæ mulierum exemplis confirmatur eſſe fugiendum à conjuratis.*

27 *Ferdinandus Davalos Piſcarius Marchio conjurationem Italiæ Imperatori Carolo V. detexit.*

28 *Conſpiratio contra Principem graviſſimum crimẽ. Conſpiratis acquieſcere à Pontificibus & Conciliis damnatur.*

29 *Edictum Regis Reſiſvincti contra eos qui ſilenter oppugnaverint.*

30 *Hoſtis eſt Reipublicæ, qui conjurationem quam ſcit, non detegit.*

Patriæ infidos quocumque periculo debet quis præcavere, ex Platonis ſcientia.

Miniſtri Principis majori quàm cæteri vaſſalli obligatione ei devincti.

31 *Conſpirationem contra Prælatum ſi non indicaverit Religioſus intra triduum, excommunicationis pœna punitur.*

32 *Gubernatoribus Provinciarum eſt injuſtum denuntiare quod in Provinciis neceſſarium fuerit Principem admonere.*

Crimen committere videtur qui poteſt prohibere, & non prohibet.

33 *Furis fautor cenſetur qui ſciens furem occultum non denuntiaverit.*

l. idem, 4. §. ſi tibi indicium, ff. de condit. ob turpem cauſam.

Indicium erat præmium quod dabatur ei qui furem vel ſervum fugitivum indicabat.

Paulus lib. 2. ſententiarum, tit. 32.

ff. l. ſolent, ſi. de præſcript. verbis.

Præmia & pœnæ ſuſtinent ſtatum Reipublicæ.

l. 1. ff. de juſtitia & jure.

Furem qui non detegit gravius quàm ipſum furem puniendum Plato dicebat.

34 *Facere videtur qui non facit quod facere debet.*

l. qui non facit, 163. ff. de reg. juris.

Negligentia dolo comparatur in crimine læſæ Majeſtatis.

l. 1 ff. de offic. Præfect. vigil.

Diſſimulatio eſt deteſtabilis.

c. officii 24. q. 1.

35 *Vaſſallus celare videtur conſpirationem, eam non denuntiando.*

l. 2. §. venditor, ff. de actio. empti, emendatio.

Culpa in committendo gravior eſt quàm quæ in omittendo.

l. fin. §. Divi quoque, ff. de publican. & vectig.

36 *l. ea quæ, 43. §. de contrahend. emptione explicatur.*

l. qui libertatis, §. ſed & ſi quis, ff. de evictionem.

l. 1. § ſcientiam, ff. de tribut. action.

Conſentire videtur qui aliquid ſcit & non proteſtatur.

l. de ætate 11. §. nihil intereſt, ff. de interrog. act.

37 *Vaſſalli ſcientia in eo quod eſt contra dominum, nocet vaſſallo ſi non denunciet.*

tit. quæ fuit, prima cauſa benef. amittendi, §. præterea vaſſallus.

38 *Crimen læſæ Majeſtatis divinæ & humanæ æquiparantur.*

c. vergentis, de hæreticis.

l. aut Gazaros, C. de hæreticis.

Hæreſis crimen tenetur quis denunciare.

39 *Reipublicæ inimicum debet quis denunciare, aliàs puniendus pœnâ capitali.*

l. Metrodorum, ff. de pœnis.

Falſæ monetæ crimen eſt læſæ Majeſtatis.

l. ſi quis, C. de falſa moneta.

l. 1. tit. 2. p. 7.

Falſæ monetæ crimen non ſolùm debet quis denuntiare, ſed inquirere delinquentes.

l. 1. C. de falſa moneta.

Conſpiratio gravius crimen eſt quàm falſæ monetæ.

40 *Vxor qui conſpirationem contra principem non denuntiaverat, poterat à marito repudiari.*

Authen ut liceat matri & aviæ, § quia verò plurimas, collæ. 8.

41 *Vxor debet denuntiare viro quod ei imminere, ſub pœna repudii.*

Denuntiare damnum non ſufficit ſi aliter ei occurri poteſt.

l. 1. § non tamen, ff. ad Senatuſconſ. Sillanian.

l. 1. C. de his quibus ut indig.

42 *Conſcii qui puniuntur intelligendi qui ſcierint delictum, & non denunciaverunt.*

l. unica, § pœnis, verſ. cæteros autem, C. de raptu virginum.

l. utrum, 6. ff. ad l. Pompeiam, de parricid.

§. alia deinde, inſtit. de public. judic.

Conſcius criminis dicitur etſi ejus non particeps, ſi crimen ſcierit & non denunciaverit.

l. 2. ff. ad legẽ Pompejam, de parricid. & n. 70.

43 *Conſcios criminis parricidii ſubjici pœnæ ordinaria probatur.*

44 *Parricidium cenſetur conſpiratio contra Principem ut in patrem patriæ*

l. 1. l. quiſquis, C. ad legem Iuliam Majeſt.

45 *l. quiſquis, §. id quod, C. ad l. Iuliam Majeſt.*

46 *Conſcius intelligitur de eo qui criminis habet ſcientiam.*

l familiæ, 5. ff. ſi famil. furt. feciſſe dicatur.

l. item ſi cum exceptione, 14. §. aliquando, ff. de eo quod met. cauſ.

l. ſed etſi. l. 25.

l. ait Prætor, § quod ait Prætor. ff. quæ in fraud. credit.

l. 1. §. in cauſa, ff. de quæſtion.

47 *Sententia contra reum ſuſpendi non debet, etiamſi dixerit habere illum aliquid quod pro ſalute Principis diceret.*

l. ſi quis fortè, 6. ff. de pœnis.

48 *Hiſpano jure proditor habetur qui conſpirationem quam ſcit, non detegit.*

l. 6. tit. 13. p. 2.

l. 9. tit. 13. p. 2.

l. 23. tit. 18. p. 2.

49 *Hiſpani in ſuorum Regum & Principum admiſſione, jurant, nihil contra eos permittere directè vel indirectè. ſi aliter facerent, proditores ſint.*

l. 21. tit. 4. lib. 4. fori.

50 *Proditionis præſumptæ indicium eſt ad inimicos extra Regnum, arma, equos, aurum & argentum transferre.*

l. 38. tit. 6. lib. 3. Recopil.

51 *Majeſtatis læſæ reus eſt, qui Piratas vel Maurâ portubus Hiſpaniæ non denunciaverit.*

l. 16. tit. 26. lib. 8. Recopil.

52 *Fidelitatis forma eſt, omne damnum Domini præcavere.*

tit. de forma fidelitatis in feudis.

c. de forma, 22. q. 5.

53 *Crimen læſæ Majeſtatis qui ſcit & non detegit, ejus pœnâ tenetur.*

54 *Denunciare qui debet crimen, non tenetur accuſationem judicialem proponere.*

55 Sed

55 *Seditionem non denuntiantes, pœna mortis puniri praxim esse receptam Italiæ, pluribus exemplis probatur.*

56 *Monetarios falsos qui non detegerit est puniendus.*

57 *Latrones non denuntiantes sunt puniendi.*

58 *Conspiratio contra Principem, etiamsi non possit probari, est detegenda.*
Accusare qui excusatur in conspiratione quæ probari non potest, non excusatur à denuntiando ut damno occurri possit.

59 *Conspirationem detegere debere eum qui scit præter Confessarium, decisione Senatus Belgii confirmatur.*

60 *c. felices, de pœnis, lib. 6. explicatur.*
Furca suspensus in Civitate Argentina qui cognovit conspirationem & non denunciavit, quamvis ejus non particeps.

61 *Denunciari deberi conspirationem plurium opinione confirmatur.*
Monitoria de denunciando obligant denunciare Hæreticos.

62 *Praxi non recedendum ab opinione, ut puniatur capitali pœnâ qui conspirationem non denuntiavit.*

63 *Tertullianus expenditur, ut nunquam Christiani contra Imperatores Romanos excitarent conspirationem, vel occultarent.*

64 *Conspirationem sine effectu fuisse non excusat non denuntiantem.*

65 *Belgium anno 1635. virtute & robore D. Infantis Ferdinandi Gubernatoris defensum.*

66 *Princeps admonendus de omnibus quæ timeri possunt.*

67 *Conjuratio in Anglia detecta, quia periculum etsi dubium, denuntiatum.*

68 *Conjuratio detecta sine aliqua dilatione.*
l. 1. C. de falsa moneta.
tit. quæ sit prima caus. feud. amitt. §. præterea vassallus.
l. fin. 6. de his quibus ut indignis.
l. 3 S. tit. 6. lib. 3. Recopil.

69 *Conspiratio non detecta à fideli ut de ea certioraretur, adhuc in periculo eum conjecit.*

70 *Conspiratio, & quæ pertinent ad salutem publicam denuntianda à Patre contra filium, & è contrà*
l. 16. in fin tit. 18. p. 3.

71 *Pater debet exhibere filium delinquentem.*
l. qui cum uno §. qui filium suum, ff. de re milit.
l. militis §. de sortorem, ff. de re militari.

72 *Majestatis crimen divina vel humana debet denuntiari à Patre contra filium, à marito contra uxorem, & è contrà*

73 *Conspiratio etsi non possit probari, detegenda absque periculo pœna calumniæ.*
Turpillianum non habet locum in crimine læsæ Majestatis.
l. 20. tit. 1. p. 7.

74 *Conjurationem esse detegendam quamvis ea probari non possit; verior sententia ex pluriũ opinione.*

75 *Conjuratio si non esset denuntianda nisi probari posset plura damna sequerentur, ut nullus denuntiaret.*

76 *Denuntiantes crimen nisi concludant condemnari quem denuntiarit, non habentur pro accusatoribus.*
l. 27. tit. 11. p. 7.
l. ab accusatione, 6 § nunciatores, ff. ad S. Conf. Turpil.

77 *Accusare qui non debet judicialiter, tenetur tamen denunciare.*

78 *Principem non admonere de periculo nulla opinio admittere potest.*

79 *Turbatio Rei interrogati est judicium ad torturam.*

80 *Oblivio non præsumitur in re præsenti.*
c. cum illorum de sent. excommunicat.

81 *Mora purgatio non conceditur in denunciatione postquam diu tacuit, qui denunciare deberet.*
l. auxilium. ff. de minoribus.
l. 1. §. cum quis, ff. de quæstionibus.

82 *Mora committitur statim quo factum potuit & debuit fieri, & non est factum.*
l. si stipulatur essem a te, l. continuus, §. cum ita de verb. oblig.
l. hæc conditio si in capitolium, ff. de cond. & demonstr.
Mora potest committi ex unius horæ transcursu.
l. si quis inficiatus, ff. depositi.

83 *Moram modici temporis non nocere certis regulis constringi non potest, quia minima dilatio in aliquibus solet nocere.*
l. 1. §. si rem ff. depositi.

84 *Denunciare qui debet delictum non potest moram purgare.*
l. de ætate, 12. §. qui interrogatus de inter. actio.

85 *Confessionis impunitas quæ ab statuto conceditur non gaudet qui tardè confessus vel in confessionem non persistit.*
l. non debet in fine cum l. seq ff. de dolo.
l. 2. C. de juris & facti ignor.

86 *Dux Bironius quia tardè confessus, supplicium non vitavit.*

87 *Magnus apud Regem Daniæ veniam obtinuit quia conjurationem confessus.*

In conjuratione seditionis, qui ejus scientiam habuit, & non revelavit Principi, vel ab eo interrogatus, illam negavit quâ pœnâ puniendus.

CUM Rex noster de conjuratione in Regnis extra Hispaniam certioratur, nam in Hispanis nullam perfidiam expertus, quippe semper Hispani circa Principes suos fidelissimi, & etiam in extraneos, ut quod ad salutem, & incolumitatem Sertorii refert Plutarchus *in ejus vita*, & Julius Cæsar, cum Orbem subegisset, Romam reversus suæ salutis causa Hispanorum custodes elegit, quos cum dimisisset, fide Romana fretus, paulò post occisus est, ut tradit Suetonius, qui etiam refert Augustum Cæsarem in sui custodiam Calaguritanos Hispanos elegisse, ut ex eodem Suetonio *in ejus vita* refert Marineus Siculus, *lib. 4. rer. Hispaniæ.* 1

Igitur, ut breviter & opportunè occurreretur seditioni: nam, ut inquit Thucidides *lib. 3. Histor.* ejus initia sunt periculosissima, & nisi extinguantur, ad alias Reipublicæ Vrbes, atque etiam vicinas emanat, & Polybius *l. 5.* ibi: *Conjurationis initiis maturè totis viribus resistendum, ne illa convalescant,* & Cornelius Tacitus *l. 4. Annalium* eis verbis: *Defectionis seu rebellionis subditorum initiis maximè occurrendum, miniméque eam vel per ignaviam vel per conniventiam alẽdam, difficile enim postea seditio, defectióque adultæ* 2

extinguetur,& idem Tacitus *lib.*12. *Annalium*, ibi, *ſubditorum rebellioni, antequam confirmetur, eſt primo quoque tempore obviam eundum.*

3 Ideò Rex noſter à Magnate illarum Provinciarum interrogavit de ſeditione, cùm ſciret cum eo improba conſilia communicata,& primos Auctores conjurationis illius, conſanguineos, & amicos exiſtere, quaſi ſi ille veritatem fateretur, veniam ei & reliquis præbere,& imminenti damno occurrere, juxta illud Caſſiodori *lib.*1.*variar. Epiſtola* 30.ibi, *Beniginſſimi quippe Principi eſt, non tam delicta velle punire, quam tollere, nec acriter vindicando, æſtimetur nimius, aut leniter agendo putetur improvidus*, ſed vaſſallus, à quo Princeps de conjuratione interrogavit, illam negavit, & tripliciter monitus noluit verum fateri, unde Rex noſter vinculis in Caſtro includi juſſit, & vaſſallus poſtquam captus, confeſſus illum ſciviſſe conjurationem,& ne damnum afficeret, conſanguineos, & amicos reos ſeditionis præparatæ non revelaſſe, & veniam petit. Inde quæſtio, qua pœna puniendus, qui Principi adverſus illum conjurationem aliorum non revelat, vel interrogatus negat, ut in hoc caſu?

4 Et pœna capitali eſſe puniendum plura documenta oſtendunt ex Hiſtoriis,Sacra pagina, Conciliis,Iure Canonico, Civili & legibus Hiſpaniæ cum Doctorum communi ſententia.

5 Sed ut omnia melius comprobentur, illud maximum argumentum, & ſemper præcedere debet quod deſumitur ex Sacra Pagina *lib.*1.*Regum*,*cap.*22.ubi refertur cùm fugeret David de perſecutione, & ita ſoceri Saülis, qui cum ſciret generum eſſe in Monte Areth,congregavit milites ſuos, & in nemore Ramatha haſtam manutenens ad ſuos loquutus eis verbis: *Quare conjuraſtis omnes adverſus me? & non eſt qui renunciet mihi*", *maximè & cum filius meus fœdus inierit cum filio Iſai.* Omnium cenſuit conjurationem non denuntiare facta inimici & in verbo, *renunciet* ex litera Hebræa legitur, *aperiat aurem meam*,& Abulenſis, *in d.cap.*22. *Regum*, *quæſt.*13. tradit ut quamvis factum Regis Saülis eſſet injuſtum, tamen vaſſalli cùm Rex diceret, & non eſſe ſecurum niſi denuntiarent facta Davidis,tamen juxta leges humanas facere debebant.

6 Progreditur ulterius Sacra Pagina referens verba Saülis dicentis, *Non eſt, qui vicem meam doleat ex vobis, nec qui annunciet mihi, eò quod ſuſcitaverit filius ſervum meum adverſum me inſidiantem mihi uſque hodie*,cui cum reſponderet Doëg Idumæus,qui aſſiſtebat Regi,& erat primus inter ſervos Saül,illum vidiſſe filium Iſai in Nobe apud Sacerdotem Achimelech, qui conſuluit pro eo Dominum, qui cibaria dedit ei,ſed & gladium Goliath Philiſtæi,miſit Saül ad accerſendum Achimelech Sacerdotem,& omnem domum Patris ejus,Sacerdotum, qui erant in Nobe, & cum veniſſent univerſi Sacerdotes, dixit Rex ad Achimelech: *Quare conjuraſti, adverſum me tu & filius Iſai*,& reſpondens Sacerdos,nullum ſicut David ex tuis ſervis eſſe fidelem,glorioſum,ſubdit hæc verba: *Num hodie cœpi pro eo conſulere Dominum? abſit hoc à me, nec ſuſpicetur Rex adverſus ſervum ſuũ rem hujuſmodi in univerſa domo patris mei, non enim ſcivit ſervus tuus quidquam ſuper hoc negotio, nec modicum, vel grande*, & Pater Joannes Mariana *in ſcholiis dict. c.*22. quærit rationem, ex qua reſpondit Achimelech pro domo patris ſui, & tradit, quia periculum erat commune, & ideò pro omnibus reſpondit:nam inſidias contra Regem(de quibus contra David querelam proponebat Saül) celare, & non denunciare, erat crimen læſæ Majeſtatis, & non ſolùm Achimelech pœnis ſubjacebat,ſed omnes ex domo ſua, ideò reſpondit nihil ſcire,nec modicum,vel grande,quaſi quando aliquid ſciret,non poſſe à culpa excuſari,eo quod non denunciaret, tunc dixit Saül, *Morte morieris Achimelech tu & omnis domus patris tui*, & convertens ad Emiſſarios ſuos, juſſit, ut interficerent Sacerdotes Domini, & cum ſervi Regis recuſarẽt in eos manus extendere,converſus ad Doëg Idumæum ait illi: *Irrue in Sacerdotes Domini*, qui trucidavit illa die octuaginta quinque viros veſtitos.

Et maximè expendenda ex Sacris Litteris cauſa propter quam Saul illos fecit occidere, nota verba: *Nam manus eorum cum David eſt, ſcientes quòd fugiſſet,& non indicaverunt mihi*,ut eo ſolùm quo ſciren fugere David,& non indicarent,inſidiarum participes & reos mortis judicaret:ſi ergo id cẽſuit Rex circa David,cujus virtutes,& fidelitas ſemper claruerunt,& ubi nullæ inſidiæ,& conjuratio in Regẽ,ſed illius æmulatio in generum, & invidentia animum concitabat,quid non dicendum, ubi vera conjuratio & vaſſallum non ſolùm eam ſciens non revelavit,ſed negavit interrogatus,nec enim probamus factum Regis Saul, & mortem Sacerdotum,quia injuſtam omnes Sancti cenſuerunt,tamen ex doctrina Abulenſis,quam proximè retulimus,etiamſi injuſtè Rex procederet,ex legibus humanis debet vaſſallus Principi denunciare,quæ contra illum parantur inſidiæ,& expendimus cauſas, quibus Saul illos conjuratos hãbebat,qui ſcientes,quas falſo cogitaverat inſidias,ei nõ denunciaverunt,& notandum reſponſum Summi Sacerdotis Achimelech,nihil de eo ſciviſſe, nec modicum,vel grande,quaſi cùm ſciret,& denunciaret,non non poſſet à culpa immunis cenſeri.

Huic rei confirmatio adjungenda ex facto alterius 8
Regis ſapientis & fortis Magni Alexandri Macedonis,& ex illius ſententia id comprobari videtur in Regno Macedonum,& Imperio Medorum, Aſſyriorum,& Babylonum, quæ ſubegit Alexander, contra eum facta conjuratio quam Dymnus aperuit ſuo fratri Zeballino,iſque cùm non poſſet ingredi in Aulam Regiam (ſolum enim id licebat eis qui Aulici erant, & circa Regem aliquod miniſterium exercebant,) manſit circa eam ut aliquis eorum qui poterant ingredi veniret, & Philotæ filio Parmenionis,& dilectiſſimo Alexandri conjurationem aperuit, ut ſtatim Principi referret,& non denunciavit, & Philotas interrogatus à Zeballino, an feciſſet,reſpondit ex aliquibus negotiis non potuiſſe, & tunc Zeballinus obteſtatus ut Regi denuntiaret & adhuc non fecit, quo Zeballinus dolum ſuſpicans rem aperuit Memnoni Armigero Alexandri à quo periculum conjurationis cognovit: Evocato igitur coram Alexandro Philota verba nobis aptiſſima refert Quintus Curtius *lib.*6. *de rebus Alexandri* ibi: *Rex Philotà venire in Regiã juſſo: Zeballinus inquit ultimum ſupplicium meritus eſſet, ſi in caput meum præparatas inſidias biduo tacuiſſet, hujus criminis reum Philotam ſubſtituit, ad quem protinus indicium detuliſſe affirmat, quo priori gradu amicitiæ me contingis, hoc majus eſt diſſimulationis tua facinus:* Et tormentorum quæſtioni ſuppoſitus Philotas in eis mortuus,nec ſolum ille, verùm Pater Parmenio ultimo ſupplicio affectus,nam ſtatim Alexander ad Provinciam Mediæ, cui erat Præfectus miſit, qui ejus caput ſcinderet eò ſolùm quod filius cójurationem quam non cognoverat patrari, ut in hoc caſu ab ipſis conjuratis, ſed ab alio relatam non aperuit nec interroganti Regi negavit ut in præſenti.

Et quamvis Philotas ſe excuſaret apud Alexan- 9
drum non curaſſe de re quam falſam cenſebat, ſed contẽpſiſſe, utex Diodoro, Iuſtino, Ariano, & eodem

Curtio

Curtio refert Pineda *in Monarchia Ecclesiastica lib. 7. c. 5* §. 3. eis verbis: *No creyo ser digno de ser puesto en platica lo que un capado decia, y que le suplicaba tubiesse quãta con los servicios que antes le abia hecho trabajando mas que con aquel deservitio que con ignorantia cometico callando.* Et similiter vassallus in nostro casu, cùm à Principe veniam peteret dicebat eum nec credidisse nec timuisse conjurationẽ, quia adhuc puniendus ut Philotas ex singularibus verbis Quinti Curtii *ubi proximè*, quæ Alexandro retulerunt ejus Consiliarii ibi: *In suo quemque periculo magnum animum habere cũ de salute Regis timeretur credulos esse debere, vana quoque deferentes admittere:* Quasi quilibet in suis rebus possit non credere, & periculum quod timeretur contemnere, quando verò salus publica, & Principis in quo consistit posse in discrimen adduci, etiam vana, & quæ parvi momenti viderentur prævenda, ut rectè explicavit qui vitam Ducis Bironii, Hispano sermone scripsit eis verbis: *No conviene creer las cosas ligeramente mas donde concurre la salud del estado, las cosas mas dudosas no deben ser rechaçadas ny despreciadas deben se convertir las opiniones en credito, las fabulas en verdades, las apariençias en seguridad, la incredulidad de las cosas in differentes nodaña sino al incredulo mas en intereses de estado por no creer se ad elanta la ruina, se faborece a la conjuraçion no es incredulidad sino infidelidad no creer ninguna cosa cada uno en sus intereses debe cõservar su credito firme y no dexarse lebar de opiniones vanas, mas quando interviene la salud del Principe cõviene creer lo dodo, y oir a los mismos que refierẽ cosas que parecẽ vanas, y que el tiempo descubre pro falsas.*

10 Sed & huic Magni Alexandri sententiæ, & facto adjungendus sensus alterius Principis Nicoclei Regis Cipri *moratione* 2. quam ejus nomine fecit Isocrates, ibi: *Nec silentio prætereatis si quidquam indignè se contra dominatum meum gerere videritis, sed reprehendite potius eademque pœna dignos existimetis & Magistratui meo vim facientes, & hujusmodi injuriam contegentes.*

11 Ex Regno Macedonum ad Romanum Imperium, & ejus Rempublicam transeamus, ut suis Historiis nobis fundamentum præstet quamvis postea in comprobatione legali plura ex Iurisconsultorum Responsis & Imperatorum Rescriptis referenda, & valde notandũ, quod tradit Cornelius Tacitus *lib. 2. Historiarum*, cùm rediret Vespasianus ex Oriente cũ suis legionibus eo tempore quo Vitellius ad Imperium adspirabat, & Vespasianus illum sequutus, ut cõjurationem legionum contra Vitellium insinuaret, cùm ipse Vespasianus precationes pro Vitellio Diis faceret, & sacramentum fidelitatis. Tacitus eis verbis: *Milites ipsi adeo parati, ut præeuntem Sacramentum, & fausta Vitellio omnia precantem per silentium audierint*, quasi in nullo magis cognosci posset subditos esse contra Imperatorem quàm per silentium audire illud in quo pro Vitellio deberent exclamare, & non solùm tradit Tacitus milites paratos ad seditionem pro Vespasiano sed *adeo paratos*, ut tacerent in rebus Vitellii ubi loqui deberent, & vocibus pro illúque silentium & taciturnitas maximum erat indicium conjurationis. Unde Vespasianus in spem Imperii arreptus, cunctans & dubitans, causam dedit Mutiano, ut eleganti Oratione, quam refert Cornelius Tacitus *dict. lib.* 2. occasionem Imperii adipiscendi proponeret, & persuaderet, & faciunt verba, quibus in causis conjurationis, & rebellionis dubitationem, & deliberare pro rebellione, accipit, ibi: *sed meliorem in bello causam quam in pace habemus, nam qui deliberant, desciverunt*, & ut in Taciti nostra lingua Hispanica traductione scribit Suarius, & alii: *porque los que piensan, consultan, o entran en acuerdo sobre determinarse en materia de rebellion y a se rebelaron*, quantò magis in nostro casu particeps seditionis censendus vassallus, qui per multum tempus in Provincia, in qua de conjuratione agebatur, illos qui patraverant, alloquutus, eorum consanguineus, sciens tacuit, & non denunciavit, sed etiam negavit à Principe interrogatus, cùm idem Tacitus *lib. 15. Annalium*, §. 23. tradiderit eis verbis: *Lætatum erga conjuratos si fortuitus sermo, & subditi occursus, si convivium, si spectaculum simul iniissent pro crimine accipi.*

Et ex eodem Tacito *lib. 1. Histor.* circa conjurationem adversus Galbam, quando Otho Imperium arripuit, traditur, *adeoque parata apud malos seditio, apud integros dissimulatio fuit*, videlicet, quod in apertè & publicè conjuratis seditio, idem in eis, qui illius complices non erant, dissimulatio fuit, & quia Tribunus Iulius Martialis magnitudine sceleris corruptus, & corruptis Castris non se opposuit, & si contra tenderet, exitium metuens, probavit conscientiæ suspicionem, quasi particeps esset seditionis, quam non vitavit, & huic rei merè conducunt verba Taciti, *ubi proximè*, ibi: *Isque habitus animorum fuit, ut pessimum facinus auderent pauci, plures vellent, omnes paterentur*, quod in nostro casu evenisse videtur, ut in præparata seditione plurium dierum aliqui ejus Auctores existerent, & omnes, qui illorum amici, & consanguinei, ut noster reus, non solùm vellet, & pateretur, sed etiam taceret, & Regi negaret, cujus rei culpam insinuat, quod refert idem Cornelius Tacitus *d. lib. 15. Annalium* §. 27. ut Imperator Nero in conjuratione, quam contra eum Piso patravit, ut reum faceret Consulem Vestinum inquisitionem fecit, an particeps fuerat, & notitiam ejus haberet, & illum excusat Tacitus eis verbis: *Sed conjurati consilia cum Vestine non miscuerant.*

Post Rempublicam & Imperium Romanorum ex 13
Græcis Imperatoribus, aliud etiam fundamentũ subjungamus ex Amiano Marcellino, quam refert Petrus Herodius *lib. 8. rer. judicat. tit. de maleficis, & Mathematicis cap. 12.* cùm enim tempore Imperatoris Valentis de futuro Imperio & successore inter aliquos quereretur, eas litteras vigintiquatuor pulveri scripsisse, his singulis granum hordei apposuisse, deinde gallum gallinaceum immisisse, qui recitatis quibusdam carminibus, ex quibus litteris grana decerpsit, his junctis invicem nomen *Theod.* indicavit, & cum Theodosius, qui successor fuit, re vera indicabatur Theodoro tributum, & aptissimè nobis nota verba: *Tandem & contra Theodorum dicebatur sciviſſe, quod ad salutem Principis pertinebat, neque indicasse: is contrà fatebatur se rem per Euserium cognovisse, sed cùm vellet Valenti renunciare Euserium semel atque iterum prohibuisse, propterea quod affirmabat se non appetitu aliquo Regni occupandi, sed ratione quadam inevitabilis fati quæsivisse, quod ultrò ac sponte futurum sperabatur, atque eadem Euserius sanè confirmabat:* & postea rectè subjungit, ibi: *facillimè enim ab hujusmodi votis ad scelera transire, itaque à Iudicibus consulto Imperatore, qui hunc & alios omnes sub uno proloquio occidi jussit, gladio punitus est.* Itaque etsi Theodorus ignorans facti, quia vaticinium cognoverat, nec indicaverat, etsi alium rei auctorem designaret, & iste fateretur prohibuisse denunciare capitali supplicio affectus, & ut probat Herodius *dicto cap. 12.* ibi: *Qui tacuerit pertinentia ad salutem Principis teneri crimine Majestatis, & in hoc casu patientiam pro conscientia haberi.*

Sed tempore eodem & Imperatoris Valentiniani 14

qui erat Imperator Occidentis, & frater Valentis ex Divo Hieronymo refert Baronius *tom.4.Annal. anno Christi* 372.*n.*114 in nono anno Imperii Firmium Presbyterum fuisse occisum,quia Octavium Proconsulem,quem ab Imperatore absconderat,non denunciavit, & quamvis Baronius censeat mortem fuisse injustam, quia non apparuit de aliqua proditione Proconsulis,tamen omnium gentium opinione confirmatur, ut capitale sit non indicare Principi,quod ille voluerit denunciari.

15 Nec plura Turcarum & aliorum exemplа Barbarorum adducimus,quia eorum argumenta non sumẽda,ubi feritas tyrannidis,vis,& metus gubernat, verùm propius ad nostra tempora & Provincias accedendo, de Italia refert Guichardinus *lib.*3. *&* 13. *Historiarum*,capitalem pœnam esse non denunciare anni rationem,quam quis imminere, & factã cognoverit,& Thuanus *tom.*1. *Histor. Galliæ anno* 1550. *lib.*23. *pag.*710.tradit cùm in Florentina detegeretur conjuratio,necessum fuisse ut ab ejus pœna eximeretur, Livius Francus probaret nihil de prædicta conjuratione eum cognovisse,nec aliqualiter ad ejus pervenisse notitiam,ut posset declarare, & quando cũ illo loquenti conjurati de ea consilium non indicarunt,sed solùm ab eo generaliter petierunt,ut si ejus auxilio in aliquo egerent,opem ferret.

16 Addenda igitur sunt tria Galliæ exempla, quæ referunt tres Galli Historici,ut appareat,quod nimiam scrupulositatem Hispanorũ circa suos Principes aliqui censent,ut tribuatur crimini id solum,quod agnitam conjurationem non manifestaverint, etsi illius non participes, nec complices: cautius apud Gallos observari,qui graviter punire solent eos,qui non indicarunt conjurationem, quam solùm intellexerunt, aut ejus tantùm cogitationem habuerunt, vel eam Principi negarunt, cujusque rei subjungam exempla.

17 Et primum non denunciatæ conjurationis colligitur ex Thuano *lib.*26. *Historiæ Galliæ tom.*1. *anno* 1560.*p.*803. referens casum leviorem, quia non agebatur de seditione Provinciarum, & Regnorum, sed cùm occurrerent pugnaturæ classes Galliæ, & Argeritana, cui Dragutus Præfectus erat,Hispanus, qui in Lepti Magna,id est, Tripoli fuerat captivus cũ Draguto pactus incendium classis Gallicæ,& subjũgit Thuanus hæc verba: *Sub id tempus detecta duorum Hispanorum conjuratio, quorum unus Tripoli captivus fuerat,& pulverem tormentarium, atque annonam incendere,pretium pactus Draguti receperat, qui mox in furiam actus,& socius ejus quod consilium non revelasset, nemo addictus fuit*, ubi triremium supplicio,quod nostris legibus morti simile, *l.*10.*tit.* 24. *lib.*8.*Recopil.*punitus fuit,qui etsi in pacto incendii classis non intervenit, tamen cum sciret, non denunciavit,& valde notandum,cùm expresse dicatur unum solum qui Tripoli fuerat captus, pactum & conjurationem fecisse, tamen inquit *detecta duorum Hispanorum conjuratio*,quasi qui consilium improbum celavit,nec statim detegit, ut conjuratus haberi debeat.

18 Aliud exemplum etiam mortis pœna puniri non solum effectum proditionis in Regem, sed tantum affectum,etiam nulli expressum, refert Petrus Greg. Tolosanus *lib.*26. *Reipublicæ, cap.*7.*n.*9. nota ejus verba: *Memorabile traditur hujus rei exemplum cujusdam nobilis Normandiæ, qui cum decrevisset necare Franciscum I.Regem ejus nominis Francorum,& pœnitentia ductus, id ipsum fuisset in Sacramentali Exomologesi cuipiam Minoritæ confessus, & Sacramento absolutus, tamen denunciatus per Minoritam Regi,& à Rege ad judicium subeundum in Curiam remissus ultimo supplicio addictus fuit*, censuit enim (quamvis malè & stultè) qui in confessione periculum Regi imminere cognovit,tacere non debere,sed denunciare, & novo exemplo mortis pœna irrogata illi,qui solùm interius contra Principem machinavit etsi pœnitens cogitationis:adeo enim cautè se gerunt Galli de salute Regum ex multis Tragœdiis, quas in suis Principibus experti.

Poste ius exemplum ejus qui à Rege interrogatus 19
de conjuratione, ut in nostro casu, eam tripliciter negarit,desumitur ex Rodulfo Boterio, *in commentariis rerum Gallicarum, tom.*2.*lib.*9.circa Bironium Ducem & ejus proditionem refert eis verbis: *Rex acceptos de illo rumores explicat, admonétque ut vera confiteatur, existimationis,dignitatis securitatem, vitæque incolumitatem pollicetur, vice versa si fateri renuit,& perneget,vel propria manu reum perempturum,nec ultra fore locum veniæ,Bironius minus demisse respondens se insontem non venisse ut crimen depelleret, sed ut de delatoribus sibi constaret.* Postea Rex alia die iterum monuit, Bironium, & abeo interrogavit,sed ille negans,sibi mortem paravit.Nota verba Boterii:*Rex in intimum Lararium se abdidit in quo paulo post accito Bironio,omnibus semotis,clam obtestatur,ut omnem noxam aperiat, condonare illam nullique errata prodituram, obsecrationibus non movetur,fallaci fiducia nihil à Fineo detectũ.* Sed adhuc tertiam instantiam cum Bironio exprimit,& ejus pertinaciam,*ibi: ac denuo seorsum abductum Bironium de cognitione veri prænonet,sed frustra surdo canit.* Vnde vinculis detentus Bironius,& capitali pœnâ affectus.

Iuvat etiam, quod refert Polydorus Virgil.*lib.*13. 20
Histor. Angliæ, cap. 489. referens conjurationem quam fecit Ludovicus Princeps Galliæ,quem vocant *Delphinum*, contra patrem Regem Carolum VII. nam edicta publica per omnes urbes Galliæ,ut nemo audiret Ludovico, nota verba: *Quapropter primum litteris pro parte Caroli, quoquo versum ad civitates scriptis præcipitur, ut nemo homo sic Ludovici dicto audiens.* Ita enim censuit posse mederi,& crimen judicavit, etiam à filio Regis de conjuratione audire, quantò magis censendum ab illis cognoscere,tacere, tanto tempore non indicare, & à Rege vassallus interrogatus negare.

Sed ne reus dicat quod *in l.facta*, §. *evenit, ff. de* 21
pœnis, ibi: *Evenit ut eadem scelera in quibusdam Provinciis gravius plectantur*; Et hæc seditio præparata fuit à Rebellibus, & Hæreticis Holandiæ circa Provincias fideles & Catholicas Belgicas, ut eas sua perfidia inquinarent, & inquietarent, ideò de ipsis Flandriæ Provinciis exempla subjungenda.

Et facit quod refert Valentinus Vander *de initiis* 22
*tumultuum Belgicorum lib.*1. *pag.*111. edicto anni 1555. publicatum à Domino Rege Philippo II. circa modum procedendi in causis Inquisitionis fidei,ubi eodem modo ac si fautores Hæreticorum judicantur qui aliquid de illis scierint,& tacuerint nec denunciaverint:nota verba edicti: *Et si aliqui pertinaciter non recusantes pœnam pecuniariam in sua recusatione persistant nolentes coram Inquisitoribus deponere,si laici fuerint ut fautores Hereticorũ puniantur pœna in edictis Cæsaris contenta.* Et crimen læsæ Majestatis divinæ,& humanæ eisdem regulis in hoc procedere incõprobatione legali,postea satis cõstabit.

Vlterius in terminis Belgicæ seditionis facit quod 23
refert Famianus Strada *de bello Belgico lib.*7. *pag.* 389.nã in ea conjuratione de qua anno 1568. in qua reus fuit Comes Egmõtius,& à Duce Albano,capitis pœnâ punitus illud præcipuè imputabatur scientiam habuisse

hibuisse nec denunciasse,& retinuisse in suo servitio, quem cognoverat seditiosis fœderatum, nota verba Stradæ: *Fœderis non modo conscios fuisse, sed etiam ab Egmontio Casembrotiũ à secretis intimum, qui ei aperuerat se nomen fœderi dedisse domo non ejectum, imo ad omnia uti solebat ad libitum:* Si enim scire conjurationem nec denunciare,& domo retinere familiarem forrè necessarium ad sua negotia, crimini capitali tributum, quantò magis tribuendum postquam conjurati suæ factionis notitiam dederunt huic vassallo nostri Regis tãdiu reticere, non denunciare cum magno publico discrimine, sed familiariter,& arctiori vinculo cum seditiosis alloqui, & illorum amicitiam frequentare,& à suo Principe interrogatus negare.

14 Hujus rei documentum exhibuit Magnus ille ex nostris Principibus Dom Ioannes Austriacus Frater Regis Philippi II. cùm ex fratre Nepos Carolus Princeps ei aperiret consilium proficiscendi ad Belgium propter matrimonium quod in Germania ei destinatum, & vellet fugere sine permissu Patris, timens licentiam illum non concessurum, statim Ioannes Regi denunciavit, ut refert Famianus Strada *lib.7. de bello Belgico pag.*378. eis verbis *Præsertim veritus ne silendo fugæ particeps videretur.* Et de eodem Ioanne Austriaco illum delevisse æmulationes Aulæ Regiæ quibus aliqui cum Rege fratre ipsi insidiabantur tradit idem Strada *lib.9.pag.616.* eis verbis: *Offensionem Regis festinato obsequio non parum lenivit nec post multo planè delevit cum nova Caroli Principis consilia ipse ante alios aperuit patri*: Docens non solùm in periculosissimo conjurationis casu, sed etiam in quocumque illud quod possit Principis voluntatem offendere esse declarandum.

15 Debebat enim vassallus Regi seditionem denunciare quo primum poterat,& ejus consilia intellexerat, & à conjuratis fugere, nec cum ipsis amicitiam copulare vel prosequi, juxta quod ex historiis Scotiæ refertur *in Theatro vitæ humanæ volum.*18. *lib.*2. *pag.* 3305. nam cùm adversus Regem Dongallum plures nobiles ex severitate conjurarent, & compellerent Alpinum filium Regis Achaii ut Regnum arriperet, pluribus tumultuariis congregatis Alpinus cum primum potuit ab illis fugit ad Regem Dongallum, ut notam seditionis deleret.

16 Et in tumultibus Barcinonensibus cum plures à Regis Ioannis II. Aragonum obedientia desciverunt, refert Marinus Siculus *lib.*17. *Historiæ Hispaniæ*, nobilem Matronam nomine Cartelanam ab urbe discessisse obtestantem degere nolle, ubi cives à Regis fidelitate deficerent, & de alia tradit cùm desponsaretur cum Equite, qui ex seditiosis erat, cùm sponsus illam interrogaret, quid de re sentiret, constans & fidelis respondet illam adorare unum Deum in cœlo,& obedire in terris Ioanni Regi,& cùm sponsus in sua perfidia mortuus esset, noluit ei facere exequias, nec ponere pro illo vestes lugubres, etsi à consanguineis, qui id suadebant, luctus offerretur: sed similiter de alia nobili & divite nominata Isabella Montana refert idem Marineus, cùm eam cogerent cives Barcinonæ seditioni consentire, nocte aufugit, & inclusa in Castello Castri sui, ibi à civibus obsessa, auxilium ei Rex Ioannes misit, & liberavit, egregium Regis factum & Principum excellentium Aragonum, & sufficiant ex Hispania tria hæc exempla, quibus fœminæ in fragilitate sexûs viros docuerunt fugere, quidquid Regibus obesse posset,& conjurationem non tacere, imò à conjuratis aufugere.

17 Sed factum Ferdinandi Davalos Marchionis Piscarii, & Ministri nostri Regis, etiam ex sanguine Hispano valdè juvat, de quo Prudentius Sandovalius *in Chronica Caroli V. lib.*13. §.23. nam cùm post conflictum Ticini Rege Francisco Galliæ capto plures gloriam, potentiam & famam Cæsaris æmularentur, & inter omnes Principes Italiæ contra eum facta confœderatio, quibus colligari Rex Angliæ, Veneti, & Pontifex prætextu libertatis Italiæ censuerunt, si Marchionem, Ducem fortissimum & magni nominis ab eo separarent, facilè tractatum consequi posse, illum Piscario proponere commiserunt Hieronymo Maroni viro sapienti, sagaci & diligenti, qui causam egit,& promisit Marchioni Regnum Neapolitanum, ut Rex esset, supremam Præfecturam militarem Italiæ & Ecclesiæ, & cum Ferdinandus dissimularet, quasi annuens, ut melius colligatorum animos percalleret, statim misso Nuncio ad Imperatorem colligationem denunciavit,& ab eo responsum accepit, cum eis conniveret, ut melius improba consilia colligatorum percalleret,& ille dissimulans omnia cognovit,& denuncians colligatorum consilia, potuit eis annuere, ut Regis sui incolumitatem conservaret, non verò quemadmodum in nostro casu occultans conspirationem, & negans à Rege interrogatus.

28 Sufficiant hæc exempla, ne ex allegatione in volumen integrum pluribus, quæ possent cumulari, transeamus,& conducunt verba Epistolæ 2. Calixti Pontificis, ubi exacerbans enormitatem criminis conspirationis, dum scriberet Episcopis Galliæ contra quos subditi solebant conspirare, tradit ibi: *Idcirco hujusmodi criminis reos non solùm Ecclesiastica, sed etiam sæculi damnant leges, & non solùm conspirantes, sed etiam consentientes eis* & iterum ibi: *& non solum facientes, sed & eis consentientes*, & comprobat Petrus Crespetius *in summa Catholicæ fidei, verbo conspiratio, & in Concilio VI. Toletano, Canone* 17. traditur idem esse contra Principem conspirare, aut acquiescere conspiranti, nota, ibi: *aut ipse in alium acquiescat*, quod in hoc casu fecit hic reus, qui per plures menses acquievit conspiratis, cùm sciens eorum delictum, etiam imminente periculo status publici noluit denunciare, sed cum illis amicitiam prosequi.

29 Iuvat etiam edictum Regis Recisvinti relatum in Concilio Toletano, VIII. Canone 12. ubi constituens pœnas contra ejus violatores tradit eis verbis: *Nam si quis hujusmodi legis seriem ex officio Palatino malevolè detrahendo, lacerare voluerit, aut evacuandam quandoque vel silenter mussitans, vel apertè resultans proloqui detectus extiterit*, quasi idem sit silenter mussitare vel apertè & malevolè legem lacerare.

30 Quibus authoritatibus addenda Platonis qui *in terminis de legibus dialogo* 9. tradit duo genera esse hostium Reipublicæ, alii qui apertè illam armis debellare intendunt, alii verò qui conjurationem adversùs Rempublicam, etsi non participes non detegunt: nota singularia & nobis aptissima verba ibi: *Secundus ille hostis est, qui quamvis particeps hujus sceleris non sit, tamen cùm amplissimis fungatur in ea Magistratibus eas conjurationes non animadvertit, & si animadvertit, timiditate quadam Patriæ non succurrit: quare unusquisque vir, qui modo alicujus pretii civis forte studet, hæc Iudicibus referat, eúmque in judicium trahat, qui Patriæ insidiatus vi ad iniquam gubernationem vertere illam conatur.* Igitur censet hostem Reipublicæ, qui in eam conjurationem non animadvertit,& totis viribus depellere conatur,& ut valde conveniat sententia Platonis, dum loquitur de illis, qui amplissimis funguntur Magistratibus, notandum est hunc vassallum, qui Regi conjurationem, quam rescierat, negavit esse ejus Consiliarium status, & belli, & Provinciæ præfectum, unde major illius obligatio, ut statim dicemus.

Confir

31 Confirmatur prædictum, & quantum debeant ſubditi Superiorum damna avertere, vitare, & ipſis denunciare ex eo, quod tradit Ioannes Trullus *in tractatu de Ordine Canonicorum Regularium lib. 2. c. 27. & in ſpecie conſpirationis*, eis verbis: *Item Capitulum Provinciale Papienſe apud Sanctum Petrum in cœlo aureo celebratum anno 1340. menſe Auguſto, ſic decrevit de Canonicis conſpirationibus: Statuerũt etiam & ordinaverunt, quod nullus ſubditus conſpirationem aliquam faciat contra ſuum Prælatum; quod ſi fecerit, vel eam non revelaverit infra triduum dicto ſuo Prælato, quo triduo elapſo ſit excommunicationis vinculo innodatus, id ipſum decrevit Benedictus XII. in conſtitutionibus Monachorum Nigrorum cap. 38.* & quod ad unius Religionis conſervationem decretum, multò magis ad ſalutem Principis & Regnorum admittendum.

32 Cùm ergo Conſiliarius Regis noſtri & Præfectus Provinciæ eſſet hic vaſſallus, multò magis debebat Principi denunciare conſpirationem ſuæ Provinciæ, juxta illud Caſſiodori *lib. 6. variar. Epiſt. 21. de formula Rectoris Provinciæ* ibi: *Conſtat eſſe fidei tuæ commiſſum Principi renunciare, quod in Provinciis probatur emergere*: nam ut tradit Cicero in Piſonem: *Neque verò multum intereſt præſertim in Conſule, utrum ipſe pernicioſis legibus improbis conditionibus Rempublicam vexet, an alios vexare patiatur?* Et idem Cicero in Bruto non alienam culpam, ſed potiùs propriam cenſet ejus, qui poteſt delictum prohibere, & non facit, eis verbis: *Aliena igitur culpa me reum facit? non prorſus aliena, ſi prohibere potuit, ne exiſteret* ut proprium delictũ ſit, non alterius prohibere, quod poſſit, & loquẽs de Regibus, quibus adaptari oportet, quòd Magiſtratus & Supremi Conſiliarii, & Miniſtri facere debent, tradit Salvianus *lib. 6. de Regibus*: ibi, *Poteſtas magna, qua prohibere ſcelus maximum poteſt, quaſi probat debere fieri, ſi ſciens patitur perpetrari*, & idem Salvianus inquit: *In cujus manu eſt, ut prohibeat, jubet agi, ſi non prohibet admitti*, & Divi Auguſtini ſententia, *qui deſinit obviare, cum poteſt conſentit*, & Thucididis *lib. 1. magis ille facit, qui poteſt prohibere*, & alia plura ad idem, refert Hugo Grotius *de jure belli, lib. 2, cap. 21.* unde hic vaſſallus, qui denunciando conſpirationem, potuit eam impedire, & conſiliarius, & Gubernator potuit prohibere, & non fecit, imò tacuit, & Principi negavit, non poteſt aliquatenus excuſari.

Et ex juris comprobatione ſuffragatur traditio, ut
33 qui ſcierit ubi fur occultatur, & non denunciaverit, ejus fautor cenſetur *in l. idem 4. §. ſi tibi indicium, ff. de condict. ob turpẽ cauſ.* & ideo indicium, erat enim præmium quod dabatur ei qui indicabat furem vel ſervum fugitivum dictum ab indicando, de quo egerunt Paulus *l. 2. ſentent. tit. 31. l. ſolent, ff. de præſcript. verb.* ex Apuleio, Luciano, & aliis Briſon & Kalinus *verb. indiciũ*: igitur ſi alicui daretur ne furem vel fugitivũ proderet, quaſi ex turpi cauſa acceptum, cùm debeat indicare, datur conditio, ut præmio illius qui denunciaverit indicio dato, & pœna condictionis contra eũ, qui non fecerit ſtatus Reipublicæ ſuſtineatur, nõ ſolùm metu pœnarum, ſed exhortatione præmiorum, *l. 1. ff. de juſtit. & jure*, & Plato *in ſua Republica* inducit gravius puniendum illum, qui cùm furtum ſciret ab aliquo factum non denunciat, quàm ipſum furẽ, nã hunc potuit neceſſitas ad furãdũ impellere, alius verò qui protegit nec declarat, niſi ex magna malitia, & dolo non faceret: ita non minori pœna dignus quàm conſpirator, qui etſi non particeps conſpirationis, eam cùm ſciret, tacet, protegit, & negat, quia conſpirati ad improbum facinus, potuerunt impelli ambitione, ut indicta injuriarum, aut aliis cauſis quæ cum non conſiderentur in eo qui conſpirationis non ſit reus maxima pollet malitia cum publico periculo illam tacere, & Regi negare,

Facit regula, *l. qui non facit 163. ff. de regul. jur.* ibi: 34
Qui non facit quod facere debet, videtur adverſus ea, quia non facit: Quaſi in hoc caſu ſolùm omittere facere cenſeatur factum, & hoc procedere in cauſis pœnalibus cum Alexandro probavit Decius *in eo textu* & in terminis criminis læſæ Majeſtatis, plures tenuerunt negligentiam æquiparari dolo, Martinus Laudenſis *ac crimine læſæ Majeſt. quæſt. 38.* & in caſu proditionis Tiberius Decianus *tract. crim. l. 7. c. 29. n. 8.* quem refert Gigas *de crimine læſæ Majeſt. tit. de proditor. quæſt. 1. n. 1.* addendi Alexander *per textum ibi, in l. 1. ff. de officio Præfect. Vigil. & in l. Divus, ff. de officio Præſidis*, Laudenſis *ubi proximè, quæſt. 33.* & hæc dicitur diſſimulatio deteſtabilis, quando tacetur delictum quod denunciatum poſſet vitari, ut *ex cap. officii 24. quæſt. 1.* probavit Guimier. *1. tom. Pragm. Sanctionum Galliæ in Proœmio, §. quæ omnia verb. diſſimulare.*

Et ultra plura in terminis quæ poſtea expendenda, 35
ut vaſſallus, in hoc caſu videretur celare conſpirationem, eam non denuntiando & admonitus negando, noto textum *in l. 1. § venditor, ff. de actio. empti*, ubi agens I.C. de obligatione venditoris admonendi vitium, quod ſcierit rei venditæ tradit: *Sed ſcire venditorem & celare ſic accipimus non ſolùm qui admonuit, ſed etſi negavit*, de quorum verborũ contextura dubitarũt, cùm Salmãticæ eſſem, claſſici ejus Scholæ Doctores: nam cùm negationis culpa, quaſi in committẽdo conſiſtat, gravior ſit quàm ea, quæ non admonendi, reſpicit ſolùm omiſſionẽ, *l. fin. §. Divi quoque, ff. de public. & vectig.* & ex Baldo Caſtenſi, Iaſone, Alexandro, Aretino, Corneo, Ancharano, Decio, & aliis pluribus probavit Tiraquellus *de pœnis temperand. cauſa 44. num. 24. cum ſequent.* videbatur ſuprà dicta verba diversè legenda, id eſt, *non ſolùm qui negavit, ſed etſi non admonuit*, ut non tantùm negans vitium ſit obligatus, ſed qui potuit admonere, & non admoneat, & quia nimis durum totam converſere periodum communi ſententia receptam, mederi poſſe le- 36
ctioni hujus text. ut ibi, *ſed & ſi negavit*, legatur, *ſed etſi non negavit*, ita enim rectè ſenſus procedit, videlicet, ut celare vitium videatur, non ſolùm, qui non admonuit, & denunciavit, cùm potuit, ſed etiã ſi poſitivè de vitio interrogatus, non negavit, ſed inſidiosè reſpõdens, quamvis non negavit, non tamen apertè declaravit: nam inter non admonere, & negare cõſideratur medium, quod eſt inſidiosè, & cautè reſpondere, ut licèt dicat non negaſſe, veritas adhuc occultetur.

Quod rectè confirmatur *l. ea quæ 43. §. fin. ff. de contrah. empt.* eis verbis: *Dolum malũ à ſe abeſſe præſtare venditor debet, qui non tantum in eo eſt, qui fallendi cauſa obſcurè loquitur, ſed etiam, qui inſidiosè occulte diſſimulat.* Et idem probatur *l. qui libertatis, §. ſed & ſi quis, ff. de evict.* & conducunt verba *l. 1. §. ſcientiam, ff. de tributor. action.* ubi ſufficit aliquid ſcire, & non proteſtari contra illud, ut quis conſentire videatur, nota ibi: *Scientiam hîc eam accipimus, qua habet & voluntatem, ſed ut ego puto non voluntatem ſed patiẽtiam, non enim velle debet Dominus, ſed non nolle, ſi igitur ſcit, & non proteſtatur, & contradicit, tenebitur*, & conducit *l. de ætate 11. §. nihil intereſt, ff. de interrog. action.* eis verbis: *Nihil intereſt, neget quis, an taceat interrogatus, an obſcurè reſpondeat, ut incertum dimittat interrogatorem*, quæ omnia procedunt cõtra hunc vaſſallum, qui non admonuit conſpirationem, & interrogatus negavit, & ultra quam ejus habebat ſcien

scientiam, nunquam contra conspiratos protestatus ita, ut quamvis ipse apertè non faveret conspirationi & eam apertè vellet, sufficeret ad culpam, non nolle, & semper respondere, ut incertum de veritate Principem relinqueret.

17 Sed ne per argumenta procedamus juribus expressis scientiam vassalli ejus, quod scierit contra dominum nocere, si non denunciet, apertè comprobatur *tit. qua fuit prima causa feudum amittendi, §. Praterea vassallus*, ubi loquitur in vassallo feudali, in quo non considerabatur ita obligatio, ut in Rege, & tamen si non detegit periculū, quando scierit videtur committere feloniam, & feudo privandus, nota verba ibi: *Praterea si vassallus rescierit aliquem contra dominū suum assaltum, vel mortem, vel captionem, aut patrimonii grandem jacturam facere molientem, debet dominum super hoc, quàm primùm potest certiorare, ut proinde Dominus sciens, prudensque periculum valeat declinare: quod si non fecerit, dolòque, vel negligentiâ suâ, vel fraude celaverit, beneficio se cariturum agnoscat*, quod rectè congruit huic rei, adjunctâ ratione ex qua vassallus tenetur conspirationem contra dominū denunciare, ut periculum possit declinari, & ejus Textus sententiā probarunt Petrus de Bellapertica, *tit. qualiter negligentia feudū amittat, n. 4. in tom. 10. 2. part. tract. Doctor. in novissimis*, Martinus de Selva *tit. quibus modis feud. amitt. n. 182.* ex Curtio Iuniori Iunius Clarus *lib 4. sentent. § feudum, q. 57.* & additio Baiardi adducit *consil. 27.* Anguisolæ, *n. 6.* & idem tenuit Thuscus *Practit. lit. R. conclus. 310. num. 5.*

18 Iuvat hanc obligationem denunciandi: nam crimen læsæ Majestatis humanæ æquiparatur crimini læsæ Majestatis divinæ, *cap. urgentis de Hæreticis, auth. Gazaros, Cod. de Hæreticis*, & eisdem regulis hæc crimina æquiparantur, & judicanda, ut in eis juribus notarunt Doctores ex Hostiensi, Carrerio, Afflicto, Rolando, & Tiberio Deciano, Farinacius *de hæres. q. 197. n. 6* addendus Iulius Clarus *in pract. § fin q 49. n. 3.* in crimine verò hæresis sine dubio est quem teneri Hæreticum denunciare, Farinac. *de hæres. quæst. 197 § 2 n. 40* Suarez *tract. de fide, disputat. 20. sect. 4. n. 21.* Azorius *2. part. lib. 2. cap. 2. quæst. 13.* Sanctarellus *tract. de hæresi, cap. 9. n. 15.* Comitolus *in respons. Moral. lib. 4. quæst. 8 n. 3.* Bonacina *tract. var. disput. 6. punct. 2. num. 3. & de censur. disput. 2. quæst. 6. punct. 5. n. 1.* Portolles *in dub. regul. tom. 1. verbo correctio fratrum, n. 11.* Ludovicus Lopez *in instruct. p. 1. c. 54.* Pegua *in director. inq. 3. p. num. 111. comment. 169.*

19 Comprobat *l. Metrodorum ff. de pœnis*, ubi I. C. Paulus deportatione puniendum tradit qui inimicum Reipublicæ non denuntiaverit nota verba: *Quod occultari eum non ignorans diu dissimulaverit*, & cum sit læsæ Majestatis crimen falsæ monetæ, *l. si quis, C. de falsa moneta, l. 1. tit. 2. part. 7.* cum Baldo, Salicetto, & aliis probavit Gigas *de crim. læsæ Majest. lib. 1. tit. qualiter & à quibus quæst. 62.* non solum scienti delictum obligatio injungitur denunciandi, sed etiam inquirendi delinquentes, *l. 1. Cod. de falsa moneta*, eis verbis: *Cuncti cognoscant necessitatem sibi incumbere hujusmodi homines inquirendi, ut investigati tradantur Judici*: Et solùm excusatur dominus domus ubi fabricatur falsa moneta, si cùm primū id scierit manifestaverit, ibi: *Nisi dominus ante ignorans ut primùm reperit scelus prodiderit perpetratum*: Et quod valdè notandum, quia non solùm punitur qui delictum cognoverit, & non manifestaverit, sed etiam qui etsi ignoraverit, tamen debet inquirere quæ in domo geruntur, eis verbis: *Tutores autem eorum si in proximo fuerint, quoniam ignorare eos quid in rebus pupillis geritur non oportet, hac pœna expectavit*: Et multò magis id procedit in conspiratione quantò gravius crimen est quàm falsæ monetæ, & magis cavendum à Principe insidias arcere, & licèt signum ejus in moneta falsum facere offendat Regalia, non tamen destruit omnino & in totum evacuat ut conspiratio.

Suffragatur ulterius *Authent. ut liceat matri & avia, cap. 8. §. quia verò plurimus, collat. 8.* ubi potest uxor repudiari si non denunciaverit conspirationem quasi cum ea consortium esse non possit, nota verba: *Si contra Imperium cogitantibus aliquibus, conscia est mulier, aut etiam viro suo non indicat, si autem vir hoc à muliere denuntiatum tacuerit, liceat mulieri hoc per quamcunque personam declarare Imperio ut vir nullam ex hac causa repudii inveniat occasionem.* Et valdè notandum ut quamvis mulier viro suo indicaverit, si vir tacuerit, adhuc ipsa debet declarare Imperio ne repudietur à viro qui tacuit & ideò reus existimari debet, non mulier quæ viro denūciavir, adeo cautū voluerūt Imperatores ut denunciaretur cōspiratio. 20

Sed si contra virum aliquid inimici moliantur, sub pœna repudii mulier sciens enetur denunciare *d. Auth. verb. si quomodolibet*, ibi: *si non indicaverit*: Et quando ultra indicationem aliquid amplius fieri potest ut damno occurratur non sufficit denunciare, *l. 1. § non tamen, ff. ad S. C. Sillanian. & in §. quod si quis*, traditur ibi: *Quia auxilium domino non tulerunt, quoties potuerunt adversus vim opem ferre, & non tulerunt*: Et expendendus Textus *in l. 1. Cod. de his quibus ut indignis*; eis verbis: *Nos igitur omnem eis occasionem ad declinanda supplicia super negligentia salutis domini sui computantes sancimus, omnes servos ex quocumque loco, sive in domo, sive in via, sive in agro possint clamorem exaudire, vel insidias sentire, & non auxilium tulerunt, supplicio Senatus Consulti subjacere: Oportet enim eos ubicumque senserint dominum periclitantem ad prohibendas insidias concurrere*: Et majori nexu adstringimur ad Regum incolumitatem quam servi ad defendendum dominos suos. 21

Ex dict. auth. § qui vero, ibi: *conscia est mulier*, notandum pœnam quæ imponitur contra conscios criminis comprehendere illos, qui solùm scierunt, & non denuntiarunt etsi criminis non participes; & probatur, *ex l. unica, §. pœnis, verb cæteros autem, C. de raptu virg. & l. utrum, 6 ff. ad leg. Pompeiam de parricid* eis verbis: *Metianus etiam conscios eadem pœna adficiendos non solùm parricidas, proinde conscii extranei eadem pœna adficiendi sunt*: Et idem traditur, *§. alia deinde inst. de public. judic.* & verbum, *conscios* gloss. *ibi* & Gothifredus interpretantur non participes criminis qui se illi immiscuerunt, sed qui sciunt, & non indicant, ut colligitur, *l. 2. ff. ad l. Pompeiam de Parricid.* ubi punitur eis verbis: *Frater autem ejus qui cognoverat tantum nec patri indicaverat.* 22

Et conscios subjici pœnæ ordinariæ ex Alberico, & Ioanne Fabro, tenuit Anton. Gomez *tom. 3. var. c. 3. n. 3.* & ad explicationem *dict. l. utrum*, ut accipienda sit non solùm de conscio delicti participe, sed de illo qui tantum cognovit nec indicavit *ex dict. l. 2. & §. alia*, ubi separatim agitur de conscio participe, & qui solùm delictum, cognovit ex Bartolo, Baldo, & Decio probavit Tiber. Decian. *tom. 2. crimin. lib. 9. cap. 11.* id tribuens enormitati delicti: idem tenuit Plaza *de delictis, c. 22. n. 16.* quem refert doctè, & eleganter D. Solorzanus *de crimin. parricid. libro 2. cap. 19.* 23

Cui addendum ut idem quod in parricidio in conspiratione contra Principem admittimus, quia cum Pater Patriæ Princeps censeatur conjuratio in eum, 24

ut

ut Parricidium habetur velut quando aliquis contra Patriam conspiravit, *l.* 1. *ff. ad leg. Iul. Majest. l. quisquis C. eodem*, Suetonius *in vita Iulii, cap.* 38. Valerius Maximus, Seneca, Lampridius, Brisonius, Salustius, Anton. Concius, Montalvus, Carrerius Plaza, Tiberius, Decianus, quos refert D. Solorzanus *d. lib.* 2. *c.* 6. ex Cicerone, & aliis idem Solorzanus *lib.* 1. *c.* 3. & cum Stobæo, & Marco Varrone *d. l.* 2 *c.* 4.

Sed & qui cum Barbaris factionem inierit, (quod
45 propriè ad Holandos referendum, qui falsa politica ratione status, à Religione, & obedientia sui Principis rebelles nesciverunt) illi conscii puniendi pœnâ criminis læsæ Majestatis probatur *l. quisquis, §. id quod, Cod. ad leg. Iul. Majest.* ibi: *Quisquis cum militibus vel privatis, vel Barbaris sceleſtam inierit factionem*, & in Textu ibi, *conscius*, intelligendum de illis, qui tantum cognoverunt delictum, ersi participes ejus non sint, idque ultra quæ *suprà* retulimus, in terminis Scipio Gentilis *in tract. de conjuratione in comment. ad dict. l. quisquis in verbo conscius* adducens illud Catonis ibi: *conscius ipse sibi*, & respondet Quinto Curtio *l.* 8. eis verbis: *conscierum nomina exponit, id est, conjuratorum*, distinguens, ut qui & conscius fuerit, & simul particeps delicti: ut principalis reus puniatur: qui verò delicto non se immiscuerit, quamvis ejus habuerit scientiam solùm, quasi non denuncians puniatur, & confirmat exemplo Philotæ, de quo meminimus *suprà n.* 8. ut quamvis conjurationis in Alexandrum reus non erat, quia ei denunciatum crimen, & triduo tacuit, punitus fuit, & circa crimen læsæ Majestatis: nota verba Gentilis, ubi proximè: *Dixi semper in hoc crimine puniri conscios, quamvis immunes sceleris.*

46 Et ultra adducta à Scipione Gentili, quæ notavimus hujus verbi *conscios* significationem confirmat apertè *l famil.* 5 *ff si famil furt. fecis. dica.* ubi traditur, si familia servorum furtum fecisset, contra dominum, qui furtum cognovit, agi posse, & explicatur eis verbis: *nec servorum conscio parcendum est*, & facit *l item si cum exceptione* 14. *§. aliquando, ff. quod metus causa*, ibi, *me non conscio*, quasi solùm ad scientiam referatur, & insinuat *l. sed & si, lege* 25 *§ de petit hæred.* ibi: *postea verò conscio ad se nihil hæreditatis pertinere*, & jura quæ in contrarium possent expendi per argumentum ab speciali id ostendunt, *l. ait Prætor, §. quod ait Prætor, ff quæ in fraudem credit. l.* 1. *§. in causa, ff. de quæst. ubi*, ut verbum *conscius* ultra scientiam accipiatur pro *participe*, fuit necessarium exprimere ibi, *te conscio & fraudem participante*, unde responderi potest Conano, & Brateio, quem refert & sequitur Kalinus *verbo conscius*, contendens, accipiendus, qui non solùm scientiam habuerit, sed etiam delicti participationem, quia ex jure, Historiis, & Latinitatis Auctoribus constat conscium referendum ad solam scientiam rei, ut probatur ultra jura expensa *cap. præterea* 27. *de testibus*, eis verbis: *Qui se carnalis culpæ conscios esse fatentur, sed de visu nihil affirmant* ubi ex solâ scientiâ auditûs conscius dicitur, & denotat Polydorus Virgilius *lib.* 22. *Histor. Angliæ, pag.* 442. dum referens, quando Reos Henricus V. capitis pœnâ puniendos decrevit conjuratos, nota Regis verba: *Cujus si quis in nostro exercitu sit conscius, ut vestro supplicio à facinore perficiendo deterreatur*, & ibi conscius necessariò accipiendus de eo, qui tantum cognovit conjurationem, non participe, alias non perfeciſſe, quia particeps jam perfecit, & ita verbum *conscius*, ut referatur ad solam scientiam accipit Martialis *lib.* 1. *Epigram.* 27. ibi.

Nec tibi sit mirum modici, quod conscia vatis.

Et *lib.* 11. *Epigramm.* 62.

Et voce certa conscia que dicebat.

Et *lib.* 14. *Epigram.* 39.

Dulcis conscia lectuli lucerna.

Quasi lux videret, & sciret, quod in lecto sit, & in eodem sensu accepit Virgilius *libro* 4. *Æneid, vers.* 167.

——& conscius æther
Connubii.

Et *lib.* 11. *vers.* 812. *ibi.*

Conscius audacis facti.

Et in terminis conjurationis Belgicæ *suprà n.* 23. retulimus Fabianum Stradam *l.* 7. *pag.* 389. ibi: *fœderis non modo conscios fuisse*, ubi apertè pro solùm scientibus conjurationem accipitur.

Iuvat hunc censum, & nostræ sententiæ suffragatur 47
l. si quis fortè 6. *ff. de pœnis*, ubi cum Vlpianus I. C. proponat esse aliquos, qui ne supplicio afficiantur post condemnationē dicunt se habere, quod Principi referant salutis ipsius causa, & quærit an supplicium suspendi oporteat, & referat plerosque Præsides esse tam timidos, ut post sententiam executionem suspendant, ex sua opinione tradit: *Prorsus eos non debuisse postquam semel damnati sint audiri, quidquid allegent: quis enim dubitat eludendæ pœnæ causa ad hæc eos decurrere? magisque esse puniendos, quod pro salute Principis habere se dicere jactant? nec enim debebant tam magnam rem tamdiu reticere*, quod rectè confirmat solam taciturnitatem in rebus, quæ ad Principis salutem pertinent esse puniendam, quantò magis in nostro casu negationem?

Hispano autem jure eadem sententia confirmatur 48
l. 6. *tit.* 13. *part.* 2. ubi agens de pertinentibus ad Principis salutem, eis verbis: *Otro si qualquiera que lo supiese por qualquier manera, e non lo discubriese puesto, que non viniese acabamiēto de fecho es traidor e deve morir por ello e perder quanto quier que oviere*, quo nihil congruentius, nā quocumque modo scierit, debet denunciare, & pœna ordinaria injungi ut tacenti, & nota proditionis, ubi Gregorius Lopez *glossa* 8. comprobat ex Aretino, Felino, & Rocho, & idem probat *l.* 9, *dict. tit.* 13. *eadem part.* 2. eis verbis: *Cá aquellos entendiesen el mal, o el daño de su señor se non lo desviasen farian traigion conocida porque deben haver tal pena en los cuerpos, een los averes segun fuese aquel malque pudieran estorvar non quisieron*, qui enim tacet, & negat conspirationem, quam scit, & deviat eam, vel illi occurrit, consentire videtur, addenda est *l.* 23. *tit.* 18. *part.* 2. in finalibus verbis: *E non tan solamente es traidor por perderse el castillo teniendo el asi como sobre decho es, mas auuloseria perdiendolo otro que despues lo tubiese por aquella raçon que el encubriera falsamente.*

Idem dispositum *l.* 21. *tit.* 4. *lib.* 4. *fori* unde sum- 49
ptum est juramentum quod Hispani in receptione Principum suorum & dicimus *Iura* præstare consueverunt, & quod factum Regi Henrici III. in Curiis Martini refert nova ejus Historia, *cap.* 7. *pag.* 21. quo exprimitur jurare, arcere omnia, quæ ejus respiciant damnum, & nec publicè, vel occultè contra faciendum, & in juramento nostri Principis quem Deus incolumem nobis servet, & refert meus consanguineus, & amicus D. Antonius Hurtado de Mendoza *in ejus relatione*, *pag* 24. hæc Regna jurarunt ei obedire, servitium curare, ne aliquid contra permittere directè, nec indirectè, si aliter facerent proditores censeantur.

Similiter eundem sensum confirmat *l.* 38. *tit.* 6. 50
lib. Recopilat. ubi agens de illis, qui ab his Regnis extraxerint equos, aut moneram auream, vel argenteam, quod pro specie præsumptæ proditionis habetur,

tur, Avilesius *cap.* 52. *Prætorum, verbo incurra*, pluribus probavit Tiber. Decianus 2. *tom. crim. lib.* 7. *cap* 29. *num.* 7. adduntur *in dict. l.* 38. hæc verba: *Y qualquiera, què lo supiere que no lo descubriere à la Justiçia, que incurra por el mismo hecho en las penas que caen las personas, que sacan moneda, o cavallos fuera del Reinò, sin nuestra licençia contra el tenor y forma de las dichas leyes.*

51 Melior Textus de jure Hispano *l.* 16. *tit.* 26. *lib.* 8. *Recop.* ubi pœnas proponens contra Naturales Regni Granatensis, qui Piratas, Turcas, vel Mauros in ejus portubus receperint, vel occultaverint, ut reos læsæ Majestatis censet illos, qui statim non denunciaverint: eis verbis: *Y queremos, y mandamos que sean avidos pro encubridores, acogedores, y favorcedores los que entendieren, y supieren y en qualquiera manera veniere a su noticia que los dichos Turcos, y Moros estan en los puertos y tierras del dicho Reino, o, aya algun trato, intelligençia, o concierto para venir à el, y no lo descubrieren luego que a su noticia veniere, y lo revelaren al nuestro Capitan general, y a los otros Capitanes generales, o a los nuestros Corregidores, y justiçias para que lo puedan proveer y remediar.*

52 Debebat enim hic vassallus qui à Principe de conjuratione interrogatus, & eam negavit, ut fidelitatis specimen exhiberet, cujus forma statuitur *in titulo de forma fidelitat. in usibus feudorum, cap. de forma* 22. *quæst.* 5. quidquid contra dominum immineret, præcavere & denunciare, juxta verba eorum jurium ibi: *Consilium & auxilium præstet, si beneficio vult dignus videri; & de fidelitate esse salvus.*

53 Quibus rationibus & juribus accedunt authoritates plurium Doctorum, quorum ferè omnes tenuerũt in crimine læsæ Majestatis eò solũ quòd aliquis sciat crimen & non denunciet, ejus reus censendus, & fuit opinio Bartoli *in dict. l. utrum, & in l. lege Cornelia. ff. ad l. Cornel. de falsis*, quem sequitur universa Doctorum schola, ut refert Plaza *de delictis, cap.* 22. *n.* 17. & communem opinionem tradit Menchaca *lib.* 1. *controvers. illustr. cap.* 16 *n.* 1. ubi pro Bartoli sententia refert Decium, Cagnolum, Aquensem, Florianum & Felinum; & quamvis limitet ut qui tenetur denunciare, non sit obligatus ad proponendam accusationẽ judicialem, tamen si proposuerit, & probare non possit, per duellum res poterat antea expediri, & refert *n.* 2. notabilem causam ex nostris historiis, ubi nobilis alium quasi contra Regem machinaret, accusavit, per duellum res expedita, & ambo armati, equitant s tribus diebus, incredibili ferocitate pugnarunt, multis vulneribus utrinque acceptis, tandem per Regem fuisse à lite & accusatione absolutos magno omnium tam nobilium quàm plebeiorum applausu.

54 Sed adhuc ipse Menchaca *ibi num.* 3. & 4. quamvis excuset accusationem judicialem, non verò excusat ut ludici extrajudicialiter denuntietur, ut damno occurri possit ad quod teneri probat omni jure Canonico & Civili & conscientiæ foro.

55 Circa eandem rem de praxi Italiæ testatur Augustinus *in additionibus ad Angelum, de maleficiis*, & ipsum condemnasse pœnâ capitis dominum vassallorum, cui caput abscissum, quia Principi non revelavit conjurationem, & similem praxim Mediolani tradit Bossius *in praxi tit. de crimine læsæ Majestatis, n.* 48. *ad fin.* ubi refert vidisse Mediolani tempore Gallorum quemdam Bartholomæum Ferrara Mediolanensem, à quatuor equis dilaceratum, eo solum quia non detexit conspirationem, & Gigas *de crimin. læsæ Majest. lib.* 3. *rub. fin. quæst.* 2. *num.* 10. refert Baldum deplorare memoriam Ioannis Barbadori, cui ex hoc solũ caput abscissum fuit, & eandem opinionem tenuerunt Marsilius, Carrerius, Craveta, & Capicius, quos refert Iulius Clarus *in praxi crimin. lib.* 5. *§. fin. quæst.* 27. *num.* 2. & Bertachinus *in repertorio, verbo sciens, num.* 14. tradit, cùm in fano Prætor esset, decapitari fecit tres reos ex sola scientia tractatus seditiosi, quem non detexerant, & idem factum cum cive Mondulphi, quia non indicavit conspirationem contra Pontificem, & Cagnolus *in l. culpa non caret, ff. de regul. jur. ad fin.* tradit suo tempore plures viros illustres, quorum nomina occultat periisse, quia conspirationem non detexerunt, & tempore Pontificis Leonis dicitur, multos dominos vassallorum fuisse pœnâ capitis punitos, quia non denunciarunt conjurationem cujus notitiam habebant, ut refert Alciatus *lib.* 8. *Parergon. cap.* 9. qui testatur ita illum vidisse practicari Mediolani, & aliis populis, & nota ejus verba: *Quod tali tempore omnibus novitate facinoris territis etiam innoxii corripiantur, nemine pro eis patrocinari audente:* & ex antiquis Ioanne & Petro Salicetor, Abbate, Curtio Iuniori, Felino Laudensi & Lucano, & Decio, qui quamvis non probat Bartoli sententiam, tamen in praxi observari tradit, notavit Olascus *decis. Pedemont.* 80. *n.* 1.

Vlterius idem probarunt Beroius, Afflictis, Nevizanus, Socinus Iunior, Brunus, Mantica, Natta, Angelus, Clavasius, Sylvester, & plures quos refert Menoch. *lib.* 2. *de arbitrar. cent.* 4. *casu* 355. *n.* 9. & 10. ex Castrensi, Iasone, Hostiensi, Ioanne Andrea & Romano, Anton. Gomez *tom.* 3. *variar. cap.* 2. *num.* 8. & pro eadem sententia Farinac. *in praxi. quæst.* 31. *n.* 69. refert Decianum, Socinum Iuniorem, Thegeum, Antonium Gabrielem, & alios plures, & in falsitate monetæ, cujus crimen Majestatis læsæ existimatur, ut puniri debeat qui non denũciavit falsos Monetarios, cum Bartolo, Afflictis & Alciato idem Farinacius 4. *p. praxis q.* 115. *n.* 49. 56

Et generaliter qui non detegunt latrones & delinquentes, debeant puniri, cum Azore, Iacobo Butrario, Odofredo, Hippolyto, Riminaldo, Petro Gregorio, & aliis, idem Farinac. quæst. 133. *num.* 80. & Gigas *de crimin. læsæ Majest. q.* 25. *n.* 3. cum Alexandro & Castrensi tenet, qui scierit aliquid contra patriam & non detexerit, eò solùm ut particeps criminis puniendus, & multò magis si machinatio fieret contra Principem, qui Pater patriæ existimetur, & tunc pœna capitali esse puniendum qui non denuntiaverit, tenuit Thuscus. *practic. lit. R, conclus.* 310. *n.* 2. 57

Sed quamvis Pereira *de manu Regia c.* 10. vellet limitare quando conspiratio quæ denuntianda possit probari, tamen *n.* 43. ex Divo Thoma, Navarro & Menchaca tenet in casu læsæ Majestatis cum periculum in mora potest, debeat denuntiare, & sine dubio admittit, ut quando conspirationis tractatus non est consummatus, & detegendo illum potest vitari, ut hoc casu fieri debeat, & referens Iasonem, Mainerium & alios idem probavit Flores de Mena *lib.* 1. *variar. quæst.* 18. *num.* 25. & 32. ex Innocentio, Archidiacono Sylvestro, Angelo, Soto, & aliis generaliter ad vitandum damnum publicum & privatum, probavit Pater Thomas Sancius *consil. moral. lib.* 6. *cap.* 2. *dubio* 9. *num* 4. & crimine Majestatis idem tenuit Scipio Gentilis *de conjuratione, ad l. quisquis, verbo consciis, Cod. ad l. Iuliam Majest.* nam eam distinctionem an possit probari crimen denuntiatum, vel non ita accepit, ut quando potest probari, non detegere faciat tacentem participem criminis, ut aliis puniatur, pro quo plures retulit Rolandus à Valle *volum.* 2. *consil.* 88. *n.* 1. *usque ad num.* 10. & quamvis intendat *numeris sequentibus* defendere solùm pœnam contra non denuntiantem, admittendam contra illũ qui po- 58

tuit probare, in hoc caſu non agimus contra hunc reum, quia non inſtituerat accuſationem judicialem, ſed conſpirationem quam cognoverat, non detegit ut ei poſſet occurri; imò interrogatus à Principe, negavit, & nullus eſt juris Doctor, ex quibus in contrarium expendi poſſunt, ut quamvis excuſet non accuſantem, quando probare non poterat, nullus tamen unquam admiſit ſi interrogatur à Principe de conjuratione quam ſcit vaſſallus, licere eam negare, imò & ipſe Rolandus *dict. conſ.* 88. *num.* 22. monet & conſulit ut qui ſciret aliquid contra Principem machinari, ſtatim denuntiet, ne aliter ejus indignationem juſtè incurrat, & detegendo poſſit occurri damno.

59 Sed in ipſis Provinciis Belgii, de quibus noſter caſus, & Ducatu Brabantiæ eamdem doctrinam admiſſam ex Capicio, Antonio, Gabriele, Menochio, Iulio Claro, Miſingero notavit Chriſtianeus *deciſionum Belgicarum* 196. *num.* 23. & ſolum *num* 24. ab iſta obligatione denunciandi conſpirationem excipit Confeſſarium, qui in Sacramentali confeſſione conjurationem cognoverit, & ita ex Decio refert deciſum in Supremo Senatu Pariſienſi, & fruſtrà in deciſione Belgica exciperetur Confeſſarius, ſi reliqui non tenerentur denunciare damnum, quod ſcirent Principi

60 imminere.

Præterea in idem Hippolytum, Vivium, Caſſaneum, & motum proprium Pii V. pro declaratione *cap. felicis de pœnis in* 6. ubi pœna mortis injungitur ei, qui machinaverit contra Cardinalem, & extenditur ad illum, qui ſolùm cognovit damnum imminens & non declaravit, doctè cumulavit D. Alfaro idem probans *de officio fiſcal. gloſſ.* 20. *n.* 321. *uſque* 331. & tradit cùm eſſet fiſcalis in civitate Argentina reum accuſavit de conſpiratione in Principem, & quamvis non potuit probare in eo conſpirationem, aut eſſe participem, quia tamen probavit reum tractatum cognoviſſe, & non denunciaſſe, furcâ ſuſpenſum & *in n.* 324. tradit id aliqualiter velle reſtringere, eſſe

61 valde perniciosum Principi & Reipublicæ.

Et ejuſdem opinionis ſunt alii plures præter *ſuprà* relatos, quos cumulabo ne nimis immoremur, refert Coſta *de facti ſcientia, cent.* 2. *dict.* 55. Guazin *de defenſione reorum, tom.* 1. *defenſione* 13. circa monitoria de revelando, Hugolino *de officio, & poteſtate Epiſcopi, cap* 95. Lazarius *de monitoriis, ſect.* 2. *quæſt.* 11. *& ſect.* 3. *quæſt.* 8. Navarrus *in Manuali, cap.* 17. *num.* 133. 134 *&* 135. Comitolus *lib.* 3. *quæſt.* 39 *n.* 5. *& lib.* 6 *quæſt* 4. Cavalcanus 3. *part. deciſ.* 21. *n.* 77. Cabedo 2. *part deciſ.* 82. *num.* 3. Campanellus *in diverſorio Iuris Canonici, rubr.* 11. *cap.* 15. *num.* 93. Roſental *de feudis lib.* 2. *cap.* 2. *concluſ.* 20. *num.* 14. & agens de Monitoriis ut obligent ad denunciandum crimen hæreſis, in quo ſimile notavimus crimen Majeſtatis cum Lazario, Marco Antonio Genuenſi, Bonacina, & aliis doctè D. Auguſtinus Barboſa *de officio Epiſcop. allegat.* 96. *numero* 51. & plures refert Diana 1. *tom. Moral. tract.* 4. *de denunciation. reſolut.* 1.

62 Et quamvis contra Bartolum tenuerit Baldus, id procedit, ut pœnâ ordinariâ puniatur, qui non denunciavit, ſed omnes, qui opinionem ejus ſequuntur, fatentur pœnâ extraordinariâ eſſe puniendum, & ultra quàm Bartoli ſententia tot juribus comprobatur, & majori ſuffragio Doctorum, & utilitati publicæ conveniens, ideò in praxi ab ea non recedendum, & Iulius Clarus *in praxi, §. fin. quæſt.* 87. *verſic. punctus eſt*, tradit hæc verba: *Et licet opinio Bartoli videatur primâ facie rigoroſa, tamen ex alia habet in ſe magnã æquitatem, quomodò enim poterit Princeps de ſubditis ſuis confidere, niſi pro certo teneant, quod cũ ſciverint aliquem contra ejus vitam, aut ſtatum moliri, ſtatim ipſi ſint notificaturi? & ſi verum eſt, quòd famuli non revelantes domino ſuo mortem, quam ſciunt ipſi inferendam, dicuntur rei ejuſdem mortis, ad textum in l. 1. §. occiſum, ff. ad S. C. Sillanian cum aliis ſuprà allegatis, cur idem dicendum non eſt in ſubdito verſus Principem? certè hoc tanto magis debet procedere in Principe, in quo verſatur publica utilitas, cum ex ejus vita, & ſalute ejuſque ſtatus quiete depẽdeat ſalus & quies populorum.* Et Farinacius *in praxi, quæſt.* 51. *num.* 71. poſtquam retulit Baldi opinionem, & illam ſequutos pro Bartoli ſententia tradit, eis verbis: *Et apud me nullam habet difficultatem, quod ſcilicet talis ſic non revelans tractatum, quem ſcit fieri contra ſuum Principem ſit reus læſæ Majeſtatis, & quod puniatur, neque etiam cum puniendum negant Doctores in contrarium allegati in num. præcedenti licèt ſentiant minori pœnâ.* Et cum Bartolo, Angelo, Gigante, Antonio Gomez, Bruno, Plaza, Oſaſco, Antonio Gabriele, Iulio Claro, Roſſio, & aliis tradit pœnam non eſſe minandam, ſed mortis irrogandam ei, qui cognoverit conjurationem in Principem, & non denunciaverit. 63

Et facit Tertullianus *in Apologetico adverſus gentes*, §. 57. ubi ut Religionis Chriſtianæ veritatem, & excellentiam oſtenderet, tradit, nam etſi Romani Imperatores Chriſtianos odio haberent, & tyrannicè contra Eccleſiam perſecutionem excitarunt, & proſecuti, nunquam tamen aliquis Chriſtianorum contra illos conſpiravit aut tacuit, & occultavit conſpiratos, etſi tunc bellum eſſet cum Parthis, Marcomanis, & aliis inimicis Imperii. 64

Nec omnia *ſuprà* dicta impediẽt quæ ex parte hujus rei vaſſalli objiciebantur, dicebat *Primò* conſpirationem prædictum non habuiſſe effectum, & fuiſſe ſine periculo: *Secundò*, non denunciaſſe ne proderet conſanguineos, & amicos & illis damnũ inferret qui conſpirationem excitârunt *Tertiò*, illam non poſſe teſtibus probari, & ideò non debebat detegere. *Quartò*, quia intendit Regi non negaſſe illum conjurationem; nam etſi à principio non confeſſus, tamen ſtatim quo à Rege diſceſſit cœpit declarare, & poſtea reſcripſit omne quod ſciebat Principi in cujus præſentia oblivioni aut reverentiæ tribuit non declaraſſe, & ideò ſi aliqua mora fuit in detegendo conſpirationem debet cenſeri purgata.

His omnibus reſpondendum eſt, nam quoad primum non habuiſſe effectum conjurationem certum 65
non eſt, quia cum tractatu comprehenderetur ut hoſtium exercitus Provinciis fidelibus, & Catholicis appropinquaret in illas ingreſſus, & cœpit devaſtare cum quadraginta millibus militum anno 1635. & plures oppidos incenderunt, & virtute ac fortitudine Domini Infantis Ferdinandi Belgii Gubernatoris hoſtes repulſi Deo annuente, qui noſtri Regis pietati ſemper favet, unde dici non poteſt conſpirationem effectum non fortitam, nec ſine periculo fuiſſe, cùm in tam magno diſcrimine Provinciæ Catholicæ, & obedientes conſtituerentur.

Deinde, quia ut *ſuprà* expendimus, *num* 9. etſi res 66
periculo vacaret, debebat admonere juxta Quintum Curtium, nam ſemper creduli eſſe debemus, & vana quæcumque præcavere, cùm de Principis, & ſalute publica agitur, etiãſi in ſuis rebus quis animoſus exhibeatur, in publicis timidus eſſe oportet, ultra quam res periculo non vacavit, ſed in magnum diſcrimen Belgicæ Catholicæ Provinciæ adductæ, ex irruptione, & ingreſſu hoſtilis exercitus, & ſemper quæcumque non ſolùm quæ juſtè timeri poſſunt Principi referenda, ſed ea etiam, quæ etſi non appareant, aliqualiter excogitari poſſunt.

Et

Et præter *suprà* adducta subjungam exemplum, 67
quod adducit Rodulphus Botereius *tom. 2. de rebus Galliæ, lib. 12. anno 1605.* conjuratio facta Angliæ contra Iacobum Regem patrem ejus qui hodie regnat, & cum Iacobus juberet Parlamentū congregari in Monasterio VVestensi, & plures sui Regni Proceres convocavit, ut assisterent, & inter eos Baronem Monticlium, qui cùm valdè charus Persio & Casebio conjuratis illi fecerunt ad homine ignoto admoneri Epistola sine subscriptione, in qua hæc verba: *si se salvum vellet confessu illo abstineret*, & quamvis posset admonitus credere id suum tantum periculum respicere ex aliquibus causis, nec aliquid de Rege debatur, tamen statim per Comitem Salisberiensem Epistolam Regi misit, & cum fieret inquisitio inventus est famulus Persii conjurati in sacculo vestis habentis excussorium ferramentum cum fomite, ut ignem incenderet, & detentus casum deregit, & inventæ triginta & sex casulæ pulveris sulphurei in concavis subterraneis sub aula in qua Parlamentum congregandum & erant casulæ coopertæ cùm ramis, ut eis igne admoto incenderent pulverem, & Rex cum aliis periret, quod si Baro Monticliensis statim Regi non denunciaret, vita & status periret, quantò magis denunciatio facienda cùm in Principem conjuratio, & periculum dirigitur, & ejus scientia directè haberur.

Ex juribus tam juris communis, quàm Regni jubetur ut sine aliqua cunctatione fiat prædicta denun- 68
ciatio *in l. 1 Cod. de falsa moneta*, traditur, *ut primum reperit. in § præterea vassallus, tit. quæ fuit prima causa feudum amitten. debet dominum super hoc quam citius potest certiorare, in l. fin. Cod. de his quibus ut indig.* ibi: *Oportet enim eos ubicūque senserint dominum periclitantem ad prohibendum insidias cōcurrere: & in l. 38. tit. 6. lib. 3. Recopil.* ibi: *Y no lo descubrieren luego que a su noticia venire*, ubi non reliquit arbitrium, an esset periculum, vel non in conspiratione, sed ut statim denuntient, quia si id excusaret, nullus delinqueret, nec salus Principis penderet oportet ex eo, quod ille, qui debet denunciare dicat periculum non esse, & omnes Doctores, quos pro hac sententia retulimus, admittunt teneri denunciare, *cum scierint*, quasi fieri debeat absque mora, videlicet, *id statim ipsi sunt notificaturi*, ut notarunt Iulius Clarus *d. q. 87.* & reliqui *suprà* adducti.

Nec contra prædicta movebit exemplum, quod re- 69
fert Procopius *lib. 3. de conspiratione*, quam fecit Artabanes cum Arsace & Charasangre ad occidendum Imperatorem Iustinianum, & ad Germanum Imperium transferre, & quamvis Marcellus Aulæ Imperatoriæ Præfectus conspirationem cognovit, nec denunciavit, punitus non fuit, quia, ut constat ex Procopio, responderi potest, ibi non permitti non denunciare, imò potius traditur Iustinianum valde iratum contra illum, & si in aliquibus diebus omisit detegere ea ratione factum, ut certioraretur, & an esset certa conspiratio, unde nec illius scientiam habuit Marcellus, & adhuc in grave periculum deductus ex indignatione Iustiniani: nota verba Procopii, ibi: *Sed Marcellus ipse imperterritus, & vitæ suæ innocētia fidens Imperatoris irā permulsit, & mansuetus fuit.*

Quod verò secundò loco objiciebatur, excusandus 70
qui non denunciavit, ne proderet consanguineos & amicos, facile eliditur: nam in crimine læsæ Majestatis propter salutem publicam, quæ consistit in Principe, qui pater patriæ censetur, factum contra Principē parricidium existimatur, ex Cicerone: *Atrocius est patriæ parentem, quàm suum occidere*, refert D. Solorzanus *de parricid. crim. lib. 2. c. 6.* & quia magis curandum de Principe, quàm ipsis parentibus, ideò nullus excusabitur à denunciatione pro ejus salute, & in casu conspirationis pater tenebitur detegere filium, maritus uxorem, & è contra, & posset confirmari multis exemplis parentum, qui non solùm denuntiarunt delicta filiorum, sed in eos pœnas, & supplicia irrogarunt pro salute publica, ut refert Valerius Maximus *lib. 5. cap. 8. de Consule Lucio Bruto*, qui in filios mortis pœnam exequutus, quia expulso Rege Tarquino voluerunt ejus Regnum iterum in Republica inducere, ut rectè tradit Valerius, *Exuit namque patrem, ut Consulem ageret, orbúsque viveret, quam publicæ justitiæ deesse maluit.* Et ad hujus rei comprobationem nec parcendum amicitiæ, sanguini, & necessitudini ob Principis tutelam, & Reipublicæ, videndi *l. 16. in fin. tit. 18. part. 3.* & Divus Augustinus *de civit. Dei, lib. 5. cap. 18.* Titus Livius *lib. 8. ab Vrbe condita*, & *Decad. 1. lib. 4.* Agellius *lib. 9. noct. Attic. cap. 1.* Plutarchus *in Parellellis, cap. 26.* Ælianus *lib. 1. variar. Historiar. cap. 34. & fin.* Pausanias *l. 10.* Trithemius *lib. 1. Annal. Francor. Reg. 6.* Iosephus *lib. 7. antiquit.* Æmilius *lib. 1.* Fulgos. *lib. 5. cap. 8.* Sabellicus *lib. 5. cap. 3.* Egnatius *lib. 5. cap. 8.* ex Claudio Cotareo, Onosandro, Pineda, Petro Gregorio, & aliis Bobadilla *lib. 2. Polit. cap. 2. num. 72 & lib. 2. cap. 2. n. 27.* & jam expendimus *l. 2. ff. ad leg. Pompei. de parricid.* ubi frater, qui solùm cognovit delictum alterius fratris punitur, qui non denunciavit, nec ex sanguine excusatur à denunciatione.

Sed ut pater obligatus sit ad exhibendum filium 71
expenditur *l. qui cum uno*, §. *qui filium suum*, *l. militis*, § *desertorem, ff. de re militar.* cum Bartolo, Baldo, Saliceto, Augustino ad Angelum, Capicio, & Afflictis probavit Osascus *decis. 80. num. 10.* ubi in fine decisionis concludit patrem qui sciens conjurationem filii, & non detegit esse puniendum arbitrio Principis, & videndus Gigas *de crimin. læsæ Majest. lib. 2 cap 9. n 5.* & faciunt Ciceronis verba, *lib. 3. offic.* ibi: *Quid si tyrannidem occupare, patriam prodere conabitur pater, silebitne filius? Imo obsecrabit patrem ne id faciat; si nihil proficiat accusabit, patriæ salutem anteponens saluti patris*: Ex Isernia, Farinac. & aliis D. Solorz *d. lib. 2. c. 4.*

Et Pater filium, frater fratrem, maritus uxorem, & 72
è contra teneatur denunciare eum qui crimen hæresis vel Majestatis læsæ commiserit, Suarez, Azor. Comitolus, Sanctarellus, Bonacina, Portolles, Ludovicus Lopez, Pegna, Freitas, & alii ex quibus probavit Diana *1. part. moral. tract. 4. de denunciatio. resol. 4. 5. & 6.* & Carrerium, Menochium, Gail. Dueñas Tiraquellum, & Surdum, ad idem refert Farinac. 4 part. *praxis q. 113. inspect. 9. n. 262.* & filium debere detegere, & denunciare patrem reum læsæ Majestatis cum Beroio, Albertino, Roia, & aliis ut certam, & communem opinionem resolvit Flores de Meña *l. 1. variar. quæst. 18 n. 35.* & facit locus Titii Livii *lib. 1.* referens consanguineos Regis Tatii injurias fecisse Legatis Laurentinorum & propter gratiam cōsanguinitatis punitos non fuisse; nota ibi: *Apud Tatium gratia, & preces plus valuerunt, igitur illorum pœnam in se vertit.* Et ille qui vitam Ducis Bironii Hispano sermone scripsit *lib. 3.* tradit eis verbis: *Mas en culpa de lesa magestad el hijo debe accusar al padre, y el padre no se escusa sino acusa al hijo.*

Aliud verò quod objectum in hoc casu vassallum 73
excusandum à denunciatione omissa, quia conspirationem quam cognovit probare non poterat, quippe id multipliciter eliditur, cùm omnes Doctores qui tenuerunt illum qui debet crimen denunciare nō teneri

facere niſi accuſationem probare poſſit inde ſ admittunt, ne ſubjaceat calumniæ aut Turpilliano ſi non probaverit, & cum id ſit unicum fundamentum omnium, qui contra tenuerunt procedere non poteſt in hoc caſu; nam ut tradit Scipio Gentilis *tract. de conjuratione ad l. quiſquis, Cod. ad leg. Iul. Majeſt. verbo conſcius* in hoc crimine Majeſtatis non habere locum Turpillianum, & pœnas accuſationis calumnioſæ, quia ita admiſſum ad majorem tutelam ſalutis Principis ex doctrina Cyni *in l. 1 Cod. de falſa moneta*, & expreſſè diſponitur, *l. 20. tit. 1. part. 7.* eis verbis *Acuſando un home à otro diciendo que abia falſado moneda del Rey, maguer non lo pudieſe probar decimos que non debe aber pena porende, è eſto mandamos por que los homes por miendo de pena non dejen de acuſar de tel yerro como eſte ca es coſa que podria aceſacer daño a todos e porende tenemos porbien que cada uno del pueblo pueda acuſar a tales falſarios ſin miedo de pena*: Quod multò magis in crimine Majeſtatis de cõſpiratione contra Principem procedere dicendũ eſt.

74 Sed omnes Doctores quos latè *ſuprà* retulimus pro ea ſententia, ut qui cognoverit conjurationem teneatur denunciare, tenent faciendam denunciationẽ, quamvis probare non poſſit, & referens Antonium Gabrielem, Alciatum, Plazam, & alios D. Alfaro *de officio fiſcal. gloſſ. 20. n. 324.* & ſingulariter eſt notandum quod tradit Anton. Gomez 3. *tom. variar. c. 3. n. 4.* ubi poſtquam oppoſuit difficultatem Interpretum qui tenuerunt pœnam non mereri illum qui non denunciavit crimen quod probari non poteſt non admiſsâ eorum ſententiâ contrarium admittit eis verbis: *Sed certè ego indiſtinctè teneo quòd utroque caſu, & ſemper teneatur revelare, quia fecit quod in ſe eſt, & ſaltem eſt unus teſtis legitimus, & ſemiplena probatio ex qua licitè poteſt cauſari captura, & diligens inquiſitio delicti, & in hoc firmiter reſideo.*

75 Ex quo hanc ſententiam probare dicendum, etſi contrarium admittere videatur idem Gomezius 3 *tom. var. cap. 2. num. 8. verſ. advertendum*, & eamdem opinionem, ut denunciari debeat crimen, quamvis non poſſit probari tenent Bartol. Salicetus, Angelus Panormit. Ariminus, Affli&is qui tradit ita practicari ut refert Gigas *de crim. læſæ Majeſtat. rubrica fin. n. 11.* Boſius, Additio. ad Bertazolam, & alii quos adducit Farinac. 1 *tom. præxi crimin. quæſt. 52. n. 76.* & rationem reddit, quia ſemper poſſet dicere Princeps, ſi mihi denunciares, occurrerem damno; unde ſi ex Turpilliano, de calumnia non tenetur qui in crimine læſæ Majeſtatis accuſaverit, quamvis illud non probaverit, remanet excludenda opinio Doctorum, ut teneatur probare accuſationem qui conjurationem denunciaverit, & fruſtra tam cautè jure cautum eſſet ut detegatur, ſi quilibet excuſaretur eò quòd probare non poſſet, quia nullus etiamſi haberet teſtes, certus eſſe poterit an rectè deponant, & ita omnes qui ſcierint conjurationem, poterunt excuſari contrariâ opinione admiſsâ.

76 Præterea facilius res expedietur, ſi notaverimus in noſtro caſu nõ imputari hunc reo vaſſallo Regis non poſuiſſe accuſationem judicialem, ſed interrogatum à Rege de conjuratione quam ſciebat, negaſſe, & non admonuiſſe periculum quod imminebat, & omnes Doctores qui tenuerunt non eſſe obligatum accuſare qui non poteſt crimen probare, ſaltem admittunt ut debeat monere periculum & denunciare extrajudicialiter conſpirationem, ut ei occurratur, & qui detegit & denunciat, eo modo non cenſetur accuſator, nec delator, nec ad aliquid manet obligatus, quando in denunciatione non concludit, ut ille qui denuntiat condemnetur, *l. 27. tit. 2. p. 7.* eis verbis: *E quando eſte apercebimiento ha con por deſenganados, nõ en manera de accuſacion, no ſon tenudos de probar aquello que dicen, nin las deben conſtrenir, nin apremiar, nin darles pena por ello*, & *argum. l. ab accuſatione, §. nuntiatores, ff. ad Senatuſc. Turpil.* cum Bartolo, Baldo, Saliceto, Angelo, Aretino, & aliis probavit Gregor Lopez *in d. l. 27. gloſſ. 2. & 3.*

Idque ut qui judicialiter non accuſaverit cum ſcierit contra Regem aliquid patrari, debeat tamen denunciare, tenuerunt Plaza *de dilectis, lib. 1. cap. 22. num. 17.* & quamvis Flores de Mena *d. lib. 1. variar. quæſt. 18. n. 34.* defenderet ut qui non teneatur in crimine læſæ Majeſtatis proponere accuſationem, quam non poſſit concludenter probare poſtea ſubjungit hæc verba: *Tenetur tamen in ſecreto dicere illi qui poſſit prodeſſe, & non obeſſe, ut meliori modo quo poſſit delicto obvietur*, & iterum addit *num. 48.* ut debeat denuntiare *tamen bono viro*, & pro hoc expendit Sylveſtrum, Sotum, Cordubam, & alios Theologos, *num. 45.*

Sed opiniones contrarias quæ ſunt in hac re, eas conciliant Alciat *in l. 4. §. Cato, n. 4 ff. de verb. obligat.* Cagnol. *in l. culpa caret, num. 12. de regul. jur.* ut opinio Baldi, quæ tenet non debere denunciari eum qui probare non poſſit, accipiatur ut accuſationem judicialem proponere non teneatur; at verò opinio Bartoli & eorum qui eam ſequuntur, ut debeat denũciare etiamſi probare non poſſit, accipiatur circa denũciationem extrajudicialem, & hanc diſtinctionẽ ultra relatos, probarunt Menoch *de arbitr. lib. 2. caſu 555. n. 12.* Anton. Gabriel, Oſaſcus, Rolandus à Valle, & alii, quos refert Farinac. *dict. q. 51. num. 77.* & generaliter in crimine hæreſis, cui tam notavimus æquiparari Majeſtatis quamvis probari non poſſit, debeat denuntiari ex Lazario, Sanctarello, Zechio, Naldo, Zanaido, Suarez, Practica Genuenſi, Zenedo, Berrzola Treviſano, Scaccia, Farinacio, Portolles, Barboſa, & aliis probavit Diana *moralium 1. p. tract. 4. de denuntiationibus, reſolut. 1.* & nunquam admitti poterit, ut cùm vaſſallus poſſit Principem de periculo hoc facere excuſetur vel permittatur, à Rege interrogatus, negare.

Deinde excuſatio quam *ſuprà num. 64. quarto loco* retulimus, & illa vaſſallus intendit exculpari, ut quamvis Regi non declaravit, & confeſſus, conſpirationem tamen ſtatim quo à Regis præſentia diſceſſit, cœpit declarare omne quod de conſpiratione cognoverat, & poſtea ſecundo die poſt ejus capturam Regi ſcripſit, & antea coram Rege oblivioni vel reverentiæ tribuendam negationem. Id autem facilè excluditur, quia expreſsè & judicialiter in confeſſione, & in ipſo libello quem Regi poſt capturam miſit, declaravit ipſum negaſſe conſpirationem ne noceret conſanguineis & amicis qui in illa nocentes, unde tribui non poteſt oblivioni aut turbationi, quando à Principe iſte vaſſallus in ejus Aula ſemper benignè admiſſus & turbari quando aliquis interrogatur, potius contra eum indicium præſtat, & aliqui tenuerunt ſufficere ad torturam, ut ex Bartolo, Aretino, Marſilio, Luca de Peña, Puteo, Blanco, Carrerio, Grammatico, Ploto, Simanca, Iulio Claro & Theſauro probavit Menoch. *lib. 1. præſumpt. 89. n. 71.*

Sed nec oblivio præſumi poteſt in ratam magna & quæ præſens erat, & adhuc de conſpiratione agebatur tempore quo interrogatus, *cap cùm illorum 32. de ſentent. excommunic.* ibi: *Niſi grave fuerit & notabile factum, aut is qui fecit adultus fuerit, vel diſcretus, ut violenter contra oblivionem vel ignorantiam præſumatur*, ubi Panormitanus notavit Iaſon, *in l. ſi res obligata, num. 36. de legatis, 1.* & *ibi.* Alexand. &

& *in l. peregrè, in princip. ff. de acquir. poſſeſſ.* cum Innocentio, Geminiano, Antonio de Butrio, Felino Barbacia, R pa Craveta, Pariſio, Menochio, & Capicio, probavit Maſcardus *concluſ.* 1127. *num.* 21. & nunquam admittendam excuſationem oblivionis, in eo quod veroſimiliter non præſumitur aliquem oblivi ſci ex qualitate rei, Alciat. *de præſumpt. regul. 1. præſumpt. 25 n.* 4. ex Baldo, Iaſone, Menochio, Boſſio, & aliis, idem Maſcardus *ubi proximè, n.* 26.

81 Quod verò pertinet ut purgata mora denuntiandi debeat cenſeri, quia ſtatim quo à Rege diſceſſit, cœpit declarare, & poſt capturam libello ſcripſit, magis futile eſt, quia in Provincia ubi de conſpiratione agebatur, pluribus diebus poſtquam cognovit tractatum tacuit, nec detexit, & in Curia Principis multis menſibus tranſactis antequam à Rege interrogaretur, non denunciavit, & poſtea interrogatus, negavit: ideò nullomodo poteſt mora cenſeri purgata, quia ad contraventionem eius, quod quis facere debet ſufficit ſemel nolle, Baldus *in l. 1. num.* 1. ubi Salicetus *num.* 5. *Cod. de inſtit. & ſubſtit.* cum Alexandro, Decio, Iaſone, Curtio, Imola, & Mieres comprobat Molin. *de rim nuptiar. lib.* 3 *quæſt.* 29. *n.* 87. ubi etiam in cauſis civilibus, *num.* 80. dubitavit an minor beneficio reſtitutionis poſſit reſtitui adverſus contraventionem, & interpretatur opinionem illorum qui admittunt reſtitutionem ut procedat *re integra*, & cùm minori non concedatur reſtitutio in delictis, *l. auxilium, ubi notatur, ff. de minor.* & cum res non eſſet in hoc caſu integra, poſt negationem Principi factam, & capturam rei, & cùm diu taceret, cum magno diſpendio publicis ſtatus, abſurdum eſſet admittere moræ purgationem, quia in jure multoties præſumitur denuntiationem reorum fieri, ne ſi capiantur eos nocentes faciant, *l. 1. §. cùm quis, ff. de quæſtion.* eis verbis: *Plerique enim dum metuunt, ne fortè apprehenſi eos nominum prodere eos ſolent, ſcilicet impunitatem ſibi captantes, quia non facile eis indicantibus proditores ſuos creditur, ſed nec per facilè impunitus eis per hujuſmodi proditionem credenda eſt.*

82 Maximè, quia ut *ſuprà* notavimus, jura præcipiunt ut in hoc crimine læſæ Majeſtatis denuntiatio rerum ſtatim ſit facienda, & cùm primum potuerit. Et cùm non fecerit, imò nec interpellatus, & interrogatus à Rege declaraverit in mora conſtitutus debet cenſeri, quia mora non committitur ſtatim quo factum potuit & debuit fieri, & non eſt factum, *l. ſi ſtipulatus eſſem à te, l. continuus §. cum ita, ff. de verb. obligation. l. hac conditio ſi in Capitolium, ff. de condit. & demonſtrat.* Bartol. *in l ſtipulationes non dividuntur quæſt.* 5. *ff. de verbor. obligat. lib.* 1. *ff. de his quibus ut indign.* Puteus *de Syndicatu, verbo negligentia, numero* 1. Maſcardus *de probat. concluſ.* 1088. *num* 3. Neguſantius *reſponſo* 47. *num.* 11. ex Corneo & aliis Alexovinus *conſ.* 19. *num.* 7. & 14. Craveta *conſil.* 192. *num.* 17. & ex horæ concurſu mora committitur, Decius *in l. vinum, num.* 10. *ff. ſi certum petatur*, Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſu* 220. *num.* 47. & illicò quo quis defecit in eo quod faceret, tenebatur in mora, & *l ſi quis inficiatus*, ubi Bartol. *ff. depoſiti*, Ruin. *lib.* 3. *conſ.* 136. *numero* 7. Negusantius *reſponſ. quæſt.* 271. *n.* 32.

83 Et quamvis dicatur moram modici temporis non nocere, ultra quam in hoc caſu plus quàm duorum annorum taciturnitas fuit, & vulgare axioma, ut *parva mora non noceat*, non poteſt ad certas regulas cõſtringi, quia in aliquibus caſibus minima dilatio plus nocere poteſt quàm in aliis magna, Tiraquell. *de retract. lignag gloſſ.* 2. §. 8. *num.* 9. *& in tract. de judic. in regibus exiguis, n.* 101. *&* 165. & cùm adeo Reioan. Bapt. Larrea Allegat. Fiſcal, *Pars I.*

publicæ interſit ſtatim, & ſine cunctatione hanc fieri denuntiationem mora non expurgatur ſi poſtea fiat, *l.* 1. §. *ſi rem ff. depoſiti*, Alex. *lib.* 2. *conſil.* 57. *n.* 11. Bellonus *de poteſt. cor. qui in contin fiunt, cap.* 73. *num.* 25. Menoch. *de recuper. remed.* 9. *n.* 146.

Et in terminis, qui debet delictum ſine delatione 84
denunciare, & moram fecerit, non poſſit eam purgare, tenuerunt Angel. *in l. ſi poſt tres. ff. ſi quis cautio, & in repetit. l. ſi inſulam, ff. de obligat.* ubi notavit Alexandrum & Baldum *in l. ancillis, Cod. de inceſt. nuptiis*, refert & ſequitur Bertach. *in Repertorio, verbo denunciator, & verbo Syndicus denuncians*, & in reſpondendo ad interrogationes quæ jure fiunt, moram reſpondendi non purgari, Angel. Imola & [illegible] *in dict. l ſi inſulã*, & denotat *l. de ætate* 12. §. *qui interrogatus, ff. de interrogat. action.* ibi: *Nihil facit. Prætoris authoritas, ſed ipſius reſponſum, ſive mendacium*, & multò magis id procedit in interrogatione facta vaſſallo ex Rege, ut domino ſuo, quemadmodum in hac expreſſum fuit.

Deinde quando propter confeſſionem delicti ex 85
ſtatuto minuitur pœna, qui tardè confeſſus non gaudeat immunitate, maximè cum primò negavit, ut in præſenti cum Bartolo, Romano, Saliceto, Caſtaldino, Cavallino, Socino, qui communem opinionem tradit, probavit Petrus Cavallus *reſol. crimin. cent.* 1. *caſu* 56. *num.* 4. & *num* 86. cum Arimino *in additione ad Angelum de malefic.* tenuit, qui primò negavit, poſtea confeſſus, non gaudet privilegio confeſſionis, nec etiam eo poteſt gaudere, qui non perſiſtit in confeſſione, ſed iterum negat: ut cum Baldo, & Angelo Cavallus *ubi proximè. num.* 22. & hodie hic vaſſallus poſtquam declaraverit illud, quo intendit excuſari, adhuc negat aliquid ſcire, quod pertineat ad conſpirationem, & valdè abſurdum eſſet ut negans, quod declaravit, idque poſt capturam factum, hodie quaſi non denuncians, & declarans, præmium petat ex ſuo delicto *contra regul. l. non debet in fin. cum l. ſequent. ff. de dolo*, & quamvis verè hodie confeſſus & perſiſteret in confeſſione, poſſunt objici verba Imperatoris *in l.* 2. *ff. de juris & facti ignor.* ibi: *ſerà prece ſubveniri tibi deſideras.*

Denique id confirmatur duobus exemplis vaſſal- 86
lorum, quorum unus, quia Regi negavit, etſi poſtea declaravit conjurationem, pœna capitis punitus; alter quia veritatem detexit, & confeſſus, veniam impetravit: primum apud Gallos nobis præſtat Dux Bironius, de quo *ſuprà* retulimus *n.* 19. illum admonitum à Rege Henrico noluiſſe verum fateri, & conjurationem declarare, & quamvis poſtquam vinculis detentus omnia apertè confeſſus, adhuc pœnam non vitavit. Nota verba Authoris, qui noſtra Hiſpana lingua Bironii vitam tranſcripſit *lib.* 5. ibi: *Iugo à cartas deſcubiertas con los comiſarios confeſando lo caſi todo con proferir tan atrebidamente, le condenava como lo que le podia eſcuſar.* Nec enim id profuit, quia ſerò factum & ut conveniat cum verbis *dict. l.* 2. *C. de juris & facti ignorantia*, nota quod tradit de hoc agens Rodulphus Boterius *de rebus Galliæ tom.* 2. *lib.* 9. ibi: *Bironius more Phrygiorum ferò ſapiens, jam ſepto incluſus alta mente concoquebat, quo dilabi poſſet inerti cogitatione & opera.*

Alterum exemplum refert Pontanus *lib.* 26. *rerum* 87
Danicarum, pag. 265. agens de conjuratione, quam contra Valdemarum I. Regem Daniæ patravit Magnus dilectior Regi Aulicus, & cùm à Rege interrogaretur de conjuratione, & primò negaret, poſtea Rex obteſtatus, verum diceret nullum ideinceps locum veniæ relinqui, apertè confeſſus, & pedibus flexus veniam obtinuit, & notanda verba Pontani, ibi;

Sed Rex priſtinæ amicitiæ recordatione conſurgere juſſum, ingratitudinis præcipuè coarguiſſe ſatis habens, tandem veniæ ſe confeſſioni tribuere, non verò familiaritatis jura reſtituere dixit. Vnde maximè puniendus vaſſallus in hoc caſu, qui poteſt cum Eſaia *cap.6.* dicere, *væ mihi quia tacui*, & illi objici, quod traditur in cap.1. de frigidis, & malefic. *cur tandiu tacuit?*

ALLEGATIO LXVI.

Indicia in conſpiratione quando ſufficiant ad pœnam ordinariam?

1 *Probatio fiſci pro facta habenda, quando ab Adverſario impeditur.*

2 *Indiciis eſt probandum quod teſtibus probari non poteſt.*
l.non omnes,§.à Barbaris,ff.de re milit.& n.5.
l.2.Cod.quorum appellationes non recipiuntur.
l.licet Imperator,ff.de leg.1.
l.locuples,ff.de manumiſſ.teſtam.
c.cùm dilecti,de donat.
c.fin.de ſucceſſ.ab inteſtato.
Vſurarius manifeſtus habetur qui indiciis convincitur.

3 *Indicia ſufficiunt ad imponendam pœnam corporalem,& quando poſſunt.*

4 *Probationis difficilis quæ ſunt, poteſt in eis fieri condemnatio ex indiciis.*

5 *Præſumptiones ſunt admittendæ ne veritas pereat.*
c.præterea,de teſtibus.
l.fin.ff.de probat.

6 *Conſpiratio ſemper fit in occulto.*
Probationis difficilis cenſentur quæ in occulto fiunt.

7 *Particeps criminis præſumitur qui ſciens non denuntiaverit cùm deberet revelare.*
Delictum qui prohibere poteſt, & non prohibet videtur approbare.

8 *Scientia habetur pro patientia cùm prohiberi crimen poteſt.*
l.culpa caret.50.ff.de reg.jur.
l.ſcientia,45.ff.ad legem Aquil.
l.in delictis,4.ff.de noxalibus.
l.1.§.hæc autem.ff.famil.erciſc.
l.nihil intereſt,15.ff.ad l.Cornel.de ſicar.
l.quid ergo,13.§.1.ff.de his qui not.infam.
l.liberorum 11.§.fin l.non alia,19.ff.de his qui not.infam.
l.adigere,6.in principio.ff.de jure Patronat.
l.jubemus,§.œconomos,C.de ſacroſ.Eccleſ.

9 *Delicti particeps cenſetur qui delicto poteſt adhibere remedium, & non adhibuit.*
c.dilecti.de ſentent.excommunicat.in 6.
c.ſicut dignum,§.illud,de homicidio.
c.conſtitutus,1.de teſtibus.

10 *c.facientis,3.diſtinct.86.*
c.error,diſtinct.83.
c.conſentire,diſtinct.83.
c.negligere,52.2.q.7.
l.16.tit.26.lib.8.Recopil.

11 *Approbare videtur actum qui poteſt reprobare,& non reprobat.*
Indicium ſumitur contra illum qui non detegit crimen nec ei occurit.
c.non inferenda,23.q.3.
c.qui poteſt,c.quanta.de ſent.excommun.

12 *Indicium eſt quod poteſt Judicem perſuadere.*
Indicium eſt contra eum qui delinquentibus aſſociatur.

13 *Indicia ſunt arbitraria.*
l.pen.ff.de quæſtionibus.

14 *Remedium conjunctum cum magno periculo non eſt admittendum.*

15 *Exceptiones in veroſimiles non ſunt admittendæ.*
Indicium eſt contra eum qui allegat inveroſimile.
Indicium ſumitur contra Notarium qui mutat modo inſolito in ſcriptura.
c.quam gravi,de crimine falſi.

16 *Inveroſimile præbet contra aliquem indicium.*
Præſumitur aliquem facere quod ad ejus decorem ſpectat.

17 *Indicium eſt contra eum qui ſcit aliqua culpa notari,& ab ea non ſe purgat.*

18 *Præſumitur aliquem ſcire, & velle quod in domo ſua fit.*
l.ſi tutor.ff.de peric.tutor.
l.proſpexit,ff.qui & à quibus explic.

19 *Indicium ſumitur contra eum in cujus domo delictum eſt factum.*
l.1.ff ad Senatuſconſ.Sillanian.
Indicium contra eum qui frequentat locum delicti.
Indicium contra dominum inſtrumenti cum quo factum delictum.

20 *Verbis conſentire cum delinquente indicium participationis præſtat.*

21 *Indicium eſt contra receptatorem inimici.*
l.1.C.de his qui latrones.
l.ſi quis forte,C.de deſertoribus.

22 *Receptans rebellem vel hoſtem Reipublica, pœnâ ordinariâ puniendus, licèt aliqui credant extraordinariâ.*
l.6.tit.26.lib.8.Recopil.
l.Metrodorum,40.ff.de pœnis.

23 *Indicium contra eum qui audit & non reſiſtit ei qui perſuadet Regis vaſſallos ab ejus inimico auxilium petere.*

24 *Præſumitur quando aliquid præceſſit quod ſequitur in ejus fieri executionem.*
l.his qui ſuis,4.§.unde quæri poteſt,ff.de manumiſſ.
l.3.de fundo inſtructo.
l.ſi uno,ff.locati.

25 *Dolus actus ſequentis colligitur ex præcedenti.*
l.ſi fuerint,§.fin.ff.de reb.dub.
l.ille aut ille,§.cum in verbis,de legatis 3.

26 *Socius criminis poteſt eſſe teſtis in crimine læſæ Majeſtatis.*
c.1.de confeſſis.
c.fin.de teſtibus cogendis.
c.ſi quis cum militibus,6.q.1.
c.nemini,13.q.3.
l.quiſquis,ad fin.C.ad legem Iul.Majeſt.

27 *Conſpiratio non poteſt fieri ſine ſociis, & ideò ſunt ſtrictè examinandi.*

28 *Conjurationis particeps ſuo teſtimonio facit indicium quod ſufficit ad torturam.*

29 *Indicium contra aliquem eſt recuſare comparere coram Rege.*
Indicium contra eum qui recuſat in judicium venire.
c.Chriſtianus,12.11.q.1.
c.nullus,4.de præſumpt.

Inno

Innocentiæ proponitur magna vis.

30 *Reges ut Deus sunt venerandi.*
l.1.C.de silentiariis,lib.12.
l.exactionum,Codice de cursu publico,lib.2.
l.2.C. de Fabricensibus.
c.si quis tacitis,22.q.5.
l.1.ff.ad legem Iuliam Majest.
l.1.tit.13.p.2.
c.licet hœdi,de simonia.

Princeps debet contemnere detractores.

31 *l.Unica,C si quis Imp.maledix.*

32 *Maledicentia contra Principem punienda,quando est gravis præjudicii.*

33 *Maledicentiam contra Gubernatores Dëus punit.*
c.12.Numerorum.
Maledicere contra Principes habetur species Proditionis.
l.3.tit.13.p.2.& n.35.
l.17.tit.13 p.2 & n.35.
l.11.tit.26.lib.8.Recopil.
l.3.tit.8.lib 8. ordinamenti,& n.35.
l.3.tit.9.lib.8.Recopil.

34 *Principem Tyrannum dicere est crimen læsæ Majestatis.*
Paulus lib.5.sententiar tit 29.

35 *Maledicentia quæ solum respicit irreverentiam in Principem est contemnenda, si verò publicum lædit statum, ut crimen læsæ Majestatis puniri debet.*
l.famosi, 7. §. hoc tamen,ff. ad legem Iuliam Majestatis.

36 *Malè audire de Principe ut proditio habetur.*
l.2.tit.13.p.2.
l.8. tit.13.p.2.

37 *Verba sunt speculum animi.*
Verba eorum suffragantur indiciis.

38 *Indicium urgens est contra aliquem falsum dixisse de principe.*

39 *Dolus præsumitur in eo qui dicit mendacium.*
l si quis affirmaverit,§.1.ff.de dolo.
l.quod venditor.ff.eodem.
l.eleganter,§.idem Pomponius,ff. de dolo.
l.falsus.§.si quis.ff.de furtis.
l.2.tit.7.p.2
Consulens malè Regem infidelis habetur,& morte dignus.
l.7.tit. 13.p.2.

40 *Indicium contra eum quem omnes censent salutem esse à Republica abesse.*

41 *Indicium doli est contra eum qui rem periculosam persuadet.*
l.fin.§.illud, versic.summopere, Cod. de temp. app.
l.idem qui,§.si ignorantes,ff.mandati.

42 *Rebellio Holandorum,processit ex hæresi, & ambitione Principis Orangii.*

43 *Inquisitionem odio habebat. Orangius.*

44 *Cardinalis Granuella à calumniis defenditur.*

45 *Similis gaudet simili.*
Indicium facit contra aliquem cum proditoribus tractare.
l.Ædiles,ff.Pedius de ædilit. edict.
l.si plures,§ quamvis de admint. tutor.
l. ult. Cod.si mancip. ita fuer.alien.

46 *Indicium est secreta habere cum delinquente.*

47 *Belli & Regiminis dispositio ad Principem pertinet.*
Indicium est contra eum qui occultat instrumenta.
l.Unica,Cod. de Latin. libert.tollend.
l.2. §.Decius,ff. de jure fisci.
Indicium est contra eum qui non exhibet quod debebat exhibere.
l.ubi exigitur Argentarius, 8.ff.de edendo.

48 *Præsumitur semper contra insolitum.*
l.si quis sub conditione,de condit.demonstr.

49 *Impossibile reputatur ut aliquis faciat quod honorem lædit.*
l filiius 15. de condit institut.
Impossibile de jure ejusdem qualitatis censetur ut impossibile à natura.
l.si stipuler.35.l.continuus,135.§. cum quis,ff. de verb.oblig.
l.conditiones,9.l.conditiones,14.ff. de condit. instit.
l.32.tit.9.p.6.
l.1.tit.13.p.2.

50 *Indicium contra illum sumitur qui rem pessimam persuadet.*
Indicium contra illum qui cum sciret viam periculosam ex latronibus, & grassatoribus, per eam dirigit viatores.

51 *Rebelliones solent colorari prætextu obedientiæ,& defensionis Regum.*

52 *Regiæ dignitatis illusio est eam verbis honorare, & factis & inobedientia velle supprimere.*

53 *Indicium sumitur contra eum qui alteri falsò impegit crimen.*

54 *Ingratitudo habetur omnium criminum fomes.*

55 *Ingrati magis sunt timendi in conjurationibus.*

56 *Indicium est contra eum qui est prope locum delicti.*

57 *Præsumitur aliquem non jactare sua.*
l.cum de indebito de probationibus.
l.fin.§.fin autem,C. de arbitr. tutelæ.

58 *Indicium est contra eum qui in concordia,& amicitia est cum conspirato adversus Principem.*

59 *Conspirati solent inter se dividere Provincias, obtentâ conspiratione.*

60 *Indicium urgens ex præsumptione Cassiana ut contra eum sumatur in cujus utilitatem cedit factum.*
Præsumptio excludit aliam.

61 *Delictum præsumitur commissum ab eo qui ex illo utilitatem consequitur.*

62 *Præsumptio Cassiana in conspirationibus solet sumi.*

63 *Indicium est contra eum qui scit secreta conjuratorum.*

64 *Indicium est contra aliquem affectare ignorantiam ejus quod scit.*

65 *Conjurati nondum delati solent in socios sævire ut fidem insinuant infidelitatis.*

66 *Indicia habentur pro liquidissimis probationibus.*
l.1.C. de probation.

67 *Probationes imperfectæ regulariter non conjunguntur in criminalibus.*
Probationes imperfectæ conjunguntur in rebus difficilis probationis.

68 *Probationes imperfectæ conjunguntur,quando non se invicem elidunt, sed potius adjuvant.*
l.cum scimus,C.de Agric.& censit.l'11.
l.rationes,l.instrumenta.Cod. de probat.
Indicia plura etsi levia conjunguntur ad faciendum validum indicium.

69 *Conspiratio ex sua natura non perficitur un momento,sed habet tractum successivum.*

70 *Conſpiratio tractatur ſecretò, & occultè.*
Probationes imperfectæ conjunguntur ad probandam conſpirationem.

71 *Conſpirationes novæ Belgii in multis cum antiquis conveniunt.*

72 *Capitula antiquorum Belgii fœderum conveniunt cum eis quæ in hac nova tregua proponebantur.*

73 *Iuramentum primum qui contemnit etiam ſecundum aſpernabitur.*

74 *Confeſſio delicti inducitur ex petitione judiciali veniæ.*

75 *l. Abſentem, ff. de pœnis explicatur.*

76 *Miſericordiæ Princeps non debet indulgere in conſpiratione.*
Principatus excellentia major, & attributum delinquentes punire.

77 *Princeps peccat qui propter laudem Clementiæ delicta graviora remittit.*
Miſericordia vitioſa quando ea exercetur ubi non eſt juſta.
l. ſi hominem, 7 ff. depoſiti.

78 *Reo Criminis imputandum quando injuſtè opponit impedimentum fiſci probationi.*
Probatio fiſci impediri à reo non debet.

79 *c. interpoſita de appellation.*
l. 1. § ſed ſi neget ff. de tabul. exhib.

80 *l. intra utile, 39. ff. de minoribus.*

81 *Probationes facienda juxta conſuetudines Provinciæ ubi teſtes producuntur.*
Iudex in atrociſſimis decernere poteſt ut communicatio rei cũ Advocatis fiat præſente Fiſcali.

82 *Confeſſionem facere videtur qui judicium ſubterfugit.*
Probationes impedire proprium eſt reorum.

83 *Impedire videtur qui non conſentit ſtylo judiciorum.*

84 *Impeditus non cenſetur qui potuit impedimentum removere.*
l. 2. § quod diximus ff. ſi quis cautionibus.
l. ſed & ſi per Prætorem, § 1. ff. ex quibus cauſis majores.

85 *Impeditus quando poſſit teneatur removere impedimentum etiam cum periculo.*
l. item quæritur § exercitus, ff. locati.

86 *Impedimentum non prodeſt impedito cum ex ejus culpa provenit.*

87 *Probatio injuſtè impedita à reo criminis pro facta haberi debet.*

88 *Actis judicialibus fides adhibenda, quia eorum magna authoritas.*
c. ſicut 16. de ſentent. excommunic.
c. bona memoria, 13. de elect.
Teſtes de abono parum prodeſſe ſolent.

De Indiciis quibus probatur conſpiratio contra Principem, & quando ſufficiant indicia ad pœnam ordinariam?

AD hujus rei explicationem ſupponendum, cùm ex parte fiſci probationem fieri conſpirationis intenderetur, & cùm extra Hiſpaniam probatio faciẽda, fiſci Advocatus Supremi Conſilii Hiſpaniarum mandatum dedit Fiſcali Magni Conſilii Belgii, ut pro illo teſtes exhiberet, & pro reo fuit objectum, nullo modo aſſiſtere debere teſtium examini Fiſcalem Magni Conſilii, ut moris eſt illarum Provinciarum, & controverſia non deciſa nullus teſtis examinatus fuit, & ultra quam debet cenſeri facta probatio pro fiſco, quam Adverſarius impedire intenderat, ut *ad finem huius allegationis* comprobabitur, & ex indiciis & præſumptionibus, quæ ex declarationibus, epiſtolis, & libellis rei colliguntur, hujus delicti probatio ſumenda.

Pro quo facit indicia & præſumptiones, quando 2
ſunt vehementes, non minus operari, quàm teſtes, juxta *l. non omnes, § à Barbaris ff. de re militar.* eis verbis: *Quod enim liquidò probari non poteſt, argumentis probatur, & in l. 2. Cod. quorum appellatio non recip.* traditur: *argumentis convictus, teſtibus ſuperatus*, quaſi licèt teſtes ſuperent, tamen argumenta convincant, & quod indiciis, & præſumptionibus ſuadetur cenſeri probatum, Gloſſa *in l. 1. Cod. de teſtament. milit. l. licet Imperator, ff. delegat. 1. l. locuples, ff. de manum. teſtamen. Cod. cum dilecti*, ubi Abbas *num. 1. de donat. cap fin. de ſucceſſ. ab inteſt.* & haberi pro uſurario manifeſto illum, quando conjecturis ſuadetur, quamvis teſtes de uſura non deponant, laſon *in dict. l. licet Imperator, num. 5.* Alexand. *vol 2. conſil. 24. num. 6.* Gail. *lib. 2. obſervat. cap. 97. num. 6.* Menoch. *lib. 1. præſumpt. 95.* Mières *de majorat. 2. part. in initio, num. 18.* D. Valençuela *1. tom. conſ. 28. num. 11.* Giurba *conſ. 43. num. 25.*

Vnde ex indiciis poſſe imponi pœnam corporalem 3
& ordinariam tenuerunt omnes *in dict. l. 2.* & cum Baldo, Aretino, Cacialupo, & Curtio Seniori, Grato, Craveta, Anania probavit Menochius *de præſumption. lib. 1. præſumpt. 40. n. 11. cum ſeq.* ex Abbate, Carrerio, Bruno, Maſcardo idem Menochius *dict. lib. 1 præſumpt. 97.* & tenuit additio *ad conſil. 82. Farinac. 1. tom. crimin. lit. A*, ubi cum Bellamera *deciſ. 688.* tradit opinionem contrariam Innocentii ella communiter reprobatam, & adducit deciſiones Hieronymi Laurentii, & Pegnara, ubi ex indiciis vehementibus rei fuerunt ad mortem damnati, & pro hac opinione Bartolum, Baldum, Salicetum, Ananiam, Bolognetum, Calderinum, Albericum de Roſate, & alios plures refert idem Farinac. *deciſion. 164. num. 3. & 4.*

Quod maximè procedit in rebus difficilis proba- 4
tionis, ut conſpiratio, quæ ſemper in occulto, & ſecretè tractatur probarunt Baldus *in l. quicumque, n. 25. Cod. de ſervis fugit.* idem Bald. *in l. fin. num. 2. verſic. ſed quando, & verſ. item ponit, ff. de probat.* Igneus *in l. excipiuntur, num. 30. ff. ad Sillanian.* Felinus *in cap. afferte, num. 10. verſ. quarto limita*, & *ibi* etiam Anton. de Burtio *n. 7. de præſumpt.* ubi etiam Ioan. Andreas & Imola *num. 3. & 4.* Grammaticus *conſ. 22.* Menoch. *dict. quæſt. 40. num. 3* ubi ex Alexandro & Craveta probat in rebus difficilis probationis ſufficere indicia, & ea cumulari, & ſufficere ad condemnationem, Decianus *in tract. crim. lib. 7. cap. 24 n. 10. & cap. 26. num. 4.* Boſſius *in praxi, tit. de convict. 37.* Boherius *deciſ. 164. num. 5.* Farinac. *tom. 2. conſ. crimin. 75. num. 4.* Iulius Clarus *in praxi crimin § fin. quæſt. 20.* qui tradit eſſe communem opinionem, & ita practicari in Senatu Mediolanenſi, & Grammaticus *deciſ. 42. & deciſ. 96.* ita deciſum teſtatur.

Quod neceſſariò inducitur ex juris diſpoſitione, 5
quâ cavetur admitti præſumptiones, ne veritas pereat & occultetur, ut notarunt plures, quos refert Farinac. *conſ. 26 num. 5.* Giurba *conſ. 2. num. 45. & conſ. 13. num. 1. & conſ. 43. num. 22.* ubi refert plurimos addendi Tindarus *in l. admonendi, ff. de jurejurando, num. 291. verſ. quinto*, Trentacinq. *1. part. conſil. 51. num. 23.* Ariminus Tepatus *lib. 1. variar. tit. de teſtibus, cap. 5.* & communi calculo Doctorum admiſſum in

in cauſis difficilis probationis indicia & præſumptiones inducere plenam,& legitimam probationem tradit Barboſa *in l.2. part.1. num.78. ff. ſolut. matrim.* comprobans *ex l.non omnis,§. à Barbaris.ff.de re milit.cap. præterea de teſtibus*, Caſtrenſi, Angelo, Nevizano Caſſiodoro, & Rotæ deciſione,& tradit ſufficere indicia, quæ animum Iudicis inducant ad credendum delictum, aliter veritas periret contra quod traditur *in l. fin. ff.de probation.* & idem tenuit Azevedo *in l.4.tit.6.lib.8. Recop.num.51.* ibi: *In his,quæ ſunt difficilis probationis, quælibet informatio Iudicis habetur pro plena probatione*, & fuit doctrina Bartol. *in l.in illa ſtipulatione.ff.de verb.oblig.*

6 Et conſpirationum tractatus fieri ſemper in occulto & ſecreto ex Politicis notavit Scipio Gentilis *in tract. de conjurationibus, lib.2. pag.198.* & ipſa rerum experientia oſtendit,unde cenſeri oportet difficilis probationis,ut omnia, quæ ſolent in occulto fieri, & notarunt Anton. Gabriel *tit.de teſtibus, concluſ.7. num.8.* Rolandus à Valle *vol.1. conſ.7.n.15.* Tiber. Decianus *vol.2.conſ.92. n.64.* Hector Felicius *allegation.10. num.6.* & cum aliis multis Maſcardus *de probation.concl.1359.n.9.* Farinac.*in praxi,quæſt.62. num.50* Giurba *conſ.2.num.45.*

7 Et cum ad indicia recurrendum in cauſa difficilis probationis,& in caſu præcedentis allegationis notavimus expendenda.

Primum indicium deſumitur ex eo, quod latè *ſupra* probavimus,teneri eum,qui cognoverit conjurationem, denunciare,eo ipſo, quo diu tacuit vaſſallus, & interrogatus à ſuo Principe, negavit,debet,ut particeps ejus præſumi: nam ut tradit Cicero *lib.1.offic.* ibi,*Qui non defendit, aut obſiſtit,ſi poteſt,injuriam,tam eſt in vitio quàm ſi parentes,amicos,aut patriam deſeratEt* Arnobius *adverſus Gentes* inquit, *Par eſt delinquere,& delinquentes non prohibere,quiſquis patitur peccare peccantem, is vires ſubminiſtrat audaciæ*, & ideò Abulenſis *ſuper Geneſis cap.49. quæſt.3.* ut particeps venditionis Ioſephi judicet alios ejus fratres, filios ancillarum, quia licèt non diſpoſuerunt venditionem, tamen tacuerunt, & non repugnarunt, & tradit ibi: *Quia judicatur intentio probata ab eo,qui tacet*,& fuit Salviani ſententia, *In cujus manu eſt, ut prohibeat jubet agi.ſi non prohibet admitti:* & Seneca *lib.9 controvarſ.6.* tradit: *Veneni dati à privigno conſcientia,non ſecùs ac ipſa propignatio, ex lege puniri jubetur*,ut velut particeps delicti cenſeri debeat, qui conſcientiam criminis habens non detegit, ut ei occurratur,& ut ipſum crimen id puniendum ex Ariſtotele, Cicerone, Alciato, Matien. & aliis probavit D.Solorzano *de crimine parricidii, lib.1.cap.15. & ſupra allegatione præcedenti,num.12.*expendimus locum Cornelii Taciti *lib.1.Hiſtoriæ*,ubi Tribunus Iulius Cerealis, quia ſeditionem militum non vitavit, etiamſi mortem timuit, particeps conſpirationis judicatus,ut notavit Tacitus eis verbis: *Ac ſi cõtra tenderet, exitium metuens præbuit pleriſque ſuſpicionem conſcientiæ*,& ſimiliter *in allegat.præcedenti,num.24.* retulimus verba Famiani Stradæ *lib.7.de Belgio*, ibi: *ne ſilendo fugæ particeps videretur*,quaſi tacere,quod deberet Regi detegi, & denunciari participationem arguat, & ut ex Seneca *ubi proximè,& in allegatione prædicta*,latè probavimus eâdem pœnâ puniendum, qui delictum vel conjurationem,quam cognovit,non detegerit, meritò participationis præbet indicium ex ſententia Quintiliani *declamatione 207.* ibi: *Ergo & ſimilitudine pœnæ, etiam crimen par exigere debetis.*

Iuvant reſponſa Iuriſconſultorum *in l. culpa caret 50.ff.de regul.juris*, ubi culpâ carere dicitur, qui ſcit, & prohibere non poteſt, quaſi culpâ immunis non ſit,qui potuit denunciando damno occurrere, & *in l.ſcientia 45 ff.ad l.Aquil.* ibi: *Scientia habetur pro patientia, quando prohiberi poteſt*, & tunc dicitur ſcientiam cum conſilio *in l.in delictis 4.ff.de noxal.*& videtur delictum approbari,*l.1.§.hæc autem.ff.famil. erciſc.* & cenſetur committere delictum, qui poteſt ei obviare,& non facit,*l.nihil intereſt 15.ff.ad l.Corneliam de ſicariis,l.quid ergo 14.§.1.* ibi: *ipſe videtur conſtituiſſe, l. liberorum 11.§. fin. ff. de his qui not. infam.l.non alia 19.ff.eod.l. adigere 6.in princip.ff.de jure patronat. l. jubemus*, §. *œconomus*, *Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* & cùm in hoc caſu detegendo conſpirationem potuit ei mederi, nec dum voluit vaſſallus detegere,imò interrogatus à Rege negavit, ut particeps criminis puniendus, & velut impediens juſtitiæ adminiſtrationem,& remedium quod Princeps poſſet adhibere,*cap.qui alterum 24.quæſt.3.*cum Innocentio,Angelo,Saliceto, Gregorius Lopez *in l.18. gloſſ.15 tit.14.part.7.*

Sed etiam participem eſſe delicti eum, qui ei deſinit reſiſtere cautionem, & remedium adhibere probatur, *cap.delicti, de ſentent. excommunicat.in 6.* eis verbis: *Si poteſt,& negligit,videtur injuriantem fovere,& eſſe particeps ejus culpæ.*& ut quis debeat alterius damnum vitare, quantò magis Principis,& Reipublicæ, videndi Sylveſter Covarruvias, Iulius Clarus,Navarrus, Suarez, Emanuel Rodericus, Molina, Leſſius,Rebellus,Thuſcus, Gregorius Lopezius,Antonius Gomez & Farinac.quos refert Barboſa *in collect dict.cap.dilecti, num.9. & in cap. ſicut dignum, §.illud de homicidio*, probatur videri illum occidere, qui potuit vitare homicidium,& non fecit, & poſtea ſubjungit,ibi: *Nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obviare, cap.conſtitutus 1.de teſtibus.* 9

Conducunt verba *cap. facientis 3. diſtinct.86.* ibi: *Non ſolum qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus participes judicantur.* Et notabiliter poſtea ſubjungit, ibi: *Et nihil prodeſt alicui non puniri proprio, qui puniendus eſt alieno peccato*, & *in cap. error 3.diſtinct.83.*traditur: *Error,cui non reſiſtitur, approbatur,negligere quippe cùm poſſis deturbare perverſos,nihil aliud eſt,quam fovere*, facit *cap. ſentire, eadem diſtinct. cap. negligere 55. 2. quæſt. 7.* & jure noſtro Hiſpano *in l.16.tit.26.lib.8.Recop.* Id probatur eis verbis: *Y queremos,y mandamos,que ſean avidos por encubridores, acogedores, y faboreçedores los que entendieren, y ſupieren,y no los revelaren luego, viniere à ſu noticia.* Et confirmat in terminis Gigas *de crimine læſæ Majeſtatis, quæſt.24. n.3.* ubi participem delicti conſpirationis cenſet eum,qui fecit, & non denunciat,& ex Paulo de Caſtro,& Angelo tradit eis verbis: *Conſcius perturbationis Patriæ ſuæ, vel alterius delicti commiſſi in Patriam punitur, ut particeps ex ſua ſcientia, ſicut qui aliquid ſcit contra Principem.* 10

Et tam in delictis,quàm in contractibus,qui poteſt & debet reprobare actum, ſi non reprobat, cenſetur approbare,Bartol.*in l.quo enim,§.1.num.1.ff.rem ratam haberi*,Calvacan. *1.part.deciſ.42. n.21.* Surdus *deciſ.111.* Theſaurus *deciſ.70.numero 11.* Ioſephus Ludovicus *deciſ. Peruſ.29. n.8.* & in terminis ſumi indicium contra aliquem, eo quod non detegit crimen,nec curavit ei occurri,*argum.cap.non inferendæ 23. quæſt.3. cap. qui poteſt, cap. quanta de ſentent. excommunicat.*cum Panormit. Cagnolo, Carrerio, Aſinio,Novello,Gandino,Igneo, Blanco,Maſcardo, Iulio Claro, & aliis probavit Farinac.*1. part. prax. quæſt.51. n.1.* ubi refert plures, qui tenuerunt adeo 11

efficax

efficax indicium ex eo deſumi, ut ſufficeret ad torturam.

12 *Secundùm*, & urgentiſſimum indicium poſt prædictam taciturnitatem, & negationem conſpirationis colligitur, quia hic vaſſallus in Belgio cùm eſſet ſtatus, & belli Conſiliarius, & ageretur in Concilio de conjecturis prædictæ conſpirationis, ille Gubernatori Belgii perſuaſit, ut eos, quos ſciebat conjuratos, ad Curiam evocaret, & in ſecretioribus conſeſſibus, & Conciliis admitteret, ut in ſua præſentia nullus auderet aliquid patrare, & videretur de illis confidere, quod maximum indicium præſtat: nam in Conciliis inducere conjuratos nihil periculoſius, & niſi qui illis faveret, proponere non poſſet: nam cum judicium ſumatur ex eo, quod Judicem perſuadere valet, Caſtrenſis *in l. fin. n. 5. Cod. de probat.* Menoch. *l. 1. præſump. 7. n. 16.* cum Baldo, Anania, Matheſilano Bolognino & aliis Boërius *deciſ. 164. num. 4.* cum Butricario, Conrado, & Antonio Gomezio, Farinac. *1. tom. conſ. crim. 78. n. 27. & 2. tom. conſ. 108. num. 2.* referens Salicetum, Boſium & non ſolum velle in Conciliis immiſcere conſpirantes, ſed cum delinquentibus aſſociari præbet indicium contra illum ex doctrina Baldi *lib. 5. conſ. 41. n. 5.* quem refert & ſequitur Thuſcus *practicar. lit. I. concluſ. 96. num. 12.* & tenet Carrerius *in praxi crimin. verbo Obſervare curabis, n. 119.* ibi: *idem ſi defendit, viſitet, aſſociet,* & comprobat ex Puteo, Angelo, & Grammatico.

13 Maximè cùm indicia ſint arbitria, juxta quod Judex æſtimaverit eis credendum, Puteus *de Syndicatu verbo tortura, num. 4. & verbo mandavit num. 9. & 27.* Simancas *de Catholicis inſtit. 65. num. 22.* & & Roxas meus collega *de Hæreticis, num. 586.* cum Bartolo, Baldo, Alexandro, Romano, & Julio Claro Thuſcus *Practic. lit. I, concluſ. 97. num. 1. & ex l. penult. ff. de quæſt.* Ziletus *tom. 1. conſ. 63. numero 20.* idque præſertim in hoc vaſſallo fovet indicium, qui ut peritus rerum Belgicarum ſcire poterat, & debebat anno 1566. tempore Margaritæ Parmenſis Belgii Gubernatricis in alia conjuratione, & tumultus conſpiratorum, cum iſti peterent licentiam, ut ad Curiam pervenirent, evocatis ad Conſilium Provinciarum Præfectis atque aurei velleris Equitibus, Senatoribuſque privati Conſilii, congregato conſeſſu diebus 25. & 27. Martii, & Aprilis, & dubitatum, an intra urbem admitterentur conjurati, Princeps Orangius, ut maturaret rebellionem, in quam confeſtim proripit, eamdem, quam noſter reus ſententiam propoſuit, admittendos & vanos timores affirmabat adverſus homines ſibi non ignotos, & multos amicitia, nonnullos etiam ſanguine conjuratos, contra verò conſulebant fideles, non admittendos intra urbem conjuratos, refert Famianus Stradæ *de bello Belgico, l. 5. p. 210.* & eandem controverſiam memoratur Florentinus. Vander *de initiis tumultuum Belgicorum, lib. 2. pag. 206.* ſi ergo in Orangio juſtum proditionis indicium præbuit hoc conſilium, & exitus comprobavit, merito in noſtro vaſſallo illud præbere, & ſequi præſumptionem ſimilem præſtabit.

Nec excuſatio quæ à Reo proponitur poterit pro-
14 deſſe id conſuluiſſe, ut Gubernatoris præſentia conſpirati continerentur, qui ultra quam nunquam denuntiavit conſpirationem, ſed tacuit, & occultavit gubernatori; poſſet enim admitti, ſi fateretur conſpiratos (quod potius negavit) & ut Piſcarius cum voluntate Imperatoris Caroli V. cui denunciavit conjurationem, ſine ulla mora, tunc annueret conjuratis, ut refert Prudentius Sandovallius *in Hiſtoria Caroli l. 13. §. 23.* verùm negando conſpirationem, quam certò ſciebat ſuadere; ut ad Curiam evocarentur conſpirati, & ad interiora Conſilia admitterentur, idque pro damni medicina proponere nihil verſutius, aut periculoſius poteſt exiſtimari, cum in Conſiliis poſſent conjurati ſecreta belli & regiminis cognoſcere & omnia præcavere, ut quod Rex intenderet, fruſtraretur, & in hoc caſu conveniunt verba Divi Auguſtini, *Medicina de crudelitate certavit, & vicit,* & quod Lucio Sylla, tradit Seneca *lib. 5. de benefic. cap. 16.* ingratum fuiſſe, nam ut occurreret Marii, quam dicebat tyrannidem induxit bella civilia & proſcriptionem. *Ingratus Lucius Sylla qui patriam durioribus remediis quàm pericula erant ſanavit,* minus enim nocerent conſpirati ſi extra urbem eſſent, etiamſi apertè in facinus proditorium proſilirent quàm in Conſiliis admittere, ubi omnia, quæ diſponerentur ad vitandam conſpirationem poſſent elidi.

Sed nec debet excuſationes & exceptiones ad- 15
mitti, cum fuerint inveroſimiles, & inutiles, ut quis maximum periculum pro ſecuritate, & remedio proponeret, & quando allegatur, quod inveroſimile indicium ſumitur contra eum, qui allegat, Bald. *in l. 1. Cod. de ſervis fugit.* Craveta *Conſil. 28. num. 2.* ex Corneo & Socino Seniori, Farinac. *tom. 1. conſ. 80. num. 61.* & qui vult aliquid contra rectam rationem, & prudentiam, & quod fieri ſolet, ut in hoc caſu contra ſe indicium præſtat, ut deſumitur contra Notarium, qui uſus modo inſolito inſtrumento, *cap. quam gravi, de crimin. falſi* Decius *in c. 2. de reſcript.* cum Panormitano, Angelo, Socino, Craveta, & Zephalo Maſcardus *de probation. concluſ. 740. num. 38.* & ſemper præſumitur pro eo quod ſolet fieri, & contra quod ab illo recedit Romanus *in l. ſi emancipati, Cod. de collat.* Aretinus *in l. ſed etſi, numero 4. ff. de adquir. hæred.* ex Gloſſa, Baldo, Craveta, & Calcaneo Maſcardus *concluſ. 532. num. 75.* & cum non poſſit præſumi hunc reum facere velle rem adeo inſolitam, extraordinariam, periculoſam, & contra Regis ſervitiũ ſine aliquo fine, qui tenderet ad fovendã coſpirationem, ideò participationis naſcitur indicium.

Tertium indicium conſequenter ſumitur, quia cùm 16
in prædicto confeſſu & Cõcilio propoſitioni ab hoc reo factæ Gubernator reſponderet, ideò non evocare ad Curiam abſentes, quia in Epiſtolis quas in manu habebat, ei reſcribebatur in Belgio magnam conſpirationem in Regem parari, reus tunc pro abſentibus, qui erant conſpirati, reſpondit illos eſſe valde fideles Regi, quod neutiquam, niſi illis conſentiret, reſpondere poterat, ut fideles defendere proditores, quos eſſe conſpiratos certè ſciebat, & nulli cũ eo alloquuti de conſpiratione, & poſtea ſemper magno vinculo amicitiæ illis adnixus, & non eſt veroſimile, niſi vellet tractatum, & conſentiret contra ſuum decorem, & opinionem cum conſpiratis familiariter, & amicè ageret, & huius veroſimilitudinis, ut niſi particeps illos vitaret, ſumitur argumentum & indicium *argum. l. cum de indebito in princip. ff. de probat.* cum multis Tiraquell. *in præfatione, l. ſi unquam, num. 37. & ſequent. Cod. de revocand. donat.* Maſcard. *concluſ. 1409.* & ſemper creditur quem facere & ſequi illud, quod ad ipſius decorem, & auctoritatem ſpectat, ut ex Fulgoſio, & Croto probavit Gratian. *3. tom. diſcept. c. 435. num. 36.* & noluiſſe in hoc caſu participem conſpirationis arguit.

Et augetur indicium, quia in eis epiſtolis, quas ex- 17
hibuit in Cõcilio Gubernator, dicebatur ferè omnes Nobiles Belgii eſſe participes conſpirationis, & hũc Nobilem, de quo agitur, audiviſſe illã, & cũ eo præſente id diceretur, tacuit; quod de conſpiratis ſciebat, & cum audire, & non indicare conjurationẽ ſit contra

ra decorem, & auctoritatem illius, nec detexit nec aliquid fecit pro sua exculpatione, est urgens indiciũ eo crimine comprehensum, quemadmodum cum aliquis sciret scribere quem contra ejus honorem, & tacet, nec fati facit, & sufficere hoc indicium ad torturam tenuerunt Bartol. Marsilius, & Carrerius, quos refert & sequitur Menoch. *lib.* 1. *præsumpt.* 89. *numero* 129. & se retulit, ad quod probaverat, *lib.* 2. *præsumpt.* 46. ut præsumatur contra illum, qui tacet cùm aliquid opponitur: nam innocens non sineret ipsi crimen imputari, Petrus VVisfelius *in l. fin. Cod. de maledicis*, & indicium præbet, qui à tam maxima nota non se purgat, vel defendit, Castrensis *lib.* 3. *cons.* 280. Craveta *cons.* 65. *n.* 8. Menochius *lib.* 2. *præsumpt.* 91.

18 *Quartum* etiam indicium desumitur: conspirati se congregarunt, & hanc conjurationem disposuerunt in domo villæ hujus Nobilis, & occasione nuptiarũ filiæ suæ, & præsumitur aliquem consentire, & scire, quod in illius domo fit, ut ex *l. si tutor, ff. de periculo tutor.* probavit M. Scard. *de probat. conclus.* 227. *n.* 4. nec solùm dominus domûs præsumitur approbare, & scire, quod in ejus domo geritur, sed etiam famulos & servos, ut inde procedat dispositio *l. prospexit, ff. qui & à quibus* ubi ad probationem adulterii dominæ præsumitur posse illud scire, non solùm servos, qui in domo sunt, sed etiam qui in ministerio extra domũ inservierint, & ne subducantur à quæstione torturæ, quia sine illa testes idonei non sunt servi, juxta quæ notavit Farinac. 2. *part. praxis*, *quæst.* 55. *inspect.* 2. maximè *num.* 174. traditur servos non solùm qui in domo sunt, sed etiam extra domum inservientes manumitti non posse, quia per communicationem domesticorum mores dominæ, & quæ in domo fiunt, cognoscere possint, & hæc est ratio *dict. l. prospexit*, ubi etsi I.C. dixerit *durum esse* intelligendum videri, sed habet rationem, quam expressimus, ut eam defendunt juri consonam VVesembechius *in paratitla, tit. de legibus*, Bartol. Iason, Alciatus, Riminaldus, Menochius, Ripa, Cagnolus, Cæsar Costa, Conanus, & alii quos refert Molla *in emporio, tit. de legibus, quæst.* 10. *n.* 26. Suarez *de legibus, lib.* 5. *c.* 19. *numero* 12. Rodriguez *de annuis redditib. lib.* 1. *quæst.* 11. D. Castillo *tom.* 5. *controvers. cap.* 89. *num.* 95. *&* 96. De Lara *in compendio vitæ homin. cap.* 23. *n.* 5.

19 Et ideò ex eo quod delictum factum in domo alicujus contra illum sumitur indicium, ut *ex l.* 1. *ff. ad S. C. Sillania*, cum Bartolo, Hippolyto de Marsiliis probavit Farinac. *in praxi*, 1. *part. quæst.* 36. *n.* 64. & similiter præsumitur quem scire quod fit in loco quem frequentat, ex Alexandro & aliis Mascard. *de probatio. conclus.* 452. *num.* 8. & eo solùm quod quis sit proximus loco delicti contra illum indicium procedit Puteus *de Syndicatu, verbo, qui est inventus*, *num.* 1. cum Bartolo, Angelo, Gandino, probavit Farinac. *lib.* 3 *cons. crim.* 213. *num.* 3. quemadmodum exurgit indicium contra eum cujus ensis sanguinis aspersus, & mad. factus, ex Gandino, Lazario, Ioanne Andrea, Carrerio, Puteo, Menochio, Bertazola, & aliis Farinac. 1. *part. praxis quæst.* 52. *n.* 56. etiamsi contra eum nulla sit alia præsumptio, quàm ut sit dominus instrumenti cum quo intelligitur delictum factum quantò magis indicium procedit, quando in villa hujus rei, & occasione matrimonii filiæ suæ conspirati congregati, ut disponerent conjurationem.

20 *Quintum* indicium est multoties reum dixisse, & confessum fuisse, *nolle suã & Provinciarum ruinam*, & hæc verba conveniunt cum eis, quorum prætextu conspirati voluerunt rerum publicarum statum, & Regis dominationem turbare, & cum illa verba sit confessus, quibus utuntur conspirati ad improbum, & flagitiosum tractatum, indicium contra reum sumendum juxta quod ex Anania, Ludovico Romano, Bolognino, Curtio, Tiraquello, & aliis notavit Mascardus *de probat. conclus.* 442. *n.* 11.

Sextum indicium procedit, quia irrefragabili testimonio probatum in sua domo hunc reum admisisse Tubicines Principis Orangii, & famulos alterius rebellis: & qui in sua domo receptat inimicum, ut particeps cum eo censetur, & dignus eâdem pœnâ, & *argum l.* 1. *Cod. de his, qui latron.* Doctores probant in ea, Carrerius *in practica*, 3. *part. tractatu de homicidio*, §. *post verum maleficium*, *num.* 15. Iodocus *sub rubrit. de receptator. delinq. cap* 134. *numero* 2. Follerius *in praxi* 1. *part* 2. *part. verbo banniuntur, numero* 10. in terminis Gigas *de crim. læsæ Majestat. lib.* 3. *rub.* 1. *de pœnis, quas filii incurrunt, quæst.* 20. *num.* 1. Mierez *in constit. Cathaloniæ, tom.* 2. *collat.* 9. *cap.* 37. *num.* 12. *& cum l. si quis fortè, Cod. de desertor.* Bald. & Saliceto probavit Peguera *in practic.* 20. *num.* 1. 21

Et quamvis fuerit opinio Menochii, & aliorum quos refert Farinac. *in praxi, part.* 1. *quæst.* 30. *n.* 96. qui securius esse admittunt non pœnâ ordinariâ, & eâdem quâ rebellis vel hostis Reipublicæ, sed extraordinariâ, & minori puniri, receptatorem, tamen ex nostris legibus qui receptat inimicum læsæ Majestatis criminis reus habetur, *l.* 16 *tit.* 29. *lib.* 8. *Recopil.* aut si eum in domo occultavit, ut in hoc casu, nam in equorum stabulo eos abscondisse hunc reum probatum, & facit, *l. Methrodorum* 40 *ff. de pœnis* ibi, *vel occultari eum dissimulavit*, & *l* 4. *tit.* 18. *l.* 8. *Recop.* ubi pœnâ corporali, & amissione bonorum punitur receptator inimici ex Cicerone *actio.* 3. *in Verrem*, & *l.* 3. *Longobardorum* probavit Azevedo *in dict. l.* 4. *num.* 1. & notandum *cap.* 1. *Bullæ in Cœna Domini*, ubi fautores Hæreticorum habentur qui eos receptãt vel abscondunt ut ex pluribus juribus, Caietano, & aliis probarunt Navarrus, & reliqui *in d. cap.* 1. 22 23

Septimum indicium ipsum factum ostendit, nam quidam Regis Angliæ minister cœpit edicere & proponere in pluribus occasionibus præsente reo, & aliis ex conspiratis in conflictu ad quem adductæ Belgii Provinciæ non poterant conservari, nisi peterent auxilium à Rege Angliæ, Galliæ, & Provinciis rebellibus Holandiæ, & cùm hanc propositionem multoties faceret, & in domo ejus qui erat caput conspirationis rei præsẽte qui nunquam detexit, vel denunciavit, ut debuerat ne ille Minister Anglus vassallos Regis nostri ad seditionem excitaret, & à Provinciis Belgii expelleretur, omnia quæ *suprà* notavimus ad indicium participationis in non revelando conspirationem huic casui etiam conveniunt.

Octavum indicium procedit, nam conspirati proposuerunt reo, & ille confessus ut à Curia exiret, & omnes illum ducem facturi, & sequi promiserunt, & postea minabatur ille Gubernatorem, nisi plura quæ petebat consequeretur curiam deserere, & ad suas villas, & oppida profecturus, & hoc cum præcederet conspiratorum persuasio ad deserendam Curiam, & Gubernatorem præstat indicium ejus voluntatem, & intentionem cum conspiratis convenire, quia in jure præsumitur cum aliquid præcessit quod sequitur in ejus fieri executionem, ut *argum. l. his qui suis*, 4. §. *unde quæri potest ff. de manumiss.* tenuerunt Doctor. communiter ut testatur Alciat. *de præsumption. regul.* 1. *præsumpt.* 24. *n.* 2. Bartolo, Decio, Alexandro, Iasone, Marsilio, Craveta, Castrensi, Socino, Seniori, Baldo, Corneo Capra, Cagnolo, Grato, & aliis probavit Menochius *lib.* 3. *præsumpt.* 49. *num.* 12. post 24

Pari

Pariſium, & alios idem Menoch. *conſ.1. num.295.* ex Baldo,Saliceto,& Ancharrano Surdus *deciſ. 291. num.9.*Carrocius *deciſ.113. num.19.& 20.*Mandellus Albenſis *conſ.70. num.12.* Montera Cueva *deciſ.10.num.1.*& expenditur *l.3. ff. de fundo inſtruct.* ibi: *Talem in cauſam fidicommiſſi deductum videri placuit qualis fuerat legatus, l. ſi uno, ff. locati* cum aliis.

Tum ex rebus quæ cum aliquo præceſſerunt ejus
25 intentio verborum, & operum colligitur, *ex l.ſi fuerint, §.ſi de rebus dubiis, l. ille,§. cum in verb. ff. de leg.3.*cum Hoſtienſi,Baldo, Ioanne Andrea, Panormitano,Barbacia,Burgalo,Butricario, Oſaſco, Tiraquello,Craveta qui refert plures,ut ex actu præcedenti dolus ſequentis colligatur, probavit Surdus *dec. 329 n.84.& 85.*

Nonum deſumitur indicium, quia unus ex conſpi-
26 ratis manifeſtis,qui pro conjurato damnatus fuit, in confeſſione hujus cauſæ ed xit illum mirari hunc reum auſum fuiſſe in Hiſpaniam pervenire,& quamvis ſocius criminis ex aliquorum ſententia contra ſocium indicium non faciat ſed tamen in crimine læſæ Majeſtatis ſocius criminis poteſt eſſe teſtis, *c.1. de confeſſis,*& in terminis conjurationis etiamſi fuerit contra privatum,*cap. fin. & ibi* Gloſſa *de teſtibus cogendis* & contra Principem,*cap. ſi quis cum militibus,22.ad fin.6.quæſt.1.cap.nemini, 15.quæſt.5.* Doctores,per Text. *ibi,in l. quiſquis, ad fin.C. ad legem Iuliam Majeſt.*

Idque ea ratione fundatur,nam cùm delictum cõ-
26 ſpirationis & conjuratio fieri non poſſint ſine ſociis criminis,ideò debent examinari, Conradus, *in praxi tit.de teſtibus, §. perſonas teſtium aggrediendo poſt num.39.* Anton.Gomez, *tom.3. variar.cap.12.num. 16.*& adductis exemplis Athenienſium, Romanorũ & Græcorum ex Saluſtio, Cornelio Tacito, Quinto Curtio in conjuratione,cum Baldo,Alexandro,Iaſone,Croto,Ruino,Saliceto, Campegio, Marſilio, Boherio,Gigante, Maſcardo, Oldendorpio, Simanca,& Pegnera probavit Monochius *lib. de arbitrar. cent.5. caſu 474. n.27. 28.& 29.*

Et participem conjurationis facere indicium, quòd
28 ſufficiat ad torturam,quia cùm adeò interſit detegi,& non poſſet probari, niſi particeps examinaretur *ex cap.fin. de teſtibus cogendis*, probavit Menoch. *dict. num.29* cum Bartolo, Cyno, Angelo, Bellapertica, Alexandro,Gandino,Guidone,Boherio, Nata, Folleno, Monticello, Antonio Gomezio, & Iulio Claro, Farinacius *de indiciis, & tortura quæſt.43. numero 56.*

Decimum indicium ſuperiori proximum eſt: nam
29 multoties dixit in hac Curia reus juſtè ad eam venire,ipsũ timuiſſe,& ad Belgium ſcripſit,ut ejus epiſtolæ recognitæ oſtendunt, ſed frater ejus cùm ſciret velle reum ad Hiſpaniam proficiſci, omiſit negotia,in quibus extra Bruxellam erat,dicens venire,ut impediret fratris adventum in Hiſpaniam,quia certò ſciebat inde illum non rediturum,quod conſonat declarationi criminis ſocii,qui miratus reum audere ad Regem noſtrum,& Hiſpaniam venire,& ſolùm aliquẽ recuſare,vel timere in judicio comparere, ſumitur indicium contra eum, *cap.Chriſtianus 12. 11. quæſt.1.* nam ex prædicta recuſatione & timore videtur ſe reũ fateri, *cap.nullus 4.de præſumpt.*& comprobant Romanus *conſ 169. num.3.* Affli&is *deciſ.13. num.22.* & ex timore deponendi,& comparendi coram Iudice eſſe indicium ad torturam in teſtib s, cum Speculatore probavit Ioannes Graſſis *de ſubſtantia proceſſus, verſ. Commiſſarios, n.2.* nam qui innocens, etiam in periculo timere non debet, ut tradit Lactantius Firmianus *de divina juſtit.cap.21.* eis verbis: *Tanta eſt vis innocentiæ,ut ab ea ignis ille refugiat innoxius, qui accipit à Deo hanc poteſtatem, ut impios uratjuſtis obtemperet,*& ut tradit Horatius *lib.1.Oda 22.*

Integer vitæ, ſceleriſque purus
Non eget Mauri jaculis nec arcu,
Nec venenoſis gravida ſagittis,
Fuſce pharetra.

Et aliis pluribus confirmat exemplis, & ſecuritatem innocentis,nec timere debere comprobat Divus Gregorius *lib.2.Moralium.*

Vndecimum indicium procedit, quia frater hujus 30
rei plura convitia contra Regem dicebat & ejus regimen tyrannidem appellavit,idque reo præſente,quod ſemper maximum crimen exiſtimabitur, ſi notaverimus amorem, & venerationẽ, quam ſubditi Regibus debent, quam adorationem jura exprimunt,*l.1.Cod. de ſilentiar,lib.12.* ibi: *ut tam in adoranda noſtra ſerenitate, & ibi gloſſa fin.* quam ſequitur Platea *in l. primicerium,Cod.de Fabricenſ. lib.11.* Lucas de Pẽa *per textum,ibi in l.evictionum,Cod. de curſu publico, lib.12.& in l.2.Cod.de Fabricenſ.*ibi: *Æternitatem noſtram adoraturus,* & hic loquendi modus fundamentum habet ex ſacra Scriptura, *Exodi cap.22. ad fin.* ibi:*Diis non detrahes,& Principi populi non maledices:*ubi ſimul agitur de veneratione Dei & Principum. Et vide *Numer.cap.10.& 16.lib.3. Regum, cap.2.*& in jure hæc conjungi probat *cap.ſi quis taciti 22.quæſt.5.* ibi: *Si quis in mortem Principis ſui aliquo machinamento inſidiatur, quia ſacrilegium peragit in Chriſtum Dei manum mittens, anathema ſit.* Et *in l.2. ff. ad l.Iul. Majeſt.* traditur crimen læſæ Majeſtatis eſſe proximum ſacrilego, quia Principes, ut Deus,debent venerari,& idem *l.1.tit.13.part.2.*& templum Dei tradit eſſe Principẽ, Lucas de Pẽa *in l.prædia,Cod.de locat.prædior. civil.lib.11.* ut divinum numen & nomen Regem reverendum, & venerandum contineat *lib.2. Regum,cap.1.* ut Rex Chriſtus vocatur,& inde crimen læſæ Majeſtatis æquiparatur hæreſi, quæ eſt contra Deum, ut præter *ſupra* adductos *alleg.65.n.38.& 72.* probari videtur *cap. licet Heli de ſimonia*, ex Deciano *lib.7. crim. cap. 37.n.6.* Hippolyto de Marſiliis *conſ.1.criminali.*

Et quamvis omnes qui Politica regendi præcepta 31
inſinuarunt ſuadent Principem contemnere detractiones, ut de Imperatore Tiberio refert Cornelius Tacitus *lib.6 annal.cap.2.& lib.16.cap.1.* nam etiãſi in principio ſui Imperii accuſantes detractores faveret,& poſtea tamen contempſit, & dicebat in populo libero oportere linguas eſſe liberas, & ſingulare eſt quod tradit Seneca *lib.1.de Clementia, c.10.* ibi: *Nonne Agricolæ Iovem maledicunt? Nautæ convitiantur? Quid ergo? ignorat hoc Iupiter? Imò ſcit ſi omnes convitiatores ſupplicio afficeret quibus imperaret non haberet.*Et ideo *in l.unica,Cod. ſi quis imperat* maledixerit non debere Iudices ordinarios punire, qui Principi maledicunt, eis verbis: *Quoniam ſi id ex levitate proceſſerit, contemnendum, ſi ex inſania, miſeratione digniſſimum, ſi ab incuria remittendum,* & cum Valerio Maximo, Plutarcho, Cornelio Tacito, Seneca Lactantio,Firmiano,Agellio, & Celio Rodigino plura exempla expendit Decianus *2. tom. crimin. lib.7. cap.50. in princip. per totum*, & videndi Petrus Greg. *lib.33,Syntagm, juris cap.8.num.3.& 4.*Petrus Herodius *lib.7.judicat.tit.1.*

Sed adhuc *dict.l.unica* traditur ibi: *Vnde integrit* 33
omnibus hoc ad noſtram ſcientiam referatur, ut ex perſonis hominum dicta penſemus, & utrum prætermitti,an exquiri debeat, cenſeamus, quaſi quando, ut in noſtro caſu,maledicentia oſtendat grave damnum

Reipu

Reipublicæ imminere, possint, & debeant maledici puniri.

33 Quod suadetur ipsius Dei exemplo, nam cùm Maria Soror Moysis populi Israëlitici Gubernatoris, ei detraheret, Deus valde iratus *Numer. c.* 12. & leprâ eã percussit, nec sanguini, & sorori gubernatoris pepercit, ut ex multis probavit Magister Marquez *in Gubernatore Christiano l.* 1. *c.* 21. & ita leges nostræ supplicia gravissima irrogant eis, qui contra Regem loquuti, *l.* 3. *tit.* 13. *p.* 2. eis verbis *Porque el pueblo que diffama à su Rey diciendo mal del porque piedra buena preez y buena nonbradia face traiçion conocida bien à si conosi le mataſe.* & *l.* 17. *tit.* 13 *p.* 2. ibi: *onde aquellos que dixo ser aſabiendas parabras, de que el Rey resibiese deshonora o abilitança fair an traicion porque de ninguna manera puede el homa deshonrar su señor en dicho, o en fecho, que no sea por ello traidor el deben haver tal pena los que lo ficieren segun las palabras fueren:* & *in l.* 11. *tit.* 26 *lib.* 8. *Recop.* traditur, *quien dice mal de nos, o alguno de nos o de nuestros hijos es alevoso por ello, y la mitad de sus bienes son para la nuestra camara, y el cuerpo à nuestra merced.* Et idem dispositum *l.* 3. *tit.* 8. *lib.* 8. *ordinam, quæ est, l.* 3. *tit.* 4. *lib.* 8. *Recopil.* & hoc non solùm procedit in maledicentia, quæ respicit seditionem ut Principem tyrannũ dicere, se in quacumque illum detrahente, Bald. *in d. unica, n.* 1. sequitur Anania *in c.* 1. *de maledic. n.* 7. Hostiensis *in summa eod. tit. verſ. quot ſunt genera,* Bolius *tit. de injuriis, n.* 43. Farinac. *in praxi, q.* 105. *n.* 392. Borellus *de Magiſtrat. lib.* 3 *c.* 3. *n.* 7.

34 Ex quibus hoc esse crimen læsæ Majestatis dubitari non potest, quia nulla major potest injuria Principi irrogari quàm tyrannum arguere, & tunc procedit doctrina Angeli, Franciſci, Lucani, & Conradi, quos refert Farinac. *d. q.* 105. *n.* 418. ut puniendus sit ut reus læsæ Majestatis qui contra Principem loquutus, & ex loco Iulii Pauli *lib.* 5. *ſentent. tit.* 29. *ad leg. Iuliam Majeſt.* adducens emendationem Cuiacii, idem tenuit Tiberius Decianus, *tom.* 2. *de crim. lib.* 7. *c.* 50. *n.* 29. & Camillus Borrell. *d. c.* 3. *n.* 7. & addendus Muscatellus, *tit. de cognitione delictorum ad tit. ſi quis Imperatori maledixerit*, ubi tradit hoc crimen maledicentiæ habere omnes specialitates læsæ Majestatis, & *n.* 21. tempore Comitis de Miranda Proregis Neapolitani Doctorem Hispanum, quia libellum dedit, ubi audacter contra Regem plura dicebat, prius abscissa manu, pœna capitis in foro publico affectus, & Decianus *d. c.* 50. *a n.* 23. *usque ad* 29. Sueton. Cornelio, Tacito, Dione Cassio, Strabone, Cœlio, Rodigino, & Petro Crinito, plures refert, qui eo quod contra suos 35 principes loquuti, mortis supplicio damnati.

Sed opinio Gigantis, Marcardi, & aliorum, quos refert Farinac. *d. q.* 105. *n.* 417. Aymonii Craveræ *conſ.* 6. Didaci Perezii *in l.* 3. *tit.* 8. *lib.* 8. *ordinamenti*, qui tenuerunt maledicentiam in principem non puniendam, ut crimen læsæ Majestatis procedit juxta doctrinam *d. l. unica, C. ſi quis Imperat. maledix.* quando maledicentia contemnenda, & solùm respicit aliquam irreverentiam; cùm verò respicit turbationem publici status, utin hoc casu, & graviter lædit Regem, dubitari non potest esse crimen læsæ Majestatis, & hanc differentiam insinuare videtur *l. famoſi* 7 §. *hoc tamen ff. ad l. Iul. Majeſt.* ubi ex lubrico linguæ quis non debet hujus criminis reus censeri, quia ut insanus habendus; si verò tale delictum, ad exemplum legis vindicandum, & comprobatur expresè *l.* 3. *tit.* 8. *l.* 8. *ordin.* eis verbis: *Ordenamos qualeſquiera, o que las tales coſas blasfemaren, o dijeren contra nos, o contra qualquiera de nos o contra nueſtro eſtado*, & denotat *l.* 3. & 17. *tit.* 13. *part.* 2.

Sin verò hic reus responderit illud non dixisse, eũ 36 sed fratrem, & cum Caimo dicat Genesis c. 4. *Numquid cuſtos fratris mei ſum?* id non excusabit: nam ut tradit Divus Bernard. *lib.* 2. *de conſiderat. ad Eugenium* ibi, *Detrahere, an detrahentem audire, quid horũ damnabilius ſit, non facilè dixerim*, & ut ex Lacone refert Gregorius Lopez *in l.* 2. *gloſſa* 2. *tit.* 23. *p.* 2. ibi, *Non enim eſſent maledici ſi non invenerint auſcultatorem.* & nostris legibus, ut proditio censetur malè audire de Principe non occurrere, *l.* 2. *tit.* 13. *p.* 2. ibi: *E deben aborreſcer de non querer del oir ningun mas peſarlos, quando lo oyeren, e eſtranarlo mucho e vedaria a los que lo dijeren moſtrando todo ſu poder por monſtrar, que non les place, e non deve codiciar en ninguna manera oir la coſa de que le pudieſe venir damo, ni muerte, ni deshonra ca eſto ſeria uno de grandes alenenque ſer pudieſſe* Et *l.* 8. *tit.* 13. *p.* 2. in terminis loquitur eis verbis: *E ſi non obraſen dellas ſolamente porque las quiſieron oir e las creyeron deben ſer hechados del Reino por tanto tiempo como el Rey tubiere por bien*, quasi qui mala de Principe audit, videatur credere, cum alias non pateretur, & cum in hoc casu præsente eo id diceretur, & falsa non tyrannidis Princeps maculari videatur, non potest reus à culpa excusari, juxta quod ex Divo Thoma, Soto, Caietano, Navarro, Angles, Sylvestro, Pedraza, & Alcozer tradit Thomas Sancius *l.* 1. *respons. Moral. c.* 3. *dubio* 7. *n.* 2. nec unquam reus fratrem maledicentem reprehendit, vel se abjecit, unde merito contra eum nascitur indiciũ, quemadmodum contra illum, qui associat, & maximam habet familiaritatem cum delinquente, ut pluribus notavit Farinac. *lib.* 2. *conſ. crim.* 164. *n.* 9. & *conſ.* 247 *n.* 43. & *l.* 3. *conſ.* 207. *n.* 3.

Duodecimum indicium procedit, quia post tres 37 menses, quam hic reus vinculis detentus in libello quem scripsit & ubi declarat factam conspirationem, & alia specialia hujus casus, tradit *reſolutionẽ habere, omnia tunc contemnere, ut fidelitati ſuæ ſatisfaciat*, quibus verbis insinuatur huc usque non voluisse, & nisi oppressus carcere nollet, juxta illud *Iſaiæ cap.* 28. ità, *Sola vexatio intellectum dabit*, & lingua istius detexit, quod in corde habebat: nam semper est imago cordis, Divus Paulus *ad Romanos c.* 10. nam ut plures Sancti dixerunt, ex abundantia cordis os loquitur, ex Divo August. Sancto Antonio Paduæ, Abulensi, & aliis rectè probavit Pater Nisenus 2 *p. quadrageſimæ, feria* 1. 2. *id eſt Lunes, aſſumptio* 2. nec disposuit hic reus sermonem suum in judicio, juxta quod notatur *Pſalmo* 111. nam hæc verba proferre non posset, qui semper Regi exisseret fidelis, ex Cassiodoro *lib.* 6. *variar. c.* 9. ibi: *ſpeculum ſi quidem cordis verba ſunt*, & dum *in præfatione variarum* dixit: *contingit enim diſſimilem filium plerumque generari, oratio diſpar moribus vix poteſt inveniri*, & quantum suffragentur indiciis verba reorum notarunt Socinus *vol.* 1. *conſil.* 131. *incipit in præſenti, Verſ. Præterea*, Baldus *in l. is qui, §. Divus ff. de tutor. & Curat. datis ab his*, Rolãd. à Valle *vol.* 4. *cõſ.* 99. *n.* 50. & refert, quod tradit Baldus *in cap. mandatũ de reſcriptis*, quem sequitur Curtius Iunior *conſ.* 22. *n.* 12. ibi *Cor eſt imperator linguæ & eam habet, ſicut mancipium ſub juriſdictione ſua.*

Decimam tertium indicium præstat epistola, quam 38 post duos annos quibus hic reus vinculis tenebatur suâ manu rescripsit negociorum gestori in Belgio, ut omnibus amicis notum faceret illum non esse detentum in Hispania ex aliqua causa conspirationis, aut ejus scientiæ aut occultationis, sed quia Rex volebat ex prætextu illum punire, ex eo quod proposuit treguam & congregationem generalem Provinciarum, quo Regem injustũ arguebat, & eo mendacio populũ

concitabat, qui ex congregatione generali ſperabat damnis Reipùblicæ mederi, & treguam ad levamen appetebat, & ultra quam notavimus *ſupra, n.33.& 36.ex l.3. & 17. tit.13. p.2.* eſſe proditionem dicere vel audire aliquid contra bonum nomen, & famam Regis, hoc caſu non ſolùm falſò, & iniquè Regi injuſtitiam imponit, ſed timeri poſſet, ne ſubditi tumultuarent, ſi crederent, quod hic reus ſcripſit Principem illum punire, quia eorum levamen procurabat, & eò ſolùm quòd quis de Principe falſum dicat, vel Principi mendacium urgentiſſimum contra illum indicium deſumitur, Bartolus, Alexander, Grammaticus, Rolandus, Decius, Aymon Craveta, Hippolytus, Riminaldus, Blancus, Puteus, Maſcardus, & alii, quos refert Farinac. *in praxi, quæſt.52.n.5.* qui tradit eſſe magnum indicium doli, & ex Iulio Claro idem Farin. *tom.2. crim.127.n.11.*

39 Iuvat indicium: nam velle notâ inuere Regis juſtitiam, & falſò de illa ſcribere arguit falſitatem, & major dolus præſumitur in eo, qui dicit mendacium, *l. ſi qui affirmaverit, §.1. l. quod venditor, l. eleganter, §. idem Pomponius, ff. de dolo, l. falſus, §. ſi quis, ff. de furtis,* Caſtrenſis *lib.1.conſ.139. ad fin.* Craveta *conſ. 2.n.13.& conſ.192.n.13.* Luca de Peña *in l. quoties, verſ. quod ſi reus, C. de dignitat.12.* Tiberius Decianus *lib 3 conſ.32.n.29.* Menoch. *lib.5. præſump.3. n.33.* cum multis Maſcardus *de probat. concl.31.n.19. & 26.* & probatur expreſsè *l.2.tit.7.part.7.* & ſi eo ſolùm, quod aliquis malè conſulat Regem, infidelis habetur & morte dignus, *l.7.tit.23 parte 2.* quantò magis id procedit, quando Regi falſò injuſtitiam opponit, & mendacium extendit, quo ſubditi in Principis amore frigeſcant, & ab ejus fidelitate & obedientia poſſint declinare.

40 *Decimum quartum* indicium provenit, quia hic reus ad Hiſpaniam miſſus ex conſultatione Gubernatoris, & Conſiliariorum Belgii ea ratione, quia ad ſtatum publicum & illarum Provinciarum tranquillitatem erat conveniens hunc reum ab aliis evocare, quo omnium Miniſtrorum Regis teſtatione indicium ſumitur eſſe nocivum Provinciis, & intereſſe conſpirationi illum, quem cenſuerunt ſalubre eſſe longè abfuturum.

41 *Decimum quintum* indicium procedit voluiſſe anxiè proſequi generalem congregationem Provinciarum Belgii, & cùm objiceretur ex alia ſimili congregatione patratam fuiſſe rebillionem, quam hodie ſuſtinent Holandiæ, Zelandiæ Princeps Orangius & Naſſauvia domus, reſpondebat illam rebellionem ex odio in Cardinalem Granvellam proceſſiſſe, non ex ſubditorum perfidia, quæ omnia urgenti indicio ſuffragantur: nam velle eam congregationem fieri, & proſequi, quæ ſemper periculoſiſſima experta, & à Regibus improbata, & prohibita, ut tradit Famianus Strada *de bello Belgico, lib.8. pag.501.* eis verbis: *Hæc autem quamvis fierent Rege non ſolùm inconſulto, ſed etiam vi non ignorabant invito, quippe qui ordines cogi ſæpe vetuerat* & velle fieri illud, quod eſt periculoſum, præbet indicium doli, *l. fin. §. illud. verſ. ſummopere, Cod. de tempor. appellat. l. idemque, §. ſi ignorantes, ff. mandati,* & tenuerunt Baldus *lib.2. conſ.305.num.4.* Craveta *de antiquit. tempor.1 part. verbo videmus, num.5.& conſ.97 num.7.* & ex effectu præcedentis congregationis Provinciarum ordinum deſumitur indicium doli contra Regem, qui hanc ſolicitabat, & inſtanter petebat *ex cap.2. de renuntiat.* & Cardinali Zabarella probavit Maſcardus *concl. 532.n.116.*

42 Sed & quod tribuit primam rebellionem odio in Cardinalem Granvellæ, & ejus faſtuoſæ ambitioni, etiam dolosè ſuppoſitam: nam veræ cauſæ rebellionis Orangii & aliorum, qui eum ſequuti, hæreſis Orangii fuit, qui puritatem fidei Catholicæ ferre non poterat & ejus ambitio ad ſupremum Belgii dominatum: nam aliàs ſemper cum Granvellanis familiaritatem, & amicitiam habuit: nam Pater Cardinalis defendit Orangium, cum lis ageretur de hæreditate Renati Chalonii, & ſibi competere intenderet Schorus Præſes Conſilii privati, qua ea indignus Orangius hæreſi inquinatus, & favore Cardinalis non à ſucceſſione, & Florentinus Vander *lib.1. de initiis tumultuum Belgicorum,* hanc familiaritatem Orangii, & Granvellani exprimit *pagin.81.* eis verbis: *Quod Granuellanorum in ſe ſtudium ita Orangius excipiebat, uti legationes cæterarum rerum negotia, ſi quæ publica cum Atrebatenſi incidèrent ſummæ & animorum conſiliorumque concordia procuraret de rebus privatis, niſi authore Atrebatenſi rem graviorem nullam conſtitueret peregrè Bruxellam adveniens ante ſæpenumero apud Atrebatenſem, quàm domi ex equo deſcenderet, multáque Atrebatenſi, vel impedito vel abſente iis ædibus libertate fruetur.* Erat enim tunc Granvellanus Atrebatenſis Epiſcopus.

Igitur diſcordiæ illorũ cauſa fuit hæreſis Orangii 41
quam ferre non poterat, nec debebat Granvellanus, & Orangius apertè de ſe hæreſim fatetur *in Apologia,* quam pro defenſione ſcripſit Regi Philippo II. ut tradit idem Florentinus Vander *lib.1. pag.68.* ibi: *Erant poſtremò ambitionum, atque odiorum alia querimoniæ quamplures omnium earum factionum, Princeps erat Orangius, cujus rei què potius teſtem citabimus, atque hunc ipſum Orangium, qui eo libro, quo Regi ſe proſcribendi reſpondet, multis verbis commemorat, jam inde à puero reformatæ religionis perquàm ſtudioſum extitiſſe.* Et juvat quod tradit idem Vander *ubi proximè, pag. 84.* voluiſſe Orangium excludere obedientiam Summi Pontificis, ut poſtea conſequutus, idque totis viribus reſiſtere debebat Cardinalis, & *pag.100.* tradit, *Quod invidioſum Cardinali extitiſſe dicebatur, erat quæſtio de hæreſi.* Et item comprobat Famianus Strada *de bello Belgico lib.1. pag.59.* ibi: *Una omnium maximè turbavit, concivitque Belgarum populos ſuſpicio primùm, deinde conatus Inquiſitionis adverſus hæreſes inſtituendæ,* & *pag.99.& 100.* etiam tradit, *Vt enim nihil æque perculit hominum animos, atque inquiſitionis nomen in Hæreticos inſtituendæ.* Et refert Orangium perſuadere Belgis nihilo magis, quàm hoſtes Patriæ Inquiſitores execrandos, & idem Stradæ ſimiliter traditur *lib.5. pag.226.* & rectius explicat *p.248.* ibi: *Namque populus partim hæreſi corruptus, partim Inquiſitionis metu anxius effuſe favebat Hæreticis, qui illud Tribunal everſum ibant,* & *lib.10. pag.589* etiam tradit hæreſis prætextu voluiſſe ad ſeditionem Orangius populos impellere, nota verba: *Everſis ſacris, juſtis Sacerdotibus, atque adeo hæreſi procurata, id quod Orangio ad continendas contra Hiſpaniam civitates omni præſidiario milite certius* 44
inſtrumentum erat abundè firmavit.

Sed etiam ambitio Orangii conſpirationem excitavit hæreſi mediante, & cùm ad Imperium Belgii aſpiraret, Cardinalis ferre non debebat, ſed valide reſiſtere, ut notavit Florentinus Vander *l.1. pag.195.* ibi: *Intricata adeo res eſt ambitio quam diſcernere à magno & generoſo animo perquàm difficile exiſtat, ambitionis reos faciebat Orangius, atque ſocios Cardinalis,* & quia Granvellanus illorum ambitioni opponebatur, Eccleſiæ, & Regi fidelis, inde in eum odia excitata ut tradit Famianus Strada *l.7. de bello Belgico, pag. 388.* ibi: *Eo ſpectaſſe conatum ejiciendi Gravellani Cardinalis, qui eorum conſilia introſpexit,* & Florent. Vander

Vander *d.l.*1.*pag.* 120. eis verbis: *Iampridem enim Orangius eos animos conceperat, uti ferre jam non Cardinalis, sed nullius, nec Regis quidem imperium posset,* & Famianus Strada *lib.2.p.*101. *de initiis seditionis & rebellionis* refert, *Cum tamen duæ rem causæ confecerint, hæresis & ambitio,* & repetit *l.*5 *p.* 208. agens de potentia Hollandorum rebellium; nota ibi: *Atque in hunc denique modum nova hæc extitit ab aquis Respublica parente ambitione, obstetrice hæresi, terrore, sex tonitruo ante tempus emissa.* Vnde instare ordines Provinciarũ congregati, cum tam imminenti periculo indiciũ urgés præstare videtur, & Cardinali Granvellano tam falsas calumnias imponere.

45 *Decimum sextum* indicium est inventas esse Epistolas, in quibus familiariter cum Gallo proditore, & Regi suo rebellis hic reus scribebat, & cũ eo ex Curia Regis Hispani occultas litteras mittebat, quas dicimus *en zifra*, & nisi aliquid speraret ab eo vir nobilis, ut reus tam arctissimo nexu amicitiæ non recopularetur proditori, cui in effigie in Gallia caput abscissum, qualis enim socius est, tali socio delectatur, quia similis gaudet simili, & ex sententia Spiritus Sancti in Proverbiis. *Qui cum sapientibus graditur sapiens erit: amicus stultorum similis efficitur.* Et indicium facere cum proditoribus familiariter tractare tenuerũt Angelus §. *fama publica vers. quæro an indicium*, Marsil. *in praxi*, §. *expedita*, *n.*91. Mascardus *de probat. concl.* 451. adducens Psalmum. 17. & occurrentibus aliis adminiculis, quorum plurima sunt in hoc casu sufficere hoc indicium ad torturam cum Baldo, Gandino, Belvisio, Angelo, Marsilio, Craveta, Grãmatico, Carretio, Paride de Puteo expendens *l. Æquales*, §. *Pedius*, *ff. de ædilitio edicto*, *l. si plures* §. *quamvis*, *ff. de admin. Tutor. l. ult. C si mãcip. ita fuer. aliẽ* probavit Menoch. *l.*1. *præsump.* 89. *n.*125. nam semper fugienda est proditorum amicitia, aliàs qui cum eis conversatur, præsumitur ejusdem qualitatis, Salicetus. *in l. nullus*, *C. de maledicis*.

46 *Decimum septimum* indicium superiori cohæret, quia epistolas adeò à communi commercio occultare, & uti cum hoc proditore, *zifra*, quod semper occultioribus secretis deservit, ut de Zifrarum origine no avit Conradus Brunus *de legatis*, *l.*1. *c.*2. *per totũ*, & secreta habere cum delinquenti præbet indicium contra illa habentem cum Plaza, Antonio Gomezio, Iulio Claro, Anton. Gabriele, Mascard. Monticello, ad torturam sufficere probavit Farin. 1 *tom. praxis q.*43. *n.*175. & 176. cum Felin. Baldo. Iasone, Marsilio, & 47 Carter. etiam Menoch. *de præsumpt.* 89. *n.*115. & 116. *Decimum octavum* indicium præstat, nam cum omnes Cõsiliarii status Belgii, in ea fuissent sententia ne admitteretur tractatus Treguæ de Provinciis ad Provincias quem dicunt: *de estados a estados*, cùm ad hanc Curiam remitteretur ut Regi nostro quod tractabatur referret non exhibuit transumptum hujus Consilii & suffragiorum Consiliariorum, & cum in propositionibus tractatus plura continerentur quæ detrahebant Regiæ Majestati, imò omninò excludebant Dominatum, quẽ Rex hab bat in illis Provinciis: nã ipsarum arbitrio relictum, quod ad Regimen, bellum, pacem & commercium pertinet adhuc in hac Curia insistit, & antea suasit Gubernatori Belgii fieri tractatum inter ipsas Provincias fideles, & rebelles, cùm omnia prædicta, quæ in Treguæ Capitulis continebatur, Regis propria sunt, non subditorum, ut in regimine & bello probarunt Alciat. *præsumpt.* 8. *n.*10. Iacobinus de Sancto Gregorio *de feudis*, *verbo de Castro n.*20. ex Oldraldo, Bart. Fulgosio & Panormit. qui loquitur in Regibus Hispaniæ, de illis probavit latè Camill. Borrell. *de præstantia Regis Catholici*, *c.* 67. *n.*4. & *in custodia Castellorum*, *c.*37. *per totum*, & Joan. Bapt. Larrea Allegat. Fiscal. *Pars I.* *in pace & tregua*, *c.*38. Vnde circa id insistere magnum indicium præbet contra reum, & augetur ex eo, quod inter reliqua, & tractatum treguæ non exhibuit hoc Consiliariorum status decretum, ut indicium regulariter exurgit contra eum, qui occultat instrumenta, *ex l. unica*, *C. de Latin. libertat. tuenda. l.*2. §. *Divus. ff. de jure fisci*, & contra illum, qui non exhibuit, quod debebat exhibere, *l. ubi exigitur argentarius* 8. *ff. de edendo*, Lucas de Peña *in l. quemadmodum*, *C. de Agricol. & censitis*, *lib.*11. & cum Baldo *vol.*3 *cons.*219. *n.*2. Mascardus *de probat. concl.* 532. *n.*94. & 156.

Nec excusabitur hic reus si dixerit consensu Gubernatoris Infantis Hispaniæ tractatum treguæ incæptum quia id concussione à conspiratis factum, & illam non consensisse Regi scripsit, & usurpare posset verbum alterius epistolæ, quam Regi Philippo II. scripsit Madama Parmensis Belgii Gubernatrix die vigesimo octavo Augusti, anno 1566. in simili casu confessus congregationis tumultuantium. refert Famianus Strada *de bello Belgico l.*5. ibi: *Ægra animo corporeque decumbens advocatis à me Orangio, Egmontio & Hornano testata consensum illum vi extorqueri, veniam, securitatemque fœderatis asseruit*, & semper sumendum indicium contra eum, qui ut hic reus persuasit fieri treguam & tractatum cõtra Principis auctoritatem, quo dignitate suprema illarum Provinciarum exui videbatur, & ideò tanquam insolens & insolitum effectum habere non poterat, ut *argum. textus*, & ibi glossa *in l. si quis sub conditione*, *ff. de condit. & demonstr.* & *ibi* Doctores communiter notavit Menoch. *l.*3. *præsumpt.*122. *n.*67. ubi refert Bald. Angelum, Alberic. Decian. Ancharr. Socin. Seniorem, Parisium, Natam, Gratum, Alciatum, Zepolam & & alios ut semper præsumatur contra insolita. 48

Decimum nonum indicium procedit, quia cùm conditiones tractatus treguæ essent valde nocivæ Religioni, quia libertatem inducebant in Provinciis Catholicis fidelibus & obedientibus, tum & omnino detrahebant Regis authoritati & supprimebant dominatum, hic reus instabat pro cõclusione tractatus treguæ & minabatur conspirationem & destructionem Provinciarum fidelium Belgii, nisi tregua admitteretur, in quo valde suspectus reus videtur: cum vellet, & instaret Principem facere quæ non posset, *ex l. filius*, 25. *ff. de condit. instit.* eis verbis: *Nam quæ facta leguntur pietatem, existimationem & verecundiam nostram, & ut generaliter dixerim, quæ cõtra bonos mores sunt, nec nos posse facere credendum est*: Quod à Iure Consultis dicitur impossibile de jure & ejusdem qualitatis censetur ut impossibile à natura *l. si stipulor.* 35. *l. continuus* 137. §. *cũ quis*, *ff. de verbor. oblig. l. conditiones* 9. *l. conditiones* 14 *ff. de condit. instit. l.*32. *tit.*9. *p.*6. & 10 rotarunt omnes *in d. l. filius*, ex Duareno & Cuiac. D. Pichard. *in* §. *impossibilis instit. de hæredibus*, *instit. n.*14. Donellus *l.*6. *c.*18. cum Mercerio, & aliis Osualdus *in notatis lit. H*, non potest enim à malevolâ præsumptione & indicio eximi, qui instat, & consulit rem tam pessimam, & plenam notâ & dedecore, quando ex legibus quilibet Vassallus tenetur præcavere, & longè excludere omnia, quæ Principis auctoritati nocere possint, ut expressè traditur *l.*1. *tit.*13. *p.*2. eis verbis: *Porende deve catar muy de luene las cosas que son a su pro, e a su honra, e asu guarda, y ser muy acucioso para allegarlas, e acrecentarlas, e las que fueren a su duaño desviarlas, e tolellas quanto mas pudieren.* 49

Nec excusat reum, quod responderat non esse credendam comminationem asserere, & præcavere ruinam Provinciarum, nisi expediretur tractatus treguæ, quemadmodum in Medico non tribuitur dolo protestari morbi periculum, ut remedium adhibeatur: nam 50

hac ipsâ allegatione contra reum indicium augetur ut cẽſeret remedium Treguam facere cum violatione Religionis, Regiæ dignitatis jactura, & magis decens foret Regi noſtro armis in rebelles irrũpere, Provincias & vitã amittere, quàm admittere treguam, quæ Catholicam fidem & ejus auctoritatem lædebat, & qui pro eo inſtat, & id perſuadet, non poteſt eximi ab indicio, quemadmodum contra illum ſumitur, qui cùm ſciret viam ex graſſatoribus & latronibus periculoſam eſſe, per eam dirigit viatores, ut ex Gandino, Vitalino, Carrerio probavit Men. *l. præſumpt. 89. n. 114.* quid enim præſumendũ nõ eſt de vaſſallo qui in tale præcipitium Principẽ inducebat, & dirigebat?

51 *Vigeſimum* & urgens indicium procedit, quia cùm tractatus Treguæ talis eſſet, qui regimini Principis & dominatui detrahebat, adhuc ſemper reus inſtavit & in conſeſſibus in Hiſpania edixit nihil actum circa treguam, quod Regis auctoritatem læderet, de qua præſumitur non rectè ſentire, & in amore Principis frigeſcere, qui hoc intelligit, & ſuadet, quin etiam ſi tempore antiquo in ſeditionibus & conſpirationibus Belgicis, qui obedientiæ vinculum ruperunt ſolebant ſemper dicere velle obedire Principi, ut rectè notavit Cornel. Tacitus eis verbis: *Paucis poſt Kalendas Ianuarii diebus Pompeii propinqui Procuratoris à Belgica afferuntur legiones rupta Sacramenti reverentia Imperatorem alium flagitare, & Senatui ac Populo Romano arbitrium eligendi permittere, quo ſeditio mollius acciperetur:* refert Adamus Contzen *lib. 9. Politico, c 24. §. 12.* ubi de his rebellionibus aptiſſimè ſcripſit: *Vidimus Galliarum, Belgii, Bohemiæ rebelliones: nihil mollius, nihil pictius, aut fucatius dici, vel agi potuit, Reges ſe ſuos amare, obtẽperare omnibus, contra occultos hoſtes agere, Regiã Majeſtatẽ omnibus velle defenſã, pro Rege & lege ſcribebant vexillis. at neque Cæſar aliud, quam Reipublicæ ſaluẽ, nec aliud Põpeius proferebat, & merito militib. exprobrat Caio:*

——— *Pompeiana fuiſti,*
Non Romana manus.

52 Confirmatur eo, quod de rebellionibus noſtri temporis refert Famianus Strada *l. 5 an. 1566. p. 226.* cũ plures in Regem conjurarent, & Gheuſium nomen aſſumere decernerent. & per totam Vrbem Bruxellæ apparuerunt conjurati veſtibus è panno cineracei coloris induti, & nummum ex ære ligno ex argento & auro inſtar bullæ ſuſpendunt ex collo, in quo Philippi II. cælata erat effigies hiſce cum verbis, ſed Gallicè circunſcriptis, *fideles Regi*, & ut tradit idem Famian. Strada ibi: *Procerũ nonnullis ea probari: ſive quod ſperarent, quidquid clã feceram excuſari, aut etiam laudi poſſe verti ſi palam inſerto Regis nomine facerent*, ubi rationẽ tradit eriãſi Principi illi cõjurati infeſti ſint, ejus tamen nomen in publico venerantur, & rectè declarat idem Famianus Strada *de bello Belgico lib. 6. p. 346.* ubi æquiparat factis Hugonotorum in Gallia an. 1567. tempore Regis Caroli, qui ab eo petebant veniam & permiſſum colligendi copias militum prætextu defenſionis Regni, ut Regẽ poſſent opprimere: nota verba Stradæ: *Sic illi copias, quas in rebellionẽ ilã intenti cogebant ſpecioſo Regis nomine venditabant more Hugonotorum quibus ſecuritas appellatur, cùm captivitas eſt*, ideò in omnibus conſpirationis Belgicis qui de regimine, bello & pace diſponere volebant, & ne edictis Inquiſitionis, aut aliis Principis obedientia præſtaretur, in horum omnium tractatu ſemper edixerunt ſalvam remanere Regiam authoritatem, & obedientiam, ut referunt Florent. Vander, *de initiis tumultuum Belgicorum l. 2. p. 102. 231. 240.* Strada *l. 9. p. 518. 519.* ex quo non ſolùm rebellio in Principem, ſed ejus dignitatis maxima illuſio oſtenditur manifeſtè, & nullo magis confirmatur quàm in tractatu Treguæ adimere Principi Regimen, diſpoſitionem belli, pacis, commerciorum, & Cuſtodiæ Caſtrorum, idque ſalvâ Principis dignitate & nihil contra ejus authoritatem admiſſum proteſtari.

Vigeſimum primũ indicium procedit, quia hic Rex ad Ordines Belgicos, ex hac curia Matriceſi reſcripſit nolle Miniſtros & Conſiliarios Hiſpanos tregũ fieri cùm ex omnibus actibus juſtam treguam & levamen Provinciarum fidelium ſemper deſiderarent, & hoc improbo mendacio, & quod in proximo indicio retulimus edixiſſe, nihil actum in præjudicium Regis cùm ejus dignitas in totum fœdaretur in tractatu, quem proponebat ſumitur urgens indicium; *l. ſi quis affirmaverit, §. 1 l. quod venditor, l. & elegantèr, §. item Pomponius ff. de dolo, l. falſus, §. ſi quis ff. de furtis*, ex Alexandro, Socino, Barbacia, Luca de Peña, Gigante & aliis Maſcardus *de probat. concl. 532. n. 19. 20.* & ut ſufficiat hoc indicium ad torturam ex Angelo, Aretin. Curtio Seniori, Socin. Seniori, Ruino, Boſſio & aliis Menoch. *lib. 1. præſumpt. 89. n. 67.* & juxta opinionem benigniorem hoc indicium arbitrio Iudicis relinquitur, Iulius Clarus *in pract. crim. §. fin. q. 21. verſ. mendacium*, quid ergo Iudices arbitrari poterunt in tam ſubdolâ proteſtatione, & cùm ſæpiſſimè reus in omnibus Conſiliis, & conſeſſibus edixerit Provinciarum Belgii quietem pendere ex eo, ut Tregua fieret, aliàs ſubditi, qui eam valdè anxii appetebant, excitarentur, ut *ſuprà* expendimus, malevolè culpam Miniſtris Hiſpanis velle infligere, ut propter Conſiliarios Regis ad effectum improbus tractatus non perduceretur, nihil verſutiùs & magis doloſum, & quando quis alteri crimen falſo impegit, ſumitur indicium, quod ſufficit ad torturam contra imponentem, Bartolus, Romanus, Marſilius, Felinus, Brunus, Decius, Foller, Novell. Boherius, Imola, Mãdoſius, & alii, quos refert Grammaticus, ex quibus probavit Farinac. *t. p. praxis, q. 52. n. 4.* ex Iulio Claro, idem Farinac. *conſ. crim. 127. n. 21.* & tenuit Ziletus *tom. 2. conſ. 61.* 53

Vigeſimum ſecundum indicium præſtat: nam cum reus à Rege noſtro plures dignitates, & beneficia cõſequeretur, plus quàm viginti, & ut ille confeſſus in actis hujus cauſæ, & plus quàm centum mille argenteos in argento in quolibet anno pro ſalario, & ſupẽdiis in quolibet anno ex Regis Patrimonio percipiebat, adhuc ſemper querelas proferebat, nulla ei beneficia à Rege cõferri, & Gubernatori Belgii minabatur abſentia Provinciarum, niſi fierent, & magna ſemper præſumptio eſt contra ingratum & omnium criminũ fomes ingratitudo exiſtimatur, ut ex legibus Hebræorum, Perſarum, Athenienſium, Macedonum & Xenophonte, Alexandro ab Alexandro, Cælio Rodigino, Giraldo *in libro adverſus ingratos* probavit Menoch. inde ſumens delicti indicium, *l. 5. præſumpt. n. 13. 14.* & ideò cum valdè execrabilis ſit ingratitudo cum Baldo, Ripa, & Riminald. Iuniori probat Men. *n. 11.* majorẽ probationẽ requiri, ut quis ingratus cenſeatur. 54

Sed de ingratis, & qui beneficia accepta non recognoſcunt, & alia petunt, maximè in conjurationibus eſſe timendum denotat Seneca *lib. 3. de ira, c. 29.* eis verbis: *Cæſarem non Pompeiani, ſed amici peremerũt, quorum non pleverat ſpes inexplebiles*, & in ſimilibus & primis conſpirationibus, & tumultibus Belgii ità conſpiratis, qui plura à Rege acceperãt, nihil recepiſſe jactari, ut ſuis querelis cauſam oſtenderent, tradit Famianus Strada *de bello Belgico, lib. 2 pag. 81.* reddens rationem ibi: *Perinde quaſi cùm multum acceperint injuriæ loco ſit, plura adhuc accipere potuiſſe*, & *pag. 53.* ſcribit: *Haud ignarus aliquorũ animos arctiùs teneri beneficio, vel uno accipiendo, quàm multis acceptis,*

ſtis,& ad conſpirationem rectè notavit Scipio Gentilis *de conjuratione lib.2.c.6.* ubi ex authoribus Politicis tradit hæc verba, *Itaque dicere hinc debent Principes ad evitandas conjurationes, eos vel maximè ſibi metuendos in quos plurima beneficia contulerunt, quod hi magis formidabiles ſint quàm qui plurimis injuriis affecti fuere: nam voluntas in utriſque ſimilis eſt, potentia in his, qui beneficia acceperunt, major exiſtit, majorque furor eſt in dominandi cupiditate, quam in vindicandæ injuriæ deſiderio.*

56 *Vigeſimum tertium* indicium urget, quia reus confeſſus principalem ex cõjuratis menſe Iunii ann.1632. in quadam villa induxiſſe illum ad conjurationem, & in eodem menſe inventa eſt apud eum conjuratũ epiſtola iſtius rei manu ſcripta, & ab eo recognita, in qua ſcribebat principali cõjurato, ut cõvenirent in ea villa in menſe Iunii, unde apparet hunc reum ad illũ locum conjuratum evocaſſe, & cum ibi in confeſſione declaraverit propoſitam ei fuiſſe cõjurationem, gravi indicio ſuſpectus exiſtit, ſicut ſumitur indicium cõtra illum, qui propè locum delicti eſt, vel frequentat eum, ut pluribus probavit Farin. *lib.2.conſ.crim.147.n.43. & conſ.164.n.9. & lib.3.conſ.213.n.3.* Puteus *de ſyndicatu, verſ. qui eſt inventus, n.1.* quantò magis ſuſpectus cenſendus reus, in cujus domo de conſpiratione actum, & ad eam illum ſolicitatum confeſſus, & ad villam ſuam principalem ex conſpiratis convocavit.

57 *Vigeſimum quartum* indicium, nam cùm ſciret conſpiratos eſſe, & illos velle evertere rerũ ſtatum & velint inimicos habere, omnes qui eis non conſentirent, interrogatus reus in confeſſione an aliquâ curam haberet, rerum ſuarum, villarum, oppidorum ſuorum & bonorum immobilium, reſpondit nullam curam habuiſſe, ex quo deſumitur indicium à conſpiratis Reũ ſecurum reddituum, aliàs enim ſua cõſervare curaret & amittere timeret, *argument. l.cum de indebito, ff. de probat. l. fin. §. ſin autem, C. arbitr. tutelæ*, Gloſſ. *verbo probare, in cap. fin. per textum ibi de ſolut.* cum Butrio, Affictis, Tiraquello, Greg. Lopezio, & aliis D. Valenzuela, *2.tom.conſil.121.n.81.* Bart. *in l.utrum, ff. de donat. inter*, Decianus *tom.5.reſponſ.1.n.17.* Carrotius *de locato, q.2.n.10* cum aliis. Maſcardus *de probation. conſ.555.n.2.* nã ut tradit Ariſtoteles *lib.3 ethic.c.1.* ibi *Naturale eſſe neminem fortunas ſuas abſque aliquo emolumento abjicere*, & niſi vel conſpiratis cõſentiret reus, vel ab eis ſecuritatẽ haberet, fieri nõ poſſet, quin timeret illorũ tractatus & curã non habere enunciare ſi cõtra illos eſſet, nihil eſt inveroſimilius, & quod magis indicium augeat, ex traditis à Panormitano, *in c. quia veroſimile per textum ibi de præſumptio.* Bart. & Caſtrenſ. *in l. Lucius. ff. de his qui notan. infamia*, Bald. *in l.1.C. de ſervis fugit.* & juxta quod veroſimile ſumitur indicium ad condemnationẽ, Oldraldus *conſil.13. incipit, tum quæſtio, ad finem*, Baldus *vol.3.conſil.180.* Aretinus *conſil.9.col.2.* Speculator *ad titul. de præſump.* Abbas *in c.3. loco, de probat.* Zletus *tom.2. conſ.crim.54.n.30.* Brunor. à Sole *in conſ.crim.n.18.*

58 *Vigeſimum quintum* indicium procedit, quia probatum principalem ex conſpiratis, cùm diceretur removendam à Principe ac adminiſtratione Præfecturæ Provinciæ, dixiſſe facturum violentiam ne removeretur ad idque evocaturum familiares, conſanguineos, & amicos & inter alios, ut magis ſi lum hunc reum referri ab hoc conſpirato, & non leve indicium eſt cum eo eſſe talem amicitiam, ut hoc poſſet de reo cõſilere, juxta quod ex Baldo, Aretino, Craveta Grãmatico, Marſilio, Gandino Carretio, & aliis probavit Menoch. *lib.1. præſumpt.89. n.123.* Caſtrenſis relatus à Maſcardo *de probat. concluſ.451. n.9.* Farinac. *lib.2.conſil.crim.164.n.9.* & maximè ſuſpectum cenſendum adeo concordem eſſe Reum, ſi fidelis exiſteret cum conſpirato, cujus proditioni infeſtiſſimus exhiberi debebat pluribus Marantha *de ordin. Iudicior. 6.p.tit.in quæſtione n.51.* Maſcardus *concl.522.*

Vigeſimum ſextum indicium & urgentiſſimum pro- 59
venit, quia ex plurium inſinuationibus relatum conſpiratos inter diviſionem Provinciarum, ut nobiles gubernarent huic reo aſſignaſſe Provinciam Brabantiæ, quæ eſt potẽtior & uberior Belgii, id enim gubernationem Provinciarum dividere conſuetum eſt in conſpirationibus Belgicis, ut refert Pater Strada *de bello Belgico, lib.5. pag.249. de tractatu anni 1566. & lib.7. pag.388.* ibi: *Voluiſſe illos cum Orangio aliiſque nobilibus excluſo Rege à Belgii dominatu Provincias inter ſe partiri* & ſimile tradit D. Prudentius Sandovalius, *in hiſt. Caroli V. lib.2. §.3 ad finem* referens conjurationem quæ facta ann.156. ut Regnum Siciliæ Regi Gallorum traderetur, & referens cauſas conjuratorum omnes commodum conſequi intendebant, & addit hæc verba: *De manera que er fin deſta traiçion no era por ſervir al Rey de Francia ſino por intereſes, y paſiones particulares de los quela urdian.*

Cùm igitur in hujus rei utilitatem procederet Belgica conſpiratio, ſumitur indiciũ urgens ex præſumptione, quã dixit Caſſianam Cicero *in Oratione pro Sexto Roſcio Amerino*, eis verbis: *Lucius Caſſius ille,* 60
quem Populus Romanus veriſſimum & ſapientiſſimum Iudicem putabat, identidem in cauſis quærere ſolebat cui bono fuiſſet, & ut ibi tradit Lambinus *notat.31.* id ſumptum fuit à Græco Lyſia, qui illũ criminis participem cenſebat, qui ex eo utilitatẽ ſperabat, & quamvis in jure nunquam præſumatur delictum committi, *l. merito. ff. pro ſocio*, ſed adhuc maximum indiciũ ad delicti cõprobationem procedit, cò quòd alicui ex eo adjiciatur commodũ, nã hæc præſumptio, ut fortior excludit contrarium, *l. contrariam, l. Divus. ff. de in integ. reſt.* D. Alfarus *de officio Fiſcal. gloſſa 20.n.153.*

Et delictum commiſſum cenſeri ab eo, qui ex illo 61
reportat utilitatem, fuit doctrina Bartoli *in l. fin. n.5. ff. de q.* quã ſequutus Felinus *in c.2. de homicid* Albericus, Carolus Ruinus Hippolytus, Aymon Craveta, Lapus, quos refert, & ſequitur D. Molina *lib.2. de primog. c.5. n.45.* & adducit Quintilianũ & Cicer *lib 2. de finibus*, & additio ad Molinam, ubi refert Farinac. & Boſium, qui alios cumulant, & melius probatur ex Cicerone *in loco*, quẽ prædicti non adducunt *in Orat. 28. pro Tito Annio Milone*, eis verbis: *Quonam igitur pacto probari poteſt inſidias Miloni feciſſe Clodium? ſatis eſt, quod in illa tam audaci, tam nefaria bellua docere magnam ſpem in Milonis morte propoſitam, magnas utilitates fuiſſe, itaque illud Caſſianum cui bono fuerit in his perſonis valeat*, & idem ſequutos antiquiores cum Blanco, Lancelloto & Curtio Seniori tacuit Petr. Surdus *conſ.467.n.5 & 6.* & tradit rationem, quia ſicut damnum præſumitur datum ab inimico, ut ex Bartolo, Romano, & Decio probat ita factum delictum ab eo, in cujus utilitatem cedit, Maſcardus *de probat. concl.831.n.12.* in quo etiam Menoch. *de recuperand. poſſeſſ. remedio 1.n.56.* Gratianus idem ſequutus, *deciſ.84. in addit.n.3* Alciat. *conſ. 357. in fine*, quem Bald. & alios hoc etiam tenens refert Surdus *conſ.512.n.6.* Hieronym. Gonçalez *regul. 8. Cancell. §.7. in Proœmio, n.171.*

Et hoc indiciũ & præsũptio Caſſiana in terminis 62
Belgii conſpirationũ probatur à Famiano Strada *de bello Belgico lib.5 pag.207.* ubi ad ſumendam conjecturam eorum, qui participes erant in ſeditione & tumultu, qui eo tempore eſt excitatus, tradit eis verbis: *Nec ego dubito verim multos eſſe habitos conjurationis participes, ut præter jã memoratos, etiã de Elizabetha*

Angliæ Regina addubitatum eſt non alio argumento quam quod credebatur eorum intereſſe, ſi res Belgicæ turbarentur, nempe valet apud omnes Caſſianum illud, cui bono, aliquid vertitur in eum recte collimet ſuſpicantis animus, quid enim non præſumendum de eo cui conjurati potentioris Provinciæ Ducatus Brabantini Gubernationem deſignabant? nunquam enim credi poſſet, facerent ſe illis infeſtus, & oppoſitus.

63 *Vigeſimum ſeptimum* indicium colligitur: quia ex omnibus ſcriptis, & rebus rei apparuit notitiã habere omnium eorum, quæ magis in occulto conſpirati patrarunt, & eſſe participem ſecretorũ conjurationis præſtat indicium contra eum, qui ſcierit, ut ex Plaza, Antonio Gabriele, Iulio Claro, Maſcardo & Antonio Gomezio probavit Farinac. *in praxi* 1. *p. q.* 43. *n.* 176.

64 *Vigeſimum octavum* indicium, quia hæc quæ ſciebat, nunquam retulit, ut periculum admoneret, ſed nimis loquax & procax ipſe aliis referebat? imò cùm de iſtis, quæ cum certò ſciret, ab eo ſuſpicarentur, interrogaretur, tunc ignorantiam affectabat, & ab Hiſpanis audiviſſe reſpondebat, & indicium delicti eſt ignorantiam affectare, ut poſt Bartolum, Baldum Caſtrenſem, Brunum, Rolandum, & Bertachinum probavit Maſcardus *concl.* 834. *n.* 7. & 8. Romanus *conſ.* 127. *per totum*, Thuſcus *practic. lit. I, concl.* 121.

65 Et verè de hoc reo aliqui & majores Belgii Miniſtri inſinuârunt velle non deſpicere conjuratis & Regi videri fideles, ne ſi ad effectum perduceretur conſpiratio ab illis, non alicujus ſua non periclitarentur, ſin verò (ut Deus annuit) Provinciæ Catholicæ, & fideles Belgii quamvis duobus hoſtilibus exercitibus imperitæ non turbarentur, poſſet fidelitatem apud Regem oſtentare & affirmare, ut hodie affimat, & ei publicã ſalutem, & incolumitatem Provinciarum tribuendã, id enim refert Cornel. Tacitus *lib.* 15. *annal.* §. 23. feciſſe Fenium Rufum apud Neronem, quia etiamſi particeps conjurationis in conjuratos ſæviebat, ut fidem detraheret nota verba: *Fenius quoque Rufus violenter urgebat nondum ab indicibus nominatus, ſed quo fidem inſcitiæ pararet atrox adverſus ſocios.*

66 Ex quibus indiciis cùm probatio fiſci à reo prohiberetur, adhuc poſſe fieri condemnationem in cauſa criminali, ultra quæ *ſuprà* notavimus *in princip. n.* 2. *cum ſequent. alibi allegat.* 91. *n.* 19. nam quamvis in criminibus requirantur probationes liquidiſſimæ, pro eis indicia habentur *l. fin. C. de probat.* ubi addendus Bald. Caſtrenſis *n.* 5. Salicetus *n.* 2. idem Baldus *in l. excipiuntur, n.* 1. *ff. ad Sillanian.* ex pluribus Barboſa *in l.* 2. *in princip.* 1. *part. n.* 91. *ff. ſolut. matrim.* Anton. Gomez *in l.* 80. *Tauri, n.* 50. Menoch. *conſ.* 31. *n.* 25. Giurba *conſ. crim.* 2. *n.* 45. Peguera *deciſ. crim.* 17. *n* 40. Hieronym. Laurentius *deciſ.* 15. *n.* 18. Seſſe 1. *p. deciſ.* 111. & 2. *p deciſ.* 218. *n.* 28 pluribus Leo *deciſ. Valent.* 125. *n.* 36. & 37. Riccius *collecta* 1114. multis Farinac. 2. *tom. conſ. crim.* 189. *n.* 15.

67 Et quamvis regulariter non conjungantur probationes imperfectæ, Gloſſa *in c. veniens, verbo illorum de teſtibus*, Iaſon. *in repet. l. admonendi n.* 257. *verſ. item cave, ff. de jurejurando*, Dinus *in l.* 2. *ff. de excuſ. tutor.* Pariſ. *vol.* 4. *conſ.* 152. *verſ. Præterea*, Hippolyt. de Marſil. *conſ.* 20. *n.* 14. & *in praxi*, §. *expedita.* Peguera *dict. deciſ.* 17. *n.* 41. tamen in cauſis difficilis probationis conjunguntur probationes, Bart. *in l.* 1. §. *idem Cornelio, n.* 3. *ff. de quæſtion.* plures refert Farinac. 1. *part. praxis crim. de indiciis, q.* 37. Afflictis *deciſ.* 12. *ad finem, n.* 3. Cavallus *cent.* 3. *caſu* 251. *n.* 8. Decian. *vol.* 3. *conſ.* 66. Pariſ. *lib.* 2. *conſ.* 28. Menoch. *conſ.* 788. Minſinger. *cent.* 2. *obſervat.* 100.

68 Maximè quando imperfectæ probationes invicem non ſe elidunt, ſed potius adjuvant, ut in hoc caſu, *ex l. cum ſcimus, C. de agricol. & cenſitis lib.* 11. *l. rationis, l. inſtrumenta, C. de probat.* & circa indicia, etſi leviora plura conjungi, ut exurgat indicium validum ad torturam ex Buttio, Romano & aliis Anton. Gabriel. *lib.* 1. *commun. tit. de probat. concl.* 1. *n.* 27. & 32. ex Aretino & Boſſio, Farin. *conſ. crim.* 8. *n.* 94. cum Baldo & Igneo idem Farin. *conſ. crim.* 109. *num.* 14. & *conſ.* 175. *num.* 4.

Quod magis procedit in tractatu conſpirationis, 69
vel conjurationis, qui ex ſua natura habet tractũ ſucceſſivum, nec perficitur uno momento, & ideò neceſſarium ex variis actibus probationes imperfectas, & indicia conjungi, ut in terminis notavit Hippolyt. Riminaldus *conſ.* 85. *n.* 10. eis verbis: *Quoddam eſt factum, quod non capit eſſentiam in momento temporis, vel in uno loco, ut conſpiratio, conjuratio, tractatus conficitur enim commotio ex variis partibus, ſeu præparamentis ut in Caſtro, in quo voluit quis hoſtiliter invadere territorium, alius occupare aliud, alius capere dominium, vel legatum, ex iſtis enim tam variis & ſingularibus actibus perficitur unus tractatus una rebellio, & quilibet teſtis deponens de actu ſingulari, & diverſo ab alio deponit de tractatu & conſpiratione, & eam perficit, & hoc caſu ſingularitas teſtium probantium, licet ſingulariter hoc & illud non vitiat.*

Præſertim cùm iſta ſemper in occulto fiant & ſe- 70
creto, & ex Ancharrano, Bellono, Affl cto, Croto & aliis rationem reddit Riminaldus, *ubi proximè* ibi: *Aliàs lex adſtringeret ad impoſſibile de facto ſi vellet omnia continuata & diſtantia ſive ſeparata per eoſdem teſtes probari*, & idem tenuit in terminis Hippol. de Marſilis *vol.* 1. *conſ.* 1. *n.* 63. & 64. & cumulari indicia & probationes imperfectas ad hoc crimen conſpirationis tenuerunt Gigas *de crimine læſæ Majeſt. q.* 8. Decianus *tract. crim. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 45. *n.* 8. Boſſius *ſub tit. de crim. læſæ Majeſt. n.* 117. Anchar. *conſ.* 440. *in* 2. *dubio*, & in eo, qui contra Principem conjurat, Maſcard. *de probat. concl.* 463. *n.* 16. & generaliter in delictis occultis & difficilis probationis conjungi probationes imperfectas ad pœnam ordinariam, ex Baldo, Barboſa, Merenda, Felicio, Farinacio, Menochio, & aliis Giurba *conſ. crim.* 2. *n.* 45.

Sed & omnia prædicta indicia maximè adaugent, ſi 71
conferas hunc tractatũ conſpirationis cum omnibus antiquis: nam quemadmodum Miniſter Angliæ, ut expendimus *ſuprà n.* 23. proponebat eſſe neceſſarium, ut Provinciæ Catholicæ fideles & obedientes peterent ſubſidium à Rege Galliæ, Angliæ, & rebellibus, ita cum àdverſus Romanos conſpirarunt Belgæ tempore Tiberii, & Veſpaſiani Imperatorum idem intẽderunt, ut refert Famianus Strada *de bello Belgico lib.* 1. *p.* 2. eis verbis: *Cœpta à Batavis defectio, petita à Gallis Britanniſque ſubſidia, fatigata diuturno ancipitique bello Romanorum arma, pleraque tam ſimilibus iiſdemque artibus iterata, ut niſi ex ſingulorũ nominibus diſcrimen animadverteris, intereſſe ſe priſcis Belgarum tumultibus identidem arbitreris, uſque adeo in rebus humanis ſæcula, ac perſonæ intereunt, cauſæ & eventa eadem recurrunt*: & poſtea ſubjungit Religionis defenſionem hoc tempore animos fortius inſtigaſſe, nota ibi: *Quanquam ut veteres illos longè ſuperavimus, nationum religionúmque diſſidio, ſic iras ab hac cote pugnacius armamus odiáque exinde animoſius exercemus.* 72

Vlteriùs hunc tractatum Tregiæ, quo perfidi Hollandi volebant Provincias Catholicas, & obedientes adſtringere, ut contra ſuum Regem concitarent, eadem Capitula cõtinebat, quæ primi tractatus, ex quibus ſemina rebellionis antiquæ, videlicet, ut eorum voluntate & cõſilio omnia fiant, Hiſpanos ejiciendos à Belgio, non niſi Belgas in præſidiis admittendos, ut ex

ex tempore Regis Philippi II. refert Florentinus Vander *lib.1.de initiis tumult.pag.* 69. ibi: *Rogati itaque Ordines eas singuli sententias dicunt, rogandum esse Regem uti peregrinum militem Belgio educat, præsidiis non nisi Belgicis utatur, consiliis de Republica peregrinos non adhibeat: adjiciunt nonnulli, antequam hoc est à Rege impetratum, concedi rē ullam Regi non deberi.* Et idem tradit Famianus Strada *de bello Belgico l.1.p.*55. eis verbis: *Rogare Ordines, ut Caroli patris exēplo peregrinos milites Belgio Rex educeret, præsidiis non nisi Belgicis uteretur, atque ad earū Provinciarum Consilia externos homines non adhiberet.*

73 Præterea, quod hic in sui defensionem allegat, obtulisse Gubernatori revocare juramentum fidelitatis, etiam in antiqua rebellione anno 1567. tempore Madumæ Parmensis factum fuit, & illa admisit, etsi perfidiam conspiratorum cognosceret, ex ratione, quā exprimit Famianus Strada *de bello Belgico l.6.pag.* 316. ibi: *Quod agebat, non ut exploraret aliquorum animos satis sibi perspectos, nec ut ignoraret nullis cōstringi vinculis posse perfidiam, sed ut eos minore invidiā exauctoraret si sacramentum abnuerent, aut plecteret, si fallerent fidem:* nam qui primum juramentū contēnit, etiam secundum & ulteriora contemner,

Ex prædictis indiciis illud adjiciendum hunc reū 74 in scriptis ad Regem petiisse veniam suæ culpæ, ex quo ejus confessio inducitur, quia licet ex rajudicialis veniæ petitio non inducat confessionem delicti, sed velle vitare vexationem litis, tamen in judiciali, ut in præsenti, in scriptis, quæ actis inserta, & à Rege petita ut crimen quis conficeri cēseatur, tenuerūt Ioann. Andreas, Hostiensis Butriust Panormitanus, Ananias Cardinalis, Carrerius, Blancus, Bonacosa, Mascardus Gigas, & plures Rotæ decisiones refert Farinac. 1. *part. praxis, quæst.*5. *n.*25. *vers. si vero,* idem Farinac. *lib.2.cons. crim.*127. *n.*8.

75 Ex quibus indiciis in re tam gravi, ex cujus vindicta Reipublicæ status pendet, leges armandæ gladio ultore, & quando gravissima, quæ retulimus, indicia crimen non persuaderent, in dubio magis Iudices ad supplicium inducendi, quia dispositio *l. absentem, ff. de pœnis,* ut potius nocens dimittatur, quàm innocens puniatur, in hoc casu procedere non potest, ubi plura quæ culpam suadent, retulimus, & propter utilitatem publicam licet, & debent Iudices jura transgredi, ut tam grave facinus vindicetur, nec in clementiam deflectere, ut ex Bruneto, Rolando, Cacherano, Marsilio probavit Cavallus *resolut. crimin. cent.2. casu* 220. *num.*140.

76 Nec Princeps etsi clementissimus debet in simili communis salutis tutela, misericordiæ indulgere, memorans quod Deus minatus Regi Acabo *lib.* 3. *Regum, cap.*20. ibi: *Quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima ejus.* Et prima Regum obligatio, & major excellentia consistit in justitiæ administratione & reorum supplicio, & notabile est, quod notavit Claud. Belliocensis *in c.2. Divi Ioan.* ubi cum Iesus intraret in templum, & in eo inveniret vendentes boves, & oves, & columbas, & nūmularios sedentes, flagellis à templo ejecit, & tradit Claudius hoc feciisse, ut attributum Regiæ Dignitatis, ad quam spectat supplicium delinquentium, nota verba ibi: *De funiculis contexuit sibi flagellum, quo seu sceptro, seu armis Regalibus usus est.* Et Principi loquutus Sanctus Ildebertus Cenomanensis *Epistola* 59. *tom.*3. *Bibliothecæ Sanctorum Patrum,* tradit: *Iniquitati ultionem inter splendidiores triumphos adnumeremus,* & de ipso Deo, quem semper debent Reges imitari, ut explicentur verba orationis communis, *sanctificetur nomen tuum,* quasi difficile sit nomini Dei posse adjungi sanctitatem explicat Comes Mirandulæ Ioannes Picus *in oratione Dominica tom.*1. eis verbis: *Per misericordiam, quando reddit præmia æterna, vel per justitiam, quando ex sua malitia ipsi rebellantes per suam justitiam punit,* quasi si aliquo modo Deus posset sanctificari, inde provenit, quando punierit rebellantes, ut adeò hæc verba nobis conveniant, ut etiam in rebellibus loquantur.

Horrendum quippe Regibus est, quod de ipso Deo 77
tradit Salvianus *lib.7. de gubernatione,* ibi: *Dei potestas magna, & potentissima, quæ prohibere scelus maximum potest, quasi probat debere fieri, cùm sciens patitur perpetrari, vel perpetratum ignoscit,* & Reges, qui propter gloriam clementiæ, graviora, & execranda crimina, ut in hoc casu indulgerent, etiamsi Regia potestas suprema, & magna sit, tamen graviter peccare tenuerunt Divus Antoninus Florētiæ *in summa, 3. part. tit.*9. *c.*2. *§.*5. *& tit.*29. *c.*1. Sylvester *in summa, verbo Iudex* 1. *n.*16. Armilla, *verbo pœna,* §. 18. Soto *lib.*5. *de justit. & jure, quæst.*4. Bannez *eod. tract. quæst.*67 *art.*4. Valentia 2.2. *quæst* 21. *puncto* 4. Aragon *de justitia & jure, quæst.*60. *artic.* 5. Conradus *quæst.*192. *art* 4. *conclus.*2. Molina *de just. commut. tract.*4. *disput.*48. Navarrus *in summa, cap.*25. *n.*14. & id est, quod dicebant Stoïci Philosophi, *misericordia in vitio haberi,* & Vlpianus I. C. *in l. si hominem* 7. *ff. depositi,* ibi: *Misericordia ductus dolo proximum est, quod factum,* & iterum ibi, *misericordiam exercuit, sed intempestivè,* etsi, ut tradit Seneca *lib.*2. *de benefic. c.*14. ibi *Exorari in perniciem rogantium sæva bonitas est, & rogantibus pestifera largiri blandum, & affabile odium est.* Quantò magis in tam grave status publici dispendium acriter non punire conspiratum, qui indignus clementia, cum à Principe oblatam, si veritatem interrogatus fateretur, tamen negando eam contempsit, ut justitiam experiretur.

Cui etiam ad fendum, ut omnis in hoc casu cle- 78
mentia excludatur, quia iste reus impedimentum objecit, ne probationes fisci fierent: nam cùm velut Vassallus, ut prædixi, rus à Rege in Curia Hispaniæ interrogaretur de conspiratione Belgica, quam certò sciebat, & contra Vassallum, qui negavit, judicium institueretur ad probationes in Belgio faciendas, supremi Consilii justitiæ Hispaniæ fisci Patronus mādatum dedit fiscali Magni Consilii Belgici, ut probationi interesset, & testes produceret, isque juxta consuetudines Belgicas vellet interesse testium examini, reus consentire noluit, id repugnans, eo quod in Hispania id usitatum non sit, contra verò pro fiscali Belgico allegabatur, officio suo & Belgii consuetudini non esse detrahendum, ultra quam hoc crimen in Belgio commissum, & ibi facta conspiratio, & probationes faciendæ juxta leges & consuetudines Provinciæ ubi fiunt, controversiâ remissâ ad dominum Ferdinandum Hispaniæ Infantem Belgii Gubernatorem adhuc non decisâ impeditum fuit probationes à fisco fieri, unde contendimus, quia injustè impedimentū à reo objectum pro probato habendum, quod fiscalis Hispanus allegavit.

Quod comprobari videtur ex doctrina Texrus *in* 79
c. interposita 70. *de appell.* eis verbis: *nisi hoc se offerens probaturus non fuisset admissus,* notavit Greg. Lopez *in l.*9. *tit.*32. *p.*3. *gloss.*3. ibi: *Si tamen per procrastinationes, vel appellationes nunciati impediretur actor, quominus probet & apparet de malitia, tūc reciperetur cautio, etiā rebus mēsibus elapsis.* Et cōprobat *ex l.*1. *§. sed si neget, ff. de tab. exhibēd.* cū Bart. Bald. & Oldral.

Facit, quod ex Canonistis communiter *in d.c. interposita,* Abbate, Franco, Lancelloto notavit D. Salgado *de Regia protection.* 2. *p. c.*1. *num.*74. & conducunt verba

verba *l.intra utile* 36.*ff.de minoribus*,ibi:*Cum per eos non ſteterit, quominus res finem accipiat,reſpondi ſecundùm ea, quæ proponerentur, perinde cognoſci,atque ſi nunc intra ætatem eſſent.*

80 Sed etiam ſemper facienda probatio juxta ſtylum, conſuetudines & ſtatuta Provinciæ,ubi teſtes producuntur, ut ex Bartolo, Baldo, Aretino, Alexandro, Mariano,Socino Ruino, Cacialupo probavit Menochius *conſ.*991. *n.*3.& in delictis,ut in contractibus, debet attendi locus, ubi fiunt, ex Panormitano, Felino, & aliis Barboſa *in l. exigere dotem*, *n.*100. & 104.*ff.de judic.*& regulariter extra conſuetudines Belgii in atrociſſimis, ut eſt conſpiratio,poteſt Iudex decernere, ut communicatio Advocatorum rei, quod gravius eſt,quàm teſtium examen fiat,præſente Fiſcali,ut probavit Farinacius 1.*praxis,quæſt.*39.*n.*14.

81 Rurſus,quia confiteri videtur,qui ſubterfugit probationes, ut traditur *in cap. nullus de præſcript.* eis verbis:*Confitetur enim de omnibus quiſquis ſe ſubterfugere judicium delationibus putat.*Et id quod eſt probationis impedire proprium eſſe reorum,notavit Tiber.Decianus *lib.*1. *reſponſo* 18. *n.*2. & eorum, qui malam cauſam fovent,ut tenuerunt Pariſius,Affl ctis, Craveta, Barbatia, & Plotus, quos refert & ſequitur Menoch.*lib.*1 *præſumpt.*91.*n.*4.

82 Et in hoc caſu reum ſubterfugere judicium,& impedimentum oppoſuiſſe fiſco, non verò ipſum reum impeditum,ſatis conſtat,quia eo ſolum,ut conſentiret obſervãtiæ conſuetudinis Belgicæ,probatio ab eo & fiſco fieret, & cùm reſiſteret ibi, & fiſco, impedire videtur, Baldus *in l.ſed etſi Prætorem*, §.1. *ff.ex quibus cauſ.major*,Dec. *conſ.*677.*n.*3.cum Butrio,Alex. Romano,Ioanne de Amicis,& aliis Surdus 8 *n.*24.

83 Vlteriùs, qui allegat impedimentum, debet,quantum in ſe eſt,facere, ut removeatur,alias ſi removere potuit,impedimentus non cenſendus,communiter Doctores *in l.*2. § *quod diximus*, *ff.ſi quis cautio,d l.ſed etſi per Prætorem*,§ 1.ex Bartolo,Baldo, Caſtrenſi,Angelo, Alexandro, Iaſone, Decio,Rubeo, & aliis Surdus *conſ.*369.*n.*42.ex Boherio,Gozadino,Vantio & aliis Menoch.*lib.*2. *de arbitr.cent.*2.*caſu* 118.*n.*6.& 7.& illud ſolum impedimentum cenſetur, quod removeri non potuit, Pariſ.*lib.*3.*conſ.*67.*n.*99. quem refert & ſequitur Barthol.Socinus *conſ.*100.*n.*100 & 116.

84 Verùm etiamſi periculum ſubiret,impeditus ad removendum impedimentum facere debet, aliàs non dicendus impeditus,ut probatur *l.item quæritur* 123. §.*exercitu,ff.locati*, ibi:*Si domino non denunciavit,& migravit ex locato,tenetur,Labeo autem ſi reſiſtere potuit, & non reſtitit, teneri ait, quæ ſententia vera eſt*, Quaſi debeat quis,cùm poſſit,reſiſtere impedimento exercitus,etiamſi in diſcrimen adducatur,aliàs impeditus non cenſebitur, ex quo Textu hanc doctrinam probavit ex Boſſio Menochius *conſ.*146.*n.*28.

85 Nec verum impedimentum prodeſt ei,qui cauſam ſuâ culpâ dedit,ut colligitur *l. qui commeatu*, *ff.de re militar.*eis verbis:*Etſi probet ſe valetudine impeditũ, vel à latronibus detentum,ſimilive caſu moram paſsũ, dum non tardius,ſi loco profectum ſe probet,quã ut occurrere poſſet inter commeatum reſtituendus eſt*:igitur hæc verba & inevitabilia impedimenta non excuſant, ſi tardius profectus, ut culpa tunc noceat,& impedimentum non excuſet, ut notavit Bartol. *in dict. l.qui commeatu,& in dict.l.*2.§. *quod diximus*,ubi Bald.& Angelus, qui expendit eum Textum,& dicit non eſſe *alibi* ex Iaſone, qui communem dicit,referens Socinum, Decium, Ruinum, Pariſium, Crotum,Alexandrum,Felinum, Boherium, Natam, Rubeum,Menochium, Affl ctum & alios, probavit Surdus *conſ.*12. *n.*21.addendi plures relati à Craveta *conſ.*151. *n.*22. & 23.Menochio *conſ.*384.*n.*8.& *conſ.*496.*n.*18.

Cùm igitur reus in hoc ſibi impedimentum objiceret, repugnans Patriæ ſuæ Belgicæ conſuetudinem & ſtylum, & poterat conſentiendo facilè removere, nec conſenſit verè fiſcus impeditus in probatione facienda, & idcò debet cenſeri probatum, quidquid à Fiſco allegatum fuit, ut præter *ſuprà* adducta in terminis conducunt verba Gloſſæ, *verbo compellat.in c. cum cauſam* 37.*de teſtibus*,ibi:*Videtur,quod debet haberi pro producto,ac ſi depoſuiſſet contra illum,qui fecit illum impediri,vel conſentit,quia ſi vellet prohibere,ne taliter impediretur,bene poſſet.*Et impedimento dato,ne teſtes examinentur haberi pro examinatis in odium impedientis,ex Baldo,Cardinali,Felino,Tiraquello,pluribus Rotæ deciſionibus tenuit Gratian,2. *tom.diſcept.*370.*n.*18. 86

Verùm etiam omnia,quæ à nobis reo objecta, & pluribus actibus Iudicialibus ulterius prædicta probantur,quibus declarationes, & alia ex quibus accuſatio ſumpta, continentur, & actorum judicialium certa & ſecura probatio,Baldus *in l.*1.*Cod.ſi de momentanea poſſeſſione*,Nevizanus *conſ.*21.*n.*32.Pariſius *lib.*4 *conſ.*111.*n.*7. Socinus Iunior *lib.*1.*conſil.*16. *n.*18.Menoch.*conſil.*55.*n.*7.ex Felino,Aretino,Decio, Puteo,Mã loſio,Maſcardo,& aliis Gratianus *diſcept. tom.*3.*cap.*501.*n.*20.& ſemper præſumitur pro actibus judicialibus,*cap ſicut* 16.*de ſentent.& re judicat.* ibi *: Propter auctoritatem judiciariam præſumi debet omnia legitimè proceſſiſſe,cap.bonæ* 13. *de electione*,eis verbis:*Et pro his,quæ a Iudice ſunt acta, præſumitur, quod omnia ritè fuerint celebrata*, Menoch. *de præſumpt.lib.*2.*præſumpt.*33.*n.*34 *& præſumpt.*77.*n.*48 *& præſump.*91.*n.*9.ubi plures refert. 87

Nec contra à reo aliquid in ſui defenſionem probatur,ſed ſolùm in hac Curia Hiſpaniæ teſtes produxit,*de abono*, de quibus nihil curandum eſt,juxta doctrinam Alvari Valaſci *conſ.*56.*n.*5.ibi:*Tertiò non obſtat quòd reus probavit ſe eſſe virum probum, & qui ſolebat facere contractus licitos, quia nullus eſt tam malus,qui non faciat aliqua bona opera, & probationes legalitatis perſonæ, vulgò dicunt*, de abono de la peſoa, *ſolent eſſe faciles,ut docet experientia:nam & fures manifeſti ſe viros probos,& legales eſſe probant*, & in terminis tenuit Paz *in praxi* 1. *part.*2. *tom.*9. *tempore*,*n.*39. ibi, *Iudex curari non debet de generali probatione facta ſuper bonitate teſtium partis adverſæ,id eſt*,de la probança de abonos echa en favor de los teſtigos.

INDEX JURIUM

QUÆ IN HAC PRIMA PARTE

Allegationum Fiſcalium expenduntur, interpretantur, conciliantur.

PRIMVS NUMERVS ALLEGATIONES, SECUNDVS marginalem numerum, ultimus verò paginam ſignificat.

Digeſti Veteris.

LEGE ad rem mobilem, l.ad legatum, ff.de procurat. alleg.17. num. 17. p.83.
l.ad eos,ff.commodati, alleg. 20.n.23. pag.98
Lag',ff de uſufructu,alleg. 33.n.8. pag.171
Lait Prætor 3.§.hæc verba, & §.pupillus,ff. de neg. geſt.alleg.35. n.18. p.180
Lalienationes,ff. de famil. eriſc.all.25.n.14. p.132
Lalioquin 11.ff.de contrahen.empt.alleg.49. num.4. p.248
Lamplius 3.ff.de liber.cauſ.all.35.n.31. p.182
Lan uſusfructus 63. ff. de uſufruct. alleg.15. num.8. p.70
Larbor,comm.divid.alleg. 62 n.7. p.311
Lat qui in natura,§ Scævola,ff.de neg. geſt. all. 14. n.7. p.66
Lauxilium.ff.de minor.alleg.65.n.81 p.341
l.bovem 43 §.pignus,ff.de ædilit.edict.alleg.22.n.11. p.105
Et §. ſi quis cùm conſilium, alleg.22. num.79. p.113
l.bona fides 50. ff.de act.empt.alleg.35. numero 18. p.180
l.certi condicti, §.ſi nummos, ff. ſi certum petatur, alleg.7.num.19. p.28
l.certi condictio §.depoſui, ff.de reb.credit.alleg.22. num.52. p.110
Et alleg.40.num.24. p.203
l.congruit,ff.de officio Præſid.all.13. n.24. p.62
l.contrahitur,ff,de pign.alleg.22.n.56. p.110
l.creditor,§.fin.de diſtract. pign. alleg.27. num.12. p.143
l.creditor 12.§.Papinianus,aliàs ſi prior,ff.qui potiores, alleg.26.n.37. p.138
l.cùm de indebito,ff.de probat.alleg.9.n.11. p.42
l.cùm Prætor,in princip.ff.de judiciis,all.9. num.30. p.44
l.congruit, ff.de offi.Præſid.all.13.n.24. p.62
l.cùm tabernam 35.ff.de pignoribus. alleg.22.n.10. & num.72 p.113
l.certi cond.§.depoſui,ff.de reb.credit.alleg.21.n.52. p.110.
l.cùm quida.n 17. ff. de uſuris, alleg.23. num. 11. p.119.
Et num.21. p.120
l.cùm pœna 38. de arbitris.all.31.n.5. p.161
l.cùm quidam 17.de uſuris,alleg.31.n.32. p.165
Et alleg.32.num.5. p.167
Et alleg. 41.n.14. p.201
l.cùm fundus 31.§.ſervum,ff.ſi certum petatur,all.35. num.18. p.180
l.cùm quid 13.ff.de rebus credit,allegat. 41. num.19. p.208.
l.cùm alter 11.ff.de compenſat.alleg.41. numero 30. p.210.
l.cùm hi,§.ſi Prætor,ff.de tranſact. alleg.49. num.23. p.251.
l.cùm hic ſtatus 32.§.ſi mulier 23.ff.de donationibus inter,alleg.49.num.41. p.253
l.de ætate,§.ex cauſa,ff.de interrogat,alleg.31. n.21, p.13.
l.de qua re,ff.de judiciis,alleg.6.num.11. p.24
l.denique 8.ff.de pignorib.alleg. 10.n.6. p.47
l.de hæreditate,ff.de hæredit.vel act.vendit.alleg.31. num.24. p.163
l.defuncta 65.ff. de uſufructu, alleg.39. numero.11. p.197.
l.debet,§.hæc actio,ff.nautæ, caupones,alleg.39.n.5. ibid.
l.debitor, ff.qui potiores all.40.num.28. p.205
l.denique 3.§. 1. ff. de minor, alleg.37. numero.10. p.191
l. denique 6.ff. de ritu nuptiar. alleg. 49. num. 41. p.253.
l.debet,ff.de ædilitio edicto,alleg.57. num.12. p.292
l.de ætate 11.§.nihil intereſt,ff.de interrogat.action. all.65.n.36. p.334
l.divus,ff. de integr.reſtit.all.28.num.9. p.148
l.diuturna 33.ff.de legibus alleg.28.n.21. p.150
l.die ſponſaliorum 25.§.1.ff.depoſiti,alleg.41. n.12. p.208
l.diligenter,ff.mandati,allegat.42.n.9. p.213.
l.donationes,quas Divus,ff.de donat.inter.all.4. n.4. p.15
l.Dominus teſtamento,ff.de cond. indebiti,all.5.n.9. p.21.
l.domum 57.ff.de contrahen. empt.alleg.22. num.6. p.105
l.Dominus teſtamento,ff. de condit. indebit. allegat. 22,n.51. p.110
l.dotem 30.ff.de jure dot,alleg. 34.n.12. p.175
l.dolus 44.ff.mandati,allegat.40.n.38. p.205

Index Iurium.

l.donatæ,§.si sponsus,ff.de donat.inter,alleg.52.n.13 p.280
l.ea quæ 43.§. fin. de contrah. emp. alleg. 65. n.36. p.334
l.ædiles,§.fin.ff.de ædilitio edicto , allegat. 26.n.10. p.135
l.eleganter 24.ff.de pignor.actione,alleg.26. num.4. p.134.
l.eleganter,§.si post,ff. de condict. indebiti , all.26. n.16. p.136
l.emptorem,in princip.ff.de act.empt.allegat.1.n. 16. p.5
l.emptor,§.Lucius de pactis,alleg.13. n.18 p.61
Et alleg.58.num.14. p.296
Et alleg.31.n.30. p.164
Et alleg.36.n.12. p.187
l.emptor 65.§.ultimo,versic. *ea ratione*,ff.de rei vindicat.alleg.49.n.29. p.252
l.eos penult.ff.finium reg. allegat. 63.n.41. p.320
l.& si manente,ff. precario ,alleg.9.n.8. p.41
l.ætatem 3.§. ult.ff.de censibus,all.11. n.18. p.8
l.& quæ nondum 15.ff.de pignor. allegat.17.num.5. p.81.
l.& si fine 8.§.quæsitum versic.*quæ fortuitis*,ff.de minorib.all. 17.n.18 p.83
l.& hæc distinctio,ff.locati, alleg.18. num.1. p.87
Et num.3. ibid.
l.& si fine, §.quæsitum de minoribus , alleg.32. n. 3. p.166
l.etiam si aliàs nec vellem 13.§. item si quis à fisco.ff. de petit.hæred. all.43. num.3. p.216
Et num.15. p.216
Et num.25. p.218
l.etiam 15.ff.qui potiores, alleg.46.n.10 p.229
l.& ideo 62.§.1. ff. de donat. inter , alleg. 49. n.12. p.249
l.eum qui §.pro parte , ff.de his quibus ut indignis, all.46.num.28. p.231
l.eum qui, §.qui injuriarum.ff.si quis cautio,alleg.52. n.13. p.280
l.eum qui emit in principio,ff. de in diem adject.all. 24.n.7. p.127
l.ex conducto 15.§.Papinianus,ff.locati,all.17.num.2. & 4. p.81
Et n.22.& 25 p.84
Et n.28.& 29. 85
Et alleg.19.n.5. p.92
Et num.14 p.93
Et alleg.20.n.31. p.99.
l.ex empto,vers. *& in primis*, de act. empt.alleg.18. n.2.p.87
l.ex hoc jure,ff.de justitia & jure,all.5 2.n.8. p.279
l.fidejussor 2.§.1,ff.qui satisd.cog.alleg.29. num. 11. p.153
l.filius §. invitus,ff.de procur.all.8.n.30. p.35
l.filio 16.§.contra tabulas,ff. de inoff. testam. alleg. 24.num.6. p.127
l.fin.in princip.ff. quod met.caus.all.9.n.12 p.33
l.fin. in princ.ff. nautæ,caupones, & stab.all.17. n.4. p.81.
l.fin.ff.de in integrum restit.all.22.n.77. p.113
l.fin.de condict.furtiva,alleg. 47.n.17. p.236
l.fin.ff.de contrahen.empt.alleg.44.n.2. p.220
l.fin.ff.de officio ejus cui mand.allegat. 51. num. 21. p.273.
l.fin.ff.de albo scribend.alleg.51.n.40. p.275
l.fistulas 78.§. fundum , ff. de contrah. empt, all. 41. n.35. p.210
l.forma,§.1.de censibus,alleg.3.n.18. p.13
Et alleg.32.n.6. p.167
l.fructus pendentes,ff.de rei vindic. alleg. 37.n. 12. p.191
l.fundi partem,ff.de contrah.empt. alleg.31. num.7. p.162
l.fructus pendentes,ff.de rei vindic. alleg. 37. n.12. 191
l.furti,in principio , ff. de his qui notantur infamia, alleg. 37.n.17. l.188
l.grege 13.§.statuliber.ff. de pignoribus. all.22.n.26. p.107
Et §.cum pignori,allegatione 21.n.63. p.107
l.habitatores 27.ff.locati,alleg.17.n.2. p.81
Et alleg.20.n.31. p.90
Et alleg.61.n.24 p.308
l.hæc venditio, §. fin. ff.de contrah.empt.allegat.21. n. 10.p.102
l.hæc ratio,§. sed si debitorem,ff. de donation, inter, alleg.22. n.50. p.110
l.idemque 10.ff.mandati,alleg.14.n.8. p.66
l.ideo 4.ff. de eo quod certo loco , alleg. 23. n.20. p.120.alleg.31.num.9. p.167
l.item veniunt,§.redactæ,ff.de pet. hæred.allegat.37 num.25. p.191
l.idemque eo,§.si Procurator,ff.mandati,all.41.n.15. p.208
Et num.20. ibid.
l.idem juris est 12.ff.de compensat.all..n.. pag..
l.id est 74.ff.de rei vindicat.alleg.45 n.10. p.124
l.idem Pomponius,§.idem scribit,ff. de rei vindicatione, alleg.55.n.12. p.287
l.idem in duobus 25.§.1.de pactis, alleg.57. num.16. p.293.
l.idem,§.si tibi judicium , ff. de condict. ob turpem causam,alleg.65.n.33. p.334
l.illicitos,§ per universos,ff.de offic. Præsid. alleg. 13.n.24. p.62
l.illud,§.fin.ff.de minorib.alleg.15.n.33. p.73
l.illud,ff.ad legem Aquil.all.23.n.47.p.121.& all.44 n.11.p.225.& alleg.46.n.28. p.281
l.illicitas §.veritas,ff.de offic.Præsid.alleg.48.num.7 p.234
l.Imperator,ff.de postul.all.12. n.22. p.56
l. Imperatores, ff. de in diem addict. all. 24. num.7. p.127.
l.imperium,ff. de jurisdict. omnium judic. alleg.55. n.8.p.287
l.in causæ 17§.idem Pomponius,ff. de minor. alleg. 2.n.7. p.8
l.invitum 5.ff.de servit.urb.præd. all.8.n.30. p.35
l. in rebus 18.ff.commod.alleg. 18.n.25. p.84
Et alleg.19.n.5. p.92
l. inter,§. non omnia, ff. mandati , alleg.19. num.7. ibid.
l. in rebus,ff.commod.alleg. 20. num.23. p.98
l.in creditore 38.ff.de usuris,allegat.22.n.83. p.114
l.inter locatorem,§.cùm inter,ff.de pact.dotal.all.30. num. 2. p.157
l.in bonæ 36.ff.de peculio,alleg.34.n.15. p.176
l.in fundo,ff.de rei vindic. alleg.36.n.11. p.187
l.inter causas,§.1.ff.ad Macedonian.alleg.36.num.12 ibid.
l.inter causas,§.abesse,ff.mandati,alleg.36. num. 12. ibid.
Et allegat.40.n.29. p.204
l.in fideicommissum 3.§. si auro vel argento, ff. de usuris,alleg. 40.n.30. ibid.
l.in navem Sauphei 31.ff.locati , alleg. 41. num.7. p.207
l.in causæ *la* 2.§. Pomponius,ff.de minorib.alleg.43. n.5.p.216 l.in

L.in omnibus 3.ff. de noxalibus, allegat. 18.num. 3. p.87
L.in his,§ ibidem,ff.ad exhibendum,alleg.21. num.6. p.101
L.ifi quidem, ff. quod metus causa.alleg.61. num. 6. p.307
Item si verberatum,ff. de rei vindicat. alleg.3. n.9 ibid. p.12.& n.29. p.85.
Et allegat. 17.n.29.
Et §.si quis servum,& §. navicularius. ibid. n.30. ibid.
Item eorum.§.sed si ita,ff.quod cujuscumque univ. nomine,alleg.8.n.46. p.37
Item quæritur 13 §.exercitu,ff.locati, allegat.18. n. 16.p.90.all.29.n.20. p.155
Item quod dictum,ff. de in diem adject. allegat.24. n.7.p.127.
Item veniunt,§.redactæ,ff.de petit.hæredit.alleg.37 num.25. 192
Item liberatur qui paratus, ff. quibus modis pignus vel hypotheca solvitur,alleg.40.n.29. p.204
Item eorum,ff.quod cujuscumque universf.nomine, all.41.n.3. p.207.
Item verba §. quod adjicitur, ff.de constit. pecunia, all.45. n.15. p.225
Ita vulneratus,ff.ad legem Aquil.allegat.51. num.5 p.371
Item si cum exceptione 14. §. aliquando, ff. de eo quod metus causa, allegat.65.n.46. p.330
Jus publicum,ff.de pact s all.3.n.9. p.12
Julianus,§. ex vendito, ff. de act.empt. all.17.n.16. p.83
Et §.offerri,all.18.n.2. p.87
Et alleg.26.n.9. p.135
Juris gentium,§ adeo,ff.de pactis, alleg.12. num.32 p.58
Julianus,§. si quis, ff.ad exhibendum, all.29.n.23 154
Et vers. *nam mutata.* alleg.50.n.19. p.260
Jus publicum,ff.de pactis,all.29.n.29. p.155
Juris ignorantia,ff.de juris & facti ignorantia, all. 35.n.45 p.184
Jusjurandum ad pecunias 34. ff. de jurejurando, allegat.38.n.10. p.195
Juris gentium,§.si ob maleficium,ff.de pactis,all.47 numero 35. p.238
Et §.pactorum, alleg.57.num.16. p.293
Jus publicum, ff.de pactis, alleg. 59. numero 18. p.301
L.ifi quidem,ff. quod. met. caus. alleg.61. numero 6. p.307
L.Labeo 3.§.tractemus,ff.de receptis arbitris,alleg.42 n.16 p.214
L.lecta,ff.de reb s credit.a leg.41.n.2. p.207
Lex vectigalis 31.ff.de pignor. alleg.22.n.20. p.106 & num.29. p. 107
Liberalitatis 16 §.1.ff.de usuris, alleg.33. num. 10. p.171
Licet 3.§.idem scribit,ff.de peculio,alleg. 2. num.7. p.8
L.Lucius,ff.de evict.all.17.n.27 p.85
L.Lucius 2.ff.depositi,alleg.22.n.53. p.110
L.Lucius 24.ff.depositi,allegat.41.n.6. p.207
L.merces,§. culpæ,ff.locati.alleg.18.n.25. p.90
L.merces,§ vis major.ff.locati,alleg.19.n.9. p.92
L.mercio,ff.pro socio,alleg.28. n.9. p.148
L.metum autem,§.fin.ff.de eo quod metus causa, all. 35.num.43
L.metus 3.ff.ex quibus causis,alleg. 35.n.9. p.179
L.militia,ff.de legibus,allegat.11.n.9. p.51
Et allegat. 51.num.24. p.261
L.minorem,4.ff.de ritu nuptiarum, alleg.49. num.17. p.250
L.morte,ff.de jurisdict.omnium judic.all.5.n.23. p.22
L.mulier,ff.de leg.commiss.all.22. n.26 p.107
L.munus §.manente, ff.de jurisdict. alleg.35. num.31. p.182
L.mulierem,5.ff. de riptu nupt.alleg.49.n.41. p.255
L.nam ad ea,ff.de legibus, all.7. n.19. p.28
L.nam hoc modo,ff. de hæred. vel act. vendit. alleg. 17.num.10. p.82
L.nam is,ff.de dolo,alleg.26.n.32. p.138
L.naturaliter,§.ult.ff.de condit. indebiti, all.35. n.18 p.180
Et all.15.n.18 p.71
L.nam hac natura,ff. de condit. indebiti, all.33.n.18. p.180
L.nam etsi sub conditione,ff.de injusto rupto, alleg. 22.n.79. p.113
L.nam & Servius,§. fin. ff. de negot.gest.all.39.n.11. p.197.
L.naturalis,§.1.ff.de præscript. verbis, all.40. num.24. p.203
L.necessario 8.ff. de peric.& comm. rei vendit. alleg. 14.num.6. p.66
Et alleg.17.n.9 82
L.neque utilem, ff. ex quibus causis majores alleg.16. n.33. p.78
L.nec emptio 8.ff.de contrahend. emption.all.17.n.5 p.81.
L.nec emptio, §.1. de contrahend. empt. alleg. 17. n.13.p.83
L.ne quidquam,§. ubi decretum,ff. de offic.Proconf. alleg.44.n.8. p.221
L.necesse, ff. in diem adjectione, alleg. 45. num. 9. p.224
L.non segnius Apollinariis 41.§. fin.ff. de re judic. all.53.n.9. p.284
L.non est verosimile,ff.de eo quod metus causa. all. 35 n.8. p.179
L.non omnes, ff. si certum petatur, allegat. 63. n.23. p.189.
L.non utique 3.§.fin.ff.de eo, quod certo loco, all. 20. n.3. p.95
L.nullus ff de test bus, all.42.n.22. p.215
L.nullus,ff.de evict.alleg.50. n.14. p.259
L.obligatione generali 6. ff. de pignor. alleg. 10.n.6. p.47
Et alleg. 13.n.17. p.61
L.ob carmen,§ fin,ff.de testibus, alleg. 27. num. 17. p.149.
L.observandum in fine, ff.de officio, alleg.51.num.1. p.271
L.omnes populi, ff. de justitia & jure alleg.10. n.25. p.49.
& alleg.40.n.19 p.202
L.pacta conventa 72.ff.de contrahend.empt.alleg.22. n.32. p.108
L.patre furioso,ff.de his,qui sunt sui,vel ali. 23. n.39 p.123
& alleg.47.n.28. p.237
L.Paulus 29.§.si domus, ff.de pignor. alleg.22. n.92. p.115.
& n.85. p.114
L.Paulus alias Sempronius,§ qui pign. ff.quib. mod. pignus vel hypotheca sol.all.43.n.10. p.221
L.pecuniæ fœnebris 9.ff. de usuris,alleg.23.num.21. p.120.
L.pecuniam, ff. si certum petatur, alleg.29. num.8. p.152.

Index Iurium.

l.planè 5.ff. familiæ erciſcundæ, allegat. 40.num.7. p.201
l.planè, ff.de minor.alleg.43.n.5. 216
l.Pomponius, §.in his,ff.de procurat.alleg. 15. n.30. p.73
& alleg.8. num.47. p.37
l. Pomponius, ff. de negot. geſtis, alleg.34. num.4. p.174.
l.poſthumus 6.§. fin.ff. de inofficioſ. alleg. 26. n.26. p.137.
l.1.ff.de officio Conſul.all.4.n.11. p.16
l.1.ff.de precario all.5.n.19. p.22
l.de conſt. Princip. all.5.n.11. ibid.
l.1.§.1.ff.de juſtitia & jure all.8. n.28. p.35
l.1.ff.de precario,all.8. num.33. p.36
l.1.caſum,ff.de poſtul. all.8.num.49. p.37
l.1.§.ſi ſervus,ff.depoſiti,alleg.14. n.8. p.66
l.1.§.ſi convenit, ff.depoſiti,alleg.17. num.2. p.81
l.1.§.eleganter,ff.depoſiti,alleg.17.num.10. p.82
l.1.§.fin.ff.de act. emp.alleg. 17.num.10. ibid.
l.§.ſi intelligatur,ff.de ædilitio edicto,all.17.num.10 ibid.
l.1.ff.de minoribus,all.17.n.13. p.83
l.de uſuris,all.17. num.19. ibid.
l.1.ff.de precario,alleg.50.num.32. p.263
l.1.ff. de poſtuland.alleg.51.n.1.p. p.271
l.1.§.hujus ſtudii, ſi de juſtitia & jure, allegat. 52. n.23. p.281
l.1.de albo ſcribendo. alleg.52.num.8. p.279
l.1.ff.de appellat.all.52.num.27. p.282
l.1.§.1.de rei vindic.alleg.55.n.4. p.286
l.1.finium regundor.alleg.55.n.11. p.287
l.1.§.cura carnis,ff.de officio Præfecti urbis, allegat. 56.num.11. p.290
l.1.ff.de conſtit.Principum,alleg.63.n.8. p.316
l.1.§.ſi quis jus dicenti non obtemperat, all.64.n.10 323
& n.20. p.324
l.1.ff.de juſtitia & jure,alleg.65.n.33. p.334
l.1.ff de officio Præfecti vigil.al.65.n.34. ibid.
l.1.§.ſi venditor,ff.de actionibus empt.alleg.65.n.35 ibid.
l.1.§.ſcientiam,ff.de tribut.actione, alleg.65. num.36. ibid.
l.1.§.non tamen,ff.ad Senatuſconſ.Sillan.all.65.n.41 p.335.
l.1.§. ſi rem,ff.depoſiti,al.65. n.83. p.341
l.1.§.aiunt ædiles,ffde ædilit.edict.alleg.22. num.11. p.105
l.pacta conventa 71.ff.de contrahen.emp.allegat.22. num.32. p.108
l. Proponebatur 72.ff.de judiciis, alleg.22. num. 38. ibid.
l.1.ff. qui ſatisdare cogantur,all.22. n.54. p.110
l.1.quod quiſque vires,all.25.num.13. p.131
l.1.ff. de fundo dotali,allegat.25. n.14. p.132
l.1.§.1.ff.de actionibus empt, all.26.n.8. p.135
l.1.ff. de tranſaction. all.26 n.16. p.136
l.1.ad finem cum lege ſequenti, ff.de uſufr. all.27. n. 13.p.143.
l.1.de inſtit.actione,allegat.33.num.8. p.171
l.1.ff. de eo quod metus cauſa, allegat. 35. num. 4. p.179
l.1.ff.de pactis,all.35.n.4.ibid.
l.1.§.an in pupillum,ff.depoſiti,all.35.n.18. p.180
l.1.§.qui in perpetuum,ff. ſi ager vectig.all. 36. n.16. p.188.
l.1.§.qui ſint.ff. nautæ, caupones, alleg. 39. num.5. 197
l.1.ff.de rerum permutatione,all.40.n.24. p.203
l.1.de uſuris,alleg.40. num.39. Et alleg.41. n.16. p.205
l.1.ff.quod juſſu, alleg.41. n.3. p.208
l.1.§.eleganter, verſ.*ſi pecunia*,ff.depoſiti, alleg. 41.n. 25.p.209. p.207
l.1.ff.de juſtitia & jure.all.42.num.3.
l.1. in princip.& §.1.ff.de Senatorib.alleg.42.num.17. p.212. p.214.
l.1.ff. de ritu nuptiarum,all.49.num.12.
l.proinde 43.ff. locati,all.17.n.25. p.249
Et alleg.19.n.5. p.84.
l.promittendo 41.ff.de jure dot.alleg.34.n.16. p.92
l.propter ſterilitatem,ff.locati,all.17.n.3. p.176
l.propter ſpem, ff. famil.erciſc.all.17.n.5. p.81. ibid.
Et num.12. p.81
l.proponebatur 72.ff.de judiciis, allegat. 22.n.38. p.107
l.quamvis §.ult.ff.ad Senatuſconſ.Velleian.alleg.35 num.18. p.180
l.quamvis ſolut.matrim.all.35.n.31. p.181
l.quamvis,§.interdum,ff.ad Senatuſc.Velleian.all.36. num.12. p.187
Et alleg.40.n.29. p.204
l.quamvis,§.fin.ff.de pignorat. actione, all. 41.n.15. p.208
Et n.39. p.101
Et num.20. p.108
l.quamvis melius, ff. de uſufructu, alleg.44. num.13. p.221.
l.quæro,ff.de act.empt.all.14.n.13. p.67.
l.quæro,§. inter locatorem, ff. locati, alleg.16. n.9. p.135
Et alleg.28.n.19. p.149
Et alleg.30.n.16. p.159
Et all.32. n.8. p.167
l.quædam,§.nummularios,ff.de edendo,all.18. n.17. p.149.
l.quæ de tota,ff.de rei vindicatione, alleg. 46. n.16. p.230.
l.quæro,§.1.ff.de ædilitio edicto. allegat.48. num.13. p.242.
l.quæſitum 9. ff. de ſponſalibus, allegat.49. num.17. p.250
l.quæritur,ff de ſtatu hominum,all.55.n.7. p.187
l.qui juriſdictioni,ff.de juriſdictione omnium judicum,all.2.n.5. p.8
l.qui tutoribus, §. qui per fallaciam, ff. de tranſactionibus,alleg.9. n.34. p.45
l.qui peculii 47.ff. de peculio,all.13.n.17. p.61
l.qui inſulam,ff.locati,all.17.n.2. p.81
l.qui officii 62.§.fin.ff. contrahen. empt. all.17. n.4. ibid.
l.qui proprio,§.qui alio,ff. de procur. alleg.17. n.17. p.83
l.qui fundum.ff.locati,allegat.20.num.4. p.95
l.qui inſulam 33.ff.locati,all.20.num.15. p.97
Et n.24.p.98. & n.31. p.99
l.quod ſi domus,ff.locati,all.20.n.20. p.97
l.qui inſulam,in princip.& §.ædiles,ff. locati, all.20. n.31. p.99
l.quid tamen 10.§.non tantum,& §.in navis,ff.quibus mod.uſusfructus amitt.all.22. n.35. p.108
l.qui negotia,ff.mandati.all.22.n.50. p.110
l.qui nova, ff. de alien. judicii mutand. cauſ. all.22. n.79. p.107
l.qui res,§.arcam,ff.de ſolut.all.26. n.3. & n.28 p.131
l.qui aliena 10.§.fin.ff.de neg.geſt.all.27.n.11. p.137. p.142.
Et alleg.46.n.17. p.136
l.qui patiſſi,ff.mandati,alleg.34.n.21. p.176

Index Iurium.

l.in carcerem,ff.de eo quod metus causa, alleg. 35. num.9. p.179
l.qui scit 25.§.vers. præterea, ff. de usur. alleg. 37. num.12. p.191
l.qui autem 14.§.sed & si quis.ff.de constiti pecunia, alleg.40. n.22. p.203
l.Quintus Cicilius 28.ff.depositi, alleg.41. num.12. p.208
l.qui sine 40.in princ.ff.de neg.gest.all.41.n.15.ibid.
l.qui libertatis,§.servus,ff.de evict.alleg.41.num.32. p.210.
l.qui fundum 32.ff.locati,all.44.n.1. p.226
l.qui luminibus,ff. de servit.& aqua, alleg.55. n.19. p.288.
l.qui insulam,30.§.fin.ff. locati, allegat.58. num.22. p.296
l.qui libertatis,§.1.sed & si quis,ff.de evict.alleg.65. num.36. p.334
l.quoties,cum l.sequenti. ff. de noxalib. all.21. n.7 p.101.
l.quod Servius.ff.de condit.causa data,all.3.num.20. p.13
l.quo in diem,§.si rationem,ff.de compens. alleg.6. num.9. p.24
l.quod si in venditione 10.ff.de hæredit.vel actione vendit. all.14.n.2. p.65
l.quod si sit 13.ff.de hæred.vel act. vendit.all.14.n.2. ibid.
l.quod si Servius 8.ff. de condit. causa data,all. 19. n.4.p.92.
l.quod si domus,ff.locati,all.20.n.20. p.97
l.quod temihi,ff.de rebus credit.allegat.26.num.40. p.139
l.quod si nolit,§.assidua', ff. de ædilit. edict. all. 18. n.18. p.149.
l.quoties 6. in princ. ff. qui satisd. cogantur, all.29. n.11.p.153
l.quod Servius 8.ff.de condit.causa data,all.30. n.16. p.159
Et alleg.32.n.8. p.167
l.quod te mihi,ff. si certum petatur, alleg.34. n.22. p.176.
l.quod ab initio,ff.de rebus creditis, alleg.41. n.24. p.209.
l.quod si ab initio,ff.si cert.petatur,alleg.47.num.13. p.235
l.quod sæpè,§.ult.de contrah.empt.alleg.61.num.22. p.308.
l.item alienam, ff. de contrah.empt. alleg. 26. n.40 p.139.
l.regula,§.fin.ff.de juris & facti ignor.alleg.35.n.45. p.184.
l.Rutilia Polla,ff.de contrahi empt.alleg.30. num.6. p.157
l.sententiam45.ff.ad legem Aqui.all.18.n.3 p.87
l.sed etsi possessori,in princ.ff. de jurejurand. all.6. p.24
l.2.§. postea ue diutius hoc fieri,ff.de reg.juris,all.7. num.4. p 26
l.2.ff.de pignorat. actione, all. 10.n.24. p.46
l.2.ff. de veteranis,all.16.n.36. p.79
l.2.§.locati,all.18. n.2. p.87
l.2.§.si propter,ff.si quis cautio,all. 19.n.5. p.92
l.2.§.fin.ff.si ex noxal.causa agatur, allegat.26.n.31. p.128.
l.2.§.si aliter,ff.fin.regun.all.27.n.1. p.141
l.2.§.fin.qui satisd. cog. allegatione 31. numero 11. p.162
l.2.§.fin. ff. si quis in jus vocat. non ierit, alleg.31. n.13. ibid.
l.2.§.si non propter,vers.*quod diximus*,ff.si quis cautio,all.33. n.15. p.172
l.2.ff.de constit.princ.alleg.51.n.43. p.276
l.2.§.deinde auctо,ff.de orig. juris, allegat. 56. n.6. p.289.
l.2. ff.de legibus,all.63.n.8. p.316.
l.2.ff.de jurisdict. omn. judic. allegat. 64. num.18 p.324.
l. sed & etsi possessori, in princ. ff. de jurejurand.alleg.33.n.12. p.171
l.si de interpretatione,ff.de legib. allegat. 11.num.9 p.51.
l.sed si quis.§. quæsitum, ff. si quis cautio, all. 17. n.14. p.82
l.sed si ædes 21.§. illud nobis,ad finem, ff. locati, all. 17.n.29. p.85
Et alleg. 20.n,13. p.96
l.sed & si per Prætorem, ff. ex quibus causis, alleg. 18.num.26. p.90
l.sed & damno,ff.locati,all. 20.n.23 p.98
l.sed si lege.§. scire, ff. de pet. hæred.alleg. 24. n.1. p.127.
l.sed & si restituatur 28.§. ex quibus, ff. de judiciis all.28.n.27. p.150
l.sed & si per Prætorem §.2.ff. ex quibus causis, all. 29.num. 19. p.153
l.sed & si possessori,§.cùm si juravero, ff. de jurejurand.all.33.n.11. p.171
l.sæpe ff.de officio Præsidis,a.l.36.n. 22. p.189
l.sed & si possessor 23.§.Papinianus,ff.de pet.hæred. all.41.n.15. p.208
Et all.47. num.41. p.239
l.sed si damnum,§. peculium,ff. de peculio,all.41. n. n.36.p.204
l.sed si vir.§.si dico,ff.de donat. inter, alleg.44.n.3. p.212
l.Seia,ff.de evict. alleg.45.n.24. p.226
Et alleg.49.n.38. p.253
l.sed & si lege 15.ff.de eo quod metus causa, all.65. n.46. p.336
l.si de re sua,ff.de arbitris,all.4. n.2. p.15
l.si Consul.ff.de adoption.all.4. n.11. p.16
l. sin autem,§.si quocumque,ff.de compensat.alleg.6. num.9. p.24
l.si diligenter,ff.mandati,all.7.n.2. p.26
l.sive nuptura,in fine,ff. de jur.dot.alleg.9. num.12. p.42
l.si per errorem. ff. de jurisd. omnium judicum, alleg.9.num.14. p.42
l.sicut,§.sed etsi ff.quibus modis pignus vel hypotheca solvitur,alleg.9.n.30. p.35
l.si convenerit,ff.de pignorat.action.all.10. num.24. p.49.
l.si de impetratione, ff.de legibus, alleg.11. num.9. p.51.
l.si uno,,ff.locati all.11.n.13. p.52
l.si insulam,ff.de præscript. verbis, allegat. 11.n.13. ibid.
l.si ita 17.ff.de usu & habitatione, allegat.13. n.19. p.61.
l.si mercedem,§.si cùm fundum, ff.de action.empti, all.13.num.23. p.62
l.si procuratorem 8. in princ. ff. mandati, alleg. 14. n.8. p.66
l.si tantum 12.ff.ad Senatusconsl.Macedonian. all.14. num. 8. ibid.
l.si pretio certa, ff.si cert. petatur, alleg.14. num.8. ibid.
l.si hominem,ff.mandati,allegat. 15.num, 6. p.69
Et alleg.8.n.18. p.34

Index Iurium.

l.si quis à liberis,§.meminisse,ff.de lib. agnoscendis, alleg.15.n.24. p.72
l.si quis domum 9.ff.locati,alleg. 17.n.2. p.81
l.si merces,§.vis major,ff.locati, alleg.17.n.3. ibid.
Et num.29. p.85
l.si jactum,ff.de action.empti,alleg.17.n.5. p.81.
l.si sterilis,§.cùm per venditorem,ff.de act.empti,alleg.20.n.14. p.97
l.si quis nec causam,ff.si certum petatur,alleg.20. num.16. ibid.
l.si ut certo,§. quod verò,ff.commodati, allegat.20. n.22. p.98
l.si quis domum,§.hic subjungi, vers. *idem quærit.* ff. locati,alleg.20.n.26. ibid.
l.si pecuniam,ff. de condit. causa dat.alleg.20. n.26. ibid.
l. simerces,ff.locati,alleg.20.n.31. p.99.
l.si convenerit 18.ff.de pign.act.alleg.22.n.9. p.105
l.si fundum 16.§.si res,ff.de pignorib.allegat.22.n.9. ibid.
l.sidebitor 4.ff.quibus mod.pign. vel alleg.22.n.12. ibid.
l.si ex duobus 6.ff. de in diem adject. alleg.22. n.20. p.106.
l.si res 3.in princ.ff.quibus mod. pignus vel hypothec.solvit,allegat.22.n.22. ibid.
l.si quis hac lege 42.ff. de rei vind. alleg. 22. n.23. ibid.
l.si quis domum,§.huic subjungi potest,ff.locati, alleg.22.n.26. p.107
l.si is cui 11.§.hæres,ff. quemadm. serv. amittantur, alleg.22.n.27. ibid.
l.si quis ædes in princ.ff.de servit.urb.præd.alleg.22. num.37. p.108
l.singularia,ff.de rebus credit. alleg.22.n.50. p.110
l.si rem,§.omnis,ff.de pignor.actione, alleg.22. n.54 ibid.
l.si convenerit 18.ff.de pignorat.actione, allegat.22. num.62. p.111
l.sicut 8.ff.quibus modis pignus vel hypoth. solvit. alleg.22.n.71. p.113
l.sin autem;§.sed &,is,ff.de rei vind.alleg.22.n.80 p.114.
l.si debitor, ff. quibus modis pignus vel hypothec. solvitur,alleg.22.c.80. ibid.
Et n.84. ibid.
l.si res 3.ad finem,ff. quibus modis pignusvel hypotheca solvitur,alleg.22. n.83. ibid.
l.si inter 21.§.fin.ff.de pignor.alleg. 22.n.85. ibid.
l.si de interpretatione,ff. de legibus, alleg. 23.n.26. p.121.
l.si non sortem,ff.de cond.indeb.allegat.24.num.12. p.128.
l.si quis accepto,ff.de condit.causa dat.alleg.26.n.19. p.136.
Et n.24. p.137.
l.si instituta 27.ff.de inoffic.testam.allegat. 26. n.20. p.136.
l.si rem alienam,ff.de pign.act. alleg.26.n.35. p.138
l.si ita distrahatur, §. qui vendit, ff. de contrahend. empt.alleg.26.n.40. p.139
l.si quis liberum 20.ff. de probat.allegat. 27. num.7. p.152.
l.si qui conductoris,ff.locati, alleg. 28.n.5. p.148
l.si in lege 24.§.colonus,ff.locati, allegat.29. n.22. p.144.
l.si venditor,§.si quid emptor, ff.de servis exportandis,alleg.31. n.24. p.163
l.si quis in fine,ff.de periculo & commod.rei venditæ alleg. 32.n.5. p.167.
l.si merces 28.§. si vicino,ff.locati, allegat. 32.23. p.168.
Et num.23.
l.si fundus 36.in fine,ff.locati,alleg.32.n.22. p.169
l.si jactum retis,ff.de actionib. empti,alleg. 32.n.29. p.168
p.169.
l.si igitur,§.ult.ff.pro socio,alleg.33. n.8. p.171
l.si non fuerit 29.§ Aristo,ff.pro socio,alleg.33.n.17. p.172.
l.si vehenda,§.si ea conditione, ad l.Rhod.de jactu, alleg.33.n.18. p.168
l.si plures 14.§.sive autem,ff.depositi, alleg.33.n.20. ibid.
l.si in Asia 12.§.fin.ff. depositi, allegat.33. num.20. ibid.
l.si vina 15. ff. de periculo & commod. rei vendit. alleg.33.n.21. ibid.
l.si fidejussor,ff.qui satisdare cogantur alleg.34.n.4. p.174.
l. si arbitrio, ff. qui satisdare cogantur, allegat.34. num.7. ibid.
l.si fidejussor.§.si necessaria,ff.qui satisd.cog.alleg.34 num.24. p.177.
l.si mulier 21.§.si metu coactus,ff.de eo quod metus causa,alleg.35.n.3. p.179
Et alleg.35.n.36. p.183
l.si patre cogente 22.ff.de ritu nuptiar.alleg.35.n.3. p.178.
l.si cum exceptione,§.in hac,ff.de eo quod metus causa alleg.35.n.8. p.179
Et alleg.35.n.43. p.184
l.si servus 24.§.servum,ff.de actionib.empti,alleg.35. num.18. p.180
l.si ipsa 18.ff.quod metus causa, all.35.n.18.ibid.
l.fidejussor 26.§.pater scis, ff. de pignorib. alleg.35. num.22. p.181
l.si per imprudentiam, ff.de evict. alleg.35.num.44. p.184.
l.si ipsa res 18.ff.de eo quod metus causa, allegat.35. num.45. ibid.
l.si uno, ff.locati,allegat.36.n.17. p.188
l.si fructuarius 13.ff.quibus modis usus amitt. alleg. 37.n.12. p.191
l.si servus 27.§.Proculus,ff.ad legem Aquil.alleg.39. n.12. p.197
l.si rem.§. omnis,ff.de pignorat. allegat.40.num.29. p.204.
l.si inter me & Titium,ff.de rebus creditis,allegat.41. n.10. p.208
l.si sacculum 29.§. si ex permissu, ff. depositi alleg. 41.n.12.& 17. ibid.
l.si pupilli 6.§.videamus, ff. de negotiis gestis, alleg. 41. num.35. p.210
l.si damnum,§. peculium,ff. de peculio, allegat. 41. num.36. ibid.
l.si convenerit 18.ff.de pignorat.actione, allegat.41. num.38. p.211
l.si inter me & Titium,ff.si certum petatur,alleg.43. num.5. p.216
l.si per errorem, ff.de jurisdictione omnium judicum, alleg.43.n.16. ibid.
l.si merces 25.§.qui fundum, ff. locati, alleg.44.n.1. p.220. ibid.
l.si in lege 24.§.fin.ff.locati.alleg.44.n.2. p.221.
l.si debito 10.ff.de pign.alleg.44 n.15. p.225
l.si quis.ff.de rer.divis.alleg.47.n.13. p.253
l.si quis nec causam,ff.si certum petatur, allegat.49. num.40. p.258
l. si ex plagiis,§.in Clinio Capitolino.ff. ad l. Aquil. Alleg.50.n.3.

Index Iurium.

l. si is cui, ad fin. ff. quemad. servit. amittantur, alleg. 50. n. 29. p. 261
l. si in aliquam §. cùm plenissimam, ff. de officio Proconsul. alleg. 51. n. 21. p. 273
l. si quis nec causam, ff. si certum petat. alleg. 56. n. 9. p. 289.
l. si ergo, ff. si certum petatur, alleg. 56. n. 9 ibid.
l. si venditor. 6. §. 1. ff. de servis expert. alleg. 57. n. 3. p. 291.
l. si manifestè, ff. de servit. alleg. 57. n. 8. p. 292
l. si tibi 17. §. pactum, ff. de pactis, allegat. 57. n. 16. p. 293.
l. si mihi 20. cum l. sequenti, ff. de servit. urb. alleg. 58. n. 31. p. 297
l. si tamen, §. ei qui, ff. de ædilitio edicto, alleg. 63. c. 40. p. 320
l. si me & Titium, ff. si certum petatur, alleg. 40. n. 23. p. 203
l. socium 61. §. socius, ff. pro socio, allegat. 20. num. 20. p. 99
Et alleg. 42. n. 6. p. 213
l. si sponsus, §. circa venditionem, ff. de donat. inter, alleg. 42. n. 3. p. 212
l. solent, ff. de præscriptis verbis, allegat. 65. n. 33. p. 330.
l. tale pactum, §. qui provocavit, ff. de pactis, alleg. 26. n. 18. p. 136.
l. Titius 44. ff. de actionibus empti, allegat. 31. n. 30. p. 164
l. Titius 76. ff. de procurat. alleg. 26. n. 32. p. 138
l. tutor, §. Lucius, ff. de usuris, allegation. 40. num. 7. p. 201.
Et alleg. 41. n. 5. p. 107
Et n. 47. p. 209
l. tutorem 22. ff. de his quibus ut indignis, allegat. 51. n. 43. p. 276
l. ubi 4. §. sed & Marcellus, ff. de in diem adject. all. 22. n. 75. p. 113
l. ubi, ff. de condit. ob turpem causam, alleg. 47. n. 18. p. 236.
l. ubi numerus, ff. de testibus alleg. 48. n. 17. ibid
l. ubi cœtum, ff. de judiciis, alleg. 53. n. 1. p. 283
l. verius 21. ff. de probation. alleg. 16. n. 24. p. 77
l. veteribus, ff. de pactis, alleg. 18. n. 8. p. 82.
Et alleg. 34. n. 19. p. 176.
l. verum, §. sciendum, ff. de minor. allegation. 85. num. 28. p. ...
l. videamus, §. penult. ff. locati, allegat. 18. num. 25 p. 90.
l. videamus 38. §. si debitum, ff. de usuris, alleg. 24. n. 7. p. 127.
l. videamus 12. §. fin. ff. locati, alleg. 31. n. 25. p. 164
Et alleg. 39. n. 11. p. 197.
l. ult. ff. de usu & habitatione, alleg. 44. n. 13. p. 121.
l. unica, ff. de officio Consul. alleg. 5. n. 12. p. 21

Digesti Infortiati.

Lege adigere, §. quamvis, ff. de jure patronat, all. 49. num. 27. p. 251
l. a filio, §. testator, ff. de aliment. legatis alleg. 40. n. 19 p. 202
Et §. ult. alleg. 50. n. 96. p. 267
Et alleg. 40. n. 19. p. 202
l. a liberto 35. ff. de bonis libert. allegat. 26. n. 30. p. 138.
l. apud Iulianum, 39. §. constat. ff. de legatis 1. alleg. 49. num. 32. p. 252
l. alle toto, ff. ad l. Falcid. alleg. 14. n. 9. p. 66
l. à testatore, ff. de cond. & demonstr. alleg. 49. n. 25 p. 251
l. Aurelius de liber. legat. alleg. 1. n. 24. p. 6.
Et alleg. 15. n. 30. p. 72
l. Carbonia num. §. missum, de Carboniano edicto, alleg 27. n. 7. p. 142
l. Chirographus, §. ab eo, ff. de admin. tutor. allegat. 24. num. 7. p. 127
l. cohæredi, §. qui discretos, ff. de vulgari, alleg. 36. n. 25. p. 189
l. cui fuerit 15. ff. de cond. & demonstr. alleg. 49. n. 37. p. 253
l. cum filius 38. ff. de milit. testam. alleg. 8. num. 40. p. 36.
l. cum servus, ff. de condit. & demonstr. alleg. 14. n. 7. p. 66.
l. cùm pater, §. evectis de legat. 2. allegat. 17. num. 2. p. 81.
Et num. 17. p. 83.
Et num. 19. ibid.
l. cùm servus, ff. de adim. legat. allegation. 22. n. 36. p. 108.
l. cùm res in principio, l. cùm in testamento, ff. de rebus dubiis, alleg. 28. n. 17. p. 149
l. cùm fundos, ff. de leg. 2. alleg. 30. n. 3. p. 157
l. cùm servus 81. ff. de condit. & demonstr. all. 38. n. 7. p. 194.
l. cùm servus, ff. de verb. oblig. allegat. 40. num. 27. p. 202.
l. cùm post mortem, §. 1. vers. *sed his*, ff. de admin. tutor. alleg. 40. n. 35 p. 204
l. cùm quidam, ff. de bonor. possess. alleg. 45. n. 19. p. 225.
l. cùm servus 39. alias apud Iulianum, §. hæres, ff. de legat. 1. alleg. 46. n. 10. p. 29
l. cum mulier 47. ff. solut. matrim. allegat. 48. n. 47. p. 244.
l. cùm pater, §. dulcissimus, ff. de legat. 2. alleg. 49. n. 28. 251
l. cui fuerit 15. ff. de condit. & demonst. alleg 49. n. 37. p. 253
l. debitor sub pignore, ff. ad Senatusc. Trebell. alleg. 26. n. 29. p 138
l. demonstratio 17. de condit. & demonstrat. alleg 40. num. 15. p. 202
l. demonstratio falsa 17. de cond. & demonstr. alleg. 43. num. 15, p. 218.
l. defendente, ff. de auctor. tutor. allegat. 52. num. 11. p. 279
l. etiam 17. ff. de leg. 3. all. 17. n. 5. p. 81
l. cùm qui 87. §. fin. ff. de adquir. hæred. alleg. 26. n. 31. p 138
l. cùm qui, §. pro parte, ff. de his quibus ut indignè, alleg. 46. n. 28. p. 231
l. ex facto 43. ff. de vulgari, all. 7. num. 48. p. 37
& alleg. 11. num. 3. p. 46
& alleg. 15. n. 31. p. 73
& §. item quæro, alleg. 51. n. 43. p. 276
l. ex diverso 18. §. fin. ff. solut. matrim. alleg. 53. num. 9. p. 284.
l. ex facto agitatam 19. ff. de hæred. instit. all. 58. n. 31. p. 297.
l. ex falsa 33. in princip. ff. de cond. & demonstr. all. 43. num. 16. p. 242.
l. fideicommissa, §. si rem, ff. si de leg. 3. alleg. 22. n. 73 p. 113
Et alleg. 40. n. 39. p. 205
l. filius 15. de condit. instit. allegatione 23. n. 43. p. 124
Et alleg. 42. n. 21. p. 215

Index Iurium.

l.filio quem pater,ff.de liber.& posthumis,alleg. 45. num.14 p.225
l.filiæ,§.Titia,ff.de condit.& demonstr.alleg.52.n.13 p.280
l.fin.§.uxori,ff.de auro & argento legato,all.19.n.10. p.92.
l.fin.§.1.de legatis 2.all.30.n.7. p.157
l.fin.§.cui dulcia,ff.de tritico,vino, & oleo legat. alleg.36.n. 24. p.189
l.fin.ff.de mag strat. conveniendis, alleg.39. num.6. p.197.
l.fin §.Titia, ff. de liber.legat. allegation. 43. num.4. p.216.
l.grege;ff.de legat.2.all.34.n.18. p.176
l.jam hoc jure,ff.de vulgari,all.42.n.8. p.213
l.ille aut ille, §.cùm in verbis, ff. de legat 3. all.18. n.20. p.89
Et all.31.n.4. p.161
l.ille à quo,§.tempestivum,ff.ad Senatusconf.Trebell. all.42.n.16. p.214
l.in confirmando,cum l.sequenti,ff.de confirm.tutor. all.3.n.21. p.13
l.in quantitate 72.§.magna;ff.ad legem Falcid.alleg. 17.n.5. p.81
l.in bonorum 10.ff.de bonor. possess. alleg.17. n.11. p.83
l.in confirmando, ff.de confirm.tutor.all.32. num.8. p.167.
l.in testamento 18.ff. de testam all.51.n.31.p.274.
l.in argento potorio 23.ff.de auro & argento legato, all.55. n.15. p.287
l.is qui verbum,ff.de rebus dubiis,allegat. 34.n.9. p.175.
l.is qui ducenta, §. utrum,ff.de rebus dubiis, all.46. n.17. p.230
l.Iulianus 60.ff. de leg. 3.all.19.n.10. p.92.
l.jure civili 42.ff. de condit.& demonstr.all.29.n.29. p.155.
l.Iulius Paulus 91. ff. de cond. & demonstr. all. 41. n.32. p.210
l. justa, ff. de manumiss. vindict. allegat. 61. num.6. p.307.
l.Labeo,§.item Tubero, ff. de suppellectili legata, all.14.n.17. p.67
l.legata inutiliter,ff.de adimend.legat.all.34. num.7. p.174
Et all.36.n.24. p.189
l.legavi 25.ff.de liber.legat.all.40.n.15. p.202
Et all.43.n.16. p.218
l.legatum,ff.de usufructu legato,allegat.40.num.26. p.200.
l.liberationem,§.fin.ff. de liberatione legata, alleg. 56. n.9. p.289
l.Lucius,§. tutorem, ff.de adm.tutor.all. 28. num.20. p.149.
l.Lucius.ff.de vulgari,all.42.n.8. p.213
l.Lucius,§.quæ marito, ff. de legat. 2. all.49. num.9. p.249.
l.magis puto.§. illud,ff.de rebus eorum,all.7.num.8. p.17.
l.maximè.ff.de administr. tutor.alleg. 28. n.5. & 23. p.148.
l.maritus 55.vers.*at is*,ff.solut.matr.all.40.n.7. p.201
l.maritum,ff.solut.matrim.all.57.n.13. p.292.
l.Marcellus,§ qui rerum,ff.rerum amot.all.38. n.10. p.195.
l.mella 14 §.quid ergo, ff.de alim.leg.all.5. num.24. p.23
Et §. quidam, all.55.n.17. p.288
Et all.43. n.4. p.216
l.nam absurdum,ff.de oper. libert.allegat.7. num.10. p.17.
l.nam etsi 5.§.1.ff.de injusto rupto, alleg. 17.num.6. p.81.
l.nam etsi sub conditione,ff.de injusto rupt.alleg.22. num.79. p.113
l.nam is,ff.de dolo, all.26.n.32. p.138
l.nam absurdum,ff.de bonis libert. alleg.36.num.25. p.189.
l.nam quod liquidè,ff.de penu leg. alleg.54.num.7. p.285
l.nemo potest,ff.de legat.1.all.4.n.8.
l.ne cum filio 16.ff.de furtis, all.8.n.30. p.18
l.nepoti 6.ff.de fundo instructo,allegat.37. num.12. p.191.
l.nihil interest 15.ff.rerum amot.allegat.40.num.41. p.253
l.non enim 38.ff.ad Senatusconf.Trebellian.alleg.8. num.30. p.35
l.non interest, C.de his quæ vi,all....num... p....
l.nomine debitoris §.ult.ff.de legat.3.alleg.31.n.23. p.163
Et alleg.44.n.11. p.221.
l.non aliter,ff.de legat.3.all.36.n.16. p.188
l.pater filium,ff.de legat.3.all.25.n.14. p.118
l.Paulus per Procuratorem, ff. de adquir. hæred. all. 57.num.13. p.192
l.Paulo Callimacho,§.ult.ff.de legat.3.all.43.num.4. p.216
l.per Procuratorem,ff.de adq.hæred.alleg.7. num.1. p.26
l.post legatum,§.si post,vers.*si servum*,ff. de his quibus ut indignis, all.45.n.3 p.223
l.pretia rerum,§.fin.ff.ad legem Falcid.alleg.23.n.20. p.120.
l.prædiis §.balneas,ff.de legat.3. allegat.30. num.3. p.157.
l.1.ff.de rebus eorum, all.4.n.22. p.18
l.1.§.& cum hæreditas,ff. de his quæ in testamento delentur, all.12. n.31. p.51
l.1.vers.*ineft*.ff.de condit.& demonstr.all.17.n.5.p.81.
l.1.§.fin.ff.quod falso tutore auctore,all.17.num.10. p.82
l.1.ff.de aliment. legatis,all.55.n.17. p.288
l.1.de auctorit.tutor.all.56.n.9. p.289
l.1.fin.ff.de rebus eorum,all.22. n.56. p.116
l.1.ff.de peculio legato,all.29.n.39. p.156
l.1.ff.de his quæ pœnæ nomine all.31.n.21. p.163
l.1 §.item si ita,ff.ad legem Falcid.alleg.31.num.21. ibid.
l.1.ff.de penu legata,all.31.n.21. ibid.
l.1.ff. de Magistro conveniend.all.39.n.2. p.196
l.1.§.si quis, ff. de dote prælegat. allegat. 43.n.16. p.218.
Et §.sed etsi. ibid.
l.1.ff.de legat.2.all.47.n.13. p.235
l.1.§.fin.ff unde vir,all. 49.n.12. p.249
l.1.ff.de auctorit.tutor.all.49.n.40. p.253
l.pro hærede, ff.de adquir.hæred.allegat.63.num.40. p.320.
l. propter veneni 21. §.neptis,ff.ad Sillanianum, all. 26.n.29. p.138
l.proximè ff.de his qui in testamento debentur.all.1. num.19. p.6
Et all.7.n.6 p.26
l.quanquam 17.ff. ad Senatusconf. Velleian. all.16 num.24. p.181
l.quamvis 21.ff.solut.matrim.all.35.n.31.
l.quæsitum,§.& ipse Papinianus, ff. de fundo instructo,all.17.n.17. p.82

Index Iurium.

l. quæ dotis 33. ff. solut. matrim. all. 22. n. 62. p. 111
l. quæ sub conditione, ff. si quis omiss. caus. testam. allegat. 29. n. 3. p. 152
l. quæ sub conditione 110. ff. de condict. & demonstr. alleg. 38. n. 7. p. 194
l. qui hæredi 44. ff. de condict. & demonstr. all. 40. n. 11. p. 201
l. quæsitum, §. illud fortassis, ff. de leg. 3. alleg. 45. n. 14. p. 225
l. qui solidum 78. §. etiam, ff. de legat. 2. all. 1. num. 16. p. 5.
l. quidam asserunt, ff. de jure codicillor. alleg. 7. n. 2. p. 26
l. qui superstitis, ff. de adquir. hæred. alleg. 16. num. 2. p. 75
l. qui à latronibus, ff. de testamentis, all. 17. p. 76
Et alleg. 19. n. 5. p. 92
l. qui ita, ff. de dote prælegata, all. 34. n. 6. p. 174
l. qui liberi, §. hæc verba, ff. de vulgari, all. 36. n. 16. p. 188
l. qui solidum, §. etiam respublica, ff. de legat. 2. alleg. 38. n. 14. p. 195
l. quib. s diebus, §. qui dotalem, ff. de condict. & demonstr. all. 40. n. 15. p. 202
l. Quintus 27. §. 2. ff. de auro & argento leg. all. 43. n. 16. p. 218
l. quibus 4. §. penult. ff. de condict. & demonstr. all. 45. num. 16. ibid.
l. qui hæredi, ff. de condict. & demonstr. all. 49. n. 23. p. 251.
l. quidam relegatus 6. ff. de rebus dubiis, all. 49. n. 23. p. 252
l. quia tale, ff. solut. matrim. all. 57. n. 13. p. 292
l. quoties, §. nec utique, & §. sicut, ff. de adm. tutor. all. 1. n. 14. p. 5
Et n. 16. ibid.
l. quoties 13. ff. de rebus dubiis, all. 11. n. 11. p. 50
l. quod in rerum 14. in princ. ff. de legat. 1. all. 17. n. 5. p. 81.
l. quoties §. si quis nomen, ff. de hæred. instit. allegat. 40. num. 26. p. 203
l. quoties 9. §. sicut, ff. de admin. tutor. all. 41. n. 35. p. 204
l. quod si nepotes, vers. *aliter*, ff. de testam. tut. all. 50. num. 17. p. 260
l. quod Labeo, ff. de Carbonian. edicto, all. 54. num. 8. p. 285.
l. res judicatæ, §. 1. ff. solut. matrim. alleg. 40. num. 28. p. 203
l. rem legatam, ff. de adim. legat. all. 42. n. 8. p. 213
l. scire oportet §. consequens, ff. de excus. tut. alleg. 13. n. 17. p. 62
Et alleg. 36. n. 23. p. 181
Et all. 57. n. 3. p. 291
l. si §. lege Iulia, ff. de testam. alleg. 1. n. 18. p. 5.
l. si cui §. penult. ff. de annuis legatis, alleg. 3. num. 21. p. 13.
l. si §. si mater, vers. *quod si curatores*, & vers. *quod si decesserint*, ff. ad Senatusconsul. Trebellian. alleg. 31. num. 23. p. 163
l. si quis, ff. de legat. 3. all. 32. n. 5. p. 167
l. si testamentum, ff. quemad. testam. aperiantur, alleg. 33. n. 12. p. 171
l. si tutrici, ff. de judic. alleg. 42. n. 9. p. 213
l. si §. 1. ff. solut. matrim. allegat. 49. n. 9. p. 249
l. si primus, ff. de bon. possess. contra tab. alleg. 51. n. 43. p. 276
l. si cui §. pen. ff. de annuis legat. all. 3. n. 21. p. 13
l. si hæredi plures, ff. de condit. institutionum, all. 11. n. 1. p. 50
l. si servo invito, §. cùm Prætor. ff. ad Senatusc. Trebell. all. 11. n. 9. p. 51
l. scire oportet. §. consequens, ff. de excus. tut. allegat. 13. n. 28. p. 63
l. servus legatus, § fin. ff. de adim. legatis, alleg. 22. n. 87. p. 115.
l. Seiæ 20. §. Tiranæ, ff. de fundo instruct. all. 30. n. 3. p. 157.
l. servi electione, §. ult. ff. de leg. 1. all. 30. n. 12. p. 158
l. scio, §. pen. ff. de annuis legatis, allegat. 32. num. 8. p. 167.
l. sed etsi 21. ff. solut. matrim. all. 34. n. 15. p. 176
l. servi 99. §. fin. ff. de legat. 3. alleg. 50. n. 10. p. 259
l. si quis in principio testamenti, num. 23. ff. de leg. 3. alleg. 4. n. 2. p. 15
l. si hæredi plures, ff. de constitut. all. 7. n. 1. p. 26
l. si fundus 105. ff. de cond. & demonstr. all. 8. n. 40. p. 36.
l. si itaque 21. ff. de vulgari, all. 9. n. 30 p. 44.
l. si Mihi & Mævio, ff. de leg. 3. all. 10. n. 6. p. 47
l. si domus. 74. §. fin. ff. de legat. 1. all. 10. n. 15. p. 48
l. si miles 3. ff. de milit. testam. alleg. 11. n. 11. p. 51
l. si servus plurium, §. fin. ff. de legat. 1. allegat. 11. n. 12. p. 51
l. si quis in principio 21. ff. de legat. 3. all. 11. n. 14 p. 52.
l. si domus 74. §. fin. ff. de legat. 1. alleg. 13. num. 19. p. 61
l. si quando 112. ff. de legat. 1. allegatione 13. num. 27 p. 62
l. si quis mihi bona, §. sed utrum, ff. de adquir. hæred. all. 14. n. 13. p. 67
l. si à primo 8. ff. de liber. & posthum. alleg. 17. n. 6. p. 81.
l. si duo 39. ff. de adquir. hæred. allegat. 17. num. 11. p. 82.
l. si quis fundum, ff. locati, alleg 17. n. 14. p. 83
l. si & rem & pretium, ff. de pet. hæred. allegat. 17. n. 16. ibid.
l. si quis domum, §. fin. ff. locati, alleg. 18. num. 25. p. 84
l. si quis postea, ff. de judiciis, all. 17. n. 25. ibid.
l. si quis domum 21. ff. locati, all. 17. n. 28. p. 85
l. si quis fundum 10. ff. locati, allegat. 17. num. 29. ibid.
l. si merces, §. vis major, ff. locati, alleg. 17. num. 29. ibid.
l. si in lege 27. §. colonus, vers. *item utiliter*, ff. locati, alleg. 18. n. 1. p. 87
l. si fundus, ff. locati, alleg. 18. n. 1. & vers. *similiter*, n. 3. ibid.
l. si uno in principio, ff. locati, all. 18. n. 12. p. 88
l. si quis nec causam, ff. si certum petatur, all. 18. n. 17. p. 89
l. si merces, §. vis major, ff. locati, alleg. 18. num. 18. ibid.
l. si in lege 24. §. colonus, ff. locati alleg. 18. num. 26. p. 90
l. si quis postea, ff. de judiciis, allegatione 19. n. 7. p. 92
l. si quis damnum, §. fin. ff. locati, allegat. 19. num. 7. ibid.
l. si tibi alienam, ff. locati, all. 19. n. 14. p 93
l. si uno 17. §. ubicumque, vers. *plane*, ff. locati, all. 20. n. 3. p. 95
l. si in lege 28. §. si colonus, ff. locati, allegat. 20. n. 3. ibid.
l. si merces, §. 1. ff. locati, alleg. 10. n. 4. p. 46.
l. si merces, §. culpæ, ff. locati, all. 20. n. 5. p. 96
Et n. 23. p. 98

Index Iurium.

l.si quis damnum, ff.locati,alleg.20.n.6. p.96
Et num.26. p 98
l.si fundum à te 104.ff.de condit.& demonstrat all.22 num.27. 207
l.si ita legatum 68.si domus, ff. de legat.1. alleg.22. num.35. p.108
l.si chorus,§.area,& §.servus quoque, ff. de legat. 3. alleg.22.n.36. ibid.
l.si ita legatum, §. domus in principio, ff.de legat.1 all.22.n.38. ibid.
l.servus legatus,§. fin.ff.de adim. legatis, all.22.n.87. p.115
l.si ita legatum 68.§.fin. ff. de legatis 1. alleg.21. n. 87.ibid.
l.si quis ita.ff.de condit.& demonstr.allegat.28.n.26. p.150
l.si duo,ff.de adquir.hæred.alleg.28.n.29. p.156
l.si cui,ff. de fundo instructo,alleg.29.n.39. p.151
l.si ex toto,ff.de legat.1.all.30.n.2.& 3. p.157
l.si ita legatum 8.ff. de auro & argento legato,alleg. 30.num.7. p.157
l.si penum,ff. quando dies legati cedat, all.31. n.21. p.163
l.si servus legatus,§.si ita scriptum,ff.de legatis 2.all. 34.n.3. p.174
l.si servus legatus 101.vers.*sed si ei*, ff.de legat.1. all. 34.n.3. p.174
l.si qui ducenta,§. itrum,ff.de rebus credit.alleg.34. n.9.p.175.
l.si duo 38.ff. de adquir. hæred. alleg.34. num. 22. p.176
l.si tibi purè legavero, ff.de legat.3.alleg.34. n.23. p.177
l.si cui libertas 41.ff.de condit.& demonstr.alleg.38 num.7. p.191
l.si sic legatum 75.§.si miles,ff.de legat.1.all.40. n.15. p.202
l.si servus 108.§,qui quinque,ff.de legat.1. alleg.40. num.7. p.202
l.si domus 71.§.qui confitetur,ff.de legat.1. alleg.40. num.31. p.204
l.si servus 108.§. qui quinque, ff. de legat.1. alleg.43 num.16. p.218
l.si post mortem, §. fin. ff. de bonor. possess. contra tab.alleg.45.n.25. p.226
l.si quis fugitivus 4.§.apud Labeonem,ff. de ædilitio edicto,alleg.45.n.26. ibid.
l.si unus, §. si cum tibi, ff. de factis, alleg. 46. n.16. p.230
l.si mora, ff. solut.matrim.alleg.48.n.22. p.251
l.si hæredi plures, ff.de condit. & demonstr. all.49: num.23. ibid.
l.si servus plurium 53.§.ultimo, ff.de legat.1. all,50. n.3.p.258
l.si quis vinum,§.simili modo, ff. de vino,tritic.legato, allegat. 55.n.3. p.286
l.si quando,ff.de legat.1.all.58.n.28 p.297
l.si cui fundum, ff. de legat. 2. allegat. 61. num. 22. p.308
l.si quis forte,ff.de pœnis,alleg.65.n.47. p.336
l.si stipulatus essem à te,ff.de verb.obl.alleg.65.n.82. p.341
l. statuliber 10.§.fin.ff. de legat.2.allegat. 9. num.30. p.44.
l.Stichum qui meus erit 6.ff. de legat. 1. alleg.29.n. 10.p.152
l.sub conditione 81. §.libertus, ff. de legat.1. all.40. num.12. p.201
l.tabernam 7. de fundo instructo,allegat.22.num.36. p.108
l.talis scriptura,ff.de leg.1.alleg.28. n.26 p.150
Et alleg.43.n.16. 218
l.Thais §.Stichus & damna,ff.de fideicommiss. libert. alleg.38.n.7. p.194
l.Titius puerum, ff.de obsequiis à liber.præst. all.45. n.3. p.223
l.tutor qui reperrorium,ff.de admin. tut.alleg.38.n. 5.p.194
l.tutorem, ff.de his quibus ut indignis, alleg.41. n.3.p.207
l.tutor 7.§.pecuniæ, ff. de admin.tut. alleg.42.n.15. p.208
l.tutor §. quæ tutoribus, ff.de excusat. alleg.46.n.24 p.231
l.unum ex familia 67.§ sed si uno, & §.si duos,ff.de legatis 2.alleg.22.n.63. p.112
l.unica,C.ut omnes judices tam civiles quàm crim. alleg. 48.n.32. p.144
l.unica. §. pœnis, vers. *cæteros autem*, C. de raptu virginum.all.65.n.42. p.335

Digesti Novi.

LEge ab accusatione,§. nuntiatores, ff.ad Turpillianum,all.37. n.24. 192
Et all.65.n.76 p.340
l.à Divo Pio, §.si super rebus,ff.de re judic. alleg.1. 15.n.24. p.72
Et §.si pignora,alleg.26.n.35. p.138
Et alleg.43.n.21 219
l.adeo,§.cùm ex alieno,ff.de adquir.rer.domin.all.55 num.4. p.287
l.ait Prætor,§.quod ait Prætor,ff.quæ in fraud.credit. allegat. 65.n.46. p.336
l.aliam 29.ff.de novat. alleg.34. n.1. p.174
Et n.15.16.17.18. p.176
Et alleg.36.n.5. p. 187
l.ambitio in principio junct.§. si quis autem, ff.de diverf.& temp.præscript.all.43.n.18. p.218
l.annonam 6.ff.de extraord.crimin. alleg.56.num.11. p.290
l.apud Celsum,§.Labeo, ff.de doli except. alleg.36. n.7.p.187 p.164
Et alleg.31.n.27.
l.aufertur,§.fiscus.ff.de jure fisci,allegat.44. num.18. p.218
l.aut facta, §. evenit, ff. de pœnis,alleg.65. num.21. p.332
l.bonæ fidei 48.ff.de adquir rer.dom.all.24. num.21. p.129
l.certè.§.Iulianus,ff.de precario,alleg.9.n.8. p.42
l.cedere diem.ff.de verb. signific. allegat.31.num.7. p.162
l.Celsus 27.ff.de usucap. alleg.43.n.19 p.218
l.cotem ferro,§.fin.ff.de public.& vectig.alleg.3.n.9. p.12. p.84
Et alleg. 17.n.21. p.88
Et §.qui maximos, alleg.18.n.12.
l.communis 42.§.Procurator,ff.de adquir.possess. all. 16.n.12. p.76
l.continuus,§.cùm ita,ff.de verb.oblig.alleg.18.n.20. p 120
l.contractus, ff. de reg. juris, allegat.20. numero.13. p.98
l.continuus,§.cùm ita,de verb.oblig.alleg.31.num.4. p.161 p.167
Et alleg.32.n.8. 204
Et all.40.n.30. p.215
l.contractus,ff.de reg.juris,all.42.n.22. l.con

Index Iurium.

l.cogitationis 18.ff.de pœnis,alleg.47.n.12. p.235
l.cognitionum. §.1. ff. de variis & extraordinariis cogn.all.51.n.19. p.273
l.cùm lex,ff.de fidejussor.alleg.3.n.27. p.14
Et alleg.4. num.28. p.19
l.cum precario,ff.precario,all.5. n.19. p.22
l.cum fundum,ff.de verbo signif.allegat.8.n.21. p.34
l.cùm hæredes, ff.de adquir. poss. alleg.16. num. 11. p.75
l.cùm precarii,ff.de precario,allegat.17.n.3. p.81
Et all.8.n.33. p.36
l.cùm unus 12.§.fin.ff.de reb.auct.judic.possid.all.17. n.25. p.84
l.cùm unus 12.§.fin.de bonis authoritate judicis possid.alleg.19.n.5. p.92
l.cùm inter eos,§.cùm inter, ff.de fidejussor.alleg.22 n.77. p.113
l.cùm inter nos , ff. de verb. signif. allegat.34. n.6. 174
l.cùm duo fin.ff. de duobus reis, alleg.57.n.20 p.293
l.damni 18.§.si is qui,ff.de damno infecto, all.30.n.7. p.157.
l.dotis 2.ff. de lege Iulia repet. allegation. 47. n.5. p.234
l.delegare 11.& delegare 17.ff.de novat.all.22.n.93. p.115
l.dive.§. fin. ff. de jure fisci, allegat.26. num.31. p.138.
l.de pupillo.§.si plurium,ff.de novi operis nuntiatione alleg 39.n.2. p.196
l.dispensatorem,ff.de salut.all.34.n.4. p.174
l.Div.ff.de liberali causa,all.36.n.15. p.183
l.doli clausula de verb.oblig.all.13.n.18. p.61
l.ea quæ in principio , ff. de donat. inter, alleg.49. n.9. p.249
l.ejus qui delatorem, ff. de jure fisci , alleg.47. n.27 p.237
l.eandem , §.1.ff.de except.rei judicatæ, all.6.n.1. p.23.
l.eum qui ædes , ff.de usucap. all.26.n.13.& alleg.52 num.20. p.281
l.eum qui 56.§.si à te,ff. de verb. oblig. all. 34 n.13. p.175
Et all.36.num.5. p.187
l.ex fectante § Latinus, Largus,ff.de excep. rei judicatæ,alleg 6.n.7. p.24
Et alleg.26.n.36. p.138
l.ex novatione 18. ff. de novat. alleg. 22. num. 69. p.112
l.exceptione,ff.de fidejuss.all.35.n.44. p.184
l.ex judiciorum, ff.de accusat. allegat.37. numero 8. p.187.
Et alleg.47.n.5. p.234
l.familiæ 5.ff. si famil fur.dicatur,alleg.65.num.46. p.336.
l.filiusemancipatus,ff.ad legem Cornel. de falsis,all. 11.n.9. p.47.
l.fin.ff. de appellat. recip. alleg.5.n.12. p.21
Et n.25. p.25
l.fin.ff.de precario,alleg 9.n.8. p.41
l.fin.ff.de jure fisci, alleg.24.n.7. p.127
l.fin.de prætor.stipulat.all.31.n.13. p.162
l.fin. in princip.vers. *Papinianus*, ff. de jure fisci, all. 44.n.3. p.220
l.fin.§.item si rescripserunt,ff.ad municipalem,all.48 num.5. p.241.
l.fin.§.judicandi,ff.de muner.& honor.alleg.48. n.5. ibid.
l.fin.§.judicandi,ff.de muner.& honor.alleg.63.n.30. p.319
l.fin.§.item si rescripserunt,ff.ad municipal.allegat. 63.n.n.41. p.320
l.fin.§.divi quoque,ff.de public,& vectigal.alleg 65. num.35 p.334
l.fistulas 78.§. 1. de contrah. empt. alleg.1. num.16. p.5
Et §.frumenta. alleg.3. n.21. p.13
l.fluminum 24.§. quanquam , ff. de damno infecto, all.18.n.3. p.87
l.furiosus,ff.de oblig.& act. all.35.n.18. p.180
l.Græcè,§. illud,ff. de fidejussor.alleg.34.n.9. p.175
l.honores , §. fin. ff. de decurion. alleg. 5. num.18. p.22.
l.hoc jure,§.ductus aquæ, ff. de aqua quotid.& æstiva,allegat.8.n.19. p.34
l.Herennius *la* 2.43.ff.de fidejuss. alleg. 22. num.83 p.114
l.idemque 22.§.1.ff.de bon.auctor.judic.possid.all.8 n.49. p.37
l.Imperatores, ff. de jure fisci , allegat.17. num.10. p.82
Et alleg.37.n.28. p.192
Et alleg.47.n.17. p.236
l.Imperatores 7.ff.de public.& vectig. all.27. n.11. p.142.
l.Imperator 11. §. 1. ff. ad municipalem , alleg.39 n.2.p.196.
l.in agris,ff.de adquir.rer.dom.alleg.7.n.2. p.26
l.inter publica , ff. de verb. signif.alleg.13. num.25. p.62.
l.interdum 73. ff. de verb. oblig.all. 17. numero 5. p.81
l.in diem 9. in principio ,& §. non autem,ff.de aqua pluvia arcend. alleg. 22.n.23. p.106
l.inter stipulantem , §.sacram,ff.de verb. obligat. all. 22.n.29 p.107
l.injuriarum,§.1.ff.de injuriis , alleg.22. numero 77. p.113
l.in bello , §.facti, ff. de captivis , alleg.28. num.8. p.148.
l.in Senatusconsultum,ff.ad Turpil.alleg.37.num.14. p.191
l.judicasse 198.ff.de verb. signif. alleg. 37.num.15 ibid.
l.in fraudem,ff.de jure fisci,allegat. 37.n.28. p.193
Et allegat.38.n.14. p.195
l.intestatæ,§.pro emptore,alleg.38.n.16. ibid.
l.in venditione , §. si quis fructus , ff. de bonis auctor.judic. possid.alleg.44.n.14. p 221
l.item apud Labeonem,§.ait Prætor,ff.de injuriis,all. 14.n. 13. p.67
l.is qui,ff.qnod vi aut clam. alleg.24.n.7. p.127
l.is qui puteum §.si postea,ff. quod vi aut clam, alleg. 37.n.4. p.190.
Et n.33. p.192
l.is qui suis.§ si ab ignoto,ff.de manumiss.all.45.n.3 p.223. Et num.22. p.226
l.ita fidei,ff.de jure fisci,allegat.9.n.34. p.45
l.ita fideicommissum 40.ff.de jure fisci,alleg.29.n.28 p.155
l.jure naturæ 206 ff.de reg. juris, alleg.35. num. 18. p.180
l.Labeo,§ contractum,ff.de verbor signific. alleg.26. num.13. p.135
l.lana 86. vers.*nave*,ff. de leg.3. alleg. 22. num. 35. p.108
l.lex Iulia 7.§.fin.ff.ad Iuliam repetund.alleg.47. n.2. p.234
l.lex 3. ff ad legem Iuliam Majest. alleg. 63. num.2. p.315

Index Iurium.

l.liber homo 69. ff. de verb. oblig.alleg.22. num.6. p.105
l.liber homo,§.fin.ff.de ſtipulat.ſervor.allegat.41. n.32. p.210
l.licitatio 9.§.ult.ff.de public.& vectigalib.alleg.11. num.18. p 48
Et num.19. ibid.
l.locus 26.ff.de adquir.poſſeſſ.alleg.14.n.4. p.66
l.locatio,§.rei exercitu,ff.de public.& vectigal.all.54. num.1. p.285
l.locatio,aliàs licitatio,§.fiſcus,ff.de public.& vect g. alleg.57.n.6. p.292
l.laus 12.ff.de adquir. rer. dom. alleg.20. num.12. p.154
l.magiſtratus 25.ff.ad municip. alleg. 8.n.46. p.37
l.Methrodorum,ff. de pœnis,alleg.65.n.39. p.335
l.minus ſolutum 82.ff.de verb.ſignif.alleg.34.num.7. p.174
l.munerum,§.fin.ff.de muner.& honor.alleg.27.n.10. p.142
l.non eſt,ff.de legatis 2.allegat.n. 16. p.5.
l.naturaliter,§.nihil commune, ff.de adquir. poſſeſſ. alleg.6.num.3. p.24
l.nemo 188ff.de reg.juris,alleg.17.n.10. p.82.
l.nemo 166.§.temporariæ 50.ff.de reg.juris,alleg.50. num.30. p.261
l.non puto 10.ff.de jure fiſci in procemio, num.8. p.2.
l.non ut ex pluribus,ff.de reg.juris, alleg.9. num.7. p.41
l.non ſolùm,§.quod vulgò,ff. de uſucap. alleg.9. n.9 ibid.
l.non poteſt,ff. de furtis,all.47. n.22. p.236
l.non videtur 136.§.qui juſſu,ff.de regul.jur.alleg.63. num.8. p. 316
l.non tantum,ff.rem ratam haberi,'alleg.63. num.40. p.320
l.non omnes,§.à barbaris,ff.de re milit.alleg.56.n.2. p.289
l.non intelligitur 3 §.Divi,& §.Divus,ff.de jure fiſci allegat.1. n.28. p.6
Et alleg.12.n.25. p57
Et num.26. ibid.
l.nullus 66.ff.de reg.jur.alleg.'22.n.76. p.113
l.nuptias,ff.de reg.jur.alleg. 49.n.37. p.253
l.patrem,ff.quæ in fraudem, all.22.n.48. p.110
l.Paulus,ff.rem ratam haberi,alleg.63.n.40. p.320
l.Pedius,ff.de incendio,ruina,& naufragio, alleg.61. num.24 p.308
l.permiſceri,ff.de adquir.poſſeſſ.all.6.n.4. p.24
l.peregrè 44.ff.de adquir. poſſeſſ.alleg. 16. num.14 p.71
l.pignoris 13.§.1. ff. de uſucap. allegat.43. num.19. p.218
l.plus cautionis 25.ff. de reg.juris. alleg. 34. num.2. p.174
Et alleg.36.n.9. p.187
Et all.40.n.8. p.201
l.pluribus,ff.de verb.obl.alleg.47.n.40. p.239
l.poſſideri 3.§.ex pluribus,ff.de adquir.poſſ.all.9.n.8 p.41
Et §.illud,n.8. ibid.
Et §.ſed etſi,n.9. ibid.
Et §.incertam,alleg.16.n.7. p.75
Et §.inde Neratius, alleg.16.n.13. ibid.
Et verſ. *Caterùm*.all.16.n.4. p.76
Et §.ſi rem,alleg.16.n.15. ibid.
l.poſtliminium,ff.de captivis,all.61.n.24 p.308
l.1.§.in cauſa,de quæſtionib. procem.n.7. p.2
Et alleg.1.n.3. p.4
l.1.verſ. *cujuſque opera*, ff. ad legem Juliam Majeſt. alleg.1.n.12.
l.1.ff.de officio Procur.Cæſ.alleg.1. n.32. p.5
l.1.§.in cauſa,ff.de quæſt.all.5.n.10. p.7
l.1.§.interdictum,ff.de loco public.fruend.all.5.n.10. p.21
p.21.
l.in principio,& §.perpetuo,ff.uti poſſidetis,alleg.5 num.19.
l.1.in princ.ff.de aquirend. quotid. alleg.5. num.19 p.22.
ibid.
l.1.ff.de rivis,all.5.n.19. ibid.
l.1.in princ.ff.de fonte,all.5.n.19. ibid.
l.1.in fin. ff. de aqua quotid. & æſtiv. alleg.6.num.1. p 25
l.§.permittitur,ff.de aqua quotid. & æſtiva, alleg.8 num.18 p.34
l.1.§.ult.ff.pro donato,alleg.9.n.9. p.41
l.1.§.Julianus,ff.de itinere actuque privato, alleg.9 n.33. ibid
l.1.§.interdictum,ff.de loco publico fruend.all.11.n.8 p.51.
l.1.in cauſa de quæſt.alleg.11.n.8. ibid.
l.1.§ ait Prætor,ff.ne quid in loco publico, alleg.14. num.10. p.66
l.1.§. vetare,ff.de furtis.alleg.15. n.29. p.73
l.1.§.hoc interdicto, ff. de itinere actuque privato, all.16.n.2. p.75
l.1.§.per procur.ff.de acq.poſſ. allegat. 16. num.11. p.76.
l.1 ff.de nundinis,allegat. 16.n.23. p.77
l.1.ff.de public.& vectig.alleg.17.n.4. p.81
l.ff.de loco public.fruend.alleg.17.n.18. p.83
l.1.ff.de oblig.& act.alleg.17.n.25. p.84
Et alleg.19.n.5. p.91
l.1.§.per ſervum, ff.de uſucap. allegat.58. num.19. p.296.
l.1 §. interdum,ff.de loc.public.fratr.alleg.59.num.1. p.299
l.1.§.in cauſa de quæſtion. all.59.n.1. ibid.
l.1.ff.de nundinis.all.64. num.31 p.335
l.1.§.cùm quis, ff.de quæſt. allegat. 95. numero 81. p.341
l.1.§.fin.ff.de novi oper.nunc. allegat. 27. num.13. p.143.
l.1 §. interdum,ff.de loco publico fruendo,alleg.29. n.29. p.155.
l.1.ff.de prætoriis ſtipul.all.34.n.12. p.175
l.1.§.quæ onerandæ,ff. quarum rerum actio non detur, alleg.35.n.14. p.180
l.1.§.tutores,ff.ad l. Cornel. de falſis, alleg. 38.n.6. p.194
l.1.ff.de interrog. action. all.38.n.11. p.195
l.1.ff.de privil.credit.allegat.45.n.9. 214
l.§.ſi quis nemine prohibente, ne quid in loco publico,alleg 46.n.4 p.218
l.1.ff.de ſuperficiebus,alleg.46.n.10. p.229
l.1.ff.ad municipalem,alleg.46.n.15. p.230
l.1.§.1.de furtis,all.47.n.12. p.235
l.1.in fin.ff. quod quiſque juris, alleg. 47. num.12. ibid.
l.1.§ Divus,ff.ad l. Corn.de ſicar.alleg. 47. num.13. ibid.
l.1.ff.ad l. Pompon. de parricid. allegat.47. num.22. ibid.
l.1.§.idem Marcellus,ff.de aqua pluvia arcenda,alleg. num.27. p.261
l.Proculus ff.de damn.infect.allegat. 57.numero. 8. p.292 p.184
Et alleg.35.n.45. p.261
Et alleg.50.n.27. L.pro

Index Iurium.

l.prohibere,§.planè,ff.quod vi aut clam. all.34.n.5. p.174
l.pronuntiatio, §. familiæ appellatione, 2. de verb. signif.alleg.49.n.9. p.249
l.prospexit,qui & à quibus,all.17.n.31. p.85
l.pupilli,ff.de solut.alleg.35.n.18. p.180
l.quantitas,ff.de except.rei judic. alleg.50. num.20. p.260
l.quæcumque actiones, ff.de oblig. & action.all.37. num.4. p.191
l.quæ filiis, §. ita quæsitum, ff. de manumiss.testam. alleg.38.n.7. p.194
l.qui penè,§.Divus ff.de manumiss. alleg.1.num.18. p.5.
l.quidam consulebant,ff.de re jud.all.4.n.3. p.15
l.qui precario,ff.de precario,alleg.5.n.19. p.22
l.qui vas,§.vetare,ff.de furtis,alleg.8.n.30. p.35
l.qui tacet 142.ff.de reg.jur,alleg.8.n.31. p.36
l.qui bona,§. quod scripsi, ff.de adquir.poss.alleg.9. num.9. p.41
l.qui vas,§.vetare,ff.de furtis, alleg.9.n.14. ibid.
l.qui universas 30.ff. de adquir.poss.all.16. num.17. p.76
l.qui cum alio,ff.de reg.jur.alleg.17.n.11. p.82
& alleg.21.n.28. p.107
& alleg.34.n.22. p.179
l.qui commeatu,ff.de re militari.allegat.17.num.25. p.85
l.qui res,§.aream,ff.de solut.all.22.n.35. p.108
& num.36. ibid.
& alleg.26.n.28. p.137
l.qui usumfructum 58. ff.de verb.oblig.all.22.n.69. p.111
l.quidam consulebant,ff.de re judicata,alleg.23.n.9. p.118
l.qui commeatu.ff.de re militari, alleg.29. num.20. p.153.
l.qui fundum 7.§.si fundum Cornelianum,ff.pro emptore,alleg.30.n.4. p.157
l.qui autem,§.si quis cum pupillo,ff.quæ in fraudem credit.alleg.34.n.9. p.175
l.qui usumfructum 58.in principio,ff.de verbor oblig.alleg.34.n.13. ibid.
l.qui debitorem, ff.de fidejuss. allegat. 40. num.19. p.204
l.qui non facit,ff.de reg.jur.alleg.41.n.22. p.209
l.quisquis,C.ad legem Iul.Majest.alleg.47.num.12. p.235
l.qui rorum in principio, ff.de except. rei judicatæ, all.53.num.8. p.284
l.qui cum uno, §.qui filium suum, ff.de re milit.all. 65.num.71. p.339
l.quoties idem sermo,ff.de reg.juris,all.10.n.11.p.47. & alleg.14.n.17. p.67
l.quod semel,ff.de decretis ab ordine faciendis, all. 15.n.31. p.73
l.quòd autem,§.sciendum, ff.quæ in fraudem credit. all.22.n.76. p.113
l.quories 81.ff.de verb.oblig.all.31.n.12. p.162
l.quod ait 23.§.1.ff. ad legem Iul.de adulter.all.37 num.10. p.191
l.quod vulgo 11.ff. pro tempore, alleg. 43. n.19. p.218
l.quodcumque 45.§.pen.ff.de verb.oblig.alleg.58. n.20.p.296.
l.rerum mixtura,§.Labeo,ff. de usucap. alleg.16.n. 17.p.76
l.res quæ,§.fin.ff.de jure fisci,alleg.37.n.14. p.191
l.regula,§.fin.ff.de juris & facti ignorantia, all. 41. n.11. p.217
& all.49.n. 29. p.258
l.sed si ante, ff. de except.rei judicatæ, alleg.6.n.2. p.24.
l.1.ff. de interdictis,all.6.n.3. ibid.
l.semper 34.ff.de reg. juris,allegat.7.n.12. p.27
l.2.§.meritò,& §.si quis à Principe,ff.ne quid in loco publico,alleg.9. n.26. p.44
l.2.§.Divus,ff.de jure fisci,alleg.28.n.16. p.149
l.2.ff.de peculio legato,all.29.n.39. p.156
l.2.§.ad deficientiam,ff. de muner. & honor.all.32. n.7.p.167
l.2.ff. de novationib. alleg.34. n.13. p.174
l.2.§.si mater,vers *quod si curatores*,& vers.*quod si decesserint*, ff. ad Senatusconſ.Tertul. alleg.44.n.11. p.221
l.2. in fine,si liber ingens esse dicatur, allegar. 45. n.5.p.224.
l.2.§.si quis à Principe, ff.ne quid in loco publico, all.50.n.50. p.263
l.2.§.exactis,ff.de orig.juris, alleg.52.n.6. p.278
l. 2.§.postea ne diutius, ff.de orig.juris,all.53.n.10. p.284
l.2.ff.ad legem Pomp.de parricidis, alleg. 65.n.42. p.335
l.sed si ante,ff,de except.rei judicatæ,alleg.6.num.2. p.24
l.semper 134.ff.de reg.jur.allegat.7.n.22. p.29
l.sæpè,ff.de verb.significat.alleg.14.n.15. p.67
l.si quæritur §.lana,ff. de usucap.alleg.16.n.8. p.75
& §.furiosus, n.9. ibid.
l.Senatus 35.§.fin.ff.de donat.causâ mortis,alleg.32. num.26. p.169
l.secundum naturam,ff.de reg.juris,alleg.33.num.3. p.170
l.sed & si unius,§.ait Prætor, ff. de injuriis,alleg.35. n.31. p.182
l.semper in stipulationibus de reg.jur.alleg.36.n.17 p.188.
l.sequitur, §. quod autem, ff. de usucapionib. all.43, num.18. p.218
l.servi,§.illud,ff.de furtis,all.58.n.19. p.296
l.si ita quis,ff.de public.& vectig.alleg.3.n.30. p.14.
l.si qua pœna 224.ff.de verb.signif.alleg.5. num.21. p.22
l.si inter me & te,ff. de except.rei judicatæ,alleg.6. n.5.p.24
l.si fiscus 7.ff.de jure fisci,alleg.12.n.25. p.57
l.si purè, ff.de fideicom.libert.alleg.14.n.7. p.66
l.si Titius 49.ff.de fidejussor,all.17.n.21. 82
l.si is,39.ff.de donat. caus.mort. allegat.17. num.11 ibid.
l.si commissa 13. in principio, ff. rem ratam haberi, all.20.n.3. p.95
l.si Titius ff.de fidejussor.alleg.20.n.27. p.98
& all.22.n.28. p.107
l.si vir.8.ff.quæ in fraudem credit.alleg.22. num.79 p.113
l.si cùm quis 41.§. fin.ff. de furtis, allegar. 26.n.31.
l.si cum fideicommissa,§.Aristo,ff,qui & à quibus,all. 28.n.21. p.150.
l.si quis fortè 6.§.de pœnis,all.28.n.23. ibid.
l.si Titius 48.ff.de fidejussor.alleg.28.n.29. p.151
l.si finita, §.ex hoc de damno infecto,all.30.num.11. p.158
l.si ita stipulatus,in fine, ff.de verbor.oblig.alleg.21. num.27. p.164
l.si quis aliquid 38.§. testamentum, ff.de pœnis, all. 53.n. 12. p.171
l.si alius 7.§.est & alia,ff.quod vi aut clam,alleg.33. n.19. p.172.

Index Iurium.

l.si Titius,ff.de fidejuss.alleg.34.n.8. p.174
Et num.22. p.176
l.si rem,§.si duo,ff.de novat.all.34.n.12. p.175
l.sed & si unius, §. ait Prætor, ff. de injuriis,all.35. n.31. p.182
l.si is cui,§.fin.ff.de furtis,alleg.35.n.45. p.184
l.si Stichum 8.§.si ita quis, ff.de novat. alleg.35.n.5. p.187
l.si rem,§.si duo,ff.de novat.all.36.n.5. ibid.
l.si pupilli,§.videamus,ff.de solut.all.36.n.12. ibid.
l.si à te,ff.de except.rei judicatæ.all.36.n.15.p.188
l.si ex pluribus,ff.de solut.all.36.n.26. p.189
l.si qua pœna,ff.de verbor.obligat. alleg.37.num.8. p.191
l.si ita fuerit,§.quas verò, ff.de manumiss. testament. alleg.38.n.7. p.194
l.si statulibera pœnæ,§. fin.ff.de statulib. all.38.n.7. ibid.
l.si in emptione, §. item si emptor, ff. de contrah. empt.alleg.40.n.10. p.201
l.si peculium,ff.de statuliber.all.40.n.28. p.203
l.si ex pluribus,la 2.ff.de solut.all.40.n.33. p.204
l.si Titius 48.ff.de fidejussor. allegation.43.num.13. p.218
l.si existimans 3.ff.pro soluto.all.43.n.19. ibid.
l.si quis fur.ff.de furtis,all.47.n.12. p.235
l.si collectaneus 13.ff.de manumiss.vindict.alleg.49. num.4. p.248
l.si in meo 21.ff.de aqua pluv. arcenda,all.50.n.27. p.261
l.si quis cùm totum, §. si ancilla,ff.de except rei judic.alleg.53.n.7. p.284
l.si fidejussores 42.§.1. ff.de fidejuss. allegat.53.n.9. ibid.
l.si publicanus, §. earum rerum, ff.de public. & vectig.alleg.54.n.1. p.285
l.si Titius & Seia,ff.de fidejuss.all.57.n.19. p.293
l.si debitore,ff.de fidejuss.all.57.n.20. ibid.
l.si decem 48.l.si & aquis 135.in princ.& §.1.de verb. oblig.all.58.n.29. p.297
l.si quis Magistratus,ff.de muner.& honor.alleg.63. num.30. p.319
l.Stichum 95.§.usumfructum.ff.de solut. all.17.n.11. p.82.
l.stipulatio ista 38.§.hi qui sunt,& §.hæc quoque,de verbor.obligat.all.23.n.47. p.124
& alleg.31.n.5. p.161
l.Stichum 8.§.1.ff.de novat.alleg.34.n.12. p.175
& alleg.34.n.16. p.176
& num.18. ibid.
l.Statius Florus,§.Cornelio Felici,ff.de jure fisci,all. 36.n.14. p.187
l.stipulationes non dividuntur, ff.de verbor. oblig. all.40.num.9. p.201
l.solutionem,ff.de solut.all.40.n.28. p.203
& num.29. p.204
l.stipendium,vers. *solarium*,ff.de verb. signific.alleg. 46.n.11. p.229
l.spurius,§.fin.ff.de decurion.all.51.n.40. p.275
l.sordidorum 13. ff. de excusat. muner.all.57. n.14. p.292
l.Stichum 39.§. si hæres, ff.de statulib. all.59. n.22. p.302.
l.testamento centurio, ff.de manumiss. testament.all. l 31.n.22. p.163
l.te hominem 32.ff.de novat.all.34.n.12. p.175
.toties,§.si cui,ff.de pollicitationib.alleg.3.num.28. p.14
l.Valerianus 10. ff.de prætor. stipulat.all.36.num.7. p.187
l.ubi lex,ff.de usucap.all.16.n.17.
l.ubi autem non apparet,§.fin.ff.de verb. oblig.all. 36.n.21. p.78
l.ubi lex,ff.de usucap.all.43.n.18. p.289
l.vectigalia, ff. de public. & vectig. all.10. num.5. p.47
& all.13.n.17. p.142
l.venditor,§.si constat,ff. de public. & vectig. all.3. n.9 p 12 p.61
l.verbum amplius 82.ff.de verbor.signific.alleg.34. num.7.
l.viam publicam 2.ff.de via publica,alleg.50. n.27. p.261 p.174
l.ult.§.si rem,ff.de novat.alleg.36.n.5.
l.ult.ff.ad legem Juliam peculatus,all.47. num.5. p.234 p.187
l.unic.ff.utrob.alleg.5.n.19. p.21

Codicis.

LEge abstinendum, C. quorum appellatio non recipiatur,all.5.n.11. p.21
l.acceptam,C.de usuris all.49.n.22. p.251
l.accusationis 10.C.de his quæ vi alleg.35. p.179
Auth.ad hæc,C.de Latin. liber.toll.all.28. num.11. p.148
l.ad probationem,C.de probat.all.15.n.22. p.71
l.ad similitudinem,C.de Episcopis & Clericis,all.39 num.1. p.196
l.ad probationem,C.locato.all.9.n.8. p.41
l.advocatos, C.de advocat.diver. judic.all.51.n.24. p.260
l.ad invidiam,Cod.de his quæ vi,alleg.35. num.11. p.180
tit.C.de advocatis fisci,all.8.n.44. p.37
l.ad fiscum.Cod.ubi causæ fiscales,alleg.52.num.11. p.279
l.ad magistratus,C.de decurion.l.b.10.alleg.63.n.30. p.319
l.additos.C.de Episc.audien. all.64.n.21. p.324
l.agentes,C.de Curiosis & stationariis,all.50. n.13. p.89
l.ancillæ,C.de furtis,all.18.n. 20.
l.apud hostes, C. de suis & legitim. hæred. all.41. n.32. p.210
l. apud eum 7.C.de censibus & censitoriis,lib.11.all. 39.n.2. p.196
l.apparitores,C.de exact.tribut.all.57.n.11. p.292
l.Arriani,C.de hæreticis, all.55.n.19. p.288
l.bene à Zenone.C.de quadrien.præscript. alleg.22. n.64. p.111
& alleg.43.n.11 p.217
l.binos,C.de advoc.diverf.judic.alleg.1.n.2. p.3
& alleg.51.n.14. p.272
l.cogi,C.de pet.hæred.alleg.5.n.4. p.10
l.congruit, C. de locat. de præd. civil. lib.11. all.8. n.62.p.39
l.contra publicam,C.de re militari,lib.12. all.51. n.17.p.260
l.cum vendente 4.C.ubi caus. fiscales,alleg.7.n.25. p.29
l.cùm res 4.C.de contrah.empt.all.9.n.7. p.41
l.cùm nemo 5.C.de adquir.poss.all.9.n.8. ibid.
l.cùm notissimi,§.illud, C. de præscript.30. vel 40. ann.all.16.n.22. p.72
l.cùm proponas 3.C.de nautico fœnore, alleg.17 n.4.p.75 p.132
& alleg.26.n.3 p.157
& num.27. Leum

Index Iurium.

l.cùm Archemidorum,C ut in poſſeſſ. legat. all. 17. n.13. p.83
l.cùm donationes 34.C.de tranſact.all.18.n.8. p.88
l.cùm te, C.de tranſact.all.19.n.12. p.93
l.cùm te 4.C.de pignor.all.20.n.19. p.97
l.cum non frumentum, C.de uſuris,alleg.23.num.5. p.118
l.cùm mota 6.de tranſact.alleg.26.n.3. p.154
l.cùm te proponas 2.C.de tranſact.all.26.n.6.p.135
l.cùm allegas,C.de uſuris,alleg.31.n.11. p.162
l.cùm te 6.de pactis inter empt. & vendit. alleg.31. n.24. p.163
l.cùm te,C.de pignor.all.35.n.49 p.185
& n.50. ibid.
& n.51. ibid.
l.cùm de indebito, C.de probat.alleg.42.n.8.p.213
l.cùm rempublicam,C.qui potiones,alleg... num.16. p...
l.cùm affirmes,C.de liber.cauſ.all.45.n.3. p.223
& num.23. p.226
l.cùm res.C.de probat.all.46.n.19. p.230
l.cùm te 6.C.de donat. ante nupt. all.49.n.12.p.249
l.cùm furioſus 7.C.de curat.furioſ.all.49.n.20.p.250
l.Curator 3.C.de modo multar.alleg.1. n.26. p.6
Et alleg.8.n.44. p.37
l.curavit,C.de Action.empt.alleg.41.n.42. p.211
l.de his,C.de legibus,alleg.3.n.25. p.13
l.damnum 12.C.locato,all.19.n.7. p.92
l.debitorum pactionibus, C.de pactis,alleg. 22.n.56. p.110
l.de contractu, C. de quadrien. præſ.all.45. num. 3. p.223
l.decurionibus,C.de ſilentiar. lib.12. alleg. 50. n.6. p.259
l.de his,C.de Epiſcopis & clericis, all.46. num.17. p.230.
l.Deo nobis,C.de Epiſcopis & clericis, all.49.n.38. p.252
& n.47. p.254
l.decurionibus,C.de ſilentiariis,lib.12.alleg.50.n.49 p.263
l.diſputare, C. de crimine ſacrilegii. all.5. num.25. p.23
l.de fideicommiſſo 11.C.de tranſact.all.17.n.5.p.81
& alleg.18.n.8. p.88
l.digna vox,C.de legibus,all.23.n.51. p.125
l.dum in fine,C. de contrahen. emp. alleg.45. n.1. p.223
l.ea lege, C.de condit.ob cauſ.all.3.n.30. p.14
& alleg.27.n.12 p.142
l.ede, C.locato,alleg.20.n.17. p.97
& n.24. p.98
l.emptorem,C.locato, all.40.n.41 p.205
l.emptorem 9.C.locato,alleg.44.n.1. p.220
l.eos,C. de uſuris,alleg.3.n.25. p.13
& §.ſuper,alleg.15.n.10. p.70
& §.ſuper uſurarum,alleg.17.n.19. p.83
& alleg.23.n.24. p.121
& alleg.25.n.9. p.131
l.eos,C.de appellat.alleg.37. n.18. p.192
l.etiam,C.de jure dot.all.30.n.2. p.157
l.etiam 5.C.de compenſat.all.41.n.31. p.210
l.ex illo,C de appell.all.2.n.4. p.8
l.exemplo,C.de probat.all.9.n.18. p.42
l.ex conducto,l.excepta C.locato,all.17.n.3. p.81
l.ex imperfecto, C.de teſtamentis,alleg.23. num.51. p.124.
& alleg.25.n.13. p.131
l.ex his,C.de evict.alleg.26.n.8. p.135
l.excellentia,C.de erogat.milit.alleg.38.n.6. p.194
l.ex conſenſu,§.ſuper plagiis,C. de repudiis, all.48. n.12. p.242
l.exigere dotem,C.de judiciis,all.49.n.54. p.255
l.ex agentibus,4.§.ſed in ſalutationibus,C. de principis agentibus in rebus all.52.n.14. p.280
l.ex omnibus domibus,Cod.de decurion. lib. 10. all. num...
l.fin.C.de bonis vacant.lib.10.alleg.1.n.14. p.5
l.fin.C.de advoc'diverſ.judic.all.1.n.29. p.7
l.fin.C.de legibus,all.5.n.25. p.23
Et all.11.n.7. p.47
& alleg. 23. n.28. p.122
& all.50.n.34. p.261
l.fin.§.ſed & noſtra Majeſtas,C.communia,de legatis alleg.8.n.40. p.36
& all.16.n.22. p.77
l.fin.C.de pactis,alleg.8. n.44. p.37
l.fin.C.de ſtatuis,& imaginibus.alleg.9.n.26. p.44
l.fin.C.de advocat.fiſci,alleg 12.n.25. p.57
l.fin.C.quando fiſcus vel privatus, alleg.17. num.7. p.81.
l.fin. C.communia utriuſque judicii,allegat.17.n.17 p.83.
l.fin.§.ſed cum,C.de furtis,alleg.17.n. 16. ibid.
l.fin.C.de procurat.allegat.17.n.17. ibid.
l.fin C.de cupreſſis,all.17.n.17 ibid.
l.fin.C.de edicto Divi Adrian.tollendo, alleg.21. n.1. p.100
l.fin.C. de ordin,cognit.alleg.21.n.6. p.101
l.fin.§.ſi autem ſub conditione,Cod.comm.de legat. alleg.22.n.27. p.107
& alleg.50.n.29. p 261
l.fin.C. de non numerat. pecunia, alleg.16. num.9. p.135.
& alleg.47.n.41. 239
l.fin.C.de fructibus & litium expenſis.alleg.26.n.13. p.135
l.fratris 10.C.de tranſact.alleg.26.n.32. p.138
l.fin.C.de compenſat.all.29.n.17. p.153
l.fin.C.de novat.lleg.29.n.38 p.156
& all.34.n.9. p.175
& alleg.36.n.4. p.186
l.fin.C.quæ res pignori,alleg.30.n.6. p.157
l.fin.Cod.de uſur.pupil.alleg.35.n.10. p.179
l.fin.C.de his qui veniam ætatis, all.36. num. 14. p.187
l.fin.C.de dotis promiſſ.alleg.40.n.35. p.204
l.fin. C. ad Senatuſconſ. Macedon. all.41. num.19. p.202.
l.fin.C.de jure emphyteutico.alleg. 45.n.2. p.223
l.fin.C. de quadrien.præſcript. allegat. 43. num.3. p.216
l. fin. C. contra jus vel util. public. all.45. num.4. p.223
l.fin.C.ad l.Falcid.alleg.47.n.17. p.236
l.fin.§.ſi in vero,C.de jure deliber,alleg.47.num.27. p.237
l.fin.C. ad l.Iuliam,repetund.all.48.n.48. p.246
l.fin. de locatione prædior.civil.lib.11.all.50. n.41. p.262
l.fin.de decurion.lib.10.all.51.n.8. p.272
l.fin. C. de officio Præfecti Africæ, all.57.num.7 p.289.
l.fin.C.in quibus cauſis majores, alleg.59. num.25. p.302.
l.fin.C.de agricolis & mancipiis, alleg.61. num.22. p.308
l.fin.C.de his quibus ut indignis, alleg. 65.num.68. p.339.
l.hæc conſtitutio,C.locat.alleg.31.n.25 p.164

Index Iurium.

l.his quibus,C.de fundis patrimon.lib.11.all.12. n.9. p.55.
l.honores,C.de decurion.lib.10.all.52.n.8. p.279
l.humanum,C.de legibus,all.59.n.11. p.300
l.improba,C.de adquir.poſſeſſ.all.27.n.7. p.142
l.in ſacris,§.modum,C.de prox.ſacr.ſcrin.l.12.all.1. num.25. p.6
l.in contractibus,§.fin.C.de non numerata pecunia, all.7. n.5. p.26
l.in fraudem C.de annonis & tributis,lib.10. all.11. num.9 p.46
Et alleg.13.n.22. p.62
l.indicia certa,C.de rei vindicat.alleg.13.n.8. p.60
l.inquiſitio,C.de ſolut.all.23.n.45. p.124
l.in civile,C.de rei vindicat.all.26.n.23. p.137
l.interpoſitos,C.de tranſact. alleg.35.n.8. p.179
& n.20. p.181
l.in teſtamento,C.de manumiſſ.teſtam.all.41. n.32. p.210
l.invitum,C.de contrahen.empt.all.45.n.1. p.223
l.in contractibus,§.fin.Cod.de non numer. pecunia, alleg.53.n.10. p.284
l.inquiſitio,C. de reſolut.all.58.n.17. p.296
l.is qui cum telo, C. ad l. Cornel.de ſicar. all.47. n. 12.p.292
l.jubemus, C. de advocat. diverſ. judicum,alleg.1. n.29.p.7.& all.51.n.24 p.274
l.jubemus 4.C.ad legem Iuliam repetund. alleg.48. n.3.p.295
l.judices.C.de dignat.all.47.n.2. p.254
l.juſtimos,C.de officio Rector. provinciæ,all. 51.n. 17.p.273.
l.jubemus, C. de officio Magiſtri official. 67. n.31. p...
l.laudabile, C.de advocat. diverſ.judic.all.1.n.25. p.6.& alleg.51.n.3. p.271
l.leges, C.de legibus,allegat.48.n.3. p.240
l.licet,C.locati,alleg.17.n.3. p.81
& n.4. ibid.
& alleg.18.n.9. p.88
& all.19.n.6. p.92
l.licet,C.de judiciis, alleg.42.n.7. p.213
l.litibus,C.de agricolis,& cenſitis.lib.10.all.13.n.8. p.30.
l.Manichæos 4.C.de hæreticis,all.61.n.13. p.307
l.maximorũ,C.de excuſat.muner.all.50.n.6. p.259
l.meminerint,C.unde vi,alleg.2.n.14. p.9
l.miſſi odinatores,C.de exact.tribut.lib.10.alleg.15. n.20. p.71
l.nemo 2.de exactionibus tribut.all.5.n.10. p.22
l.nemine, C. de religioſ. & ſumptibus funer. all.5. num.12. p.21
l.nec avus,C.de emancip.liber.all.9.n.26. p.44
l.nec damnoſa,C.de precib.Imp. offer. all.12. n.30. p.57.
l.nec interrio 23.C.de tranſact. all.26.n.24. p.137
l.neminem 64.C.de decurion. lib.10.all.39. num.1. p.196
l.nemo,C.de officio Magiſtri,all.51.n.17. p.273
l.nemo rei,C.de veſtibus de oberis,l.11.all.51.n.25. p.274
l.neminem,C.de ſacroſanct. Eccleſ.alleg.59.num.7. p.299.
l.nemo Carcerem,C.de exactoribus tribut.lib.10.all. 61. num.27. p.309
l.non dubium,C.de legibus,all.3.n.27. p.14
l.non ignorat,C.qui accuſare non poſſ. all.7.num.2. p.26
l.non idcirco 12.C.de reſcind. vendit.alleg.20.n.12. p.96
l.nomen 4.C.quæ res pignori,all.22.n.9. & n.60. p.105
l.novation.C.de fidejuſſ.alleg.22.n.69. p.111
l.non ſolum,C.de repudiis,alleg.24.n.10. p.112
l.non idcirco,C.de contrah empt.all.26.n.2. p.127
l.non dubium,C.de legibus,all.29.n.26. p.134
& alleg. 47.num.24. p.154
l.non modus 12.de ſervit. & aqua, alleg. 30. num.7. p.157
l.non abſtulit 4.C.de novat.all.34.n.5. p.174
l.nob intereſt C.de his quæ vi,alleg.35.n.41. p.184
l.non ſine 5.C.de bonis, quæ liber. all.49. num.40. p.253
l.non ſolent 3.C.de vectig. non inſtit. non poſſ. all. 13.n.25. p.61
Auth. novo jure, C. de pœna judic.all.49. num.15. p.250
l.nullum, C.ubi cauſæ fiſcales,all.7.n.3. p.26
l.nulli,C.de judiciis,alleg.7.n.24. p.19
& all.53.n.11. p.284
l.nullus 60.C.de decur.lib.10.alleg.39.n.1. p.196
l.ob meritorum,C.ne uxor pro marito, all.46.n.19. p.230
l.omnium 6.C.de vectigal.all.5.n.2. p.24
& alleg.10.n.9. p.47
& all.13.n.22 p.62
l.omnes,C.de præſcript. triginta vel 40.alleg.28.n.4. p.147
l.omne territorium,C.de cenſibus & cenſitoriis,lib. 11.all.32.n.6. p.167
l.omnium de teſtam.all.35.n.12. p.180
l.omnibus,C.de teſtibus,alleg.42.n.22. p.215
l.omnes, C. ut dignit. ordo ſervetur, all.51. num.8. p.272.
l.omnes,C. de annonis & tributis, alleg.59.n.1. p.299.
l.omnes provinciarum, C. de operibus publicis, all. 62.n.16 p.308
l.pecunia,C.de jure fiſci libero,all.26.n.15. p.136
l.petitionem 13.§.1.C.de advocat.diverſ.all.8.n.45. p.37.
l.penes illum 4.C.de vectigal.all.18.n.12. p.88
l.placet cum duabus ſequentibus.C.de ſacroſ.Eccleſ. alleg.62.n.16. p.308
l.petens,C.de pactis, all.26.n.12. p.135
l.poſt.duos,C.de advocat.diverſ. judic. all.51.n.14. p.272
l.poſtquam 7.C.de hæred.vel actione vend.alleg.22. n.9. p.105
l.poſt retentionem,C.de uſuris, allegat.47.num.40. p.239.
l.prædia,C.de locatione prædior.civil.lib.11. alleg. 8.n.62. p.19
l.Præſes, C.de tranſanct.all.34.n.5 p.174
l.præcipimus,§.in his autem, C. de appellat. all.57. n.19. p.192
l.prædia,C.de fideicommiſſis,alleg.38.n.16 p.195
Authent.præterea,C.unde vir & uxor.alleg.49.n.40. p.239
l.1.C.de officio ejus qui vicem gerit, all.1.num.16. p.5. ibid.
& n.18. ibid.
l.1.C.de curioſ.& teſtam.all.1.n.16. p.19
l.1.C. de judiciis, alleg.7.n.25. ibid.
l.1.C.de juriſdict.omn.judic.alleg.7.n.25. p.37
l.1.C.de lucris advocat.alleg.8.n.44. p.47
l.1.C.nova vectig.inſtit.non poſſ. allegat.10.num.5. p.47
l.1.C.de imponenda lucrativa deſcriptione, lib.10. all.11.n.19. p.51

Index Iurium.

l.1.C.de petitione bonor.ſub.at.lib.10.all.12.n.132. p.58
& alleg.50.n.50. p.263
l.1.C.de reis poſtulandis, alleg.13.n.36. p.64
l.1.C.de bonis maternis, alleg.16.n.22. p.77
l.1.C.de conſulibus,alleg.51.num.8. p.272
& alleg.51.n.8. p.279
l.1.& per tot.C.de advocat. fiſci,all.51.n.14. p.272
l.1.C.ubi & apud quem,alleg.52.n.7. p.278
l.1.C.de officio comit.ſacri Palatii,all.53.n.3.p.283
l.1.C.de officio com.rer.privat.all.53.n.3. ibid.
l.1.C.de ſervit.& aqua,alleg.55.n.19. p.288
l.1.C.de apoſtatis,allegat.61.n.13. p.307
l.1.C.quibus muner.vel præſtat. lib.10.all.62.n.16. p.312.
l.1.C.de ſilentiariis, alleg.63.n.28. p.318
l.1.C.de his quibus ut indignis, all.65.n.41. p.335
l.1.C.ad legem Iuliam Majeſtatis,all.65.n.44. ibid.
l.1.C.de falſa moneta,all.65.n.68. p.339
l.ſi vendito pignore agatur,all.22.n.81. p.114
l.1.C.quando probare non eſt neceſſe, all.29.n.23. p.154
l.1.C.de his qui per metum judicis non appellaverunt, alleg.35.n.12. p.180
l.1.C.ſi plures una ſententia,allegat.36.n.15. p.188
l.1.C.de diſcuſſoribus lib.10. all.38.n.7 p.194
l.1.C.de plus petition.alleg.38.n.11. p.195
l.1.C.de præpoſit. agentibus in rebus lib.12.alleg. 39.n.1. p.196
l.1.C.ad legem Iuliam repetund.all.39.n.7. p.197
l.1.C.de ſententiis adverſus fiſcum latis, all. 41. n.36.p.210.
l.1.C.de venditione rei fiſcalis,alleg.41.n.36. ibid
& allegat.45.n.9. p.224
l.1.C.ne fiſcus rem quam vendit evincat, alleg.45. n.3.p.223.
l.1.C.de jure emphyteutico,alleg.46.n.30. p.232
l.Procuratores 30.C.de decur.lib.10.all.1.n.26. p.6.
l.prohibitum,C.de jure fiſci,alleg.60.n.5. p.304
l.probationes,C.de diverſis officiis,all.35.n.12.p.180
l.properandum,§.fin.C.de judiciis,all.1.n.16. p.5.
l.pro locis,C.de annonis & tributis,lib.10. alleg.3. num.18. p.13
l.prolatam,C. de ſententiis & interlocution. all.38. num.4. p.194
l.pro tyronibus,C. de privilegiis domus Auguſtæ, lib.12.all.62.n.16. p.312
l.providendum,§.1.C.de poſtulando,alleg.36 n.30. p.189.
l.quamvis,C.de uſuris,all.23.n.24. p.121
& alleg.41.n.29. p.204
l.quamvis, C.de tranſact.all. 26.n.3. p.134
&n.32. p.138
l.quamvis 2.C.de pignoribus all.40.n.14. p.201
l.quemadmodum,& de agricolis & cenſitis, all.50. num.29. p.161
l.quiſquis,C.ad legem Iuliam Majeſt. all.1.n.12.p.5
l.quicumque 3.C.de litigioſis,all.1.n.25. p.6
l.quiſquis,C.de poſtulando,all.2.n.2. p.8
l.qui fundus,C. de omni agro deſerto, lib.11. all.3. n.28. p.14
l.quicumque, C.de executor.& exactor.lib.12.all.7. num.2. p.26
l.qui fundus,C.de omni agro deſerto lib.10.all.11. num.4. p.51
l.quicumque,C.de Epiſc.& clericis,all.64.n.21.p.324
l.quod favore,C.de legibus,all.48.n.40. p.245
l.rasas,C.de rei vindicatione, all.17.n.16. p.83
l.reſtituêdæ,C.de advocat.diverſ.judic.all.1.n.25.p.6 & all.51.n.27.p.274.& all.51.n.4. p.271
l.reſcripta,C.de precib.Imperat.offerend.all.9.n.26. p.44.
& alleg.12.n.30. p.57
l.receptitia,C.de cõſtituta pecunia,all.20.n.50.p.110
l.reprehendenda,C.de inſtit. & ſubſtit. all.63.n.40 p.320.
l.rem non novam.C.de judiciis,all.64.n.27. p.325
l. ſacrilegii 5.C de.diverſ.reſcriptis all.5.n.25 p.23
l.ſancimus 12.C.de advoc.diverſ.jud.all.8.num.44. p.37
l.ſatisfactio,ff.de ſolut.alleg.22.n.54. p.110
l.ſacris,§.in omnibus,C.de proximis ſacr. ſcrin. all. 26.num.13. p.135
l.ſciant judices,C.ad legem Iuliam repetund. alleg. 47.num.5. p.234
l.2.C.ne fiſcus, vel reſpublica,alleg.1.n.25. p.6
l.2.C. ſi adverſus fiſcum,alleg.1.n.28. p.7
l.2.C.de dilationibus,alleg.2.n.18. p.10
l.2.C.de annonis& tributis lib.10.all.3.n.18. p.13
l.2.C.ubi cauſæ fiſcales,alleg.7.n.3. p.26
l.2.C.de judiciis,alleg.7.n.25. p.29
l.2.C.de lucris advocator.all. 8.n.44. p.37
l.2.C.de fundis limitroph.lib,11.alleg.5.n.4. p.20
l.2. C. de patribus qui filios diſtraxerunt, alleg.5. n.12.p.21
l.2.C.nova vectig.inſt.non poſſ. all.10.n.5. p.47
l.2.C.de exactoribus tribut.all.11.n.8. p.51
l.2.§.& cùm lex, C. de rei uxoriæ actione, alleg.12. num.16. p.56
l.2.C.de reſcriptis,alleg.13.n.29. p.63
l.2.C.de condit incertis alleg.29.n.38. p.156
l.2.C.de reſcind. venditione,all.32.n.2. p.167
&num.9. ibid.
l.2.C.alluvionibus, alleg.32.n.7. ibid.
& alleg.33.n.8. p.171
l.2.C.de optione legata,all.33.n.12 ibid.
l.2.C.de his quæ vi,allegat. 35.n.11. p.175
l.2.C.ad Senatuſconſ.Turpil,all.39.n.1. p.196
l.2. & 3. C.de privilegio fiſci,all.44.n.18. p.218
l.2.C.de commun.rer.alien. alleg.45.n.9. p.224
l.2.C.de fideicommiſſ.all.47.n.40. p.239
l.2.C.de cohortalibus,alleg.50.n.5. p.258
l.2.C.de præpoſit.ſacror.cubicularii, all.50. num.6. p.259
l.2.C.de curſu publico,all.50.n.14. ibid.
l.2.C.ubi Senator,vel clariſſimi,all.52.n.2. p.278
l.2.C.ubi cauſæ fiſcales,all.53.n.2. p.283
l.2.Cne fidejuſſores dotiũ dentur,all.60.n.1.p.304.
l.2.C. quorum appell.non recip.all.66.n.2. p.344
l.ſervos, C.de probar.all.43. n.13. p.218
l.ſi quando,C.de inoffic. teſtam.alleg.8.n.50. p.38
l.ſive poſſideris,C.de probat.alleg.9.n.11. p.42
l.ſi quando C.de eſtibus,allegat.9.n.26. p.44
l.ſi idem,C.de codicillis,alleg.9.n.33. p.45
l.ſi certa,C.de tranſact.alleg.10.n.11. p.47
l.ſi conſtante,C.de donat.ante nupt.all.12. n.3.p.54
l.ſi quis,C.de omni agro deſerto, lib.11.all.12. n.3. ibid.
l.ſi quos,C.de reſcind.vendit.all 12.n.26. p.67
l.ſi de certa,C. de tranſact.all.13. n.18 p.61
& alleg.14.n.17 p.67
l.ſi non deſignat, C. de falſa cauſ. adject.leg. all.14 n.7. p.66
l.ſi ea lege,Cod.de uſuris,alleg.17.n.16 p.83
l.ſi quis, C.de offic. civil. judic. alleg.20. num.10. p.96
l.ſi delegatio 3.C.de novat.alleg.22.n.26. p.107
Et n.61. p.111
l.ſi ex pretio 6.ſi certum petatur,all.22.n.52.p.110
l.ſi conſtat.4.C.de compenſat,allegat.22.n.63.p.111

Index Iurium.

l.ſi ea lege,C.de uſuris,alleg.23.n.20. p.120
l.ſi voluntate,C.de reſcind.vẽdit.all.23.n.22.p.121
l.ſi.quando,C.de inoffic.teſtam.alleg.23.n.51. p.125
l.ſi præſidiũ,C.de prædiis minor.all. 24.n.10. p.127
l.ſive apud acta 28.C.de tranſact.all.26.n.3. p.134
l.ſi profundo 33.C.de tranſact.all.26.n.5. p.135
l.ſi major 36.C.de tranſact.all.26.n.5. ibid.
l.ſi quis major 41.C.de tranſact.all.26.n.8. ibid.
Et num.24. p.137
l.ſi cauſa cognita, C.de tranſact.all.26.n.16.p.136
l.ſi profundo 35.C.de tranſact.all.26.n.34. p.138
l.ſi quidem 24.C.de tranſact.all.26.n.45. p.140
l.ſi de certa 32.C.de tranſact.alleg.26.n.45. ibid.
l.ſive poſſidetis,C.de probat.all.27.n.7. p.142
l.ſi quis major,C.de tranſact.all.31.n.14. p.162
Et n.22. ibid.
l.ſi de fundo 15. C.locato.alleg.31.n.25. p.164
l.ſi voluntate,C.de reſcind.allegat.32.n.27. p.169
l.ſicut ab initio,C.de oblig.& actionibus,all.35.n.4. p.179
l.ſi voluntate,C.de reſcind.vend.all.35.n.18.p.180
Et num.28. p.182
l.ſi depoſita 4. C.depoſiti,all.41.n.12. p.208.
l.ſi conſtat,C.de compenſat.all.41.n.31. p.210
l.ſi de certa,C. de tranſact.all.42.n.7 p.213
l.ſi hypothecas,C.de remiſſ.pig.all.43. n.12. p.217
l.ſi vi vel metu,C.de his quæ vi,all.43.n.18. p.218
l.ſi generaliter 6.C.qui potiores,all.44.n.16. p.222
l.ſi fundum,C.qui potiores, alleg.44.n.16. ibid.
l.ſi ex libert.C.de liber.cauſ.all.45.n.3. p.223
l.ſi quis,§.fin.C.de patr.qui filios diſtraxer. all.45. n.5.p.224
l.ſi quis non dicam rapere, C.de Epiſcopis & clericis, all.47.n.12. p.235
l.ſi convenerit,C. finium regund. all.47.n.13. ibid.
l.ſi qua loca, C. de fundis & ſaltibus rei dominicæ, all.50.n.45. p.263
l.ſi gravius,C.de dignitatibus,l.12.all.52.n.2. p.278
l.ſi quẽquã,C.ſi de Epiſc.& cleric.all.63.n.32.p.319
l.ſi quis,C.de falſa moneta,all.65.n.39. p.335
l.ſi delegatus,C.de novat.alleg.22.n.26. 107
Et alleg.36.n.2. p.186
l.ſuper creandis 9.C. de jure fiſci, lib.10. alleg.8. n.47. p.37
l.ſi ſuſceptores, C. de ſuſceptoribus, lib.10. all.37. n.22.p.189
l.non ſolent 3. C. nova vectig. inſtit.non poſſe,all. 13.num.24. p.62
l.temporum,C.de veſtib.oloberis.all.51.n.25. p.274
l.tranſactio, C.de tranſact.all.16.n.13. p.76
l.traditionibus,C.de pactis,all.29.n.9. p.152
l.tutores,C.de adimend. tutor. alleg.38.n.5. p.194
l.ubi pactum 40.C.de tranſact.alleg.26.n.45.p.140
l.unica,C. de officio Comit.rer.privatar.all.27.n.5. p.142.
l.ultima,C.de uſucap.pro empt.all.35.n.18. p.180
l.ult.C.de pœna judicis qui malè judic. all.47. n.2. p.235.
l.ult.§.fin.C. de fundis patrim.alleg.50.n.28. p.261
l.ultima,C.de tyronibus,alleg.51.n.17. p.273
l.ultima.C.de ordin. judicior.all.57.n.7. p.292
l.ult.C.de quadrienn.præſcript.alleg.60.n.6. p.305
l.unica,in princ.C.de caducis tollendis,all.1.n.5.p.3
l.univerſi,C.ubi ubi cauſæ fiſcales,all.1.n.14. p.5
Et num.16. ibid.
l.unica,in princ.C.de caduc.tollend.all.8.n.23.p.34
Et alleg.12. n.2. p.54
Et alleg.13.n.32. p.63
l.unica,C. de privilegiis corporis urbis Romæ, l.10. alleg.10.n.33. p.49
l.unica, §.res vero. Cod. de imponend. lucrat. deſcript,all.14.n.18. p.66
l.unica §.pro ſecundo,C.de caduc.tollendis, alleg. 33.n.8. p.167
Et all.47.n.42. p.239
l.unica. C.de officio Comitis rerum privatar. alleg. 27.n.5. p.142
l.unica,C.de peric.eorum,qui pro Magiſtratu interv enerunt, lib.11.alleg.39.n.2. p.156
l.unico, C. ut omnes judices tam civiles,q à criminales,alleg.48.n.32. p.237
l. unicuique,C.de proxim.ſacr. ſcrin. lib.11.all.51. num.17. p.273
l.univerſi,C.ubi cauſæ fiſcales,all.52.n.2. p.278
l. unica,§.*pœnis*, verſ.*cæterùm autem*,C.de raptu virg. all.65. n.42. p.335
l.uſucapionem 9.C.de vectig.all.5.n.2. p.20

Authenticorum.

AUthent.de Judicibus,col.6.n alleg.1.n.19. p.5
Auth.de mandatis Principum. §. *deinde* veſtalem, col.3.alleg.9.n.27 p.44
Et §. *publicorum*,all.11. n.8. p.51
Et alleg.17. n.18. p.85
Et num.26. p.85
Auth.de non alien.reb.Eccl.§. quod autem, ver. *res illud*, col.2.alleg 8.n.61. p.59
Auth. nullum credentem agric. col. 4. alleg.9. n.22,p.43. & all.23. n.11. p.121
Auth.de Tabellionib.§.nos autem,all.26.n.13.p.235
Auth.ut deliberandi jus alleg.2.n.3. p.8
& num,5. ibid.
Auth.ut de cætero commutatio,alleg.58.n.5.p.295.
Aut. ut Eccleſia Romana,all.28.n.25. p.150
Auth.ut liceat matri & aviæ,§.quia vero plurimas, all.65.n.40 p.335
Auth. ut ſine prohibitione,alleg.18.n.21. p.89
Novella 43.c.1.alleg.9.n.22. p.45
Novella 159.c.2.allegat.59. n.1. p.299

Feudorum.

TIt. de allodiis, verſ. *ſi verò*,all.46.n.29. p.230
tit.de Capitaneo qui curiam vend.alleg.10.n.5. p.47.& all.13.n.17. p.51
tit.de controv.inter maſculũ. c.1.all.46.n.20. p.230
tit.de eo qui finem fecit agnat.c.1.all.22.n.32. p.108
& num.33. ibid.
& alleg.50.n.85. p.266
tit.per quos fiat inveſtit.c.1.alleg.46. n.4. p.228
tit.de proh b t. feudi alienat. per Fredericum, c.1. verſ. *vel pro anima*, alleg.46.n.29. p.231
tit.quæ fuit prima cauſa benef.amitten.c.1.§. primò all.12.n.1. p.53
tit.quæ ſint regalia,c.1.alleg.10.n.5. p.47
& alleg.13.n.2. p.59
tit.quibus mod.feud.amit §. præterea,alleg.50.n.85. p.266.
tit.de feudo fuerit controv.c.Titius,all.50.n.85.ibid
tit.ſi de inveſtitura feudi,c.1.§.ſi verum,all.46.n.18. p.230.

Ex Inſtitutionibus.

PAragrapho affinit. de nuptiis,all.49.n.55. p.255
§.alteri,de militibus,alleg.47.n.22. p.238
§.ſed & illud,de adopt.allegat.46.n.24. p.230
§.fuerat,de action.alleg.34.n.15. §.finalis

§.finali, de legatis, all.51.num.22. p.163
§.finali, de lege Aquilia, alleg.31.n.22. ibid.
§.neque tamen, de author.tutor.all. 28.n.8. p.148
§.de inutilibus, all.22.n.6. p.105
Princip. de usu & habitat. all.46.n.9. p.229
§.qui igitur de patria potest.all.49.n.10. p.249.
§.tripli, de actionib.all.38.n.11. p.195

Ex jure Hispano Partitarum.

Lege 6.tit.1. partit.1.alleg.27.n.29. p.145
l.18.tit.1.p.1.alleg.51.n.35. p.275
l.15.tit 2.p.1.all.23.n.27. p.122
l.6.tit.3.p.1.all.22.n.13. p.125
Et num. 48. p.171
l.49.tit.5.p.1.alleg.51.n.1. p.284
l.65.tit.5.p.1.allegat.53.n.12. p.317
l.12.tit.6.p.1.alleg.63.num.16. p.317
l.17.tit.6.p.1.alleg.27.num.15. p.143
l.9.tit.8.p.1.all.47. n.32. p.237
l.16.tit.11.p.1.all.25.n.13. p.131
l.3.tit.14.p.1.alleg.46.n.30. p.232
l.1.tit.20.p.6.alleg.31.n.33. p.165
l.2.tit.20.p.1.alleg.3.n.22. p.13
l.5.tit.20.p.1.all.12.n.17. p.56
& alleg.50.n.25. p.261
l.8.tit.21.partit.1. allegat.14.n.14. p.67
l.1.tit.1.p.2.all.3.n.29. p.14
& allegat.40. n.34. p.204
l.8.tit.1.p.2.allegat.12.n.9. p.55
& alleg.59.n.3. p.299
l.8.tit.7.p.2.all.46.n.13. p.229
l.5.tit.18.p.2.allegat.49.n.12. p.249
l.1.titulo 9.partit.2. alleg. 51.n.25. p.274
l.2.19.& 23.tit.9.p.2.alleg.46.n.13. p.290
l.4.tit.9.partit.2.all.52.n.10. p.279
l.5.tit.9.p.2.all.1.n.11. p.4
l.6.tit.9.p.2.all.8.n.2.p.31.& n.16. p.33.
l.16.tit.9.partit.2.alleg.51.n.25. p.274
l.3.tit.10.p.2.allegat.8.n.16. p.33
l.1.tit.13.partit.2.all.63.n.10. p.316
& all.66.num.30. p.348
& n.49. p.351
l.2. titulo 13.partit.2. alleg.66.n.33. p.349
l.3.tit.23.partit.1.alleg.66. n.33. p.349
l.6.tit13.partit.2.allegat.65.num.48. p.336
l.10.tit.4.p.3.alleg.6. n.2. p.8
l.4.tit.7.part.3.alleg.63.num.12. p.316
l.11.tit.11.partit.3.allegat. 54.n.2. p.285
l.22.tit.16.partit.3.all.48.n.42. p.245
l.32.tit.16.partit.3.alleg.48.n.17. p.242
l.4.tit.18.p.3.alleg. 8 n.1. p.31
l.10.tit.18.partit.3 allegat.46.num.5. p.228
l.16.titulo 18. partit.3.all.65.n.70. p.339
l.27.tit.28.partit.3.all.50.n.34. p.261
l.29.tit.18.partit.3.alleg.12. n.20. p.56
& num.1. p.53
l.30.& 53.tit.18.partit.3.all.5.n.21. p.22
l.31.tit.18. partit.3.all.3.n.29. p.14
l.42.tit.18.partit.3.all.16.n.28. p.78
& alleg.58.n.27.p.297.& all.64.n.31. p.325
l.43.tit.18.p.3.alleg.50.n.25. p.261
& all.31.n.33.p.165.& all.64.n.34. p.326
l.47.tit.18.p.3.alleg.7.n.2. p.26
l.114.tit.18.p.3.all.48.n.17. p.242
l.7.tit.11.p.4.alleg.12.n.16. p.56
l.10.tit.1.p.4.all.35.num.22. p.181
l.29.tit.11.partit.all.12.n.16. p.56
l.13.& 14.tit.18.p.4.alleg.51.num.36. p.275
l.12.tit.18.p.4.alleg.63.n.4. p.315
& alleg.1.n.8. p.4
& alleg.8.n.44.p.37.& alleg.15.n.29. p.73
l.3.tit.25. p.4.alleg.46.n.12. p.229
l.3.tit.25.partit.4.alleg.46.num.5. p.228
l.2.tit.2.p.5.alleg.17.n.14. p.83
l.2.tit.3.partit.5.alleg. 41.n.8. p.207
l.9.tit.3.p.5.alleg.41.num.9. ibid.
l.49.tit.4.p.5.all.35.n.13. p.180
l.14.tit.5.p.5.all.59.n.23. p.302
l.46.tit.5.p.5.alleg.37.num.15. p.191
l.53.tit.5.p.5.all.22.num.64. p.112
l.53.tit.5.p.5.alleg.45.num.9. p.224
l.fin.tit.5.p.5.alleg.27. n.12. p.143
l.5.tit.7.p.5.allegat.54.n.2. p.285
l.5.tit.8.p.5.alleg.32.n.22. p.168
& alleg.17.n.26. p.85
& alleg.18.n.1. p.87
& num.3.ibid. & num.15. p.89
l.22.tit.8.p.5.alleg.17.num.3. p.81
& alleg.18.num.1. p.87
& num.3. ibid. & num.15. p.89
l.23.tit.8.p.5.all.18.n.9. p.88
& num.12. ibid. & num.15. ibid.
& all.32.n.25. p.169
l.28.tit.8.part.5.all.46.num.30. p.232
l.28.tit.11.part.5.alleg.35.num.13. p.180
l.28.tit.11.p.5.allegat.31.num.36. p.165
l.38.tit.11.p.5.all.31.n.36. ibid.
l.2.tit.14.part.5.allegat.36.n.4. p.186
l.15.tit.14.p.5.alleg.36.n.4. ibid.
l.34.tit.14.p.5.all.17.n.13. p.83
l.3.tit.25.p.5.allegat.46.n.4.p.228.& n.5. ibid.
l.6.tit.4.p.6.alleg.47.n.16. p.236
l.18.tit.9.p.6.allegat.50.n.70. p.265
l.31.titulo 9.p.6.alleg.4.num.28. p.19
l.2 & 3.tit.17.part.6. all.19.n.7. p.92
l.23.tit.17.p.6.all.17.n.24. p.84
l.8.tit.1.p.7.alleg.47.n.5. p.234
l.20.tit.1.part.7.all.65.n.73. p.339
l.1.tit.2.p.7.alleg.65.n.39. p.335
l.1.tit.2.p.7.all.1.n.12. p.4
l.2.titulo 7.p.7.alleg. 66.num.39. p.350
l.12.tit.8.p.7.alleg.47.num.12. p.235
l.27.tit.11.p.7.alleg.65. n.76. p.340
l.1.tit.26.p.7.all.61.n.13. p.307
l.4.tit.27.p.7.all.46.n.13. p.229
l.4.tit.33.p.7.alleg.50.n.34 p.261
l.17.tit.34.p.7.allegat.35. n.18. p.180

Ex legibus fori.

Lege 2.tit.1.lib.4. all.39.n.8. p.197
l.21.tit.4.lib.4.allegat.65.n.49. p.336
l.16.tit.1.fori Bizcayæ,all.62.n.13. p.312
l.1.5.fori Bizcayæ,all.62.n.12. ibid.

Ex legibus Ordinamenti Regii.

Lege 1. tit.12.lib.3.alleg.12. n.28. p.57
l.6.tit.13.lib.3.all.5.n.2. p.20
l.2.tit.11.lib.4. all. 46.n.4. p.228
l.3.tit.9.lib.5.alleg.12.n.12. p.55
l.5.tit.9.lib.5.alleg.12.n.9. ibid.
l.6.tit.13.lib.6.all.14.n.18. p.64
l.3.tit.8.lib.9.alleg.66.n.33. p.349

Ex legibus styli.

Lege 118.alleg.27.n.18. p.144
Et num.31. p.145

Index Iurium.

Ex legibus Tauri.

LEge 41.all.29.n.14. p.153
l.44.alleg.49.n.39. p.253
& num.49. p.254
l.52.alleg.49.n.21. p.251
l.61.all.35.n.17. p.180
Et num.27. p.182 & num.38 p.183
l.63. alleg.22.n.46. p.109
l.70.alleg.45.n.9. p.224

Novæ Recopilationis.

LEge 11.& 12.tit.3.lib.1.alleg.27.n.29 p.145
l.3.tit.5.lib.1.alleg. 27.n.5.p.142 & n.9. ibid.
l.8.tit.5.lib.1. alleg. 27.n.5. ibid. & n.9. ibid.
l.12.& 3.tit.8.lib.1.all.64.n.21. p.324
l.1.tit.10.lib.1.alleg.13.n.4. p.59
l.11.tit.13.lib.1.alleg.46.n.17. p.230
l.4.tit4.lib.2.alleg.8.n.4. p.32
l.18.tit.5.lib.2.all.2.n.2. p.8
l.20.tit.5.lib.2.allegat.1.num.15.& 28. p.5
l.56.tit.5.lib.2.alleg.47.n.21. p.236
l.1.tit.6.lib.2.all.52.n.8. p.279
l.2.tit.6.lib.2.all.52.n.3. p.278
l.9.tit.6.lib.2.all.52.n.3. ibid.
l.13.tit.6.lib.2.alleg.52.n.3. ibid.
l.14.& 15.tit.6.lib.2.alleg.52.n.3. ibid.
l.16.tit.6.lib.2.alleg.52.n.3. ibid.
l.18. tit.7.lib.2.allegat.1.n.9. p.2
l.9.tit.11.lib.2.allegat.5.n.14. p.22
l.10.tit.11.lib.2.alleg.12.n.19. p.56
l.1.& 2.tit.12.lib.2.lleg.1.n.8. p.4
& num.23. p.6
l.1.tit.13.lib.2.all.1.n.24. ibid.
& all.15.n.29. p.73
& alleg.51.n.28. p.274
l.2.7.& 10.tit.13.lib.2.all.1.n.24. p.6
& all.15.num.29. p.73
& alleg.51. num.28, p.274
l.2.7.& 10.tit.13.lib.2.alleg.1.num.24. p.6
& alleg.15.n.29. p.73
& alleg.51.n.28. 274
l.2.7.& 10.tit.13.lib.2.alleg.2.alleg.2.n.8. p.8
l.3.& 6.tit.13.lib.2.all.1.n.9. p.4
l.11.& 12.tit.13.lib.2.all.1. num.15 p.5
& num.28. p.7
l.13.& 6.tit.14.lib2.alleg.38.n.23. p.192
l.2.tit.15.lib.4.alleg.8.n.19. p.34
tit.18.lib.2.all.51.n.39. p.274
l.20.tit.20.lib.2.all.1. n.15. p.5
& alleg.2.n.8. p.8
l.18.tit.2.lib.3.alleg.47.n.31. p.237
tit.4.lib.7.Recop.all.22.n.9. p.105
l.14.tit.15.lib.3.all.64. n.2. p.322
l.38.tit.6.lib.3.alleg.65.num.50. p.337
l.11.tit.9.lib.3.all.45.n.10. p.224.& n.17. p.225
l.3.tit.9.lib.3.alleg.47.n.41. p.239
l.1.§.10.tit.10.lib.3.allegat.37. num.23. p.192
l.14.tit.15.lib.3.all. 64.n.8. p.322
l.3.tit.1. lib.4..alleg.27.n.27 p.145
l.4. & fin.tit.1.lib.4.all.74.n.21. p.324
l.6.tit.1.lib.4.allegat.27. n.15. p.143
l.13.tit.3.lib.allegat. 63.n.12. p.316
l.29.tit.4.lib.4.alleg. 63.n.12. ibid.
l.2.tit.7.lib.4.all.12.n.19. p.56
l.4.tit.11.lib.4.alleg.10. num.10. p.47
l.1.tit.14 lib.4.alleg. 11.n.16 p.48
l.1.tit.14.lib.4.alleg.12.n.28.
l.1.tit.15.lib.4. alleg.15.n.15. p.58
l.1.ad finem,tit.15.lib.4.alleg.14.n.18. p.71
l.1.tit.15.lib.4.allegat.8. num.45. p.67
l.1.tit.15.lib.4.all.1.n.24. p.73.
l.1.tit.15.lib.4.all.55.n.19. p.6.
l.2.tit.15.lib.4.alleg.15.num.21. p.288
l.2.tit.15.lib4.allegat.5. n.10. p.71
l.2.tit.15.lib.4.all.10.n.21. p.21
l.2.tit.15.lib.4.alleg.11. n.8. p.48
l.10.tit.17.lib.4. alleg.5. n.5. p.51
l.10.tit.17.lib.4.all.48.n.7. p.21
l.10.tit.17.lib.4.allegat.8.num.57. p.241
l.1.& 2.tit.21.lib.4.alleg.21. n.1. p.39
l.19.tit.21.lib.4.alleg.21.n.4. p.110
l.4.tit.2.lib.5.all.49.n.21 p.101
l.1.tit.5.lib.1.alleg.27.n.4 p.251
l.6.& 7.tit.8.lib.5.all.47.n.23. p.142
& num.37. p.236
l.2.tit.9.lib.5.allegat.49.n.21. p.238
l.25.tit.20.lib.5.alleg. 50.n.53. p.251
l.1.tit.10.lib.5.alleg.13.n.38. p.163
l.1.tit.10.lib.5.allegat.12.n.9.p.55.& n.11. p.63
l.1.tit.10.lib.5.all.310.n.11. ibid.
l.1.tit.10.lib.5.all.10.n.2. p.47
l.1.tit.10.lib.5.alleg.1.n.24 p.46
l.9.tit.10.lib.5. allegat.25.n.10. p.6
l.9.tit.10.lib.5.alleg.13. n.28 p.55
l.15.tit.10.lib.5.alleg.24.n.10. p.131
l.16.tit.10. lib.5.all.10.n.18. p.63
l.16.tit.10.lib.5.allegat.13.n.20. p.131
l.17.tit.10.lib.5.alleg.12.n.2 p.48
l.8.9.& 10.tit.11.lib.5.alleg.45.n.9. p.54
l.8.tit.11.lib.5.alleg.45.n.2. p.214
l.4.&.5.tit.15.lib.5.alleg.22. n.96. p.225
l.4.& 5.tit.15.lib.5.all.23.n.10. p.116
l.4. & 6.tit.15.lib.5.all.3.n.25. p.119
l.5.tit.15.lib.5.alleg.4.n.29. p.13
l.4.& 17.tit.10.lib.5.all.12.n.19. p.19
l.11.tit.7.lib.5.alleg.12.n.30. p.56
l.2.tit.3.lib.6.alleg.46.n.4. p.57
l.11.14.& 27.tit.3.lib.6.alleg. 46.n.17. p.228
l.1.tit.7.lib.6.all.8. n.43. p.130
l.1.tit.7.lib.6.alleg.56. n.3. p.57
l.2.tit.7.lib.6.all.59.n.11. p.289
l.6.tit.9.lib.7.all.47.n.11. p.300
l.26.tit.18.lib.6.alleg.15.n.20. p.235
l.26.tit.10.lib.6.alleg.50.n.14. p.71
l.7.tit.10.lib.6.alleg.50. n.14. p.259
l.4.tit.11.lib.12.alleg.12. n.19. ibid.
l.4.tit.11.lib.6.alleg.31.n.35. p.56
l.14.tit.11.lib.6.alleg.13.n.20. p.165
l.25.tit.14.lib.6.alleg.12. n.19. p.62
l.5.tit.18.lib.6.all.47.n.30. p.56
l.15.tit.18.lib.6.all.47.n.30. p.237
l.27.tit.18.lib.6.all.13.n.30. ibid.
l.3.tit.3.lib.7.alleg.50.n.53. p.63
l.11.tit.7.lib.7.all.47.n.22. p.263
l.1.tit.9.lib.7.all.46. n.15. p.236
l.3.tit.4.lib.8.alleg.66.n.33. p.230
l.4.tit.6.lib.8.alleg.24.n.14. p.349
l.4.tit.6.lib.8. all. 48.n.3. p.128
l.1.2.& 3.tit.15.lib.8.allegat.5.n.3.n.2. p.240
l.1.tit.21.lib.8.all.47.n.12. ibid.
l.11.tit.26.lib.8.alleg.66.num.33. p.235
l.11.tit.26.lib.8.all.66.n.33. p.249
l.3.tit.1.lib.6.alleg.52.n.8. p.379
l.1.§.3.& 4.& 5.tit.2.lib.9.all.7.n.1. p.285
l.1.§.3.tit 2.lib.9.alleg. 2num.24. p.26
l.1.§.3. tit 2.lib.9.alleg.8. num.44. p.6
p.37
l.1.

Index Iurium.

l.1.tit.2.lib.9.all.12.n.26. p.57
l.2.§.3.tit.2.lib.9.all.15.n.29. p.73
l.2.§.25.tit.2.lib.9.all.27.n.5. p.142
l.2.tit.2.lib.9.all.12.n.24. p.57
l.2.tit.2.lib.9.all.53.n.2. p.283
l.6.& 7. tit.5.lib.9.alleg.9.n.3. p.41
l.6.tit.5.lib.9.all.38.n.4. p.194
l.11.tit.7.lib.9.all.45.n.10. p.224
l.1.tit.10.lib.9.all.11.n.8. p.51
l.1.& 2.tit.8.lib.9.all.10.n.11. p.47
l.2.tit.8.lib.9.alleg.15. n.29. p.73
l.5.tit.8.lib.9.alleg.8.n.15. p.33
l.15.tit.8.lib.9.all.8.n.22. p.34
l.16.tit.8.lib.9.all.13.n.20. p.62
l.16.tit.8.lib.9.all.13.n.25. ibid.
tit.8.lib.9.alleg.14.n.16. p.67
l.4.tit.9.lib.9.all.7.n.13. p.27
l.12 & 13.tit.9.lib.9.all.38.n.3. p.194
l.19.tit.9.lib.9.allegat.12.n.26. p.57
l.8.& 9.tit.10.lib.9.alleg.27.n.51. p.145
l.5.tit.11.lib.9.alleg.29.n.12. p.153
l.4.tit.11.lib.9.alleg.14.n.15. p.67
l.15.tit.11.lib.9. all.29.n.3. p.152
l.11.tit.11.lib.9.alleg. 29.n.18. p.153
l.10.tit.11.lib.9.alleg.3.n.9.p.12 p.12
l.27.tit.11. lib.9.alleg.29.n.38. p.156
l.18.tit.12.lib.9.alleg.7.n.11. p.26
l.13.tit.13.lib.9.all.38.n.3. p.194
l.21.tit.13.lib.9.alleg.29.n.1. p.152
l.5.tit.14.lib.9 all.38.n.3 p.194.& n.13. p.195
l.11.tit.14.lib.9.all.38.n.3. p.194
l.tit.14.lib.9.allegat. 29.n.33. p.155
l.25.tit14.lib.9.alleg.12.n.3. p.54
l.6&7.tit.15.lib.9.alleg.28.n.3. p.147
l.10.tit.16.lib.9.alleg.25.n.10. p.131
l.19.tit.16.lib.9 alleg.39.n.10. p.197
l.1.tit.17.lib.9.all.55.n.6. p.287.& n.18. p.288
l.3.& 4.tit.17.lib.9.alleg.57.n.1. p.292
l.5.tit.17.lib.9.alleg.7.n.8. p.27
l.17.tit.17.lib.9.all.7.n.20. p.28
l.1.tit.18.lib.9.all.55.n.19. p.288
l.1.tit.18.lib.9.alleg.54.n 6. p.285
l.1.tit.18.lib.9.allegat.1. n.1. p.3
l.1.tit.18.lib.9.alleg.11.n.1. p.51
l.1.tit.18.lib.9.alleg.12.n.24. p5.7
l.11.tit.18.lib.9.alleg.13. n.20. p.62
l.11.tit.18.lib.9.alleg.13.n.28. p.65
l.11.tit.18.lib.9.alleg.8.n.51. p.38
l.11.tit.18.lib.9.all.14. num.18. p.67
l.13.& 8.tit.18.lib.9.all.54.n.9. p.285
l.13.tit.18.lib.9.allegat.57.n.1. p.291
l.6.& 7.tit.18.lib.9.all.57.n.2. ibid
l.9.tit.18.lib.9.all.64.n.8. p.322
l.11.tit.18.lib.9.alleg.53.n.1. p.283
l.14.tit.18.lib.9.alleg.55. num.20. p.288
l.18.tit.18.lib.9..alleg.5.n.3. p.20
l.32.tit.18.lib.9.alleg.11.n.3. p.51
l.33.tit.17.lib.9. all.11.n.6. ibid.
l.38.tit.18.lib.9.alleg.54. n.8. p.285
l.39.tit.18.lib 9.alleg.12.n.19. p.56
l.29.tit.19.lib.9.all.7.n.14. p.27
l.1.tit.20.lib.9.alleg.7.n.13. ibid.
l.4.tit.2. lib.9.all.7.n.15. ibid.
l.1.tit.21.lib.9. all.11.n.8. p.51
l.1.tit.21.lib 9.all 16. n.33. p.73
l.1.tit.21.lib.9.all.27.n.2. p.141 & n.9. p.142
l.1.titulo 21. lib 9.all.47. n.22. p.236
l.1.tit.22 lib.9.alleg.56.n.13. p.290
l.1.tit.22.lib.9.alleg.8. n.36. p.36
l.1.tit.22.lib.9.all.30.n.8. p.158
l.fin.tit.22.lib.9.alleg.55.n.2. p.286
l.15.tit.23.lib.9.alleg.31.n.35. p.165
l.14.& l.5.tit.27.lib.9.Recop.all.12.n.3.& n.19.p.56
l.15.tit.27.lib.9.alleg.13.n.20. p.62
l.unica, tit.31.lib.9.all.56.n.14. p.290
l.fin.tit.fin.lib.9.alleg.55.n.20. p.288

EX IURE CANONICO

Decretalium.

CAp.accedēs de converſ.conjug.all.35.n.9.p.179
c.accedentibus de privilegiis, all.16.n.28.p.78
& num.29. ibid. & n.36. ibid.
& allegat.58.n.27. p.297
& alleg.64.n.31. p.325
c.ad audientiam de decimis,all.13.n.32. p.63
c.adverſus,de immunit.Eccleſ.alleg.62.n.16. p.307
c antiqua,de privilegiis,all. 52.n.8. p.279
c.at ſi clerici,de judic. all.27. n.25. p.144
c.at ſi Chriſtus,de jurejurando,alleg.23.n.31.p.122
c.auditis,de præſcript.alleg.16.n.2. p.75
c.auditis,de electione,all.50.n.82. p.266
c.bonæ,de electione all.66.n.88. p.356
c.bonæ memoriæ el 2.de poſtul. Prælatorum, alleg. 63.n.44. p.320
c.cauſam quæ de reſcriptis, all.29.n.4. p.152
c. penult.de probat.alleg.49.n.16. p.250
c.capitulum ſanctæ Crucis,de reſcriptis, alleg.50.n. 43.p.262
c.cæterum,de judiciis,alleg.27.n.25. p.144
c.cæterum,de donat.allegat.42.n.3. p.212
c.cæterum,de reſcript..alleg.58. n.11. p.295
c.commiſſa,de electione,alleg.47.n.27. p.237
c.conſanguinei,de ſentent.& re judic.alleg.23.n.31. p.112
c.conſtitutum, §. cùm vero, de reſcript. all.35. n.7. p.179
c.conſtitutus,de reſcriptis,all.50.n.83. p.266
c.conſtitutus,de teſtibus,alleg.66.n.9. p.345
c.cum dilectus,de conſuetud.alleg.11.n.10. p.47
c.cum dilecti,de decimis,alleg.11.n.17. p.48
c.cum capella,de privilegiis,alleg.11.n.18. ibid.
& alleg.54.n.10. p.285
c.cum à nobis de teſtibus,alleg.30.n.8. p.96
c.cum expediat de electione,alleg.7.n.16. p.28
c.cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſſ.& propriet. alleg.9.n.11 p.42
& alleg.16. n.16. p.76
c.cum contingat,de decimis,all.9.n.33.p. 45
c cum oporteat,de accuſat.all.2. n.13. p.9
c.cum in juventute,de purgatione canonica, alleg. 12.n.32. p.58
c.cum olim de re judicata,alleg.16.n.25. p.77
& alleg.50.n.44. p.263 & n.50. ibid.
c.cum omnes,de conſtit, all.23.n.51. p.125
& alleg.25.n.13 p.131
c.cum ſit generale,de foro compet.all.27.n.11.p.142
c.cum dilecta,de reſcriptis,all.29. n.23 p 154
c.cum contingat de jurejurando,all.35.n.26. p.182
c.cum olim de conſuetudine,all.51.n.12. p.272
& alleg.63.n.44. p.320
c.cum in tua,de decimis,all.52.n.21. p.281
c.cum noſtris de conceſſ.præb.alleg.58.n.10. p.295
c.cum ordinem de reſcriptis,all.58.n.24 p.297
c.cum dilectus,de conſuetud.all.61.n.11. p.307
c.cum dilecti,de donat.all.66. n.2. p.344
c.cum illorū,de ſentent.excomm.all.65.n.88.p.340
c.cum veniſſent,de judiciis,all.11.n.3. p.46
& alleg.50.n.34. p.261

c.cum locum de ſponſal.all.49.n.16. p.250
c.cum te,de ætate,& qualit.alleg.23.n.52. p.126
c.debitum,de bigamis.all.49.n.13. p.249
c.decernimus,de judiciis,alleg. 27.n.25 p.144
c.de terra,de privilegiis,all.58.n.27. p.297
c.de dilecti,de foro compet.all.64.n.14. p.323
c.dilecto,de præbendis,alleg.23.n.33. p.126
c.dilectus præbendis,alleg.63.n.44. p.320
c.dudum,de decimis,alleg.14.n.20 p.67
c.dudum,de privilegiis,all.58. n.9. p.295
c.ex literis,de deſponſ.impub.alleg.35.n.22. 181
c.ex literis de ſponſal.all.23.n.47. p.125
c.ex parte,de feudis,all.8.n.60. p.39
c.ex parte,de capellis Monach.all.23.n.52. p.126
c.ex parte,de cenſibus,all.46.n.12. p.229
c.ex parte,de reſtit.ſpoliat.all.49.n.16. p.250
c.ex publico,de converſ.conjug.all.49.n.15. ibid.
c.ex tranſmiſſa,de reſtit.ſpoliat.all.49.n.16. ibid.
c.fin.de teſtibus cogendis, all.66.n.26. p.348
c.fin.de præſcript.all.23.n.42. p.124
c.fin.de ſucceſſ.ab inteſtat.all.66.n.2. p.344
c.fin.qui clerici vel voventes,all.35. n.22 p.181
c.fin.de ſponſa duorum,all.49.n.37. p.253
c.fin.de frigid.& maleficiat.all.49.n.39. ibid.
c.forum,de verbor.ſignificat.all.7.n.2. p.26
c.intellecto,de jurejurando,all.8.n.41. & all.42.n.4. p.37 p.213
c.interpoſita.de appell.all.66 n.79. p.355
c.inter dilectos, §. cæterum de fide inſtrum. all.50. num.95. p.267
c.licet,de decimis,all.11.n.17. & all.57.n.19. p.48 p.293
c.licet cauſam,de appell.all.13.n.8. p.60
c.lator,de ſententia & re judicata,all.23.n.31. p.122
c.licet Heli, de ſimonia,all.66.n.30. p.348
c.licet mulieres de jurejurand.all.35.n.26. p.182
c.ne imitaris,de conſtit.all.24.n.22. p.129
c.non debet,de conſang.all.3.n.21. p.13
c.nihil,de præſcript.alleg.8.n.30. p.35
c.non ut apponeres,de baptiſmo,all.53.n.13. p.284
c.nulli,de reſcriptis,alleg.23.n.52. p.126
c.nullus de præſumpt.all.66. n.29. p.348
c.nuper de decimis,all.58.n.1. p.294
c.olim tibi,de verb.ſignif.alleg.11.n.3. p.46
c.omnes ,de accuſat.all.2.n.13. p.9
c.omnis anima de cenſibus,all.63.n.7. p.316
c.paſtoralis,de donat.all.13.d.19. & all.10.n.15 p.61 p.48
c.paſtoralis.de officio delegati,all.52.n.4. p.278
c.per tuas,qui filii ſint legitimi,all.49.n.39. & num.59. p.253 p.255
c.adverſus,de immunit.Eccleſ.alleg.62.n.16. p.312
c.perpetuo,de electione,alleg.47.n.27. p.237
c.plerumque , de reſcriptis,alleg.50.n.82. p.266
c.porrò,de privilegiis,all.11.n.18. & alleg.14.n.10. p.48 p.66
c. poſtulaſti,de reſcriptis,alleg.50.n.61. p.264
c.poſt translationem,de renunciat.all.18.n.21. p.150
c.præterea.de teſtibus,alleg.66.n.5. p.344
c.1.de tranſact.all.26.n.16. p.136
c.1.de plus petition.alleg.38.n.11. p.195
c.1.de cenſibus,all.46.n.8. p.227
c.1.& 2.de matrim.cõtra interdict.all.49.n.39. p.253
c.de reſcriptis,all.50.ni49. p.263
c.1.de officio ordin.alleg.64.n.20. p.324
c.1.de confeſſis, all.66.n.26. p.343
c.de officio delegati.allegat.3.n.25. & alleg.20.n.9. p.18 p.96
c.1.2.& fin.de precariis,alleg.5.n.19. p.22
c.propter ſterilitatem,de locat.all.16.n.6. p.75
c.qualiter & quando,de accuſat.all.2.n.1. & alleg.38.n.3. p.8
c.quanto de cenſibus,alleg.5.n.19.p.22.& n.22. & alleg.15.n.31. p.73. & alleg.25.n.21. & alleg.30.n.21. p.159.& all.31.n.33. & alleg.50.n.25. p.261 & alleg 64.n.34. p.194 ibid. p.133 p.165 p.326
c.quia propter,de electione,alleg.29.n.24. p.154
c.quantæ,de ſententia excomm.all.66.n.11. p.355
c.quam gravi de crimine falſi,alleg.66.n.15. p.346
c.quod autem,§.1.de jure patronat.all.10.n.15 & alleg.13.n.19. p.48 p.61
c.quoad trãſlationem de officio deleg.all.10.n.6. & alleg.50.n.112. p.47 p.269
c.quod dilectio,de conſang.& affinit.all.11.n.10. p.51
c.quod non eſt licitum,de reg.juris,all.25.n.14. p.132
c.recipimus,de privilegiis,alleg.11.n.18. p.52
c.relatum,§.1.de jure patronat.alleg.27.n.8 p.142
c.ſacro de ſentent.excommunicat.all.61.n.11. p.307
c.ſanè,de officio delegati,allegat.52.n.4. p.278
c.ſecundò requiris,de appell.all.29.n.5 p.152
c.ſæpè,de appell.15.n.22. p.72
c.ſi clericus,de pace tenenda,all.64.n.21. p.314
c.ſi de terra,de privil.alleg.16.n.28. & num.29 p.73. & n.36. p.74 ibid.
c.ſicut dignum,§.1.de homicidio, all.66.n.9. p.345
c.ſi diligenti,de foro competenti,alleg.27.n.11. p.143
c.ſine poſſeſſione de regulis juris,allegat.16.n.1. p.74
c.ſi Papa,de privilegiis,all.9.n.18. p.42
c.ſi quis,de major.& obedient.alleg.63.n.7. & n.33. p.316 p.319
c.ſicut,3.de probat.allegat.15.n.11. p.70
c.ſicut,de ſententia excommunic.all.66.n.88. p.356
c.ſuggeſtum,de appellat.alleg.18.n.21. & all.63.n.44. p.89 p.320
c.ſuggeſtum de decimis,all.15.n.31. & alleg.23.n.21.p.121. & alleg.30.n.21. & all.31.n.33. p.165 & all.64. n.34 p.72 p.159 p.319
c.ſtatuimus,de major.& obedient.all.51.n.5. & n.8. p.272. & all.52.n.14. p.271 p.280
c.ſuper eo de uſuris,all. 23.n.31.& 42. p.122
c.ſuper eodem,de tranſact.all.26.n.16. p.136
c.ſuper literis de reſcriptis,allegat.50.n.61. p.264
c.ſuper quibuſdam,§.præterea,de verbor. ſignif.all. 59.n.8. p.299
c.tertio loco de præſumpt.all.49.n.14. p.250
c.tuam,de pœnis,alleg.31.n.11. p.162
c.tua de decimis,all.9.n.n.33. p.45
c.veniens 19.de præſcript.all.13. n.30. & all.50.n.49. p.63 & all.58.n.7. p.295
c.vigilanti de præſcript.all.14.n.19. p.67
c.unico de cleric.non reſid.all.15.n.11. p.70

Ex libro ſexto Decretalium

CAp.Abbate ſanè,de ſent.& re jud.all.11.n.2.& allegat.12.n.9 &all 50.n.42 p.262. & n.59 p.46 p.55 p.264 p.289
c beneficium,de reg ,or.all.56.n.7. p.76
c.cum de beneficio,de præbendis,all.16.n.16. p.295
c.cùm in generali,de officio deleg.all.58.n.8. p.64
c.cùm perſonæ,in princ.de privil.all.13.n.36. p.22
c.cũ perſonæ,§.quod ſi tales,de privil.all.5.n.13. & alleg.9.n.29. p.44 & all.50.n.28. p.161 p.187
c.ſecundum de hæreticis,all.37.n.14 & all.47.n.27. p.237
c.dilecti,de ſententia excõmunicat.all.66.n.9. p.343
c.dilecto,de ſent.excomm.alleg.64.n.20. p.324
c.eo tempore,de reſcript.all.50.n.83. p.264
c.ex eo.de reg.jur.all.34.n.4 p.174
c.felicis,de pœnis, all.65.n.66. p.338

Index Iurium.

c.fin de reſcriptis,alleg.12.n.32. p.58
c.fin de jurejur.all.9. n.14. p.42
c.generali,de reg.jur.all.42.n.10. p.213
c.gratia,de reſcriptis,alleg.50.n.83. p.266
c.licet Epiſcopus,de præbendis,alleg.47.n.27.p.237
c.locupletari,de reg.jur.alleg.35. n.18. p.180
c.ne aliqui,de privil.all.58.n.8. p.295
c.novum 2. de decimis,all.45.n.15. p.225
c.ordinarii,de off.ordin.alleg.50.n.87 p.266
c.de præſcript. alleg.15. n.16. p.71
& n.17. ibid. & allegat.50.n.28. p.261
c.1.de pœnis,alleg.6.n.26. p.24
c.quamvis,de offic.ordin.all.50.n.67. p.265
c.quia ad agendum,de procur.all.1.n.23. p.6
c.qui ſentit.de reg.jur.alleg.33.n.3. p.170
quod una via,de reg.jur.alleg.57.n.5 p.291
c.quoties el 2.de pactis,alleg.35.n.22. p.181
c.Romana,§. contrahentes de foro compet.12.alleg. 64.n.14. p.323
c.Romana,§.fin.de teſtibus alleg.48.n.44. p.246
c.ſi clericus,de præbendis,alleg.50 n.82. p.266
c.ſi quis juſto de electione.alleg.18.n.8. p.88
c.ſi ſuper gratia de officio deleg 5.alleg. 5.n.6. p.21
c.ſtatuto,de decimis,alleg.58.n.9. p.295
c.ſtatutum,§.ſancimus,de reſcript.all.23.n.53.p.126
c.ſtatutum,§.ſi quid autem,de reſcriptis.all.47.n.29 p.237
c.ſuſceptum,de reſcriptis allegat.50.n.66. p.264
c.venerabilis pen.de præbend. alleg.4. n.31. p.19

Ex Clementinis.

CLement.fin.de reſcriptis.all.54.n.10. p.285
Clement.unica,de probat.alleg.20. n.8 p.96
& alleg.60.n.2 p.304
Clement.unica de rebus Eccleſiæ,all.29.n.24.p.154
Clement. unica.§. porrò, de jurejurando, alleg.61. n.14.p.307
Clement.unica.de rer.permut.all. 63.n.44. p.320

Ex Extravagantibus.

EXtravag.qui ſint rebelles,alleg. 61. numero 12. p.307

Ex Decreto.

CAp.ab exordio diſtinct. 35.all.45. n.15. p.225
c.accuſatores 2.cum duobus ſequentib.3. q.5. all.2.n.13. p.9
c.Chriſtianus 11.p.1.alleg.66.n.29. p.348
c.cognovimus 12.q.2.alleg.52.n.21. p.281
c.conſentire,diſtinct.83.all.66.n.10. p.345
c.Conſtantinus,diſt.96.alleg.12.n.9. p.55
c.cum Paulus 1.q.1.alleg.50.n. 107 p.268
c.cum ſocietas 27.q.2.alleg.49. n.14. p.250
c.de capitulis,diſt.10.all.63.n.17. p.317
c.de forma 82.q.5.all.65.n.52. p.337
c.Dominus 23.q.2.all.61.n.2. p.306
c.duo diſtinct.13.all.59.n.24. p.302
c.de Syracuſanis, diſt.28.all.64.n.29. p.325
c.ejiciens.diſtinct.8g.all.24.n.19. p.128
c.exit autem lex, diſtinct.4.all.12.n.13. p.55.
c.error,diſtinct.83.all.66. n.10. p.345
c.in canonibus 37.16.q.1.all.8.n.34. p.36
c.igitur 23.q.8.all.62. n.11. p.307
c.in iſtis, diſtinct.4.all.8. n.28. p.35
& all.17.n.3. p.81. & all.64.n.29. p.325
c.in ſynodo,diſtinct.63.all.27.num.13 p.143
c.juſtum,diſtinct.9.all. 23. n.5. p.118
& alleg.25.& 13. p.131
c.innovamus 23.q.8.alleg. 59.n.5. p.299
c.in quibus 22.q.2.alleg.61.n.11. p.307
c.legimus,diſtinct.93.alleg.31.n.9 p.162
c.matrimonium 27.q.2.alleg.49. n.14. p.250
c.meram 2.q.5.all.27. p.13 p.143
c.negligere 2.q.7.alleg.66.n.10. p.345
c.nemini 12.q.3.all.66.n.26. p.548
c.nervi diſtinct.13.alleg.59.n.24. p.302
c.nobiliſſimus,diſtinct.97.all.60.n.3. p.304
c.non inferendæ 23.q.3.all.66. n.11. p.345
c.non licet,diſtinct.10.all.23. n.42. p.124
c.non ſunt audiendi 12.q.3.alleg.61.n.7. p.307
c.officii 24.q.1.all.65.n.34. p.334
c.omni timore 23.q.8.all.62. n.8. p.311
c.pervenit 23.q.8.all.59. n.5. p.299
c.petimus 11.q.1.alleg.63.n.12. p.316
c.placuit,diſtinct.16.alleg.51.n.8. p.272
c.præcipimus,diſtinct.93.all.58.n.15. p.296
c.1.8.q.3.all.60. n.3 p.304
c.1.§.voluntatem 15.q.1.all.63.n.9. p.316
c.Princeps 23.q.5.all.63. n.12. ibid.
c.puella 26.q.1.alleg.35.n.22. p.181
c.quid culpatur 23.q.1.alleg.20.n.7. p.96
& alleg. 60.n.9. p.305
c.quis neſciat,diſtinct.10.all.63.n.17. p.317
c.quod autem 27.q.2.all.49.n.13. p.249
c.quod verò 25.q.2.all.17.n.10. p.82
c.quoniam 23.q.8. alleg.59. n.5. p.299
c.Regum 23.q.5.all.63. n.12. p.316
c.reſcripta 25.q.2.all.50.n.25. p.261
c.reſecante 24.q.3.alleg.61.n.13. p.307
c.ſacerdotibus 1.q.1 all.63. n.17. p.317
c.ſancta 2.q.7 alleg.31.n.9. p.162
c.ſciendum 8.q.1.all.63.n.9. p.316
c.ſicut de conſecratione,diſtinct.1.all.5.n.12. p.21
c.ſi Eccleſia 23.q.4.alleg.61.n.13. p.307
c.ſine exceptione 12.q.2.allegat.29.n.24. p.154
c.ſi nulla 23.q.8.alleg.62. n.8. p.311
c.ſi quis aliquãdo,de pœnit.diſt.1.all.47.n.27.p.237
c.ſi quis deſponſata 22.q.2.all. 49. n.18. p.250
c.ſi quis laicus 22.q.5.allegat.63.n.14. p.317
c.ſi quis cum militibus 6.q.1. all.66.n.26. p.348
c.ſi quis tacitis 22.q.5. alleg.66.n.30. p.349
c.ſi tributum 11.q.1.all.40.n.36. p.204
& all.46.n.17.p.230.& alleg.59.n.5. p.299
c.ſive de conjugib.23.q.2.all.49.n.16. p.301
c.ſufficiat 23.q.2.alleg.49.n.14. p.300
c.tributum 23.q.8. allegat.40.n.36. p.204
& alleg.59.n.5. p.299.& alleg.61.n.17. p.308
& alleg.62.n.16. p.312
c.vulnerato 1.q.1.all.50.n.101. p.268

Ex Concilio Tridentino.

CAp.5. ſeſſ.7. de reform.allegat.50.n.87.p.266
c.6.ſeſſ.24.de reform.alleg.49.n.5. p.250

Ex ſacra Scriptura, ordine librorum.

GEneſis c.3.alleg. 49.n.9. p.249
Geneſis c.43.all.51.n.5. p.271
Geneſis c.49.all.2.n.16. p.9
& allegatione 39.n.13. p.198
& n.23. ibid.
Leviticí c.22.alleg.49.n.9. p.249
Numer.c.20.alleg.63.n.22 p.318
Numer.c.30.alleg.49.n.9. p.249

Deute

Index Iurium.

Deuteronomii c.16.alleg.47.n.7. p.234
Iosuë c.1.alleg.63.n.5. p.316
Regum lib.1.c.8.all.59.n.4. p.299
Regum lib.1.c.14.all.63. num.33. p.319
Regum lib.1.c.15.alleg.63. n.21. p.318
Regum.lib.1.c.22. alleg.65.n.5. p.330
Regum lib.2.c.7.all.8.n.10. p.33
Regum lib.2.c.20.all.52.n.20. p.281
Regum lib.3.c.10.all.51.n.5. p.271
Regum lib.3.c.11.all.52.n.10. p.279
Regum lib.3.c.12.16. & 19.alleg.59.n.12. p.300
Regum lib.4.c.23.all.59.n.23. p.302
Regum lib.4.c.33.all.59. n.13. p.300
Paralipomenon. lib.1.c.6.all.51. n.5. p.271
Paralipomenon.lib. 2.c.30.all.51. n.5. ibid.
Esdræ lib.1.c.7.all.63.n.34. p.319
Iudith.c.12.all.19.n.8. p.92
Esther c.1.all.63.n.20. p.317

Proverbiorum c.20.art.63.n.5. p.31
Proverbiorum c.24.all.51.n.18. p.273
Ecclesiastes c.4.all.8. n.8. p.32
Oseas Propheta alleg.47.n.8. p.234
D.Matthæi c.5.alleg.4.n.13. p.16
D.Matthæi c.22.alleg.50. n.22. p.302
D.Matthæi c.23.alleg.61.n.6. p.271
D.Matthæi c.27.alleg.51.n.26. p.274
D.Lucæ c.3.alleg.51.n.26. ibid.
D.Lucæ c.14.all.51.n.5. p.271
D.Paul.epist.ad Roman.c.12.& 13.all.51.n.6. ibid.
& alleg.59.n.5. p.299
& alleg.63.n.5. p.316
D.Paul.epist ad Thessalonicens.all.1.n.17. p.5
D.Pauli epist.ad Titum,c.3.all.63.n.5. p.316
D.Petri epistola 1.canon.cap.2.3. & 5.alleg.51.n.6. p.271
Et alleg.63.n.5. p.316

FINIS.

